SEcundò notandum, quòd moneta tribus modis falsari potest, secundum quòd tria sunt de substantia monetæ, scilicet de materia metallata, quantitas ponderis, & publica forma, vt dicit Panorm. in ca. quanto, de iureiuran. & est etiam in gloss. eiusdem cap. Et in quolibet horum committi potest falsitas. In substantia, quia non seruatur liga legitima. Liga, id est, species mixturæ, vel gradus metalli, propter admixtionem vilioris materiæ, aut materia consueta in quantitate excessiua. In pondere, quia non habet legitimum pondus. Pro quo notandum, quòd tantum debet esse pondus in numismate, quantum fuit in materia, de qua monetà est fabricata, saltem deductis expensis, & labore secundum Inno. licet non secundum Bar. secundum quem expensæ debent solui de publico. Motiuum Innocentij est, quia nemo suis expensis tenetur ea facere. Et hæc opinio Innocentij communiter tenetur, vt vult Angelus in summa, in verbo Falsarius, quod sic intelligo. Pondus legitimum, est pondus consequens quantitatem substantiæ pro tali numismate iustè determinatum. Gratia exempli: Si prò floreno determinetur aurū ponderans drachmam, quæ est octaua pars vnciæ, tunc florenus falsus est ex pondere, si non habet quantitatem auri ponderantem drachmam.

Liga.

An moneta expēſis euidentis, an de publico fiat expendenda.

nam. Vnde cùm pondus sequitur naturaliter quantitatem substantiæ rei, & quantitas substantiæ non distinguitur à substantia, ergo falsificatio ponderis est diminutio substantiæ, siue, hæc fiat per rasuram monetæ, siue subtilius per aquam artificialem corrosiuam, aut alio modo difficile visu apprehensibili. Est autem determinatio ponderis iusta, quanto determinatur pondus tanti valoris pro moneta, quanti est pondus materiæ eius non monetatæ. Ita quòd tantum debet valere moneta ea pondere, quantum valeret sua materia non monetata, & non plus saltem deductis expensis monetandi, vt suprà dictum est. In forma committitur falsitas, quando mutatur nomen, signum, aut imago eius, qui monetauit. Vnde habens auctoritatem monetandi, præfigit certam formam monetæ, imaginem aliquam, circumscriptionem, aut aliquod signum. Et si aliquid huius formæ præfinitæ omittitur, aut aliquid additur, moneta in forma falsificatur. Est autem forma monetæ quædam testificatio veritatis, & iustitiæ ipsius monetæ, quòd scilicet sit veræ substantiæ, & iusti ponderis, vt dicit Vuilhelmus Orem in suo tractatu de moneta. Vnde frequenter in moneta Christianorum Principum, vel Comitatuum ponitur imago Dei, vel alicuius Sancti, & nomen eius, aut signum crucis, quod antiquitus fuit institutum in testimonium veritatis monetæ, in materia, & pondere, & subdit: Si ergo Princeps sub ista inscriptione mutet materiam, siue pondus, ipse videtur tacitè mendacium, & periurium cõmittere, ac falsum testimonium perhibere. Ipse enim abutitur hoc vocabulo Moneta. Nam dicitur Moneta secundum Hugui. à moneo, quia monet, ne sit fraus in metallo, vel pondere, hæc ille.

Forma monetæ ad qd valeat.

Monetã vnde dicatur.

TErtiò notandum circa mutationem monetæ, quod huiusmodi mutatio multipliciter potest fieri, quandoque in materia, quandoque in forma, quandoque in valore, quandoque in nomine. In materia, vt quando propter defectum materiæ, aut nimiam abundantiam, fieret noua moneta in alia materia aut in alia mixtione seu liga prioris materiæ. In 2 forma, vt quando mutatur impressio figuræ in imagine, aut 3 charactere, aut circumscriptione. In valore, vt quando mutatur substantia, mixtio vel pondus, aut his manentibus, statui-

Quadrupliciter mutatur moneta.

Digitized by G

tur alius valor, vt si hactenus florenus valuit viginti grossos,
4 & statuitur, vt de cætero valere debeat 18.aut 24.In nomine, vt si nomina mutentur. Vel accidentalia, puta quæ non important pondus, vel valorem monetæ, vt sunt nomina Auctoris, aut loci, in quo moneta facta est,& huiusmodi. Vel essentialia, puta quæ impositа sunt determinato valori, aut ponderi, vt sunt obulus, denarius, solidus, libra, florenus. Et hæ mutationes fieri quandoque possunt currēte priori moneta in suo valore, quandoque reprobata priore, ac prohibita. Itē quando ex rationabili causa propter necessitatem, & vtilitatem Reipublicæ. Et secundum hæc mutatio quandoque fieri potest licitè, quandoque culpabiliter, & illicitè.

CONCLVSIO PRIMA.

Falsificans monetam in substantia, forma, vel pondere, peccat mortaliter, si illud faciat in dammum proximi, vel Reipubl.

De falsificante mōnetam.

HAec conclusio est Hostien. & Doctor. communiter. Et satis patet ex text. cap. quanto de iureiur. vbi dicitur, quod iuramentum de obseruatione falsæ monetæ factum nō ligat, cum iuramentum non debeat esse vinculum iniquitatis. Ergo seruare falsam monetam, est iniquum, & multo magis falsificare erit iniquum. Quòd autem sit mortale peccatum, patet, quia est furtum, quia ablatio rei alienæ, inuito domino, vt infra dicetur. Patet per Extrauagantem Ioannis XXII. qui excommunicat omnes tales in Regno Franciæ. Quòd autem teneatur restituere, probatur per cōmune medium: Quia omnis iniustè damnificans, tenetur restituere dāmnificato, si habere potest. Sed fraudulenter falsificans Numisma, damnificauit proximum, aut Rempublicam iniustè: ergò tenetur restituere damnificato, si habere potest, aut pauperibus, si damnificatus haberi non potest. Maior patet per cap. si culpa, de iniust. & dam. da. minor autem satis patet. & dicitur notanter in conclusione. In damnum proximi, quia si quis falsificaret in forma tantum, vnde non minueretur valor, quia sic non damnificaret, non peccaret. Sic si numisma non exponendum, rumpendo, aut radendo falsificaret.

CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO SECVNDA.

Mutans monetam in damnum Reipublicæ, tenetur damnum illatũ reſtituendo compenſare.

PRobatur, quia talis iniuſtè damnificat, ergo,&c. Antecedens probatur,quia inferens damnum in re non ſua, iniuſtè damnificat. Sed mutans numiſma in damnum Reipubli cæ, infert damnum in re non ſua, quia in Republica,quæ non eſt ſua. Dicitur notanter, in damnum Reipublicæ, quia ſi mutaretur ex rationabili cauſa ad vtilitatem Reipublicę,reſtitutio non haberet locum.

Quatuor cauſæ licitæ mutationis monetæ.

Sunt autem tres cauſæ, propter quas licitè mutatur moneta. Prima eſt falſitas introducta, vt ſi aliquis extraneus Princeps, aut falſarius malitiosè effigiaret,vel contrafaceret formularia ſeu modulos,per quos introducere niteretur monetã Sophiſticam minoris valoris, quàm ſit moneta vetus,cuius tamen differentia à vera moneta cognoſci à populo non poſſet, & in alio modo conuenienti moneta falſa exterminari non poſſet, expediret mutare formam monetæ verę, ſeruato tamẽ iuſto valore, vt ſic deſcerni poſſet ab introducta falſa.

Secunda cauſa, ſi antiqua moneta nimia vetuſtate eſſet peiorata, ac in ſubſtantia, & pondere imminuta per continuam attrectationem, tunc cudenda eſſet moneta noua, cum differentia á priore in iuſto pondere, & prohiberi poſſet curſus prioris monetæ vetuſtæ ſic diminutæ. Tertia cauſa eſt raritas materiæ, propter quam materia haberi non poſſet tali precio,quo ſolita eſt haberi,tunc mutanda eſſet moneta, vel cõſtituendo alium eius valorem reſpectu monetę alterius materiæ, vel fabricando nouam minoris ponderis, & æqualis precij cum priore. Exempli cauſa: Si dracma auri non monetata ex aliqua cauſa aſcenderet in precio, ita, quod tunc valeret 30.groſſos argenti, quæ prius valuit 20. tunc aut florenus habens dragma, etiam mutandus eſt in valore. Ita, vt etiam ſi prius valuit 21.groſſos,tunc ſtatueretur,vt valeret 31.groſſos; aut cudenda eſſet noua moneta auri minoris ponderis. Tanti tamen, vt valeret iuſto precio 20. groſſos, & hoc cum differentia aliqua in forma, á priori vt noſci poteſt. Et hoc

Digitized by Google

forsan magis expediret Reipublicæ, vt præcia in cæteris rebus constituta, ac reddituũ, & pecuniarij census manerent nõ mutata, & sic nemo fraudaretur. Et parum referret, vtrum veteris monetæ cursus esset, si nihil prohiberetur, seruata tamen debita proportione ad alias moneras inferiores, & ad precia rerum venalium ac reddituum siue censuum posset addi quarta causa: Lucrum ex nouamoneta consequens, non monetarij, sed Reipublicę expediens, vel necessarium, de quo infrà in dubijs dicetur. Extra hos casus, mutatio monetæ in valore reproba est, & iniusta, quia reipublicæ damnosa, & spoliatiua subditorum, siue hæc mutatio fiat in materia, pondere, voluntariæ constitutionis valoris, aut nominum essentialium. Si verò mutatio fieret in sola forma, aut nominibus accidentalibus, & non in valore. Et hoc siue in valore præiudicio Reipublicæ tolerari posset. Et quamuis si fieret ex superbia, pompa, vel aliorum contemptu, aut alia sinistra intentione, non careret peccato. Tamen non requireretur aliqua restitutio, vnde consilium est, quòd non fiat mutatio monetæ, nisi ex magna, & rationabili necessitate.

Illicita monetæ mutatio.

CONCLVSIO TERTIA.

De expendente monetam falsam pro vera.

Expendens scienter monetam falsam pro vera, & iusta, falsarius est, & tenetur restituere illata damna.

PRobatur, quòd sit falsarius, quia falsitatem inducit ad proximi deceptionem, ergo. Consequentia tenet ex quid nominis falsarij: antecedens est manifestum, quod teneatur restituere: probatur, quia infert dammum personæ, & Reipublicæ, ergò tenetur ad restitutionem. Consequentia tenet ex communi medio, & supra allegato cap. Si culpa, de iniu. & dam. da.

CONCLVSIO QVARTA.

De expendente monetam minus valentem pro

Expendens scienter monetam non curretem, aut aliàs minus valentem, pro bona, & currente, fraudat proximum, & tenetur restituere.

Hæc

Digitized by Google

HAec Concluſio in ſententia eſt Angeli in Sum. & Anto. & probatur eiſdem medijs, quibus prior. Talis enim decipit proximum dando ſibi malum pro bono, & dicitur nonanter in duabus præcedentibus conclusionibus, ſcienter; quoniam ſi ignoranter fieret, vt quia ignoraret valorem monetæ, quam expendit, excuſaretur ſaltem a peccato, & etiam a reſtitutione durante ignorantia. Si tamen poſtea ſciuerit, tenebitur ad reſtitutionem, quia ſiue ſcienter, ſiue ignoranter damnifico proximum, teneor eum reſcuare indemnem, poſtquàm mihi innotuerit illatum damnum.

Nec excuſatur expendens in caſu vtriuſque concluſionis tertiæ, & quartæ, per hoc, quòd huiuſmodi moneta falſa, vel minus valens, data eſt ſibi pro bona, quia culpa alterius, & error proprius, non debet alteri nocere. Culpa enim tuos debet tenere actores, non alios. Imputet ergo ſibi recipiens monetam falſam, confractam, vel integram, ſeu minus valentem pro bona, quòd non cautè proſpexit. Si verò ſcienter recepit malam, vt expenderet pro bona, aggrauatur peccatum, & reſtitutionis debitum.

Quid non reſcuet cùm minus ſit damnum eius actio.

CONCLVSIO QVINTA.

Transferens monetam de certo loco, vbi minoris valoris æſtimatur, ad locum, vbi magis valet, non peccat, ſi non aliàs fraudem committat.

HAec eſt Antonini, & probatur ſecundum eum, quia licet cuilibet ex induſtria ſine alterius damno, lucrum quærere. Sed transferens in caſu concluſionis monetam, eam emendo, vbi minus valet, ad locum, vbi plus valet, vtitur ſua induſtria ſine damno alicuius, dum tamē eam non radit, aut diminuit, ergo, &c.

Sequuntur tria dubia.

CIrca prædicta, dubitatur primò. Quis habeat cudere monetam? Ad quod reſpondet Panorm. in cap. Quanto, de iureiurand. Quod ſolus Princeps, ideſt, Imperator, & nemo alius ſine conceſſione Principis. Quod tamen intelligit, niſi

Dubium primum.

Digitized by Google

nisi Princeps inferior, aut Ciuitas, vel generaliter inferior potestas hoc præscripsisset per tantum tempus, de cuius initio non extaret memoria, vt in cap. super quibusdam, de verborum signif. Vel nisi esset talis, qui præscripsisset iura Imperij, sicut Reges Hispaniæ, qui dicuntur non subiacere Imperio, quia Regnum a faucibus hostium eruerunt. Concordat D. Anton. Et est ratio principalis responsionis, quia cum moneta (vt præmissum est) inuenta est, & instituta pro bono cõmunitatis, congruum est, vt ab co fabricetur, a quo regenda est communitas. Talis autem est Princeps, aut qui a Principe habet auctoritatem.

Moneta dispersa nõ est Principis.

Licet autem Principis sit fabricare, ac suo imagine ac nomine signare monetam, tamen propter hoc moneta dispersa in populum non est sua, nec ipse est dominus monetæ currentis in suo principatu. Nam moneta medium est permutandi diuitias naturales æquiualens eis, ideo illorum est possessio monetæ, quorum sunt naturales diuitiæ. Nam cùm quis dat panem suum, vel proprij corporis laborem pro pecunia, cùm eam receperit, sua est, sicut panis, & labor suus fuit, & in eius libera potestate. Dicit etiam Nicolaus Orem, quòd licet, facere monetam, pertineat ad Principem, tamen constituere valorem monetæ, seu proportionem vnius monetæ ad aliam (Gratia exempli: Floreni ad grossum, aut grosi ad obulum, puta, quòd florenus valeat tot grossos, & grossus tot obulos) non debet esse in potestate Principis, sed communitatis, cuius est moneta, quòd sic intelligendum puto, quòd non est in potestate Principis constituere valorem monetæ secundum suam voluntatem, sed iustam, & naturalem proportionem auri ad argentum, & argenti puri ad talem ligam. Et discretio huius pertinet ad communitatem.

Cuius sit moneta.

Constituere valorẽ monetæ, est nõ communitatis

Princeps ad lucrũ suum non debet monetam valentem reprobare.

Ex quo sequitur, quòd Princeps reprobans monetam aliquam valentem, vt eam remissius emat, & constet, & inde aliam minus valentem fabricet, & priorem valorem constituendo, monetam fraudet, & ad restitutionem tenetur.

HAec est sententia Hostiensis, & Panormita. Et patet manifestè, quia vilius vendit carius, quòd est contra iustitiam. Item sic posset sibi attrahere indebitè pecunias omnes

nes ſubditorum, vt ſi attraheret aurum ad paruum precium, & illud emeret pro argento, ac deinde augmentato precio, rurſus venderet monetam auream pro maiori precio argenti. Simile eſſet, ſi poneret precium in toto frumento ſui principatus, & emeret, & poſtea venderet pro maiori precio, etiam per eum conſtituto, quæ vtique eſſet iniuſtiſsima, & tyrannica exactio populi. Nec eſt ſimile de venditione frumentorum à ſancto Ioſeph ſub ditione Pharaonis, quoniam ex eo, quòd non creuerunt frumenta, ipſa facta ſunt cariora, & maioris precij, quàm antè, dum collegerat in horreis, cùm copia eorum exuberabat. Nam precium rei humana indigentia menſurat, vt vult Philoſophus quinto Ethicorum: Et ſi fortè exceſſum eſt in precio, dicit Caſsio. Credo virum ſanctum tali neceſsitate conſtrictum, vt auaro Principi ſatisfaceret, & periclitanti populo ſubueniret.

Dubiũ ſecundum.

DVbitatur ſecundò, Vtrum in aliquo caſu Princeps poſsit mutare monetam propter lucrum ſuũ: vel generalius. An Princeps poſsit habere lucrum ex moneta, conſtituendo maiorem valorem monetæ, quàm valeat eius materia non monetata, deductis neceſſarijs expenſis, vel minuendo pondus, aut ligam ſub priori valore? Reſpondetur breuiter, quòd in vno ſolo caſu Princeps poteſt ſentire lucrum ex moneta, ſcilicet, dum lucrum illud redundat in vtilitatem Reipublicæ, vt tactum eſt in concluſione ſecunda, puta, quando Princeps indiget ſubſidio pro defenſione Reipublicæ, ad quod præſtandum ſubditi obligantur, tunc poſsit fieri aliqua mutatio in moneta, vt pondus, vel materia ſub eodem valore minueretur, vt ſic populus minus ſentiret ſe grauari, dum tamẽ non extenditur lucrum vltra neceſſariam Principis indigentiam ſuprà dictam. Sed hæc mutatio fieri non debet ſine conſenſu ſubditorum, quorum (vt dictum fuit) eſt moneta. Poteſt enim quilibet renunciare iuri ſuo, vij. quæſtio. 1. quàm periculoſum. Sic, & Communitas. Et vult Innocentius, quòd ſufficit conſenſus maioris partis magnatum. Sed de hoc dubitat Panormit. loco allegato, cum tractetur de negocio ſingulorum, ideò dicit Angelus requiri conſenſum ſingulorum.

Non tamen ſufficit conſenſus populi ad diſpergendum hu-

iuſmo-

iusmodi monetam minoris ponderis extrà tale dominium, quia cum damno non subditorum non potest suas indigentias subleuare, in quo satis omnes concordant.

Subtilis modus subueniendi Principi capto si fit satis, inuen.

Videtur etiam quibusdam, quòd in casu, quo colligenda est magna pecunia pro redemptione Principis, aut defensione, &c. Facilior sit modus, & expeditior per mutationem monetæ. Tum quia hic modus facilior est ad congregandam pecuniam necessariam citius sine fraude, & ex facultatibus subditorum. Tum quia minus sensibilis, & per hoc magis portabilis sine murmure, & periculo rebellionis populi. Tum quia est generalissimus, comprehendens omnes tam Clericos, quàm Laicos, & nobiles, & plebeos, diuites, & pauperes. Verum, an hæc ita se habeant, committo diligenti lectori. Duo tamen necessariò hic attendenda sunt: Primum quòd moneta illa tantum currat inter subditos illius dominij, qui tenentur subuenire domino, & suæ Reipublicæ, quoniam si dispergerentur ad alios, isti per hoc iniustè grauarentur. Secundum, quòd collecta necessaria pecunia, moneta reducatur ad priorem statutum, quia cessante causa, cessare debet, & effectus.

Dubium tertium.

TErtiò dubitatur: Vtrum eligens ad partem meliores denarios, ac magis ponderantes, & conflari faciens, peccet, & ad restitutionem teneatur? Respondet Angelus in Summa, sequens Hostiens. Ioan. Andre. ac alios sub hac distinctione. Si illi, qui cudunt pecuniam, eò quòd non possunt omnes æqualiter sculpere, vel perficere, aliqui denarij sunt, quandoque minus ponderantes, propter hoc permittunt alios in maiori pondere, vt sic fiat adæquatio iusti ponderis in multitudine; quæ non potest fieri in singulis denarijs. Tunc tales eligentes meliores, sunt falsarij, & tenentur ad restitutionem Communitati, quia corpus pecuniæ dammificauerunt. Si verò omnes denarij sunt iusti ponderis, sed aliqui sunt amplioris, & illos radunt, dummodo remaneant iusti ponderis, seu conflent, non credo falsarios, licet malè faciant, & nullo modo sit eis consulendum. Si tamen noluerint abstinere, non credo, quòd sint propter hoc extra statum salutis. Videtur itaque sentire, quòd talis non peccet mortaliter, licet peccet venialiter,

quod

Digitized by Google

quod non satis intelligo, nisi modicitas huius electionis (quia raro, vel pauco s. l. g. t.) excuset, quoniam si hoc frequenter faciat, damnificat grauiter monetarium, qui ex improuidentia excessit in pondere, vel eum, cuius nomine monetat, & ita teneretur ad restitutionem ei, sicut, qui rem remissius emit, vbi forum certum est, & vendens in numero, vel pondere errauit. Sic Monetarius in pondere errauit. Si tamen raro fiat, modicitas excusaret, sicut furtum minimae rei vt pro vnius excusatur.

IOAN-

Digitized by Google

52

IOANNIS AQVILAE IVRECONSVLTI LIBELLVS,

De Vtilitate, & Poteſtate Monetarum.

Omiſsis autem ijs, quæ de vocabulis quibuſdam rei monetariæ præmiſit, cum ſint notiſsima, & a multis alijs, & rectius, & eruditius tractata, ea autem, quæ propriè ad rem pertinent, integra ſubiecimus.

QVIS HABET IVS MONETANDI DE IVRE Communi. Caput Primum, Partis Prioris.

PRo reſolutione atque euidentia materię eſt ſciendum primò quòd regulariter nemo pręter ſupremum Principem poteſt facere cudi monetam. Eò, quia cudere monetam, eſt de iure regalium, pertinens de iure cõmuni ad ſolum Papam, & Imperatorem, per textũ in lege ſecunda, §. denique cùm ærarium, ff. de origine iuris, l. 2. C. de falſ. mo. & capitu. vnico, quæ ſint regalia. Ratio, quia habere ærarium eſt vnum in ſignum ſpecialis prærogatiuæ, Principi reſeruatum per l. probatorias, C. de apparito. iudic. & approbat. eorum, & ibi not. libro ſecundo.

1 Adde ius concludendi monetam nulli competere, niſi Imperatori, §. monetæ, titu. quæ ſint regalia, & ibi latè Matthęus de Afflict.

2 Priuatum tamen vel priuilegio, vel conſuetudine ius illud acquirere poſſe tradidit Minſingerus latè obſ. 24. centur. 4.

Gui-

Digitized by Google

Guido.Papæ deciſ.498.Boſsius in criminalibus, tit.de monetis, nu.1.

3 Quanto tempore præſcribantur ea,quæ ſunt reſeruata ſupremo Principi,vt ſunt vectigal,& ius cudendi monetam, tradit Balbus ſecund.par.quinta princip.q.4. de præſcripti.

Ius monetandi nulli priuato poteſt concedi.

NVlli priuato de iure ſcripto competit cudere monetam etiam legitimæ materię, & legitimi ponderis exiſtentem, ſecundum Hoſtien. Anchar.Imol.Bohic.Panormitan. & Docto.in cap.quanto, de iureiuran. Glo.Cy.Bar.Sali. & Doc. in l.fin.C.de fal.mo.& Iaſo.& Docto.in l.ex hoc iure, ff.de iuſt. & iure. Eò, quia moneta habet eſſe in publica forma percuſſa per l.primam, in ver.nummus, ff.de contrahenda emptione, & text. in d.capit.quanto, in verſicu.patris tui monetam conſeruari qua forma publica priuatus ſine pœna falſi non poteſt vti, l.falſis nummis, & l.qui nomine, ff.ad l.Cornel.de falſis.

PRriuatus cudens monetam, incidit falſi pœnam, puniendusque eſt, vt falſarius, ſecundum Bohic.& Doctor. vbi ſuprà per l.quicunque, & l.Cornelia, ff.ad l.Cornel. de falſ.& l.prima,C.de falſa moneta,quod non contingeret,ſi iure permittenti hoc faceret, l.Gracus,C.de adult.& c.qui peccat,23. quæſtio.4. Nam nulli priuato, ea quæ iuris publici ſunt, ſine conſenſu Principis competunt, per l.ij.§.ſi quis à Principe, & §.idem ait, ff.ne quid in loc.publi. & l.quicunque, C.de fund. limitro.libr.11. Denique fruſtra per Priuilegium impetraretur, ſi iure communi concederetur l.Imperatores, ff.de Priuileg.credit.& l.vnica,C.de theſau.libro decimo.Sed per Priuilegium à Principe impetratur, quòd quis cudere poſsit monetam, per textum Genz. in extrauag. Io.xxij. incipiens prodiens, quaſi ex adipe. Igitur.

Ius monetandi ex Priuilegio,ſeu ex conſuetudine immemorabili poteſt acquiri.

FAllit ſuprà dicta regula de Iure ſpeciali, vtpotè Priuilegio, vel conſuetudine ex neceſsitate introducta. Vt quia Prin-

Princeps non potuit vbique, & sufficienter monetare, secundum gloss. Cyn. & Doctor. in l. 2. C. de fals. mon. Ideò bene potuit alteri, vt Regi, Duci, seu etiam Ciuitati populum subditum habenti non priuato ab Imperatore illud ius ex Priuilegio, vel immemorabili consuetudine concedi, & acquiri, puta monetam cudendi. Patet primum, quia ea, quæ competunt Principi, vt Principi benè possunt alteri in Priuilegium concedi, per textum copiosum gloss. & Doctor. in cap. quod translationem, de offic. deleg. & in l. si quisquam, ff. de diuer. & tempor. præscrip. l. fin. C. no. vectiga. instit. Secundum clarer sic, quod ea, quæ potest Princeps, etiam consuetudo potest, secundum Cyn. in l. 1. C. de emenda. propinquo per text. & Doctor. in cap. super quibusdam, §. præterea, de verborum significat. Nam licet ius exigendi vectigal, sicut ius cudendi monetam, sit de iure regalium, cap. vnico, quæ sint regal. Et illud ius præscripta consuetudine centenaria, seu immemorabili benè potest acquiri, secundum Bart. & Doctor. in l. si publicanus, ff. de publicanis, & vectigal. post Cyn. per plures rationes bene vrgentes in l. prima, C. noua vectigal. institui non posse. Specul. de ea. post. & propr. §. quia vero, versi. quod de colligentibus vectigal. Bohic. & Doctor. in cap. quanto, de iureiuran. per Guid. Pap. quæst. 498. per text. in l. final. C. no. vectigal. instit. non post. & text. in l. in dicto cap. super quibusdam, §. præterea.

MOnetare quidam possunt ex Principis concessione, vel ex centenaria præscriptione, vt sunt vtriusque status Principes, Electores, Marchiones, aliqui Comites, Ciuitates item Imperiales Alemaniæ habent per priuilegium, quod possunt monetam cudi facere, vt patet de Sueuis, Rhenanis, atque Bauaris, ac Francis. Idem Dux Sabaudiæ, Barbonij, Principes Aurayce, Archiepiscopus Ebrundinens. Episcopus Lausanensis. Item, & Ciuitates Italiæ aiunt se habere ex præscripta consuetudine ob hominum necessitatem inducta. Eò quòd Imperator non potuit vbique sufficienter monetare secundum gloss. Cyn. Salycet. & Doctor. in l. final. C. de falsa moneta.

QVID

QVID SIT LIBRA AVRI, ARGENTI, ET AERIS.

CAP. II.

PRO euidentia præmittendum est, idem esse solidum, & aureum, quorum 72. libra auri faciunt, secundum Ioan. de Pla & Doctor. C. de vete. numisma. Pol. lib. 11. Cum autem 72. solidi constituãt libram auri, sequitur quod sex solidi aurei floreni, siue Ducati Imperiales, seu legales, constituũt vnciam. Itaque vnus aureus legalis, est sexta pars vnius de xij. vncijs, quæ xij. faciunt libram auri, secundum Ioan. de Plat. in d.l. quoties.

Adde quid sit aureus, quid solidus. Couarruuiam in collatione veterum numismatum, cap. 3. §. 2. Non me latet Boerius decis. 327. per totum. Ponuntur autem pro eodem, ita vt solidus aureum denotet, atque significet. Olim septuaginta duo aurei, vel solidi constituebant libram auri, hodie prio res aurei cuduntur, & nunc aurei conficiunt libram, quales per Germaniam habemus, vulgò *Goltgulden*, dicuntur. Existimat autem Alciatus in l. hæc enunciatio de verborum signif. quod hodierni aurei hodie in quaque regione currentes, & vsuales sint substituti in locum veterum aureorum. Ita vt quis hodie secundum eos ex legibus, & statutis sit puniendus, vel honorandus, prout res postulauerit. Quod annotauit quoque Ioannes Sichardus in l. 4. quicunque, C. de seruis fugitiuis. Vide Franciscum Viuium in comm. opinionibus, in verbo aureus, lib. 1. Solidus dictus fuit, quasi solidus, & integer, nullaque parte diminutus: iusto, & integro pondere percussus. Brecheus in l. etiam nummos, de verb. significatione. Sichar dicto loco. M. Boyss.

INde elicitur secundum Guido. Papæ, q. 482. quòd donatio absque insinuatione vltra quingentos solidos, id est, aureos facta est ipso iure nulla intelligitur de illis legalibus aureis, per text. & Cyn. in l. si quis pro redemptione in Princip. C. de dona.

Itaque

ITaque intelligitur, quòd ſimplex defenſor ciuitatis non poſsit iudicare vltra, ſiue ſupra trecentos ſolidos,, l. jj C. metalla.li x. & in Auten. de defenſore ciuitat. §.& iudicare, vbi per Bar. & Ange.

Libra argenti appellatur quinque aurei ſeu ſolidi, ſecundum Guido. vbi ſupra per text. in l.ſi clericus, C.de epi. audi. & in l.1.C.de argent.precio quod theſau.infer.lib.x.

Tamen vbi ab homine eſſent prolati aurei vel ſolidi,intelligunt de ſolidis minutis, & ſic de libris ſecundum conſuetudinem, & vſum loquendi regionis,ſecundum Bartol. Ioan.de Plat.& Doctor.in dicta l.quoties.per l.Imperatores,ad finem, ff.de contrahend.empt.l.nũmis,ff.de lega.3.& l.ſemper in ſtipulationibus, ff.de regul.iur.cum concor.

Corollarium. Sic etiam numiſma, aureus,ſolidus, nũmus, & denarius, hodie variantur ſecundum pondus, & vſum Regionum, vt ſecundum pondus 96. ſolidi, conſtituunt libram auri. Vel hodie aurei Florentini,Bononienſes, Senenſes, & ſimiles, octo conſtituunt vnciam, & ſic 97. in maſſa faciunt libram auri,ſecundum gloſ. Bartol. Ioan.de Plat. & Lucam de Pen. in d.l.quoties.

INde eſt, quòd huiuſmodi vnus aureus valet 10.libras æris, per l.1.C.de colla.æris. & 10.aurei valent vnam libram argenti,ſecundum Pla.vbi ſupr.per l.vnicam, C.de argenti precio, quod Theſau.infert, lib.10.

Cur dicta ſit moneta;& qui ſint monetarij,& quæ moneta ſit falſa, adulterina, raſa, tincta. CAP. III.

MOneta in propoſito caſu dicitur,'quia monet ne qua fraus in metallo, põdere, vel forma, committatur. Vnde monetarij ſunt, qui Principis monetam cudunt,ſecundum gloſſ.Rub. Ioan. de Plat. & Lucam de Penna. per text.l monetarios,C.de murileg.Ginecia. & moneta,lib.10.Et primus qui monetam fabrifecit, fuit Chare optimus faber,pater Abrahę ad petitionem Nini Regis Niniuæ,filij Beli, ſecundum Alber.in reperto.& Guid,Pap.in quæſt.497.ad finem.Inde eſt,quod dicitur

Digitized by Google

citur Gen.23.ad fi. Abraham appendit pecuniã probatæ monetæ publicæ. Vnde originaliter proceſsit, quod moneta Imperatoris atque Regum Romanorum eſſet aurea, & magni precij, vt dixit gl.l.2.C.de fal.mo. Et ibidem dicitur, quod qui eam falſat, punitur, & quando fit ab eo qui non habet poteſtatem, exuritur. Aliàs dicitur adulterina, ſecundum Bar. ibidem vt qui eam radit, vel tingit, id eſt, cooperit auro vel argento, vt tota aurea vel argentea videatur. Si eſt liber, ad beſtias cõdemnatur: Si ſeruus, vltimo ſupplicio afficitur. Io.de Pla.in d. l.monetarios circa medium l.quicunque, ff.de falſis. Et illa antiqua moneta Imperatoris, appellatur numiſma in qua eius imago eſt ſculpta. dicitur enim numiſma inſcriptio facta in nummo, vt videtur Matth.22. Oſtendite mihi numiſma cenſus, id eſt, nummum, qui pro capitis cenſu datur, ſecundum Pla.& Pennam in d.glo.rubr.C.de vete.numiſma.po. Sic ſco.hiſto.exponitur, & per Chryſoſ.dicitur, numiſma Cęſaris aurum eſt, numiſma Dei homo eſt. In ſolidis Cæſar videtur, in hominibus Deus agnoſcitur. Iſido. ety.16. ait: Numiſma eſt ſolidus aureus, vel argenteus, vel æreus, ideò ſic dictus, quia Principis nominibus effigieque ſignatur, per l.numiſmatum, ff. de vſufruct. vbi gloſſ. & Doctor. Nummi autem à Numma rege ſunt dicti, qui eos primus apud Latinos imaginibus notauit, & titulum nominis inſcripſit. Saturnus tamen ſecundum Eutropi.in princip.hiſto.æreos nummos primus inſtituit. Denarius verò inde eſt dictus, quòd decem valet numos vſuales, ſecundum Lucam de Pen. prout in ſco. hiſto. exponitur illud Euangelij: Exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt vniuerſus deſcriberetur mundus, &c. Fa. no. in l.1. ff.de contrahend. emptio.in l.quintus, §.ſi autem, ff. de aur.& arg.le.& per gl.Hoſt.& Doct.in c.quanto de iureiur.

Ex iam dictis infertur primò, quòd nulli alij licet facere monetam auream cudi, niſi Principi, per l. final. C. de falſ. mon. Et hoc de iure communi. Hodiè tamen de iure ſpeciali ex conceſsione Imperatorum, qui multis Regibus, & ciuitatibus conceſſerunt. Et etiam vſurpatione iuriſdictionis. Cùm Imperium ſit ſciſſum, cuditur in multis locis moneta aurea, argentea, & ærea, ſecundum Ioan. de Pla.in dict. gloſ. Rubr.de vete. numiſma. poteſt.per gloſſ. & Doct. in l.3. C.de falſ.mon.

Secundò elicitur, quòd in numiſmate exiguntur tria iſta, videlicet metallum, pondus, & forma, quorum ſi aliquid defuerit, non eſt vnum numiſma, ideò materia, forma, & pondus, diuerſificant nummos, ſecundum Lucam de Pen. etiam in d.glo.Rub.C.de vete.numiſm.pot.lib.11.

Tertiò elicitur, quod moneta tribus modis ſoleat reprobari, videlicet ex materia vtpote eſt tincta, non tota aurea, velargentea, vt conſueuit, & eſſe deberet. Sed ex materia adulterina eſt. Ex pondere, vt puta eſt diminuta, legitimo pondere defraudata, vel etiam forma debita priuata. Ex curſu, vt quia non recipitur, nec currit, vt conſueuit, & ſic eſt iniuſta ſecundum Innoc. Hoſtienſ. Ioan.Andr.Panorm. & Doct.in cap.quanto, de iureiur.

Cautela contrahentium hodiè.

INde eſt, quòd creditores hodie conſueuerunt ſibi prouidere, faciendo apponi in inſtrumento mutui, quod ſibi reddatur pecunia eiuſdem materiæ, eiuſdem valoris, & ponderis, atque in eodem curſu, ſecundum Hoſtienſ. & Panorm. in d.cap.quanto, Aſcenſ.lib.3.de ſolu.art.8.quæſtio.63.qualis. Eò quia iſta exiguntur ad eius bonitatem, & vtilitatem, videlicet iuſtitia ponderis, & materiæ, & auctoritas formæ atque curſus, ſeu valor monetæ. Bart.in l.qui falſam, ff.de falſis, & Bal.in Rub.C.de contrahen. emp.

Cuius expenſis debeat moneta cudi, & an lucrum ex ea valeat haberi. CAP. IIII.

QVONIAM moneta debet eſſe tanti valoris in forma, quanti erat in materia ſeu maſſa. Conuenit illam expenſis fieri cudentis, puta regis vel communitatis, ſecundum vnam opinionem de iuris rigore, vt no.per gl.in l.1. ff.de contrahend. empt. Imol.in l. Paulus.l.creditor, & l.procurator, ff.de ſol. Bart.in l.qui falſam, ff.de falſ.

Veruntamen ſecundum alteram Innoc. & Oſtien. opinionem, quæ ſeruatur de conſuetudine, Rex ſeu Reſpublica propter

pter iurisdictionem, & auctoritatem, quam habet, quia eius personam, characterem, & auctoritatem dicta moneta recipit aliquantulum, sed non multum minoris valoris, quàm sit metallum, etiam deductis expensis cudendi, vtpote fabrorum & officialium domus monetæ, ipsam monetam fieri faciat, vt modicum, sed non multum sentiat inde lucrum, secundum Innoc. Host. Ioan. And. Bohic. Panorm. Phi. & Doct. in c. quanto, Fran. de curt. in l. 2. §. 1. & in l. cum quid, ff. si cert. pet. Io. de Ana & Mod. in c. postulasti de iud. in c. 2. de maledi. in c. quam graui, & c. ad fals. de cri. fal. Bart. in Rub. C. de contrahē. emp.

Hinc infertur seu elicitur, quòd duplex sit bonitas monetę. Vna intrinseca consistens in materia, pondere, & charactere. Altera extrinseca consistens in valore, & estimatione, pro qua expenditur de consuetudine, secundum Bar. in d. l. quicunq; per l. 1. ff. de contrah. empt. l. 1. & fi. c. de vete. numis. pot. lib. 11. Fa. c. eijciens. 83. dist.

Adde, publicis expensis numismata esse cudēda ita vt Princeps aliquid lucri seruet pro ratione expensarum prout tradidit nuncupatus Didac. Couuar. infrà. c. de mutatione monetæ, c. 7. in collatione veterum numismatum.

An moneta ad libitum queat mutari. CAP. V.

REx seu Respublica non potest absque populi consensu, sed cum consensu benè valentē monetam mutare. Eò quia id est negocium regni seu communitatis, ideò exigitur consensus saltem maioris partis magnatum regni atque communitatis, per tex. Innoc. & Doctor. in capit. quanto, de iureiurand. Lucam de Pen. in rubric. C. de veter. numism. potest. libr. 11. l. quòd maior, ff. ad municipal. l. 2. §. finautem, C. de iur. calum. Nam vnicuique licitum est his, quæ pro se introducta sunt, renunciare, l. si quis in conscribendo, C. de pact. & capit. quam periculosum, 7. quæstio prima. Aliqui volunt, quòd singulorum requiratur consensus, nisi alleuiarentur in angarijs. Secus ergo in alijs non subditis, quibus huiusmodi mutatio vel minoratio non præiudicat. Inno. & Panorm. in d. c. quanto, de iurejur.

Adde, an Princeps posit mutare pecuniæ valorem. infrà Couarruuiam,d.c.de mutatione monetæ,circa finem.Potest autem ratione publicę vtilitatis,tempore belli,vel si aliàs populo vtile sit futurum, ita etiam, vt ex corio fieri possit, quo casu cessante bello mercatoribus, qui res suas vendiderunt huiusmodi vili pecunia, Princeps resarcire tenetur damnum. De quo latius agit Andr.de Isernia,& Afflictus in §. monetæ, de regalijs, seu feudis.

Princeps etiam posset iubere, vt moneta aliquando deferatur ad suum ærarium, vel fiscalem, ita tamen, vt restituat iustum precium. Quoties enim Princeps res priuatorum aufert ratione publicæ vtilitatis, semper debet iustum refundere precium; Costalius in l. item si verberatum 15. de rei vendicatione. Decius in l. id quod nostrum est, Schurffius cons. 55. cent.3. Egregiè Porius in comman. opin.lib.1. conclusio. 15.16.17 magis egregiè doctissimus Arrius meus Pinellus, in l. 2. C. de rescindenda venditione, mox ab initio Præses Mechli. in loco a plenit. potestatis, Hyppolitus singul. 634. quã quæstionem latissimè examinaui, atque explicui in actu meę licentiæ, Anno 71. in Augusto, die 72. Coloniæ Agrippinæ. M. Boys.

Quòd moneta intelligatur de aurea, & argentea. CAP. VI.

SCiendum est, quod appellatione Monetæ intelligitur moneta aurea, & argentea, secundum Guido. Pap. quæstio. 492. per gloss. vers. nummos, & gloss. vers. pecuniæ, & ibi Doctor. in l.2. C.de fals. monet. Nam appellatione pecuniæ, continetur aurum,& argentum per l.pecuniæ, 2. & 3 ff.de verbo.signif.Probatur etiam ex generalitate Rub. C.de fal. mon. sub qua ponuntur leges loquentes, tam de auri, quàm argenti moneta, vt in l. 1. & 2. Eo quia appellatione pecuniæ venit largè totum patrimonium, & quicquid homines habẽt in terra, per text.& Bart.in l.cogi.in princ.ff.ad Trebel.& in l. talis in princ.ff.de lega 1. Vbi dicitur, quòd quando verbum pecunia a testatore profertur, omnia, quæ in numero ponere, vel mẽsura constituunt, cõprehenduntur. Nã qui pecuniam hẽt, facilè omnia hẽt. Bald.& Doct.in l.2. C.de constit.pec.

Adde

Digitized by Google

Adde omnis res in pecuniam, & rursus omnis pecunia in res alias omnes conuerti potest. Imperator in l. si receptitia, C. de constituta pecunia l. si ita fideiussorem. Et Bald. in l. si Titius, C. de operis libertorum. Pecunia (inquit) est vita hominis. Et Aristoteles ait, pecunia est fideiussor futuræ necessitatis quod refert Petrus Girhardi nota. 23. sic Petronius arbiter relatus à Catelliano Cotta in verbo pecunia.

Quisquis habet nummos, secura nauiget aura,
Fortunamq; suo temperet arbitrio.
Vxorem ducat Danaen, ipsumq; incebit
Acrisium iubeat credere quod Danaen.
Carmina componat, declamet, concrepet, omnes
Et peragat causas, sit q; Catone prior.
Iurisconsultus paret, non paret, habeto
Atque esto quicquid Seruius & Labeo.
Multa loquor, quidnis nummis præsentibus opta,
Et veniet, clausum possidet arca Iouem.

Omnia pecuniæ obediunt. Ecclesiast. x. Vnde Horat. pecuniã reginam appellat. Et sic omnis res, & omne commodum æstimabile, intelligitur appellatione pecuniæ à pecoribus dictæ. Eo quòd quicquid antiqui habebãt, in pecoribus cosistebat. Bart. & doctor. in l. 1. §. an potest, ff. de constit. pe. & in l. quisquis, ff. de leg. iij. Alexand. in l. singularia, per l. 2. §. item mutuum, ff. si cert. pet. & l 2. C. de constitu. pecu. per text. Arch. & doctores in cap. quicquid, & in ca. sunt nonnulli, 1. q. 1. & tex. in cap. totum, 1. q. iij. Text. Gloss. Card. & Doctor. in Cle. 2. §. 1. de hære.

Adde pecunia non solum numeratam pecuniam, & nummos in numerato complectitur, sed etiam omnia corpora, res mobiles, & immobiles, iura, & actiones. Hermogenianus in l. pecuniæ nomine, & Vlpianus in l. penul. verbum, de verborũ significa. Quocirca si quis aliquid roget restitui, aut leget bona sua, non dubium est, quin pecuniam omnem, quæ in bonis sit, putauerit, atque legauerit, è contra si quis leget omnem suã pecuniam, censebitur vniuersam rem suam legasse, vel omnia sua. Est enim generalis pecuniæ appellatio, l. Nam quòd ius publicum, ad fin, ad S. C. Treb. l. Balista eod. tit.

Vt ergo Iurisconsulti: sic Græci verbo χρημάτων significant tam immobilia, quàm mobilia χρήματα enim sunt, οὐσίαι κτήματα, βοσκήματα, Census, Facultates. Opes, Bona Fortunæ, τὰ ἐπαρχόντα τοῖς οὖσι, παρὰ τὸ χρῆσιμα εἶναι, vt docet Xenophon in principio œconomicon. Ratio autem cur pecuniæ appellatione res omnes, & corpora contineantur, ea esse potest, quòd veteres ante percussos nũmos huiusmodi res in commercijs per vsum permutationis commutarent, cui permutationi, deinde successit emptio, & venditio, & pecuniarum vsus esse cœpit, quæ quia pecudum nota signarentur, pecuniæ dictæ sunt, & Plinius pecuniam a pecore dictam tradit lib. 18. quæ omnia ex doctissimi viri Ioannis Brechei doctissimis commentarijs in titu. de verbo. significationibus didici, cum eum tit. Coloniæ publicè exercendi studij gratia, anno 71. ab initio meæ promotionis prælegerem. M. Boyss.

Sed secundum communem vsum loquendi regionis, nominatione pecuniæ accipitur propriè, & strictè de nũmis, Bar. & Doctor. in d. l. 1. §. an potest, per text. in l. 1. & l. sed, & si. §. pecuniæ, ff. ad Macedo. cap. putant quidem, 14. quæst. 3. & sic strictè accipitur in rescriptis secundum Innoc. & Doctor. in cap. sedes de re. Et sic rei appellatio latior est, quam pecuniæ, l. rei, & l. nominis, ff. de verborum signif. Vbi dicitur, quòd appellatione pecuniæ significatur res, quæ est in patrimonio, ergo non res sacra, vel liber homo, & tamen dicitur res. Non autè appellatione pecuniæ venit cessio nominis debitoris, gloss. in l. legaui ad finem. ff. de lib. leg. Neque venit pecunia falsa, vel reprobata, secundum Bartol. in l. quamuis. ff. de aur. & argen. leg. & Alexand. in l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pig. act. Neque includitur pecunia signata in sacculo, vel arca, sed tantũ pecunia numerata, Bart. & Doctor. in l. nam quid, §. fin. ff. ad Treb. & l. pecuniæ, de verb. signif.

INfertur quod hodie in contractu, vel etiam testamento rustici appellatione possessionum non venit pecunia, licet etiam possideatur, nisi de consuetudine loquendi contrarium probetur, Bart. & Doctor. in l. vxorem, §. legauerat, ff. de leg. in 3. Cyn. Bal. & Doctores in l. fin. C. de compensa.

Pecu-

Pecunia mobilis aliquando inter immobiles res refertur.

ELicitur, quòd pecunia propriè est res mobilis, quæ seruando seruari non potest, quo ad fructum secundum vsum, ad quem est destinata, licet beaè quo ad oculum seruetur, glos. Bart. Alex. & Doctor. in l. interdum. ff. de condit. indeb. Bart. in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebel. Bald. & Doctor. in l. 3. ff. ad Maced. Alex. in l. singularia, per l. non omnis, §. 1. si certum petatur, l. 2. ff. de vsufruct. §. constituitur, etiamsi sit redacta ex re immobili. Bald. in l. ea demum, C. de collat. Nisi esset destinata in emptionem prædiorum, quæ non posset alienari a tutore absque decreto Iudicis, licèt alias regulariter alienari, ac delegari posit pecunia absque decreto iudicis. Ex quo est res mobilis Rayn. Bald. Angel. & Doctor. in l. cætera, § sed si parauerit, ff. de leg. 1. Bart. in l. potest, ff. de auct. tuto. per text. & Rom. in l. quid ergo, §. quid ergo, ff. de contrario iu. tute. per glos. & Doct. in d. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebel. Panor. in c. nulli, de rebus Eccles. non alien. & Ioan. de Anan. & Felin. in cap. licet heli. de simon.

Adde pecunia inter mobiles refertur: itaque eam minor tutor, aut Prælatus alienare potest sine decreto. Estque res, quæ seruando seruari nequit, glossa in l. 1. §. fuit quæsitum ad Trebellianum, Canonistæ in cap. nulli, de rebus Ecclesiæ non alienandis, vide Corsetum in sing. in verbo pecunia, Tiraq. de retractu. §. 1. glos. 7. num. 106. Arium meum Pinellum in l. 1. par. 2. num. 43. de bonis maternis. Vbi contra communem opinionem statuit.

Pecunia an referatur inter mobilia an verò inter immobilia, quoties destinata est ad emptionem prædiorum immobilium controuersissima est quæstio inter immobilia referri 14. doctorum refert nomina, & inter mobilia cēseri refert 25. Doctores diligentissimus D. Boerius in sua decisio. 209. vbi communiorem tenet sententiam horum posteriorem, & reprehendit ibidem iuuenem quendam Iurisconsultum, qui temerè Iasonem reprehendisset, & contrarium statuisset. Vide latissimè hanc quæstio. apud Arium meum Pinelum de bonis maternis d. loco. Et Tiraquellum plures pro more suo citantem de retractu. §. 1. gl. 7. nu. 16. & sequentibus.

Postremò in conflictu Doctorũ distinctio adhiberi potest, talis: vt si fuerit deposita pecunia paruę summæ, iam loco mobilium censeatur, sin verò magna sit summa, vt eo casu immobilium loco habeatur, quam distinctionem posuit Nicolaus pigo. in sing. 104. Ludouici Romani, quæ vide. M. Boyss.

EX iam dictis innuitur, quòd pecunia mutua si extat, & nõ sit cõsumpta, neq; alienata, nec vt discerni non possit, cõmixta, tunc illa pupillis est reddenda, & eam esse consumptã probare debet debitor, qui eam accepit, & nõ qui mutuauit, secundum Bald. Sali. Rom. Paul. & Alexand. contra Ia. Butr. & Alb. in l. non omnis, §. si pupillis, ff. si cert. pet. Et si pecunia non soluatur, vt debita est, interesse peti potest, secundum Spec. de fruct. & interesse, §. 5. in princip. & ibi in add. Et extenditur procedere in foro vtroque, etiam Canonico, videlicet quod licitum est creditori vltra sortem petere interesse, non solum damni emergentis, sed etiam lucri cessantis, secundum Antho. de Butr. Panorm & Doct. in cap. conquestus de vsur. & Panorm. in cap per vestras, de dot. post diuor. restit. fa. no. in cap. fi. de vsur.

Addo, creditor interesse potest petere propter moram, & haberi debet ratio lucri etiam cessantis à die moræ commissę. Nam in iustis negociationibus lucrum cessans vicinius est dãno emergenti, quàm lucro, & hęc sententia vtroque iure probatur. Didacus Couarruuias cap. 4. lib. 3. variar. resol. nu. 1. & 2. Plotus in l. Si quando, C. vnde num. 469. Cravetta cons. 186. nu. 7. & innumeros allegat Octauianus Cachera. decisio. 143. Neuiz. consil. 77.

Quòd quilibet debeat impedire, ne falsa cudatur moneta.

CAP. VIII.

QVisquis non prohibet cudi falsam monetam, dum prohibere potest, tenetur pœna falsi, per l. lege Cornel. 2. re. ff. de fal. & l. 1. C. de fal. mon. Neque distinguitur, an id posset ratione officij, vel non, per d. l. 1. in princ. & §. actore. Ergo fortius puniendus est, qui non prohibet, qui impedire posset, ne suus proximus offendatur. Personæ quippe hominum sunt

rebus

Digitized by Google

rebus cæteris digniores,ideò præferendæ l. ſanciimus, C. de ſacroſanct.Eccleſ.& c.prçcipimus,12.q.2.Et omnia gratia hominum ſunt inducta, in l.pecudum, ff.de vſufruc. Salus enim hominum æſtimari non poteſt, l.penul.§. fin.ff.de dona. Vnde Cicero 1 Officiorum inquit: Qui non defendit, nec obſiſtit iniuriæ, ſi poteſt, tam eſt in vitio, quàm ſi parentes, aut amicos,aut patriam deſerat. Et ſubdit, quòd tales magis delinquunt, quàm iniuriam inferentes, qui interdum ex iuſtitiæ ratione mouentur. Facit l.1. §.fin.cùm ibi not. ff.de mor.infe. referr, & ſequitur Lucas de Penna, Innoc. l.1. in 18.q. C.pub. leti.libr.12.

Ad hoc caput pertinet quod conſcius huius criminis, & qui non denunciat Principi, puniatur eadem pœna, idque ea proculdubio ratione, quòd pertineat ad publicam vtilitatem, quam quiſque promouere debet, de quo vide elegantiſſimum caput 355.Menochij viri diligentiſsimi,in tract.de arbitrijs Iudicum, vbi catenatim explicat, quorum criminum conſcij, cum auctoribus puniantur.

Huc pertinet regula iuris; qua dicitur quòd culpa non careat, qui ſcit, & prohibere poteſt. Vbi tradunt communiter, quòd is teneatur de delicto, qui non prohibet aut auertit, cũ ſine ſuo incommodo poſsit, per cap.quantum de ſentent. excommunicatio.

Quatenus reuelare quis delictum teneatur, vide Panorm. in cap.1.de reſtitut.ſpoliatorum, Romanum ſing.794.

Multa ſpecialia eſſe in falſa moneta. CAP. VIII.

IN crimine falſæ monetę primum hoc eſt ſingulare, quòd quilibet poteſt & tenetur accuſare falſarium.

Secundum, accuſator ſuccumbens, non punitur, vt calumniator,

Tertium, quòd quilibet propria auctoritate falſariũ monetæ capere poteſt.Specul. de accuſ. §.1. ver. hoc tamen.

Quartum, quòd eximens falſarium captum a manibus iuſtitiæ punitur capitaliter.

Quintum, quòd falſarius monetæ condemnatus non appellat.

pellat. Speculat. de appellatio. § 2. verſic. 29.

Sextum, quòd is, in cuius domo falſa moneta cuditur, etiá ſi ignoret, punitur per text, gloſſ. & Doctor. in capit. quanto, de iureiuran. Vbi iſta pœna non minoratur, ideò etiam in foro Eccleſiaſtico ei ſtatur, niſi eſſet ignorantia probabilis, vtpotè erat abſens a Ciuitate, vel Prouincia, ſecundum Phil de Franc. in d. cap. quanto, arg. cap. cum in tua, qui matri. accuſa. poſſunt.

Septimum eſt, quòd falſæ monetæ crimen admittit ſociũ criminis ad accuſandum, & teſtificandum, ſecundum Specul. de accuſ. verſ. item repellitur.

Octauum, adde, quod ſeruus, nec agendo, nec reſpondendo, nec prouocando in iudicio ſtare poſsit, l. ſeruus, C. de iudicijs. Sed hoc fallit quoque ſi crimina ſint Reipubl. allatura magnum incommodum, & pernicié, qualia ſunt, ſi quis fraudet annonam, cenſum, vel tributum publicum, ſi quis falſam cudat monetam, his caſibus etiam dominos accuſare poſſunt & conſequuntur per hoc libertatem, l. 1. 2. 3. & 4. C. quibus ex cauſis libertatem conſequatur ſeruus. Zaſius in dicta l. ſeruus, C. de iudicijs.

Nonum, domus etiam confiſcatur, in qua tale crimen cõmiſſum probatur, l. 1. C. de falſa moneta.

Decimum, conſcij, & non propalantes crimen, tenentur, vt auctores, eadem l. 1.

Quàm multifariè committatur crimen falſæ Monetæ.

CAP. IX.

CRimen falſæ monetæ committitur primò, quando quis cudit monetam, quam cudere non debuit, neque potuit, lege Corn. de falſis. Tenetur per l. qui falſam, l. qui nomine, & l. Cornelia teſtamentaria, ff. ad l. Cornel. de falſ. Teneturque lege Iulia. maieſtatis, per l. ſi quis numum, C. de falſ. mon. Ratio, quia cudere, vel formare monetam ſpectat ad regalia, vt eſt text. in cap. vnico, in ver. moneta, quæ ſint rega. & l. 2. §. cum deinde ærarium, ff. de origin. iur. Igitur non poteſt alteri com-

Digitized by Google

ri competere, niſi ex Principis conceſsione.

Secundò fit falſa moneta (etiamſi cudatur ab eo, qui cudere poſsit) ſed ſi cudit in falſa materia, vtpotè argenteos in ſtanno, & aureos in electro cudit, eadem pœna punitur, per l.quicunque nũmos, ff.ad l.Cornel. de falſ. & l. 1. in princip. C. de falſ.

Tertiò fit in forma falſa moneta etiam per habentem poteſtatem cudendi,ſed non in tali forma impreſsione,vel ſigno talis monetæ, quia adulterino vtitur ſigno. Tenetur l.Corn. de falſis, per d.l.lege Cornelia teſtamentaria, ff.ad l. Cornel. de falſis.

Quartò falſatur moneta in pondere, ſi legitimum non habeat pondus, per tex.gl.& Doctor.in l.1. C.de vete.numiſma. pot.lib.11.& capit.quanto, vbi per gloſ. & Docto. de iureiur.

Quintò, & vltimò tenetur, qui expendit ſcienter falſam monetam, puta numos ſtanneos, vel plumbeos,raſos,vel tonſos, ſeu ex qua ſubtiliter particula auri vel argenti exhauſta. (Moneta autem dicitur raſa, vbi circumcirca per longum vſum eſt eraſa, vt quia erat argentea, iam effecta eſt,vt æs appareat.Panor.in d.cap.quanto.) talis tenetur pœna legis Corneliæ de falſis, quæ in libro regulariter eſt deportatio,& omnium bonorum confiſcatio per l.1. & l.hac lege, ff.ad l. Corn. de falſis.Vbi Bart.dicit, quòd ſi ignoranter punitur extra ordinariè arg.l.ſaccularij, ff.extraordi.cri. & Panorm. in d.cap. quanto. Dummodo expendens doceat ſe ab alio habuiſſe,licet teſtes non deponant de nomine. Si aliàs honeſta reputetur perſona. Aliàs debent de nomine teſtes deponere,ſecundum Iaſ.Butr.& Angel.in l.maiorem, C.de fal.Aret.in tractat. malefic,& in ver.falſario.ver.quæro,an ille qui expendit. Bal. conſil.34.libr.5.Rapha.crimen conſil.138. Cepol.conſil.28.& Alexand;conſil.194. & in d.l.lege. Cornelia. Et qualiter formetur libellus in huiuſmodi crimine habetur per Spec.de cri. falſ.in princi.

Adde quoque Damhanderium in praxi criminali cap. 65. infr.vbi quintifariam hoc committi tradit cum exclamatione egregia aduerſus, eos qui pecunias à mercatorib. additis groſſo aut altero mercantur, vt deinde auehant aut reſcindi faciant.

Infer-

Digitized by Google

INfertur, quòd si Princeps valentem monetam reprobet,& minus valentem accepter,vt de reprobata bonum lorum habeat;quia illam conflari & cudi faciat,& sic lucrum habeat vtique fraudem dicitur facere.Hostien.& Panorm.vbi supra, per l.eleganter, §.qui reprobos, ff.de pig.act.

INde elicitur, quòd extra auctoritatem publicam cudens monetam, licet bonã, tamen tenetur de falso, secundum Alexand.& Docto. in l.singularia, ff.si certum petat.per glos. & Docto.in l.sacrilegi, ff. ad l.Iulia. pecul.& glos.ac Doct. in cap.quanto, de iureiur.

DEnique inuenitur, quòd moneta falsatur trifariè.Primò in forma, quando imprimitur signum, seu character illius, qui eam cudi non facit, neque commisit, per l. falsi nominis, & l. qui nomine, ff.de falsf.& per d.cap.quanto. Secundò ex materia metallica,videlicet quando fit de ære,vel stanno, aut non de debita liga, Bartol. in l.Paulus,ff.de solut. Seu vbi immiscetur materia non debita, per l. qui numos, & l. Cornelia, 1 ff. de falsf. Tertiò ex pondere. Nam ista tria sunt de substantia monetæ, per leg. prim. §. prim. ff. de contrahend. empt.

Quæ, & quot sint pœnæ falsatoris monetæ. CAP. X.

DEcimò præmitto ad euidentiam, quòd falsans monetam Principis, punitur pœna legis Iuliæ maiestatis, quæ est taxata in l. si quis, C.de falsf.monet.vt flammarum exustionibus mancipetur, siue aurea, siue argentea moneta Principis superiorem non cognoscentis indistinctè est ignis pœna, quicquid distinxerint glossæ, & Doctor.in l.fin.ad finem,C.de vete. numis. pote. libr.11. probatur per dictam l.2.cum glos. flammarum,C.de falsf.mon. Et talis peccat mortaliter,secundum Hostiens.Ioan.Andr. Ancharan.Imol.in dicto cap.quanto,per text.ibi seruans falsam monetam agit iniquè,ergo fortius falsans per extrauagan. Ioan. XXII. prodiens ex adipe, quę excommunicat omnes in Regno Francię.Et tenetur omnè

Digitized by Google

ne damnum illi perſonæ, communitati, vel populo damnificato reſtituere. Vel ſi neſcietur perſona, tenetur ſaltem pauperibus erogare, ſecundum Doctor. vbi ſupra, & Hoſtienſ. in Summa de cenſ. §. ex quibus', verſic. quid ſi moneta, per capit. peccatum de regul. iur. l. 6. & argum. eorum, quæ not. in cap. cum tu de vſur.

Extenditur procedere idem in eo, qui accepit ignoranter falſam monetam, & poſtea expendit ſcienter pro bona, quia damnum tenetur reſtituere, quando eſt magnæ importantiæ. Secus in exponente vſualem denarium, ſecundum Angel. in Sum. de falſ. verſ. 4. *Expendēs punitur.*

Qui verò radit, vel tingit nummos, ſi eſt liber, datur beſtijs: ſi ſeruus, vltimo ſupplicio afficitur, per l. quicunque, ff. de falſa. gloſſ. Cyn. & Doctor. in l. ſi quis, C. de falſ. mon. Bald. & Doctor. in l. final. C. de vete. numiſm. po. libr. 11. Gloſſ. Ioan. Andr. & Doctor. in d. cap. quanto, de iureiur. Specul. de crimine falſi, in princ.

Falſans autem monetam alterius, punitur mitius, vt Ciuitatis, punitur pœna capitis, per l. 1. C. de fal. mon. Et cum pœna capitalis ſit multiplex, per l. 2. ff. de pub. iud. & interpretatione legum pœnæ moliendæ ſunt, l. interpretatione, ff. de pœnis. Intelligitur pœna non mortis naturalis, ſed ciuilis, ideò poteſt imponi exilium, vel relegatio, interdum bonorum confiſcatio, interdum conſeruantur bona venientibus ab inteſtato. Quia tales ſunt pœnę capitales, vbi non læditur maieſtas. Hoſtienſ. & Panormitan, in dicto cap. quanto, per gloſſ. l. 2. ff. de pub. iud. & Authent. bona, C. de bonis damnato. Fallit, ſi impubes hoc crimen commiſit, qui taliter non punitur, ſecundum Spec. de donat. verſ. quid ſi impubes fabricat falſam, &c.

De pœna falſariorum monetariorum eſt controuerſia, lex ſecunda, C. flamma exurit ei crimini obnoxios. Lex verò prima eos punit capitali ſupplicio, quod de perpetuo exilio, & deportatione intelligi poteſt, iuxta gloſſam in l. prima. C. ne mancipium Chriſtianum, &c. Communiter intelligunt legem ſecundam, loqui in falſificante monetam Principis, ſiue Imperatoris, legem verò primam de falſificante alterius inferioris monetam.

Couarruuias aliter ſentit, & interptetatur legem ſecun-

dam

dam in eo, qui aurea numiſmata Imperatoris falſificauit, vel fabricauit, primùm verò interpretatur locum habere in eo, qui alia numiſmata fecerit adulterina. Rurſus Iacobus Menochius legem primam, & ſecundam iuxta, & pariter intelligit de mortis ſupplicio, idque cum qualitate ignis, & flammarum, licet lex prima eam qualitatem non addidiſſet. Cogita itaque ſuper eo diligentius ne facilè hac, vel illa pœna indignus puniatur. Menochius tradit in Arbitrarijs Iudicum, caſu 316. libro ſecundo, capit. quarto. Couarruuias capit. ſeptimo, de falſa moneta in collatione veterum numiſmatum. M. Boyſſ.

INde elicitur, quòd falſans monetam Regis, Ducis, Comitis, & ſic a Principe inferioris puniri poteſt, iure pœna capitis Ciuilis, ideſt, deportationis: non naturalis, ideſt, mortis. Bald. Salycet. & Doctor. 2. Cod. de falſ. moneta. Alexand. in l. elegantes, §. qui reprobos, ff. de pigno. actione, Ioan. Andr. in cap. quanto, de iureiurando, Alexand. conſilio 104. volum. 1.

INfertur, quod fabricans falſam monetam alicuius inferioris monetæ, vtpotè in loco Statuti punientis fabricatorem falſæ monetæ. Et ſi ibi non expendatur pœna Statuti non punitur, ſecundum Alexandrum ſingula. & ple. in lege eleganter, §. qui reprobos, ff. de pignor. action. Vbi dicit ſe ita vidiſſe obſeruari in facto Ferrariæ. Eò quia iſtud ſtatutum intelligitur de fabricante monetam currentem in loco Statuti pœnalis. Alexand. conſilio 104. Quartæ partis.

CONATVS DELICTI.

ENIQVE ex ſupradictis innui videtur, quòd ille non dicitur falſam monetam feciſſe, qui eam incepit, ſed formam non impreſsit. Et ideò puniri non debet, tanquam delictum conſumauerit, per text. & Bartol. in l. qui falſam, ff. de fal. l. 3. & ibi Bald. C. de naut. feno.

Adde

Digitized by Google

ADde quamuis hoc crimen falsi sit, atrocissimum, non tamen conatus punitur, si fabricantem pœnitere cœperit, & re infecta discedat. In alijs tamen multis atrocissimis criminibus conatus pro effectu punitur. De quo conatu vide elegantissimam decisionem tertiam Lituanicam Petri Roizij, vbi plenè persequitur, conatum, & Iacobum Menochium in arbitrarijs, casu 360. vbi pleniſsimè de conatu puniendo, vel non puniendo agit.

Punitur autem conatus etiam in falsa moneta si auctor de facto impeditus fuerit, ita vt in fugam se conuertere coactus sit, propter scientiam Principis, quod tradidit dicto loco Menochius, numero 15. & Marsil. in l. qui falsam, num. 61. & ibid. Bartolg.

Sic quoque conatus punitur in eo, qui Virginis DEO consecratam conatur pudicitiam violare per textum in capit. virginibus, 27. quæst. prima. & in l. si quis non dicam rapere de Episcopis, & Clericis, quod extenditur verum esse, siue Virgo fuerit, siue non fuerit, vt tradidit Bossius in praxi criminali, titul. de coitu damnato, numero septuagesimonono. Et triplex committit delictum. Incestum, adulterium, sacrilegium.

Item committit stuprum, & tam ab Ecclesiastico, quàm a sęculari iudiçe puniri potest. Imò ab vtroque simul, ita vt vnius pœna alterum non impediat, de quo vide Cacheran. decis. 130. per totum.

Sed illa l. si quis non dicam rapere, ex consuetudine generali non obseruatur amplius, sicuti aliæ leges conatum pro effectu punientes non obseruantur, de consuetudine generali totius Mundi, vt probat Rebuffus in Proœmio Constitutionum Regiarum, glossa quinta, numero vigesimooctauo. Per Iasonem in l. prima, §. finali, quod quisque iuris in alium, Mansuerius in titulo de pœnis, §. Item per consuetudinem, Zasius in dicta l. prima, quod quisque iuris. Boerius Tractatu de seditiosis. Hyppolitus in l. prima, ff. de Sicarijs, numero 118. Plures vide apud Rebuffum dicto loco, & Socinum in tractatu fallent. in verbo attentatio. De conatu scripsit Felynus certum tractatum, quem post eius opera inuenire potes.

DE

DE eo, qui conatus eſt cudere falſam monetam, an puniatur ſi forma nondum impreſſa eſt, vide Deciſionem totam ſeptuageſimamquartam. Thomæ Grammatici: & Didacum, Couaruu. in Clementin. ſi furioſus de homicidijs, part. ſecunda, numero ſexto. Et Menochium infrà, capitul. de Monetis falſis, numero vigeſimoquarto, M. Boyſs.

Finis Primæ Partis huius Libri.

PARS

Digitized by Google

PARS ALTERA LIBRI HVIVS.

De Monetæ Mutatione.

DVM certa esset moneta in prouincia ortæ sunt multę obligationes magnarum quantitatum, ex Contractibus, vltimis Voluntatibus, Constitutionibus, Legibus, Statutis, seu Sententijs, Arbitrijs seu Arbitramentis, Delictis, Depositis, Commixtis, Dotibus. Duæ aliquando erant tunc monetæ validæ, & posteà ex causa iusta (vt quia erat moneta in valore nimis diminuta) à Principe est reprobata, & augmentata. Vel iniusta, vtpotè ex auaritia, vt inde assequatur lucrum, est mutata, & diminuta moneta. Iam hæsitatur tempore exactionis, debitæ obligationis, cuius sit lucrum vel damnum augmentationis vel diminutionis monetæ, an creditoris vel debitoris, vnde oritur clarè.

THEOREMA PRIMVM.

Circa festum Ioannis Baptistæ, valebat aureus nummus xxx. solidos monetę vsualis, & tunc ex contractu mutui, & depositi, emptionis vel conductionis celebrato, obligabatur Titius ad centum aureos persoluendos ad festum Martini, quo tempore erat florenus variatus, vt valeat plus vel minus, quęritur in qua moneta solutio est facienda.

HYpothesis hic supponitur ista, videlicet quod monetæ siue pecuniæ validitas est bina atque bifaria. Vna intrinseca, quæ existit materia metallica, liga, & forma impressa. Et ista variata variatur, & omnis alia vocatur moneta. Et idcircò vera solutio debet, si

valet, fieri in antiqua moneta, aut alias in eius æstimatione iusta, nempe videtur tacitè actum inter contrahentes, vt debitum seu mutuum debeat functionem, seu solutionem recipere in eodem genere & eadem qualitate monetæ, per text. Bar. Fran. de curt. & Docto. in l. cum quid, & l. 2. ff. si cert. peta. per l. 1. ff. de contrahend. emptio. l. 1. & fin. C. de vete. numisma. pot. lib. 11. c. quanto, in vers. moneta partis tui (& vbique Docto.) de iureiur. Altera est bonitas seu validitas pecuniæ intrinseca, vtpotè valor. Nam bonitate intrinseca manente, variatur sæpè secundum communem cursum seu vsum monetæ. Nam aureus nummus, qui appellatur florenus, qui ante aliquot annos valuit 30. solidos in cruciferis, hodie valet duntaxat 28. solidos obulorum in ternarijs, Ducatus Vuirtẽbergen. atque Marchiæ Badensis. Et ista variatio monetę nó aduertitur, seu inspicitur, nisi a tempore moræ, per text. Bartol. & Doctor. in l. Paulus, ff. de solut. & in dicta l. cum quid, per l. vinum, ff. si certum petatur, cap. olim, & cap. cum Canonicis de censi. & Cle. fin. & ibi Gloss. Card. Panormi. & Doctor. de decimis, Petr. & Cyn. in l. in minorum, C. in quibus, cap. in integr. restit. non est necess.

PRima conclusio assertiua est. Quòd si quando debitor nullam fraudem habuit, conscientiam, vel culpam reprobationis, vel mutationis monetæ, vtputè augmentationis, vel diminutionis factæ a Principe, vel Communitate, tunc sufficit reddere pecuniam in eodem genere, pondere, & valore, & si diminuta sit quoad cursum illius terræ. Etenim quando pecunia ex contractu debetur, semper tacitè actum intelligitur vt in eadem bonitate intrinseca, aut eius estimatione pecunia detur, quæ erat tempore obligationis contractæ in communi cursu, & solutione, per text. Bartol. & Doctor. in dicta l. Paulus, Aliàs decipit creditorem, ff. de solu. & in dicta l. cum quid & l. perinde, ff. si certum petatur, per text. Hostiens. Ioan. And. Bohic. & Doctor. in capit. quanto, de iureiuran. in cap. olim causam, & cap. pen de censi Ro. cons. 123. Astens. libr. 3 de sol. ar. 5. quæst. Sed quid si mercator, per text. in l. fundum Cornelianum, ff. de noua. cum si.

AL-

ALtera Concluſio affirmiua eſt. Quòd, & ſi Bart. & Doctor. in dicta l.cum Paul. & in dict. 1. quid, ibi Bal. & in additio. Spe.de ſol.§ nunc aliqua ad fin. per text. & Bart. l in l.cum certam auri, ff.de aur. & argent, velint quòd quando extrinſeca validitas pecunię variatur, quòd ſolutionis tempus inſpiciatur, tamen videtur verius, quòd etiam quoad extrinſecam pecuniæ validitatem attendi debeatur tempus cuiuſcunque contractus, vt debitor ad extrinſecam ligatus eſtimationem, quæ currebat tempore non ſolutionis, ſed contractus ſecundum Azo. & Brocard. qui dicitur fons iuris, vt vtar verbis, Bald.in l.contractus.C.de fid.inſtrum. Oldrad.in conſ. 13. ad finem.& 249. Ioan.Andr.& Doctor.in dicto cap. quanto, Imol.Buth. & Panorm.in cap.olim cauſam, de cenſi.Imol. Card. Anchar.vbi refert plures Doctor.ita conſuluiſſe in Cle. final. in verſ. conſuetam, & currentem pecuniam, ſeu monetam de deci.

QVòd ſi quando numiſma eſt reprobatum, eò quòd in valore erat nimis diminutum, tunc debitoris eſt periculum, quia tenetur ſoluere in valore, quo erat tempore mutui, ſeu alterius obligationis contractæ, per text. Gloſ. Bar. Fran. Curt. & Doctor. in dicta l.cum quid. Heſt. Boich. & Doctor. in dicto cap. quanto. Ro. conſil. 123. Speculat. de ſolut. §. primo. ad finem, per capit. olim, & cap. penult. de cenſi. Genz. in Clem. fin. de deci.

SI moneta erat mutata, ſeu variata per auaritiam Principis, & debitor fuit in culpa, vel conſcientia illius fraudis, vel fuit in mora ſolutionis, tunc iterum damnum deteriorationis eſt debitoris, qui iuxta antiquam monetam, vel eius æſtimationem debet facere ſolutionem, per text. & Doctor. in l. quid mihi, & l. periculum, ff. ſi certum petatur. Cyn. & Doctor. d. l. in minorum, C. in quibus, c. in integr. reſt. Hoſtienſ. & Bohic. in dicto cap. quanto, per cap. olim, & c. cum Canonicis de cenſi. Aſtenſ. l. 3. de ſolut. art 5. quæſt. Sed quid ſi. Et mora moroſo debet eſſe nociua, l quod te, ff. ſi certum petat. l. ſi ex legati cauſa, ff. de verborum obligat. cap. mora de regu. iur. lib. 6. Ideò tenetur ad intereſſe damni, & lucri, l. 3. ad finem ff. de eo quod cer. Io. Bar. in l. 1. C. de ſen. quæ ꝓ eo, ꝙ intereſt.

ELicitur,quòd emphyteuta,vel colonus, qui conduxit emphyteusim pro quolibet anno ad soluendnm florenos cẽtum, tenetur soluere de moneta antiqua, vel eius æstimatione currente contractus tempore, non obstante numismatis facta variatione. Butrig.in quæst. quidam colonus,Bal.in l.acceptam,C.de vsur.Curt.in dicta l.cum quid. Nam pecunia vsitata est in obligatione, ideò est certum quid, & quantum sit debitum, argum.l.stipulationum quædam, ff. de verbor..obli. l.certi condictio.§.1.ff.si certum peta.& l.fundum, ff. de noua. Nisi ipse emphyteuta se fuisse,& esse in possessione continuata probauerit longo tempore soluendæ Laicis,vel quadragin ta annis Ecclesiasticis monetæ vsualis, & iam currentis. Ex quo iam completum est tempus præscriptionis, Bald. Iaſ. & Doctor.in l.si certis annis, C.de pactis. Gloss.Iaſ.& Doctor.in l.2.C.de iur.emphyt. per text.in cap.quanto, & cap.penult. & ibi Doctor. de censi.

THEOREMA SECVNDVM.

Si tempore conditi testamenti erat vna moneta, & tempore mortis testatoris, quaritur, de qua est solutio facienda, quò ad legata, & alia ex testamento debita.

BReuis, ac communis Theorica est, quòd pecunia ex testamẽto debita debet solui de moneta vsuali, communiter currenti, & expendibili tempore testamenti conditi. Alberic. & Doctor. in l. cum quid, ff.si certum petatur. Panorm. & Doctor. in capit. olim causam, de censi. Oldrad.consilio 31.Ro.consil.132. per text. in l.vxorem. §.testamento, ff. de lib. leg.& in dicto cap. olim causam. Moderatur, & limitatur procedere, in legatis particularibus rerum, & pecuniarum, in quibus aspicitur tempus testamenti. Secus in vniuersalibus fideicommissis,& legatis, in quibus consideratur tempus mortis testatoris, secundum Franc.Curt.in dicta l.cum quid,per gloss.ord.fin.& approbatam, in l.pen.ff.de fun. instruc.

Corollarium. Infertur, quòd si vxori maritus legauit centum florenos, & superuixit tantum, vt moneta variata sit multum; iuxta antiquam monetam, seu, & in eius æstimatio-

Digitized by Google

matione, est soluendum legatum, per text.& Panorm.in d.c. olim, & dicto §.testamento.

THEOREMA TERTIVM.

An ab obligatione liberetur debitor, qui solvit monetam reprobam, quam approbauit campsor, & eam pro bona expendit creditor.

BReuissimè asseritur, quòd non, per text.Gloss.Bart. Pau. & Doctor.in l.eleganter,§.qui reprobos, ff.de pign.action.vbi dicitur, quòd soluens pecuniam reprobam non liberatur, sed non cogitur debitã pecuniam soluere donec restituatur, si pecunia reproba in se, vel sua æstimatione, quando reproba per campsorem fuit approbata, & per creditorem accepta, & sic expensa pro bona. Nam tunc ipse tenetur illis, quibus eam expendit.. Intelligitur procedere vbi ignorans fuit illam esse reprobam. Secus si erat sciens. Nam tunc liberatus est primus soluens, secundum Bartol. & Doctor. in dicto §. qui reprobos nummos soluit, per l.tutor. ver. sed si sciens creditor accipiat,& l.b rem,§.omnis pecunia exoluta esse debet, aut eo nomine satisfactum esse, ff. de pign.actio.

THEOREMA QVARTVM.

Papa ordinauit, & constituit, quòd Abbas Bebenhusensis annuè pro congrua portione assignaret centum, & quadraginta aureos, Vicario suo Tubingæ, variatáque est moneta Tubingensis auctoritate Principis, quæritur de qua moneta huiusmodi cõgrua portio est solmenda.

REsponsiua assertio est, quòd si ista ordinatio Papalis habeat vim constitutionis fauorabilis, quæ æquiparatur voluntatibus vltimis, iuxta auream Theoricam Nicol. de Matarel. & Bartol.in l.1. q. pen.ff.de reg.cathol.Petr.& Cyn.in l.fin. C.communia de leg. Bald.in l.pen. C. de verborum signif. & in cap.1. in vers.quos Romanorum de pa. constan. Alexan.in l.si ita stipulatus, ff.de verborum oblig.& Princeps sciuit valorem monetæ, tunc cur-

rentis,vt Turonẽſis,vel Hallenſis, aut Pingenſis, quæ ab olim fuit communis, tunc debet ſolui antiqua moneta, vel eius æſtimatio vſualis, quæ erat tempore ordinationis,ſeu conſtitutionis ſecundum Oldr. conſil.249. Agitur enim de bõnitate intrinſeca, per l.cum quid, Lauden. & Doctor. ff.ſi certum petatur Buer.& Panorm.in dicto cap.quanto, per text.Anchar.& Doctor.in cap.olim, & cap.penult.de cenſi. Secus forte ſi ordinatio Principis valorem monetæ ignorantis habeat vim reſcripti odioſi, vel præcepti, aut Statuti pœnalis. Nam tunc inſpicitur tempus ſolutionis, & valor monetæ tunc currentis, ſecundum Spec.& Ioan.Andr.de ob.& ſol. §.nunc aliqua,ad finem. Bald.in l.illud ad finem.C.de ſacroſanct. Eccle. in l.2.C.communia de leg.Bohic.in dicto cap. quanto, Anan. & Doctor.in cap.2.de delictis pue.Guil. & Imol.in Clemen. ſi beneficiorum,in verſic.currentem monetam de deci.Quæ intelligitur, quando ordinatio non alteratur, quum moneta variatur, tunc iuxta monetam nouam etiam vilem,vel eius æſtimationem fier ſolutio, ad mentem Ro. conſil.133. per l.cum certum, in verſic.precium præſentis temporis,ff.de aur.& argent.leg.argum.l.fin.C.qui admitt.ad.bo.poſſ.& l.vnica,§.fin. C.de rei vx.act.& §.vt autem,in authen.de rebus non alienan. Limitatur procedere, dummodo mens ſtatuentis poſsit ſeruari volentis menſurare pœnam delicti,quod debet fieri,Panorm.in d.c.quanto,per l.reſpiciendum,ff.de pe.& c.non afferamus, 24. quæſt.1.

INfertur, quòd vbi moneta a lege, vel Statuto eſt taxata, q. de vſuali,tunc in dubio debet intelligi,& non de hodierna currenti ſecundum Bal.in quæſt fin.d l.illud, C. de ſacroſ. Eccl.& in l.quicunque,C.de ſerv.fugit.per text. & Doctor. in d.c.olim cauſam,& c. cum in Canon.de cenſi.

INde elicitur, quòd ſi variata eſt moneta auctoritate alicuius ſæcularis perſonæ, vel Communicatis, non præiudicat perſonis Eccleſiaſticis, ſecundum Oldrad. conſil. 249. ad ſecundum quæſitum. Nam ſæcularis conſtitutio nõ variat Eccleſiaſticis obligationem, ſed demõſtrat qualiter fieri valeat ſolutio, prout antiqua eſt moneta, vel eius æſtimatio, per l. quidem,ff.de leg.1. Eò quia Laicorum conſtitutiones, & Sta-

tuta

tuta perſonis, vel rebus Eccleſiaſticis non debet, vel poſſunt eſſe præiudicatiua per cap.benè quidem,96.diſt.capit. quę in Eccleſiarum,& cap.Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut.Authent.ſtatuimus,C.de ſacroſanct.Eccleſ.cum ſimili.

DEnique innuitur, quòd vbi a lege, vel ſtatuto municipali pœna pro delicto eſt impoſita, debet intelligi de moneta vſuali illius loci, vbi delinquitur, & ſic de pecunia nunc currenti intelligitur,ſecundum Gloſſ. Alexan. & ibi plenè dixi in l.fin.ff.de in ius vocan.per cap. pen. de cenſi. & dixi poſt Card.in Clement. 2. de deci Bald. vbi ſupra, & in addit. Specul.in ver. obligatio legalis,titul.de ob. & ſol. §.nunc aliqua ad fin.Alexan.conſ.21. 2. partis.

THEOREMA QVINTVM.

Vbi lex, vel ſtatutum facit mentionem pecuniæ, vel pœnæ pecuniariæ, quæritur quale attendi debeat tempus in eſtimatione, ſeu impoſitionis pœnæ, videlicet pecuniariæ, an tempus conſtitutionis, vel ſolutionis pœnæ.

REſpondetur, & diſtinguitur ſic, aut ſtatutum loquitur circa ſolemnitatem diſpoſitionis non adijciendo diem, vt dicendo, donatio excedens quingentos aureos debet inſinuari. Et tunc tempus cõditi ſtatuti debet conſiderari. Aut ſtatutum diſponit ſuper ſolutione pecuniæ adijciendo forte diem ſolutioni, & tunc tempus quo oritur obligatio, & quo pœna debet ſolui habet conſiderari. Alber.& Curt.in dicta l.cum quid,ff.ſi certum petatur. Sper. & Ioan. Andr. de ob. & ſol. §.nunc aliqua ad finem. Imo.in Clem.2. de deci.

Adde, quæ moneta in ſtatutis, & contractibus intelligatur. Vide Miſsyngerium obſ.15.cent.4. vbi de vſuali,& currente concludit.

THEOREMA SEXTVM.

Quid ſi in ſententia Iudicum, ſeu in præcepto arbitrorum eandem-

nantium in certa quantitate quæritur de qua in dubio intelligi debeat, moneta, vel æstimatione.

VEcincta assertio est, quòd **in dubio attendi debeat** tempus sententiæ, **seu arbitratus, vel arbitramenti**, & de pecunia vsuali, **& tunc currenti**, Old. consil. 13. & aliquid in **consilio 168. Ancharan. in capit. olim de censi.** & Panormit. in **cap. quanto, de iureiurand.** Nam tempus datæ sententiæ, **seu arbitrij debet considerari**, argum. capit. eam te. & **capit. Constitutus, de rescriptis.**

INde infertur, quòd vbi in Ciuitate, **vel Regione currunt** frequenter diuersæ pecuniæ, **inde etiam sunt ibi diuersæ** libræ, tunc debitoris in dubio est electio, **quam velit soluere secundum verisimiliorem loci consuetudinem, quæ etiam non nimium deteriorem creditoris faciat conditionem, & sic intelligitur de pecunia viliori, secundum Bart. & Doctor. in l. Paulus, ff. de solu. Angel. & Doctor. in l. final. C. de vet. numism. po. lib. 11. Gloss. & Doctor. in l. semper in stipulationibus, ff. de regul. iur. per l. nummis, & ibi Bartol. & Doctor. ff. de leg. 3.**

INde elicitur alterum. **Quòd in contractibus, atque stipulationibus appellatione florenorum intelliguntur 53. qui vigent in regione viliores. Alias tamen inspici debet rei qualitas, secundum Bart. in l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iur. & in l. vbi autem, Alex. in l. stipulatio. in princ. ff. de verb. obl. & in cons. 35. quartæ partis.**

THEOREMA SEPTIMVM.

Quid in deposito, vel mutuo mixto, vtpotè aliquis mutuauit, vel deposuit centum libras in florenis, & intra obligationis, & solutionis tempora variatur libra, an attendatur tunc tempus obligationis, vel solutionis.

BReuiter respondetur, quòd & si Bart. in l. si quis stipulatus fuerit. x. in mille, ff. de sol. velit quòd floreni sunt in obligatione,

gatione, & ſic tempus ſolutionis debeat conſiderari per l. vbi autem qui ſortem, ff. de verborum oblig. Tamen idem Barto. in l. Paulus, ff. de ſolu. dicit, quòd mutuās, vel deponens, videatur florenos dediſſe pro centum libris, quo ad æſtimationem, & ſic omne periculum, & damnum pertineat ad debitorem, & ſic debet inſpici tempus ſolutionis, quo ad æſtimationem, per text. in dicta l. ſi quis fuerit ſtipulatus decem in melle, iuncta l. æſtimate, ff. ſolut. matrim. Niſi expreſsè egiſſet, quòd debitor deberet ſoluere centum libras in florenis. Franc. Cur. in l. cum quid, ff. ſi certum petatur, Ancharan. & Doctor. in Clement. final. de deci. per legem penultimam, §. mancipia, ff. ſolut. matrim.

THEOREMA OCTAVVM.

Quid ſi in inſtrumento dotis maritus confitetur ſe habuiſſe, & recepiſſe a ſocero mille aureos, ſeu florenos boni auri, iuſti ponderis, & charakteris, quæritur, an ſoluto matrimonio abſque liberis cogatur reſtituere mille in auro, vel an poſſit in moneta fieri ſolutio.

RESpondetur clarè, quod de ſcripto iure in auro debet reſtituere, ſecundum Marti. Lauden. & Fran. de Curt. in d. l. cum quid, per tex. Lucam de penna, & Docto. in l. 1. in verſi. iuſti ponderis ſint. C. de vet. numiſ. po. lib. 11. tex. gloſ. & Doct. in cap. quanto, in verſ. monetam patris tui de iureiuran. Eò quia iſta verba geminata boni auri, & iuſti ponderis multum operantur, per l. baliſta, ff. ad Treb. Ita validi Doc. Pet. Beſucius, & Robertus de Tortis conſuluerunt Mediolani in conſ. incipiēs. Antonius Ottho. Ita Ancha. refert ſuum Doctorem Bal. conſuluiſſe in ciuitate Axioli poſt Barttol. in d. l. Paulus, vbi dicit Ancha in d. Cle. fin. de deci. quòd florem ſint in obligatione. Niſi aliter ſeruaretur de conſuetudine, vel dati eſſent expreſsè in dotem ad rationem librarum, & non florenorum ſimpliciter, quia iſta æſtimatio eſſet tunc, & non maior reddenda. per l. nummis, ff. de l. 3. Alias non poſſet cogi creditor pro auro accipere monetam, Bart. Bald. & Ang. in l. lecta, ff. ſi cer. pet. & in d. l. Paulus, ff. de ſolu.

THEO-

THEOREMA NONVM.

Vtrum moneta aurea ſolui valeat pro argentea, & ècontra. Atque aurea pro altera aurea, & argentea pro altera argentea, etiam inuito creditore.

SOlutio poteſt eſſe, quod ex generali conſuetudine vna moneta expẽdatur p altera, aut aureus Vuirtenbergenſis pro Badenſi. Ita etiã ſolidus obulorum Badenſis pro Vuirtenbergenſi. Et huiuſmodi ſolidus argenteus pro ſex denarijs, & ſic poteſt quis de conſuetudine vnam monetam auream pro altera aurea, & vnam argenteam pro alia argentea ſoluere ſecundum Fran. Curt. in l. 2. & d. l. cum quid, ff. ſi cert. pet. Ex quo illæ monetæ inuicem recipiunt functionem in ſuo genere per l. 1. §. fin. & l. Titia, ff. de aur. & arg. leg. Niſi aliter eſſet expreſsè actum, vel niſi ipſe creditor paſſurus eſſet damnum, quia aliorſum profecturus, vbi illæ monetæ non reciperent functioné in ſuo genere. Bar. in d l. Paulus, & in l. libera. C. de ſen. & interlo. Bal. & Curt. in d. l. 2. per glo. l ſi quis argentum, C. de donationibus.

Adde, an poſsit vna moneta ſolui pro alia inuito creditore, de quo gloſſa in l. ſi quis argentum. & de donationibus. Bar. in l. Paulus, de ſolutionibus. Breuiter dicas, ſi mutuaui vel depoſui pecuniam in auro, non teneor in argento, quia aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt. l. 2. ſi certum petatur, l. eum à quo, C. de ſolutionibus. Et hoc verum eſt de iure, ſed de conſuetudine contrarium ſeruatur. Et ſemper videtur tacitè actum vt ſecundum conſuetudinem loci pecunia ſoluatur, argumen. l. quod ſi nolit. §. qui aſsidua de ædil. edicto Abbas in cap. quanto, de iureiur. Afflictus quæ ſint regalia §. monetæ, nv. 13. Adde Boſsium de monetis ad 2.

Hæc ſequitur Couuarruuias infra cap. de mutatione monetæ. Vbi ſtatuit has duas concluſiones. 1. Quoties obligatio eſt facta vel concepta ſub & in certa ſpecie monetæ, non tenetur creditor recipere aliam monetam, etiam probam, ſi ſit alterius monetæ. Et hoc de iure. conſuetudine verò aliter obſeruari docet, & Boerij deciſ. 327. & Afflicti deciſ. 90.

II. Quoties verò obligatio cõcepta eſt itidem in certa ſpe-

cie

cie monetæ, cogitur creditor accipere monetam diuersę formæ, & characteris, modò eiusdem sit materiæ, & ad eandem æstimationem, quæ debetur. Hæc ille.

Fallit superior limitatio, nisi fuisset actum, quòd restitutio fiat in auro, quia non potest reddi argentum pro auro. Item fallit, nisi creditor passurus esset magnum damnum, si reciperet in alia moneta, quam mutuata Bart. in d.l. Paulus. Afflict. d.loco de regalijs.

INfertur, quod & si aliud pro alio inuito creditori regulariter non possit solui, per tex. Glo. ver. non potest Bar. Ias. & Docto. in l. 2. §. mutui, ff. si cert. pet. Fallit tamen in auro vel argenteo debito pro tributo, vbi potest solui pecunia ære nõ contaminata in numero. Albe. Ias. & Doct. in d. §. mutui. Rom. in leg. cum quid, ff. si cert. pet. per. l primam, & ibi Doct. C. de argenti precio lib. 10. Vbi ple. per Doct. & in d. §. mutui ad saturitatem videatur.

Adde, an aliud pro alio solui possit. Et regula est, quod non possit. tex. in l. 2. si cert. peta. Sed id limitatur per Iasonem 20. modis in dicta lege. 2. §. mutui, & plures annotauit Bernardus Dias in regul. 159. in verbo Creditor.

ELicitur, quòd vbi vna moneta recipit functionem, id est, similem affectionem, & vtilitatem in genere suo pro altera, potest vna solui pro alia, siue aurea pro argentea, siue ècontra. Nisi aliter expresse esset actum, vel quòd manifestè esset passurus damnum secundum Fran. Curt. in l. cum quid. ff. si cer. pe. & ad mentem Ias. in d. §. mutui, & in l. nummi, ff. de in litem iur.

INuitur, quòd si alicui mutuetur moneta reprobata, qui eam sua industria expendit pro bona, non committit falsum propriè, neque cogi valet iure mutuanti bonam restituere, secundum Fran. Curt. (post Bald. in quodam cons.) in d.l. cum quid, ff. si cert. peta. Eò, quia istæ monetæ non recipiunt inuicem functionem in suo genere. Neque est commissa fraus in metallo pondere, charactere, seu authoritate, causa auaritiæ ad mentem Bal. & Cur. vbi sup. Bohic. & Docto. in c. quanto, de iureiuran. per l. lege cornelia, ff. de fal. Nempe vbi pena

a iure

Digitized by Google

à iure vel ſtatuto non eſt expreſſe impoſita, tunc illa eſt arbitraria per l. 1. §. 1. ff. de effrac & expila. & l. 1 ff. de iure deli. & c. de cauſis de offi. deleg. Igitur expendens ſcienter pecuniam à Principe reprobatam pro bona, non tenetur falſi pœna, veruntamen extraordinaria.

THEOREMA DECIMVM, ET VLTIMVM.

Quid ſi duę monetę currunt in aliqua ciuitate vel regione, quęritur, de qua valeat debitor creditori ſoluere.

REſponſiua dilutio eſt iſta, quòd vbi æquè in vſu ſunt duæ monetæ, eſt debitoris electio, de qua velit, & ſic fortè de minori ſoluere aliàs deberet ſoluere de vſitatiore, ſecundum Pa. poſt Gotfri. & Hoſtienſ. in c. 2. de maledi. Bart. Alex. & Doct. in l. quoties in prin. C. de ſuſcept. lib. 10. Fa. no. glo. & Doct. in l. fi. ff. de in ius vo. §. fi. inſti. de pœna teme. li. in l. quicunque, C. de ſer. fug. in Rubr. C. de vete. numiſ. pot. libr. 1 1. & in §. Si quis quicunque ſolidos de pa. tenen. Glo. fin. & Pan. in d. c. cap 2. de maledi. per tex. in l. nummis, ff. de l. 3. & text. in capit. ex parte de cenſibus cum concor.

INfertur, quòd debitoris eſt electio, vbi duæ æqualiter currunt monetæ, de qua velit ſoluere, ſecundum Gloſ. Goff. Panor. & Doct. in d. c. 2. de maledi. tex. & Doct. in d. le. nummis, & facit, l. nummis, ff. de in litem iur. Maximè vbi eſſet de conſuetudine, quæ confirmata eſſet moribus gentis, Ciuitatis, vel Prouinciæ, ita vt nulla cuiuſquam debet violari libidine. Turpis enim pars omnis vniuerſo ſuo non congruens, c. quæ contra mores 8. diſt. & c. tuas de ſponſ. duo. itaque quiſquis rebus prætereuntibus, ſi vti vult, vt metas conſuetudinis horum inter quos verſatur, excedat, aut velut intemperans, aut velut ſuperſtitioſus damnari debet, inquit Auguſtinus, in cap. quiſquis, 41. diſtin.

ELicitur, quod, & ſi per confeſsionem, ſeu cenſus ſolutionem coloni, ſeu emphyteutæ, præſumatur contractum præceſsiſſe, & ſic ipſi præiudicetur in cenſuali iure, & regu-

Digitized by Google

regulariter in ſubiectione, vel protectione, per textum, Bal. & Doctor. in l. cenſualis, C. de donatio. capit. tributum, 24. quæſtio. vltim. capit. 2. de cenſibus, & cap. ſoliti. de maior. & obedien. Ideò vbi apparet ſolutio cenſus facta ab emphyteuta colono, vel eius hærede regulariter in moneta contractus currente, licet perdiderit inſtrumenta emphyteuſis ſuæ, debet tamen dimitti in illo iure, ſecundum Baldum, & Doctor. in l. ſi certis annis, C. de pactis, Angel. in l. cum ſatis, C. de agri. & cenſitis, libro vndecimo. Felyn. in capit. cum Bertoldus, de re iudic. per textum, & Bartol. ac Doctor. in l. vniuerſas. §. per colonum, ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. litibus in verſic. longinqua, & inueterata reddituum ſuſceptio, C. de agric. & cenſitis, libro vndecimo, capit. ſecundo. Et ibi Ana. de iudic. capit. olim, & capit. penultim. vbi eſt text. de cenſibus.

DEnique elicitur vtiliter, quòd vbi accipientes, & ſoluentes cenſus, nihil expreſſerint de pecunia aliqua, tunc dubitatio ſubleuatur per ſolutiones precedentes longo tempore factas, quia iſta pecunia videtur fuiſſe in obligatione, in qua diuturna ſolutio fuit ſecuta, ſecundum Angelum, Iaſ. & Doctor. in dicta l. ſi certis annis, C. de pactis, per text. Bartol. ac Doctor. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. Et ſic ſenſus præſtatio diuturna, veluti vaga, & æquiuoca (inde alijs circunſtantijs ſit iuncta) arguit potius protectionem, & recommendationem, quàm regularem, & totalem ſubiectionem, ſecundum Frider. de Sen. conſil. 130. Factum tale eſt quædam domus. Cald. conſilio 5. de Priuileg. Bald. conſil. 75. prout refert, & ſequitur Maria. in conſilio 55. vt quæſitorum, Panorm. conſil. 103. primi volum. & in diſput. duo Clericali ordine inſigniti, & Ple. in cap. fin. de ca. poſſ. & propriè in cap. 2 & fin. de cenſib. in cap. recepimus, de priuileg. Fely. in cap. Rodulphus, in verſ. Comitatus, de reſcript. & in cap. cum Bertoldus de re iud. Ancharan. Card. & Doctor. in Clement. Ne Romani, §. Sane, de iureiur. Fa. clem. 1 de cenſi. Tamen impoſitio, & ſolutio collectarum arguit ſoluentes eſſe de illius, cui ſoluunt iuriſdict. ſecundum Bald. & Doctor. in dicta l. ſi certis annis, & in l 3. C. de na. lib. & in l. data opera, C. qui accuſare non poſſunt, per text. in §. ſi quis ex qualibet

in Au-

in Authen. quibus mo. ha. eff. sui, coll. 7. Nos itaque veluti suos fideles subditos habeat recommendatos ille, cui offenso numismate inquit, date Cæsari, quæ Cæsaris sunt, & Deo, quæ Dei sunt, vt ipse nos protegat, ac remuneret in hoc mundo, & supermundano vbique locorum in æuum.

Et sic (cum opitulamine Dei omnipotentis, ad cuius laudem, & studiosorum vtilitatem est æditum hoc qualecunque Opusculum) huius bipartiti operis, de Potest. & vsitatæ numismatis, Ioannis Aquilæ, Artium, atque Iurium Doctoris, & humili Interpretis, felix sit finis Amen.

Finis Libel. Ioan. Aquilæ.

PRI-

Digitized by Google

PRISCORVM NVMMORVM ÆSTIMATIO.

Ex varijs Scriptoribus.

DIFFICILE est, priscam monetam, tam auri, quàm argenti, cum auro, & argento, seu moneta huius temporis concordare; maxime ob auri, & argenti valorem, qui assiduè variatur, idque monetariorum culpa, quibus passim licentia cudendę permittitur pecuniæ. Hi siquidem quotidie aliquid tam de auri, ac argenti puritate, quam pondere detrahunt, præcipuè belli tempore, & principibus contenientibus. Hinc accidit, vt semper precium auri, & argenti augeatur. Monetarij enim quum licentiam habeant monetam adulterandi, non multum de precij cutant augmento, quum detrimentum illud abundè adulterando supplere valeant. Mercatores etiam quoties monetarios ob necessitatem aliquam emendi cupidos cernunt, assiduè precium augent. Verum damnum illud in vulgi, tandem etiam Dominorum recidit caput, quum redditus, & vectigalia illorũ semper viliori solnantur pecunia. Sed præsens lucrum licet pusillum magno futuro præfertur damno, non sine ingenti Regnorum, Prouinciarum, ac Populorum detrimento. Hinc est quòd aureus Hungaricus, secundum quem communiter, & aliud regulatur aurum, in maximum ascendit precium Nam nostra memoria, tres aurei Hungarici, quatuor valebant aureos Rhenenses, & aliquando etiam minus. Verum hoc æuo longè precium hoc excesserunt. Proinde, vt ad æstimationem veteris monetæ, quantum possibile est; pertingamus, in primis necesse est auri, & argenti rationem, nec non precium illorum hoc tempore cõsiderare, ita enim quam propinquè ad veri-

veritatem accedere poterimus. Hoc igitur Anno, ideſt, 1528. auri puri Marcha Nurenbergenſis ponderis, hoc eſt, viginti quatuor charatorum, aureos valebat Rhenenſes nonaginta tres. Licet in hac arte periti negent aurum ad viginti quatuor charatos decoqui poſſe. Sufficit tamen, vt de puro quantum poſsibile eſt, intelligamus auro.

Aurum autem Hungaricum, valebat Marcha, hoc eſt, vnciæ octo, aureos Rhenenſes octoginta nouem, & aliquid plus. Continet autem aurum Hungaricum, vel continere deberet charatos vigintitres.

Aurum verò Rhenenſe, quod charatos continet decem, & octo, & ſic, niſi tres partes auri puri, aureos valebat Rhenenſes ſeptuaginta, & parum plus. Ex Marcha auri Rhenenſis aurifabri non faciunt aureos ſeptuaginta, quemadmodum deberent, ſed ſeptuagintatres, & aliquando plus, & quicquid excedit, computant pro opera, ita fit etiam in aureis Hungaricis.

Argentum patrum memoria, valuit Marcha, (hoc eſt, vnciæ octo) Rhenenſes ſeptem, deinde ad octo aſcendit, verum hoc tempore valet Rhenenſes octo cum dimidio, & aliquando plus (Rhenenſes dico aureos, non monetam) nonnunquã verò aliquantulum minus. Sed hoc intelligendum de puro, quod ſubinde in moneta adulteratur. Facit autem Marcha cum dimidia libram vnam Romanam vnciarum duodecim. Si igitur aurum purum, cum argento comparetur puro, conuenient fermè vndecim partes argenti cum parte vna auri. Licet antiqui communiter decem partes argenti pro vna parte auri computauerint.

Aureus igitur Hungaricus, qui admodum cum veteri auro conuenit, quantum ad puritatem pertinet, pondus habet drachmæ vnius, illius ponderis, quo argentum Nurembergæ venditur. Nam eodem pondere aurum, & argentum ponderatur. Valet autem hoc tempore aureus Hungaricus aureũ Rhenenſem vnum, cum tertia vna, & denarijs viginti Nurembergenſibus, computando Rhenenſem pro libris nouem monetæ.

Nunc videmus quomodo aurei Hungarici, & Rhenenſes cum veteri concordant auro, quod & ipſum ferè cõtinget in bonitate ſcrupula vigintitria. Verum antequam id fiat, exactius

Digitized by Google

&ius auri rationem intelligere eſt neceſſe. Igitur quemadmodum antiqui libram in duodecim diuiſerunt vncias, vnciam autem in drachmas octo, drachmam in ſcrupulos tres, ſcrupulum in obulos duos, obulum verò in ſiliquas tres, ita & nos ex modernorum facimus vſu, ac drachmam quoque ita diuidimus, vt habeat ſcrupulos tres, Moderni vocant Saty. Scrupulos autem, vt contineat charatos ſeptuagintaduos.

Hungarici igitur auri libra Romana vna continet vncias duodecim dracmas verò nonaginta ſex. Valet igitur Rhenēſes aureos tredecim cum dimidio.

Mina verò ſeu pondo, habet dracmas centum, & ſic vnciam dimidiam plus quam libra, & valet aureos Rhenen. 139. denarios ſedecim.

Vncia auri Hungarici, aureos Rhenenſes valet vndecim denarios triginta tres.

At vncia dimidia eiuſdem auri, Rhenen. quinque cum dimidio, denarios ſedecim.

Dracma, quæ eſt pars octaua vnciæ, & aureus Hungaricus, valet aurum Rhenenſem vnum, libras tres cum dimidia, denarium vnum.

Scrupulus valet libras quatuor, denarios quinque.

Granum autem auri Hungarici, valet denarios Nurenbergeñ. quinque.

Sanè ne hoc prætereundum, quod charatus in auro dupliciter conſideratur, hoc eſt, tam in iudicatura, quàm in pondere, nempe vt aurum purum contineat charatos viginti quatuor, vel circiter, inſuper, vt per charatos etiam ponderetur, ita tamen vt quicquid de puritate decedat, ſubtrahatur à valore.

Nūc verò aureorum antiquorum pondus conſiderabimus, & primò Græcorum, ex quibus plures appendi, vtpote Philippi, Alexandri, Pruſiæ, Mithridati, Demetrij, & aliorum, qui omnes ferè ex auro conſtabat Hungarico, hoc eſt, viginti trium charatorum, continebant autem in pondere ferè omnes pondus aureorum Hungaricorum duorum, hoc eſt, dracmarum duarum Nurenbergeñ. & præterea ſcrupulum vnum. Valet igitur vnus Rhenenſes tres, libras duas, denarios, quinque. Cæterum triplices Alexandri Magni aureos reperi, ex primis ponderabat vnus aureos Hungaricos tres, alius Hun-

garicos duos cum scrupulo vno, & dimidio, tertius vix dimidij Hungarici æquiparabat pondus. Præterea inter aureos Romanorum, non paruam deprehendi differentiam, nam & bonitate, & pondere multum distabant. Etenim a Iulio Cæsare vsque ad Vespesianum auri ferè perdurabat bonitas, seu inde paulatim deficere cœpit; quamuis etiam sequentium Cæsarum aurei aliqui ex probo consteht auro, vt plerimum tamen quanto plus temporis effluxerat, tanto etiam magis auri puritas ac pondus imminuebatur. Reperi igitur aureos, sed rarissimos, qui ferè eiusdem ponderis erant, vt Græci, nempe drachmarum duarum cum scrupulo vno, & quod mirabar, vnum talem Aurelianum Cæsarem deprehendi. At reliqui etiam qui erant ponderosissimi, duos aureos Hungaricos, & grana duodecim non excedebant, vt plurimum tamen non pluiquam grana sex continebant inde recentiores, veluti Diocletiani, & reliquorum, non pluiquam aureum vnum Hungaricum ponderabant. Igitur si ij, qui communiter drachmas duas cum granis quinque vel sex ponderant, cum auro comparentur Rhenensi, valebit vnus aureos Rhenen. tres vel circiter. Romanum itaque aureum pro tribus aureis Rhenensibus æstimamus, licet aliquid, sed parum plus valeat. Et hæc de auro dicta sint, hinc vero ad argentum transeamus.

Si argenti Marcham pro aureis Rhenensibus octo cum dimidio æstimabimus, licet iam aliquanto carius vendatur, valebit libra Romana, Rhenenses duodecim cum quartis tribus. Verum id intelligi debet de argento puro, hoc est, cum Marcha contineat in sua caturâ vncias octo.

Verum nusquam ea bonitate argentum cusum est, sed ad summum, vt de puritate drachmæ binæ desint, communiter tamen, vt haberet Marcha vncias septem cum dimidia. Si igitur Marcham vnciarum septem cum dimidia æstimare velimus, hoc est, vt semiuncia a perfecta desit puritate, valebit Marcha Rhenen. octo, & parum plus. Libra verò Romana, hoc est, drachmæ nonaginta sex, Rhenen. quasi duodecim. Vncia verò valebit Rhenensem vnum, vncia dimidia Rhenensem dimidium. Drachma verò circiter denarios triginta tres. Scrupulus denarios Norembergenses vndecim.

Græci denarij ponderosiores, ac magni quos appendi, pentadrachmæ erant, ponderabant enim drachmas quinque, &

ita

ita valebat vnus aureum Rhenensem, dimidium, & denarios Nurembergen. triginta tres. Erant & aliqui tetra drachmi, hoc est, drachmarum quatuor. Minores verò ponderabant drachmam vnam, scrupulum vnum, valebat ergò vnus denarios Nurembergenses quadraginta quatuor.

Inter Romanos verò denarios non paruam reperi differentiam, nam antiquissimi quidam, maximè Consulum ad quatuor scrupulos quemadmodum Græci appropinquabant. Alij verò, & præcipuè Cæsarum non vltra drachmam ponderabant. Tertijs verò de drachma aliquid decedebat. Et quemadmodum deficiebant in pondere, ita etiam longius ab argenti aberant puritate, imò magna pars illorum erat adulterata. Si igitur drachmam vnam Nurembergensem, pro denario vno acceperimus, quemadmodum etiam pro maiori parte ponderant, & marcham pro vncijs septem cum dimidia æstimemus, valebit denarius argenteus, Nurembergens. denarios trigintatres, & hac ratione octo denarij argentei facient quasi aurum Rhenensem vnum. Vndecim verò quasi aureum Hungaricum. Et hoc pacto quum, nec aurum, nec argentum ad plenam accedat puritatem, quasi vndecim partes argenti cum vna parte auri concordabunt, & si aliquid decedit, hoc monetariorum fraus ademit.

Cæterum nec hoc omittendum auri, & argenti pondus multum secundum Regiones variari, non secus, ac libram, nã quod alicubi drachma est, id alibi quatuor ponderat scrupulos, & è conuerso. Nos verò pondus illud secuti sumus, quo Nurembergę aurum ponderatur, & argentum. Quum igitur denarius argenteus ex drachma constet, ponderis Nurembergensium, centum denarij, hoc est, mina vna, seu pondo, valet Rhenenses duodecim cum dimidio. Mille denarij, valebant aureos Rhenen. centum vigintiquinque quasi.

Sestertij quatuor, vel nummi, qui erant ærei, valebant denarium vnum argenteum, & sic sestertius valebat denarios Nurembergenses quasi octo.

Sestertij centum, valebant aureum vnum, sed qui iusti esset ponderis, Rhenenses verò tres, denarios trigintatres.

Mille verò Sestertij valebant Rhenenses triginta vnum, & quartam quasi.

Sestertium verò maius in neutro genere, quod non in ære,

sed argento intelligi debet, minas duas argenti cum semisse continebat, hoc est, drachmas, vel denarios ducentos quinquaginta.

Valebat igitur sestertium aureos Rhenenses triginta unum quartam vnam, & parum plus. Sestertium, & mille sestertij, vnum, & idem est, & valet, vt dictum est, Rhenen. triginta vnum, & quartam quasi. Decem sestertia, & decem millia sestertia nummorum, vnum, & idem est, & valent Rhenen. trecentos duodecim cum dimidio.

Centum Sestertia valent Rhenensium tria millia, centum vigintiquinque. Decies Sestertium, decies centena millia sestertium significat, & hæc summa centies maior est decem Sestertijs: nam idem est decies sestertium, quod mille sestertia, valetque Rhenenses semel, & triginta millia, ducentos quinquaginta.

Centies sestertium, designat centies centena millia sestertium nummorum, & valet Rhenens. trecentum, & duodecim millia quingentos.

Millies sestertium valet semel & trigesies centum, & vigintiquinque millia.

Ex talentis autem licet multa extiterint, duo tamen præcipuè in vsu fuere, talentum magnum Atticum, quod, & Euboicum dictum est, & talentum Atticum minus. Talentum magnum Atticum, seu Euboicum, continebat minas octoginta, & valebat talentum magnum auri Rhenen. decem millia noningentos sexagintaquinque½, vel circa. Talentum verò magnum, seu Euboicum argenti, valebat Rhenensium mille, vel circiter. Talentum Atticum minus, habebat minas sexaginta, & valebat talentum auri, Rhenenses quasi octo millia, trecentos quadragintaquatuor. Talentum verò Atticum minus argenti, valebat Rhenens. septingentos quinquaginta. Talentum Babylonicum habebat minas septuaginta. Talentum Aeginetum, continebat minas centum.

Cæterum, vt etiam de ære dicamus, sciendum vbi legimus Millia æris grauis, ibi millia assium intelligere debemus. Et licet denarius vrgente Annibale pro sexdecim assibus permutatus sit in militari tamen stipendio, semper denarius pro decem assibus datus est. Valuit itaque Nurembergen. denarios tres, & paulò plus. Centum igitur asses decem faciebant denarios.

Digitized by Google

narios. Mille verò asses, seu mille æris, centum valebant denarios, hoc est, minam vnam, sicque valebant aureos Rhenenses duodecim cum dimidio.

Quadrantes quatuor valebant assem vnum. Sestans quadrante minor erat.

Vt igitur rursus, & quasi a sare inchoemus denarius, seu drachma argenti valuit denarios Nurembergensium circiter trigintatres.

Denarij centum, hoc est, mina vna, seu pondo valet aures Rhenenses duodecim cum dimidio.

Mille denarij, hoc est, decem pondo, valent Rhenensium centum vigintiquinque, ferè.

Sestertij quatuor, vel nummi qui ærei erant, valebant denarium argenteum vnum. Sestertius valebat denarios Nurembergensium quasi octo. Sestertij centum valent aureum vnũ Romanum, sed qui iusti esset ponderis, Rhenensium verò tres cum denarijs triginta tribus.

Mille Sestertij valet Rhenensium triginta vnum cum quarta quasi.

Sestertium in neutro genere, valet Rhenen. triginta vnũ cum quarta ferè.

Sestertia decem valent Rhenen. trecentos duodecim cum dimidio.

Sestertia centum valent Rhenens. millia tria centum viginti quinque.

Sestertia mille Rhenens. trigintaquatuor millia, trecẽtum septuagintaquinque.

Decies Sestertium, idest, mille Sestertia Rhenen. millia vnum, & triginta ducentum quinquaginta.

Centies Sestertium Rhenen. trecentos, & duodecim millia quingenti.

Millies Sestertij Rhenen. semel, & trigesies centena, necnon vigintiquinque millia quingenti.

Libra auri Hungarici, quod idem est cum Romano auro, valet Rhenen. centum triginta tres cum dimidio.

At mina, seu pondo Rhenen. centum trigintanouem, denarios sexdecim, quia continet quatuor drachmas, plus quã libra.

Talentum magnum auri, quod, & Euboicum valet Rhe-

nen. decem millia noningentos ſexagintaquinque.

Talentum minus auri valet Rhenen. octo millia trecẽtum quadraginta quatuor.

Pondo argenti, ſeu mina valet Rhenen. duodecim cum dimidio.

Talentum magnum argenti valet Rhenenſes mille.

Talentum minus argenti valet Rhenenſium ſeptingentos quinquaginta.

Talenta quinque argenti minora, Rhenenſium tria millia ſeptingentos quinquaginta.

Talenta decem Rhenen. ſeptem millia quingentos.

Talenta centum Rhenenſium ſeptuaginta quinque millia.

Talenta mille Rhenenſ. ſeptingenta quinquaginta millia.

Siclus teſte Hieronymo, & Ioſepho, quatuor drachmas argenti valebat, Græcis eſt Stater.

FINIS.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS PERCELEBRIS, DE MONETIS.

D. Martini Garrati Laudensis toto orbe celebratissimi Doctoris.

SVMMARIVM.

Moneta cudenda ius, quis habere dicatur.
Rescriptum, quod à Principe de moneta cudenda priuatæ personæ conceditur, subreptitium præsumitur.
Creditor an possit cogi ad recipiendam pecuniam Principis, non sui à suo debitore.
Augmentatio pecuniæ quo sit introducta iure.
Pecunia vna quando solui possit pro alia.
Consuetudo patriæ seruanda est in pecuniis solnendis.
Expensæ in pecunia cudenda an debeant de publico fieri.
Rex vel Dux an possit pecuniam cudere minoris æstimationis, quàm esset ipsa materia.
Princeps, & quando monetam mutare possit absque populis assensu.
Pecunia multis fraudatur modis.
Moneta tribus reprobatur modis.
Moneta ex tribus causis falsa esse potest.
Pecunia falsa vtens quæ plectatur pœna.
Socius in crimine falsæ monetæ ad accusandum, & testificandum admittitur.
Condemnatus de falsa moneta appellare non potest.
Moneta tribus reprobatur modis, scilicet in materia pondere, & cursu.
Moneta penitus reprobato cursu, cuius sit periculum creditoris scilicet an debitoris.

Pecunię curſu reprobato an poſsit debitor ante moram de pecunia reprobata ſoluere.

Pecunia alterius ponderis vel materię, quàm eſſet tempore contractus, quando ſolui poſsit.

Moneta circa formam mutata an poſsit ſolui creditori nolenti.

Mutatio monetę in ſola ęſtimatione quando attendi debeat.

Bonitas rei circa quę attendi poſsit.

Variatio ęſtimationis pecunię quãdo attendi debeat, & quãdo nõ.

Pecunię deterioratio quando cedat debitoris periculo.

Periculum eſt debitoris, ſi poſt moram pecunię efficiatur ęſtimationis vitiosis.

Tempus contractus, quo ad pecunię ęſtimationem, an debeat attendi, an verò tempus ſolutionis.

Pecunia una ſolui non poteſt pro alia in forma, materia, vel pondere diuerſa.

Creditor, cuius intereſt, pecuniam alterius formæ non tenetur recipere.

Tempus contractus quando attendatur in ſolutione debiti, ſi moneta fuerit mutata.

Mutuum ſi alicui factum ſit, vt paſcha reddere teneatur à die paſchę ęſtimatio quanti plurimi venire conſueuit.

Pecunia in teſtamento legata ęſtimatur ſecundum quod valebat tempore teſtamenti.

Monetam falſam expendens arbitrio Iudicis punitur.

Mutuum factum de centum ducatis ad rationem decem ſolidorum qualiter intelligatur, ſi pecunia in valore minuatur.

Tempus contractus in ęſtimatione attenditur, quando contrahentes pactum fecerunt in totidem. &c.

Promiſsio facta de pecunia, de qua ſit intelligenda.

Iuramentum in litem in nummis non datur ratione affectionis.

Stipulatio facta in diuerſa Materia, eſt nulla.

Promittens centum libras in denarijs poteſt de quacunque vult pecunia ſoluere.

Cupiens ſtrictam monetæ materiam amplecti, non per diſputandi amplam viam, niſi quatenus expediat, ſed potius deciſionis veritatem conſiderans, hoc opuſculum ſub compendio ponere curaui, ſubijciens me cuiuslibet rectius ſentientis auctoritati.

Quæro

QVæro primò, Quis posſit cudi facere pecuniam? Reſpondeo. Papa, Imperator, vel alius habens à ſede apoſtolica, vel Imperiali maieſtate, vel conſuetudine, cuius initij memoria non exiſtat, authoritatem. gl. in rub. de veteris numiſ. poteſtate li. 11. facit in ratione ſui. c. ſuper quibuſdam, § prę
1 terea de verb. ſigni.

2 Secundò quæro, an reſcriptum conceſſum à Principe priuatæ perſonæ, vt poſsit cudere pecuniam, præſumatur ſubreptitium? Rñ. Subrepcitium præſumi, ſi priuatæ perſonæ ſit conceſſum: ſecus, ſi concedatur ciuitati vel proceribus. text. glo. & Bart & Salic. in l. fin. C. de falſ. mon. Limita, niſi priuatæ perſonæ vel proprio motu, vel cum clauſula non obſtante ſit conceſſum reſcriptum arg. c. ſi motu proprio de præbend. 6. & quod no. Bald. in l. eos in princ. C. de appel. & quod plenè dixi in leg. fin C. Si contra ius vel vti. publ.

3 Tertio quæro, an non ſubditus creditor cogatur recipere pecuniam Principis non ſui: puta an Venetus creditor cogatur accipere pecuniam florentinam? Reſpon. quod non ſecundum Ange. in l. fin. C. de vet. numiſ pot. libr. 11. Quia in dubio augmentatio pecuniæ non extenditur vltra iuriſdictionem Principis cudi facientis pecuniam. l. fin. C. & ff. de iuriſdictioni. iud. Limitat Ange. niſi in patria creditoris ſit conſueta moneta alterius Principis expendi. gloſ. in c. ſtatuimus, de maledic. Secundo intelligitur Ang. verum dicere, ſi creditoris, non ſubditi intereſt non recipere pecuniam alterius domini, vt quia non expenderet illam pecuniam ita commodè in partibus ſuis, vel aliud ſimile: alias ſecus. l Paulus, ff. de ſol. vbi per Bart quod creditor non debet pati damnum.

4 Quartò quæro, an augmentatio pecuniæ ſit de iure ciuili, an de iure gentium? Reſpon. Quod eſt de iure ciuili, ſecundum Bald. in rub. de contrahen. emptio. Vide tamen quæ notaui in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure.

5 Quintò quæro, an vna pecunia poſsit ſolui pro alia? Reſpond. ſecundum Bart. & Angel. in l. Paulus, ff. de ſol. & Bart. in l. 2. §. 1. ff. ſi certum petatur, & Anton. de Butr. in cap. quanto de iureiuran. quod vna pecunia poſsit ſolui pro alia, dummodo ſit eiuſdem ligæ, vt puta lexinos eiuſdem ligæ argenteę

qui

qui recipiant functionem in genere ſui, dict. l. 2. in princ. ff. ſi certum petatur. & l. 1. §. fin. & l. Titiæ, ff. de aur. & argent. lega. Limita hoc verum eſſe, niſi creditor iturus ad longinquas partes facilius groſſam pecuniam, quàm paruam afferret, argu. de leg. Paulus ff de ſol.

Si autem pecunia non eſt eiuſdem ligæ, ſed deterioris, non poteſt ſolui vna pro alia: puta argentea pro aurea, ære contaminata pro argentea bonæ ligæ: quia tunc non redderetur in eiuſdem materia, & pondere, l. 1. C. de vet. num. pot. libro vndecimo. & dict. l. Paulus. Niſi conſuetudo eſſet in oppoſitum, l. ſi quis argentum, in gloſſ. C. de donat. Nam eſt vna maxima in iure noſtro in numeratione pecuniæ, vt in ſoluendis pecuniis ſeruetur conſuetudo patriæ, gloſſ. in dicta l. Si quis argentum in princip.

Et eſt notandum generalem eſſe conſuetudinem totius Mundi, vt vna pecunia ſoluatur pro alia ſecundum Bald. in l. libera Theodora, C. de ſen. & interl. omn. iudic. quod dictum **intelige fore verum, ſi creditor ex receptione alterius pecuniæ non ſentiat damnum, & fic ſolui, dicta l. Paulus. vbi caſus: puta eſt debitor centum aureorum Venetorum, vel ducatuum poteſt ſoluere pecuniam in argento; & contra ſi creditor non patiatur aliquod damnum.**

Sed ſi debitor argenteum non bonæ ligæ ſoluere vellet, vel ſi intereſt creditoris magis recipere auream debitam, quàm argenteam, vtputa quia melius expenderetur, vel alio modo creditoris intereſt, non compellitur creditor damnum pati recipiendo in alia forma, dict. leg. Paulus vbi caſus. Et prædicta omnia intelige vera, quando non eſt facta mutatio monetæ. Si autem eſſet facta mutatio monetæ, dicam in articulo mutationis monetæ.

6 Sextò quæro, an expenſæ, quæ fiunt in cudendo pecuniam, debeant fieri de publico? Bartol. in l. 2. §. 1. ff. ſi certum petat, & in dicta l. Paulus, & communiter Legiſtæ tenent, quòd expenſæ, quæ fiunt in cudendo, debent fieri de publico: quia pecunia debet valere tantum in maſſa, & materia, quantum in forma, & è contra, l. 1. ff. de contrahen. empt. Contra verò tenent Innoc. Ioan. Andr. & Anton. de Butr. in cap quanto de iureiuran. Quorum Canon. opinio eſt de conſuetudine approbata. Nam de conſuetudine minus eſt in forma, quàm in materia

feria propter expensas, quæ fiunt in cudendo, quam consuetudinem alleg. Bartol. in dicta l. §. 1. Seruanda igitur est consuetudo, vt pecunia debeat valere tantum in forma, quàtum in materia deductis expensis cudendi.

7 Septimò quæro, an Rex, vel Dux possit facere pecuniam aliquantulum minoris æstimationis, quàm esset materia etiã deductis expensis? Respondi. Posset hoc licitè fieri, vt modicũ non magnum lucrum percipiat, si indiget, & vbi moneta non spargeretur extra Regnum, vel Ducatum secundum Innoc. & Ioan. Andr. in dicto cap. quanto.

8 Octauò quæro, aggrediens articulum mutationis monetæ, an Princeps possit mutare monetam sine consensu populi. Respond. quòd non secundum Innoc. & Ioan. An. & communiter Doctores in dicto cap. Quanto, de iureiuran. sed de consensu populi sui posset mutare, non tamen in præiudiciũ aliorum non subditorum, argument. l. fin. ff & C. de iurisdict. om. iud. Putarem tamen quod si Princeps cõsueuisset monetã mutare auctoritate propria sine consensu populi, tanto tempore, cuius initij memoria non existat, mutationem fieri posse sine consensu populi, argum. §. ductus aquæ, in l. hoc iure, ff. de aqua quoti. & æsti. & cap. super quibusdam, §. præterea de verborum signif. latius tamen infra subijciam circa articulum mutationis.

9 Nonò quæro, quot modis fraudetur pecunia? Respondeo. Multis modis fraudatur pecunia. Nam aliquando raditur, aliquando destruitur, aliquando miscetur aliqua materia non æquè bona vt per Hostiens. & Ioan. And. in d. c. quanto de iureiur.

10 Decimò quæritur, quot modis reprobatur moneta? Dic. quod tribus in materia, pondere, & cursu. In materia, vt quia non est argentea bona, vel materia aurea, vt consueuit. In pondere, quia non in tanto pondere vt consueuit In cursu, quia non currit vt consueuit, quia est maioris æstimationis. Nam bonitas intrinseca consistit in trib. Materia, pondere, & forma, extrinseca verò in æstimatione, & valore glo. in dict. cap. quanto, facit. l. 1. ff. de contrahend. emp. & l. 2. C. de vete. numis. pot. lib. 11. Sint igitur cauti creditores, vt apponi faciant instrumento de reddendo pecuniam eiusdem materiæ, formæ, ponderis, & cursus secundum Ioan. And. & Ant. de

But.

But.in dict.cap.quanto,quod fortè malè dixit Bart.in l.lecta. ff.si cer.pet. qui ait quod illa verba, quæ ponuntur in instrumentis quotidie in tot florenis boni auri, & iusti ponderis, non sunt de necessitate: nisi soluendo Bart. dicas quod loquitur de necessitate,non autem ex consilio.Nam in bonis nummis semper intelligitur facta promissio;cum reproborum solutio non admittatur l.eleganter. §.qui reprobos, ff.de pign. actio.

11 Vndecimò quæro, an moneta dicatur falsa ex tribus causis, materiali, formali, & causali? vide consilium Bal.concludentis, quod tribus modis pecunia dicitur falsa, vt quis puniatur de falso. Primò modo materia, quando auro admiscent aliam materiam, vel ex tonsura, vel rasura l.1 ff.de contrahen. emptio.& electa est materia. Secundo formali causa est falsa moneta,vt quod imago Principis deficit.l.1. C.de vete.numis. pote.lib.11. Tertiò est falsa ex causa causali, idest, efficiente, vt quia baro cudi faciat pecuniam: cùm non habeat cudendi monetam potestatem in lege, priuilegio, vel consuetudine,c. 1.quæ sint rega.& l.fin. C.de falsa moneta, & §.si ministrales. titulo de violato pacis. Et punitur quis ex vsu licet non fabricauerit, mitius tamen, quàm si fabricasset, l.falsi,§ de ord. ff.de falsi.

Oportet ergo, quod, vt quis puniatur de falso sit falsa, altero ex tribus modis, de quo dixi supra, vbi igitur non simus in illis casibus,non punitur crimine falsi sed extraordinariè: puta vt expendatur aureus antiquus, sed nouum expendens non antiquum extraordinariè punitur arbitrio iudicis, l.1 §.effractores, ff.de effract: & expil.& pro dicto consilio Baldi bene facit, quòd vtens falsa pecunia expendendo punitur arbitrio iudicis secundum Alb.in rub.C.de falsi.mon. Facit, l.1.C.de vet.numis.pot.lib.11.

12 Duodecimò quæro, an socius criminis admittatur ad accusandum, & testificandum, in crimine falsæ monetæ? Dic admitti, vt per Spec.in tit.de accusat. §.1.

13 Tertiodecimò, an condemnatus de falsa moneta possit appellare? Dic, quod non. Vt per Speculat. in tit. de appell. §.2. vers. 29.

14 Quartodecimò quæro, quot modis reprobatur moneta? Dic, quòd tribus: in materia, pondere, & cursu. In materia: quia

quia non est talis aurea vel argentea bona, vt consueuit expendi. In pondere: quia non est in tanto pondere, vt consueuit. In cursu: quia non currit, vt consueuit, quoniam est minoris, vel maioris æstimationis: nam intrinseca bonitas pecuniæ consistit in materia pondere, & forma: Extrinseca verò in æstimatione, & valore. vt per glo. in cap. quanto, de iureiu. & leg. secundo de veter. numis. pot. libr. 11. & l. 1. ff. de contrahenda emptione. Vt tamen melius, & clarius intelligatur materia mutationis monetæ, singulos articulos examinabo.

Primò, quid iuris de mutatione monetæ, quæ est reprobata, vel cursus eius est reprobatus, vel quia non inuenitur de antiqua, quæ currebat antea, & tempore contractus.

Secundò examinabo de mutatione mouetæ in pondere, vel in materia.

Tertiò, de mutatione monetæ in forma.

Quartò, de mutatione monetæ ratione valoris.

Circa primum articulum mutationis quando eius cursus est in totum reprobatus: aduertendum est cuius erit periculum, an debitoris, an creditoris. In quo articulo ex mente Doctor. distinguendum est, aut post contractum est reprobata à Principe pecunia ex iusta causa, quia postea est effecta minus debilis, vel minus definita, quàm antea erat, vel quia non legitimi ponderis erat l. 1. C. de vet. numis. pot. libr. 11. & tunc periculum est debitoris, quia debet reddere in eadem qualitate intrinseca eiusdem materiæ, & ponderis, prout tempore contractus erat, l. cum quid, ff. si cert. pet. & Io. And. in d. cap. quanto de iureiu. & hoc casu debet fieri solutio de noua monera ad rationem, & æstimationem antiquæ monetæ. c. olim. & c. canonicis de cens. Si aut esset reprobata auaritia Principis, vt in reprobatione aliquid lucretur, quia eam facit recolligere, vt post eam cudi faciat, vt videmus sæpè fieri, tunc sufficit quod reddat pecuniam in eadem materia, & eodem pondere: licet illa pecunia sit reprobata, quo ad cursum. 1. vt non expendatur l. 2. & l. cum quid, ff. si cert. peta. nisi debitor sit in mora vel culpa, vt quia conscius, & particeps huius reprobationis monetæ. Exemplum in debitore consiliario Principis consentiente sponte reprobationi monetæ l. 2. §. fin. ff. si quis cau. & l. quod te. ff. si cert. pet. Prædicta vera sunt, nisi specificè aliter inter creditorem, & debitorem conuentum: quia tùc

esset

esset seruanda illa conuentio. 1. ff. depositi. l. contractus, ff. de reg. iur. Quod notant practicantes: quia primo debent attendere conuentionem partium in moneta reddenda, si autem non inueniretur de moneta veteri, tunc debet fieri solutio de noua ad rationem monetæ antiquæ: quia subrogatur vna pecunia loco alterius l. 1. §. fin. & l. Titio. ff. de aur. & argen. le. facit d. c. olim, & c. cum canonicis de censi.

15 Et est aduertendum quando cursus pecuniæ est reprobatus in totum, vtrum debitor ante moram posset soluere de pecunia reprobata. Pet. de Bella. & Cy. in l. in minorum. C. in qui. cas. in integ. resti. non est necess. & Bart. in l. quod te. ff. si cert. pet. tenet quod sic, quia ante moram periculum reprobationis monetæ, non pertinet ad debitorem, sicut nec interitus periculum, l. si ex legati causa, ff. de verb. oblig. quod dictum Bart. & Cy. intellige verum, quando est reprobata pecunia sine debilitate pecuniæ superueniente post contractum, quia non est tanti ponderis, quanti erat tempore contractus, tunc debitor non potest soluere de hac moneta effecta debili post contractum, quia debet reddere post contractum, pecuniam eiusdem materiæ, & ponderis, prout tempore contractus, l. 1. C. de vet. numis. pot. l. 1. ff. de contrah. empt. & no. Nostram. & Io. An. in d. c. quanto, & intelligendo hoc modo Pet. & Cyn. in d. l. in minorum, non contradicunt dicto Ioann And. in dicto cap. quanto, qui ait, quod imo in casu expresso, Pet. & Cy. debitor non possit soluere pecuniam debilem, aut reprobatam imo debet soluere de noua ad æstimationem antiquæ, allegãdo Bar. in d. l. Paulus, sequitur Cy. dum eum alleg. in d. leg. in minorum, nec bona est consequentia, est reprobata, ergo pecunia solui non potest: quia respondeo illud verum, quando mora vel culpa debitoris illud contingat: sed si sine culpa, tũc non pertinet ad eum periculum, d. l. si ex legati causa, & dixi statim supra, & ita tenent Hostien. & Io. Andr. in d. cap. quanto. Fateor tamen quod si debitor velit, possit nouam ad æstimationem veteris soluere secundum consuetudinem generalem in l. si quis argentum in princip. C. de do. facit, d. c. olim, & c. cum canonicis.

16 Accedo ad secundum articulum, Quando est mutata, vel in pondere vel in materia, pura tempore cõtractus erat vnius ponderis, postea vero fit alterius ponderis, vel tempore con-

tractus

tractus ipsa moneta erat argentea bonæ ligæ, nunc est ligæ argenti contaminati ære.

In quo articulo dicendũ est, quod tunc debet solui de moneta prima, non de noua mutata. vt no. Bartol. in d.l. Paulus. Vel si antiqua non habeatur, soluat de noua, & supplebit bonitatem in noua ad rationem monetæ antiquę si antiqua erat melior, & pro æstimatione antiquę in pondere, & materia d. c. olim & dicta l 1. C. de vet. numism. po. & Alberic. in d.l. cum quid. Et facit quod notat Antonius de Butrio in dicto capit. quanto.

17 Capio tertium articulum, quando est mutatio in forma, quia vna imago Principis erat: nunc est alia, tamen eiusdem materiæ, & eiusdem ponderis, tunc ista mutatio non debet attendi, nisi interfit creditoris, dict. l. Paulus. Vbi caius. Et no. in dicto cap. quanto, de iureiuran. Nam si interest creditoris, puta quia esset iturus ad longinquas partes, & melius expenderet denarios vnius formæ, quàm alterius, tunc non cogitur recipere in alia forma, licet Bartol. in dicta l. Paulus videatur, parifacere materiam, & formam, & malè contra dictam l. Paul. sed Angel. melius dicit; Nisi concordando dicas, quod Bart. debet intelligi si patitur damnum, & tunc non est contra Angelum, vt dixi in l. Cum quid, ff. si certum petatur, & prædicta habent locum etiam si debitor non sit in mora dict. l. cum quid.

18 Circa quartum articulum, quando est mutatio in sola æstimatione pecuniæ, & hic attende, aut loquimur ante moram, aut post moram, ante moram, tunc liberatur soluendo illam monetam eiusdem materiæ, & ponderis, & formæ, licet sit mutata æstimatio, argum. gloss. fin. in dicto cap cum quid, quia nihil debet imputari debitori, cum non sit in mora, nec culpa secundum Bart in dicta l. Paulus, Ia. de Ar. in dicta l. cũ quid, quod sufficiat solui de mutata, licet vilior, quam not. Odof. Cyn. & Oldr. Quia quædam sunt, quorum bonitas attenditur penes materiam. Vt in vino, & in illa est bonitas intrinseca, vt in dicta l. cum quid. Quædam sunt, quorum bonitas attenditur penes vsum. Vt in pecunia, l. labeo. §. Sabinus, ff. de verborum signific. & ista est bonitas eorum extrinseca. Ideò non potest reddi eiusdem bonitas extrinsecæ, in dicta l. cum quid: quia videtur qnod imò bonitas intrinseca consistit in re.

Digitized by Google

in rebus, ſcilicet materia, pondere, & forma, l. 1. vbi textus C.de vet. numiſm. pot. libro vndecimo,& l. 1. ff.de contrahē. empt.& gloſſ. in dicto cap. quanto. Bonitas extrinſeca eſt va riatio pretij, l.2.C.de vete.numiſm.pote.& in l.vinum,ff.ſi cer tum petatur, & gloſſ.fin.in dicta l.cum quid.Ideò ſi redditur moneta in eadem bonitate extrinſeca, ſufficit, licet varietur æſtimatio monetæ ante moram,vt in dicta l.cum quid,in glo. fin.& ita tenent Bartolus,& Angelus in dicta l.Paulus,& Cyn. in dicta l.in minorum, & Iacob. de Arena. Angel.& Alb in d. l.cum quid. Et ita Fulgoſ. & ita ibi dixi,& eſt de mente noſtra,& Ioan. Andr. in dicto cap.quanto. in nouella.

Nota tamen quod Bartol. videtur loqui ſolum in lucro im mutata pecunia, quaſi ſentiat ſecus in damno, nec etiam eſt vera opinio Butr.in dicto cap. quanto, quem ſequitur Odof. qui dicit debere ſolui de noua ad æſtimationem antiquæ. Et ſic eſt concludendum, quod ſufficit ſoluere ante moram debitoris eandem pecuniam in materia, & forma, licet ſit mutata æſtimatio contra Odof.Oldr.& Anton.de But.& ipſemet Anton. eſt ſibi contrarius, dum dicit quod æſtimatio monetæ eſt bonitas extrinſeca in ver. nec eſt verum. Vbi tenet con trarium eius, quod dicit in d.cap.quanto.

19 Tertius caſus, dum conſtituit differentiam inter perpetuã variationem æſtimationis monetæ, & temporalem. Nam ſecundum eum vbicunque contingit variatio æſtimationis pecuniæ temporaliter, non perpetuò: puta quia ducati valent aliquando minus, aliquando plus, non attenditur talis variatio æſtimationis, imò ſufficit ſoluere ſecundum æſtimationem tempore ſolutionis, quia partes potuerunt cogitare, ſecus vbi eſt perpetua mutatio æſtimationis pecuniæ, quia túc debet ſolui de noua ad rationem antiquæ: nam hæc differentia non eſt vera cum idem iuris ſit toto tempore, & perpetuò ad tempus temporaliter,cum ſit eadem ratio,leg.quæ de tota, ff.rei vend. Nam ratio quare debitor non tenetur de hac mutatione pecuniæ, eſt, quia periculum non eſt debitoris an te moram,l.quod te,ff.ſi certum petatur, & l. ſi ex legati cauſa, de verborum obligatio. quæ ratio vendicat ſibi locum,ſiue in temporali,ſiue in perpetua mutatione æſtimationis pecuniæ, aliàs monetæ.

20 Fateor, quod Antonius de Butr. poteſt ſaluari in mutatione

tione monetæ pauci temporis, vt vnius diei, vel duorũ: quia illa non attenditur, l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid. & Bartolus in dicta l. Paulus.

Item potest saluari, Butr. quando ambo contrahentes scirent de mutatione monetæ, l. ser. §. 1. & l. nec semel. §. si in habitationem. ff. Quando dies le. ced. & l. 1. §. final. ff. de actio. empt. quæ scientia non præsumitur in dubio, l. Verius, ff. de probatione maximè cum dependeat a Principe, vt in C. quanto allegato. Notatur in lege prima, C. de veter. numism. potest. & lege secunda, eodem titul. Facit, l. apud Iul. §. primo, ff. de leg. 1. Alias non video, qualiter procedat dictum Antonij: prædicta ante moram vera sunt. Si autem esset facta mutatio æstimationis monetæ post moram debitoris, vel creditoris, tunc distinguit Bartolus in dicta l. Paulus, quòd cum debitor est in mora soluendi, aut pecunia est grossa, quæ recipit æstimationem a minuta; vt sunt grosi valentes duos solidos, vt florenus ducatus: aut pecunia est ita minuta, vt non recipiat inferiorem æstimationem pecuniariam, vt est Imperialis, siue nummus, qui valet nisi vnum nummum. Primo casu, est periculum debitoris: l. Vinum, ff. si certum petatur. Secũndo casu periculum non pertinet ad morosum debitorem: Ratio est. Quia pecunia minuta non recipit æstimationem, l. si ita fideiussor, ff. de fideiuss. Et ibi patet ad sensum non variatio æstimationis: quia in nummis non consideretur interesse extra rem, quod est in lucro, l. nummis, ff. de in lit. iur. & l. si sterilis. §. Cum per vend. ff. de actio. empt. mihi videtur verius contra Bartolum, quòd non sit constituenda differentia post moram debitoris; quando contingit variatio æstimationis pecuniæ inter pecuniam grossam, & minutam, quia non reperitur lex, quæ faciat hanc differentiam, l. illã, C. de coll. Ratio quia regula est. Quod post moram periculum est debitoris, dict. l. quod tes & dict. l. si ex legat. causa, ff. de verborum oblig.

Præterea nullus alius Doctor facit hanc differentiam inter minutam, & grossam, nisi Bartol. Sed Angel. in dicta l. Paulus, & alij Doctores. Pet. & Cyn. in l. in minorum, & Alber. & alij, vt Angel. in dicta l. cum quid, & Ioan. And. in cap. quanto, tenent indistinctè periculum esse debitoris, post moram: & æqua est sententia contra Bartolum. Nam si tu de-

Digitized by Google

bes mihi decem libras Imperialium minutorum, & poſtea valeat duos denarios, vbi non valebat antea, niſi vnum, ęquũ eſt, vt tua mora non tollat lucrum meum dict. l. vnum. Quia omnia iura clamant contra moroſos, plenè in l. Mora. ff. de vſuris, & in l. Mora. ff. ſolut. matrim. & dict. leg. Quod te. Nec obſtat, quod in pecunia non ſit lucrum: quia imò conſiſtit, vt ipſemet Bartolus tenet in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle, ff. de ſolu. & probatur in l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt; & ibi Bartolus, & in l. tertia, §. final ff. de eo, qui cert. lo. Nec obſtat. §. cum per venditionem. Quia lo quitur in re, in qua cadit intereſſe intrinſecum: vt ibi, & dict. l. C. de ſent. Quæ pro eo, quod inter. Vbi ſcripſi ſequendo Bartolum. Nec obſtat, quod pecunia minuta non habet æſtimationem per aliam. Quia reſpondeo, quod ſufficit eam habere æſtimationem vnius Imperialis: quia idem eſt de principio numeri: prout de numero, l. ſi quis conduxerit, ff. loca. Et dic, quod ſic, ſi res non exiſtat digna maiori precio. Et prædicta intellige indiſtinctè, ſiue ſit diminuta, vel augmentata æſtimatio pecuniæ minutæ, propter augmentationem, vel diminutionem groſſæ pecuniæ, ſiue alio modo contra Anton. in dicto cap. quanto. Quia non video rationem diuerſitatis. Imò eſt eadem ratio, quia mora debet nocere moroſo, vt in iuribus præallegatis, & ſic tenenda eſt prima concluſio, quod indiſtinctè periculum pecuniæ poſt moram pertinet debitori moroſo, ſicut è contra periculum pecuniæ pertinet creditori moroſo, cui eſſet facta obligatio a debitore, l. qui in princip. ff. de ſolut. prædicta tene menti, quia quotidianum eſt, & hæc videtur ſententia communior, vt per Cyn. in dict. l. in minorum. Albert. & Ang. in dict. l. cum quid.

21 Vlterius quærendum eſt, an inſpiciatur tempus contractus: an ſolutionis, quo ad æſtimationem pecunię. Nam tempore contractus mutui, vel depoſiti, vel locationis, vel venditionis moneta eſt vnius æſtimationis: poſtea fuit augmentata, vel diminuta in æſtimatione, & ſimilia ante moram: quia poſt moram, vt vidiſtis ſupra, periculum eſt moroſi a die moræ.

Quæſtio eſt ergo ante moram: item quæſtio non eſt, quando reducitur ante moram eadem pecunia in pondere, materia, & forma: quia tunc quæſtio eſt ſupra deciſa, quòd ſuffi-

cit

cit reddere eandem pecuniam in pondere, materia, & forma, dict. l. cum quid. Sed dubium est: quando volo reddere æstimationem pecuniæ ante moram: puta mutuaui tibi centum florenos, vel grossos, tunc florenus valebat duas libras, & grossus duos solidos ante moram aliquam: quia non erat apposita dies, neque facta interpellatio, mutata est æstimatio post annum: quia florenus valet quatuor libras, grossus quatuor solidos: an solui possit cum sextinis secundum æstimationem contractus, an secundum æstimationem temporis solutionis ante moram, Bald. in dicta l. cum quid, tenet quod tempus solutionis inspiciatur.

22 Contrarium tenuit in l. acceptam, C. de vsur. Quia imputet debitor, si non expendit: & sic non est curandum de auctoritate Baldi, cum sit contrarius, consuluit tamen in Vrbino, vt ipse Baldus refert in dicta l. si quis argentum, in principio. C. de donat. quòd inspiciatur tempus solutionis. Idem videtur velle Bartolus in l. cum aurum, ff. de aur. & argent. leg. per illum text. cum gloss.

Contrarium, quòd inspiciatur, scilicet quod pecunia valebat tempore contractus, tenet Iacob. Butr. in sua disputatione, quæ incipit, quidam colonus. Idem tenet Alberic. in d. l. cum quid. Idem videtur tenere Oldr. consil. 13. per cap. olim de cens.

Mihi saluo saniori consilio videtur dicendum. Primò, antequam veniam ad decisionem, quod titulus quæstionis non procedat.

23 Quia vna pecunia non potest solui pro alia, quando est diuersa in materia, pondere, vel forma, vt dixi supra in primo articulo, an vna moneta pro alia possit solui. Quæstio ergo procedit ex generali consuetudine secundum Bald. in l. libera C. de sent. & interlo. om. iud. vt pro auro pecunia argentea solui possit, vt supra dixi. Redeo igitur ad propositum, & considerandum est, quod aut loquimur in pecunia argentea: vt in grossis. Et tunc debet reddi secundum eandem materiam, & ponderis identitatem: nec attenditur æstimatio, vt puta mutuaui, vel deposui centum grossos si vis mihi reddere sextinos eiusdem ligæ argenti, prout erant grossi mutuati, & in eodē pondere: ita vt sextini omnes tanti ponderis, & eiusdem ligæ argenteæ, quanti grossi, dict. l. cum quid, & tunc non interest

creditoris magis accipere sextinos, quàm grossos: nec è cõtra, propter functionem eiusdem generis,& qualitatis, l.2. §. 1.ff.si cert.pet.l.fin.§.fin.ff.de aur.& argen. leg Nam similiter augmentatur, vel diminuitur æstimatio grossorum,non autẽ sextinorum eiusdem ligæ, imò sextini semper essent eiusdem æstimationis,tunc periculum esset debitoris: Ratio,quia creditor non tenetur recipere in alia forma, si sua interest,& dãnum patiatur, dict.l.Paulus. Vbi casus,& dixi supra in mutatione formæ.

24 Si autem loquimur in mutatione æstimationis in pecunia aurea: puta mutuaui centum ducatos Venetos, & tunc est distinguendum, aut volo soluere ducatos eiusdem formæ, materiæ, & ponderis, & ante moram periculum est creditoris, d.l.cum quid, vt supra dixi. Aut volo soluere alios aureos alterius materiæ,vel ponderis,vel formæ,vel argenteos pro aureis secundum cõsuetudinem generalem, & hic aduerte,quia secundum veritatem,tunc inspicitur tempus contractus: quia posset soluere auream, vel argenteam alterius materiæ, vel ponderis, vel formæ secundum æstimationem pecuniæ, tempore contractus. Quia hæc æstimatio non venit in ratione moræ, ideò non inspicitur tempus petitionis, vel solutionis, vel moræ, imò venit hęc ęstimatio, ne dãnum patiatur creditor recipiẽdo in alia quantitate,& sic in alia forma, vel mẽsia,
25 d.l Pau.& d.l.cũ quid.si aũt veniret ęstimatio rõne morę,inspicitur tps moræ:vt quia interpellatus,d.l vnú:& isto modo possunt cõcordare Doct.qui sũt varij in hoc art.vt dixi supra. Nã inspicitur tps cõtractus,qñ ęstimatio venit loco qualitatis intrinsecę, põderis, vel materiæ deficiẽtis in pecunia,q̃ soluitur sm̃ pecuniã,q̃ debetur d.l.cũ quid.& l.fun.Cornel.ff.de nou. & l.stipulatio hęc,l Picholla,ff.de verb.obl.& l.vbi,eod.tit.facit, quia sicut in alijs reb.inspicimus tps cõtractus,l.si voluntatis, l.fi.& l.2.C.de rescin.vend.cõ sim.Ita in ęstimatione pecuniæ, quæ fit,& sic subrogatur loco bonitatis deficientis, inspicitur tempus contractus, vt subrogatum sapiat naturam,& c. §.fuerat inst.de act.& ita loquitur Iac.Bur.in d.dispu. cum seq.suis.

Si autem non fieret æstimatio ratione qualitatis intrinsecæ bonitatis monetæ: Tunc inspicitur tempus petitionis, vel moræ, dict. leg. Vnum. Ita loquitur Baldus in dicta lege cum quid, cum sequentibus, & ita debet intelligi dictum Bar-

Digitized by Google

Bartoli in l.cum certum allegata quod inſpiciatur tempus ſolutionis: quod ad hoc, quando non eſt mutatata qualitas intrinſeca. Si autem appoſita eſſet dies in ſolutione fienda, inſpiciatur illa dies ſolutioni, quoad æſtimationem quanti plurimi ratione moræ, d.l.Vinum, non quoad æſtimationem qualitatis monetæ: quia in dict.leg. cum quid, venit qualitas ex natura obligationis, in l.Vinum, venit ex officio iudicis.l.fundum Cornelianum, ff.de noua. Vbi Bartol. cum text.d.l.cum
26. quid, ſicut in ſimili: ſi mutuaui tibi vinum: vt reddas ad paſcha: certè æſtimatio quanti plurimi venit à die paſchæ, d.l. Vinum, qualitas autem intrinſeca à die contractus inſpicitur, d.leg.cum quid. Ideo, ſi ante moram vellem in paſchate vinum, quod non eſſet ita bonum, quia non potuit reperire, veniret æſtimatio illius bonitatis deficientis. Facit cap. olim, & cap.cum canonicis, de cenſ.ita vidi conſilium præſtantiſsimorum Doctorum legentium in hac ciuitate Papię, dum Dux Mediolani emiſſet ſal à Ianuenſibus, vt inſpiceretur æſtimatio pecuniæ tempore contractus emptionis ante moram. Facit l.2 C.de vete. numiſ.pot.lib.11.

27. Quærò, quid in teſtamento, an inſpiciatur æſtimatio tempore teſtamenti, an tempore ſolutionis? Solut. teſtamenti ſecundum omnes Doctores.l.vxori, §.1.& l.vxor. § teſtamento, ff.de l.3.

Quid autem in lege vel ſtatuto? Dic, aut loquimur de lege dante ſolemnitatem, & inſpicitur tempus legis vel ſtatuti, aut de lege loquente de ſolutione, & inſpicitur tempus ſolutionis. cle.fin.de deci.& Bald.pulchrè in l.illud, in fin.C.de ſacroſan. Eccle.& Spe.in tit.de ſol.§.Nunc aliqua, verſ.fin.Vide Anton.de Butr.in d.cap.quanto, & Ioan.Andr. in addi.Spe.d. §.Nunc aliqua, verſ.fin.& Alber.in d.l.cum quid, & Bal.in l.2. in prin. C.communia de lega.

Vtens falſa moneta expendendo punitur arbitrio iudicis, Alber.in Rubricis, C.de falſa monet.qui alleg.l.1. C.de veter. numiſ.lib.11.

28. An inſpiciatur æſtimatio, tempore ſententiæ vel ſolutionis? Solut.tempore ſententiæ, vt per Old.conſ.13.Facit i.Imperatores, ff.de contrahend.emp.& vide Alb.in d.l.cum quid.

Quid autem, ſi pecunia eſt æſtimata, puta mutuaui, vel depoſui, vel dedi dotem centum libras in florenis, vel cen-

tum libras in groſsis, an inſpiciatur tempus contractus an ſolutionis intelligendo quęſtionem ante moram, quia poſt moram eſt periculum moroſi, vt dixi ſupra, Bartol. in d.l.Paulus circa finem dicit, quòd inſpicitur tempus ſolutionis, quia videntur dati floreni, vel groſsi in ſolutum pro centum libris. Ideo omne lucrum, & damnum in dictis florenis eſt debitoris l.Si inter, C.de iure dotium, l.æſtimatio, ff.ſolut.matr. imò inſpicitur tempus ſolutionis, l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle ff.de ſolut.& idem videtur etiam ſentire Antonius de Butr.in dict.cap.quanto, in verbo quartus caſus, hoc limitat Bartolus verum niſi eſſet factum pactum, vt reddantur centum libræ in florenis per l.pluraliter,§.ſi mancipia,ff.ſol.mat.

29 Et ſic ex hac theorica Bar.ſequitur ſi mutuaui tibi centum ducatos ad rationem ſolidorum 32. pro ducato augmentum vel diminutio æſtimationis floreni non attenditur,vt communiter hodie fit in inſtrumentis attende, vt intelligas, Bar.quia dictum ſuum debet intelligi,vt fiat ſolutio argenteæ pecunię & ſic eiuſdem ligæ, & bonitatis intrinſecæ prout erat tempore contractus, & ita ſeruatur Papiæ per d.l.cum quid, & dixi ſupra. Verbi gratia,mutuaui centum libras in florenis,pecunia tunc argentea bonę ligæ certè tempore ſolutionis debent reddi in eadem bonitate pecuniæ argenteæ, vt dixi ſupra, quia attenditur in bonitate intrinſeca tempus contractus d.l. cum quid.Dubito tamen cont.Bartol.quia Bartol.in d.l.Paulus ſentit in fin.quòd floreni non ſint in obligatione,ſed in facultate ſoluendi. Et ideò non inſpicitur valor floreni per d.l. ſi quis ſtipu.fuerit decem in melle,quia imò dicitur quòd floreni ſint in obligatione per l. & ſi equo, ff.de l. 1. & voluit ipſemet Bar. in d.l.ſi quis ſtipulatus fuerit x. ergo illa æſtimatio non eſt facta, vt fiat venditio vel datio in ſolutum floreni, vt d.l.æſtimationem, ff.ſol.mat. & l.res in dotem, ff.de iure dotiũ & no.in d.l.ſi inter. ideò crederem quod Bart.melius loquitur in d.l.ſi quis ſtipu.fuerit, vt floreni etiam ſint in obligatione: vt fit quotidie in inſtrumentis: quia dicitur depoſuit, vel mutuauit, vel dedit in dotem centum florenos ad rationem ſolidorum 32.pro floreno:Nam fit æſtimatio,vt ſciatur quantum valuit florenus tempore contractus vt in d.l.ſi æſtimat. Ideo debitor ante moram poterit reddere vel ducatos aureos in eadem bonitate vel æſtimatione ducati aurei ſecundum tem-

pus

pus contractus non solutionis: prædicta semper vera ante moram. Nam post moram potest intelligi Bar. vt veniat æstimatio a die moræ vsque ad tempus solutionis, d.l. vinum facit contra Bart. d.l. penultima, §. si mancipia, ff. sol. mat. & videtur ita sentire Bar. in d.l. si quis stipulatus fuerit. x.

30 Præterea contra Bar. facit, sicut inspicitur tempus contractus in æstimatione, quando contrahendo fecerunt pactum libræ in totidem florenis, idem si non sit pactum: quia ita tacite agitur, d.l. cum quid, in ratione sui, & l. res in dotem, ff. de iure dotium. Ideo dicerem, cum hodie dicitur in instrumentis centum ducati ad rationem 32. solidorum, debet soluere aut aureos eiusdem qualitatis, aut æstimationis secundum tempus contractus.

Nota, quòd Mediolani seruatur, ideo debet dicere auri in auro secundum collegium Mediolani, quod si in instrumento dicitur, Titius mutuauit centum florenos boni auri, & iusti ponderis, intelligitur de solidis 32. in moneta tamen vbi non esset illa consuetudo, tunc debet intelligi de auro, & de ducato. l. infra, C. de veter. numis. pot. libr. 11. Quando fit promissio pecuniæ, de qua intelligatur? Dic, inspiciendā cōsuetudinem, alias similitudinem, & vbi non apparet coniectura, intelligatur de minima, l. semper in stipu. in glos. ff. de reg. iur. l. nummis, de leg. 3. cum simi.

31 Nota vnum, in quo consului: Nam in instrumento continetur, qualiter Titius promisit centum florenos omni anno ex tali possessione: deinde per decennium fuit facta solutio per debitorem ducentorum florenorum in auro, vel in tanta pecunia: certè consului, quod illa promissio de centum florenis intelligitur de auris, non autem de solidis 32. pro floreno. Quia sequens solutio continuata per decenniū declarat qualitatem monetæ dubiæ, l. cum de in rem vers. ff. de vsu. Ang. in l. si certis annis, C. de pactis. Alias intelligitur de minimis, d. l. Nummis, prædicta vera, quando dubium est, de qua pecunia: si autem esset certum: puta promisi centum aureos Venetos iusti ponderis, & boni auri, adhoc vt possit præscribi qualitas pecuniæ, requiruntur. 30. anni. in priuato 40. in eccles. ca. olim de censi. & ita But. in disputa. quidam colonus.

32 Quid si dico, promisi centum grossos, & tu dicis promitto valorem centum grossorum in medalijs, non valet stipula-

Digitized by Google

tio propter diuerſitatem materiæ, Bartol.in l. Quæ extrinſecus,ff.de verborum oblig.quod imo valet Bald.in l.ſingularia, ff.ſi certum petatur.

33 Si promitto centum libras in denarios, poſſum ſoluere de qua pecnnia velim, Angel.in l.fin.de vet.numiſ.po. & de materia monetæ. Vide Iacob. Butr.in dicta diſput.Alber.in dict. l. Cum quid, & ibi Bald. & Angel & Fulgoſ. in l.2. in §.1. ff.ſi certum petatur, & in l.Vnum,& in C.quanto, Io.And. & Ant. de But. & Bald.in l.illum, C.de ſacroſanct.Eccleſ.& in l.acceptam,C.de vſur. & Angel.in l.fin.C.de vet.numiſm po.Et Bar. & Angel.in l.Paulus. Specul.& Joan. Andr. in tit.de ſolu.in §. Nunc aliqua,& §. fi. & in l.ſi quis ſtipulatus fuerit 10.in melle, per Bartol. de ſolut.

LAVS DEO.

TRA.

TRACTATVS
MONETARVM,
PRACTICABILIS, AC VTILIS
Tam Doctoribus, quam Aduocatis, &
Procuratoribus.

Editus ab eximio Iureconſulto Dom. Franciſco Curtio, dum legeret l. cum quid. ff. ſi cer. pet. Anno Domini 1482. in florido Tironenſi Studio.

SVMMARIVM.

1 *Monetę cudendę ius qui habeant.*
2 *Expenſa cudendę monetę, ex quo fienda.*
Monetæ bonitas duplex.
3 *Pecunia debita qualiter ſit reſtituenda, num. 4.*
5 *Monetę character mutatus non officit creditori, ſi liga remanſerit.*
6 *Debitor in diem, decreſcente pecuniæ æſtimatione, an teneatur ad intereſſe, num. 9.*
7 *Debitor moroſus, an transferat in ſe monetæ periculum.*
Mora moroſo nocet.
8 *Ratio diuerſitatis inter monetam groſſam, & minutam, an poſsit aſsignari.*
10 *Monetæ æſtimatio, an referenda ad tempus mutui, vel ſolutionis, num. 12. maximè in dote, 14. & quid in Statutis. 17. & quid in laudo, & ſententia, 19. 21.*
11 *Lucrum cum aliena iactura eſt damnoſum.*
13 *Tempus contractus odio moroſi inſpicitur.*
Azo eſt fons iuris.
15 *Tempus in legatis pecuniarijs, in teſtamento factis, variata monetæ æſtimatione quid inſpiciendum.*
16 *Frumentum per teſtatorem vxori legatum, poſtea conſumptum,*

per

Digitized by Google

per eundem, quomodo veniat soluendum.

17 *Legata particularia tempus testamenti conspiciunt, vniuersalia testatoris mortem.*

18 *Statuta magis æquiparantur vltimis voluntatibus, quàm contractibus.*

19 *Donatio quingentos aureos excedens insinuanda.*

20 *Monetam reprobatam expendens, an teneatur pœna falsi.*

21 *Pœna falsi in moneta imponitur in quatuor casibus.*

22 *Aurifices an possint in sua arte de falso accusari.*
Pœna vndecima vel statutis prætermissa est arbitraria.

23 *Industria expendentis pecuniam reprobatam an prosit mutuanti.*

24 *Solui aliud pro alio inuito Creditore an possit.*
Mutuans aureos quando non teneatur argenteos recipere.

25 *Mariti verba receptionem dotis in aureis auri confitentis qualiter intelligenda. 26.*

27 *Verba duplicata magis operantur.*

28 *Tempus contractus in mutuis, quando inspiciendum.*

29 *Bartolus sibi ipsi contrarius saluatur.*

30 *Monetæ electio in diuersitate, cuius esse debeat, Creditoris, an debitoris.*

31 *Solutio præcedens declarat sequentem.*

32 *Pecunia in obligatione talis esse præsumitur, qualis solutio est secuta.*

1 A Deuidentiam præmitte, quòd nemo possit facere cudi monetam, fundi, seu stampari nisi Papa, aut Imperator, vel quibus ipsi concesserunt facultatem cudendi, stãpandi, vel fundendi monetam, vel nisi aliquis haberet ex consuetudine præscripta, ista est glossa ordinaria, C. de vet. numis. pote. libr. 6. Et ideo cauent alij, vt ab igne, quia multos vidi periclitari.

2 Secundò ad euidentiam præmitte, quòd expensa cudendi monetam debet fieri de publico, vt tantum valeat pecunia in massa, quantum in forma, secundum vnam opinionem, vel secundum aliam detractis expensis cudendi, vt latè explicaui in l. 2. §. primo, supra e. & retuli omnes authoritates.

3 Tertiò scire debetis ex verbis Bar. hic, quod duplex est bo-

nitas

nitas monetæ: altera intrinseca, quæ consistit in liga ponderis, & charactere: altera extrinseca consistente in valore, & æstimatione pro qua expenditur l. 1. & fin. C. de vete. numism. pot. lib. 11. l. 1. ff. de contrahend. empt. Doctores in d. c. quanto extra de iureiuran.

Et nemo dubitat, quòd semper pecunia est reddenda in bonitate intrinseca, quando de illa reperitur. Si verò non reperitur, poterit solui de noua, habita semper relatione ad æstimationem pecuniæ mutuatæ, c. cum olim, & c. cum canonicis extra de cens. & sic semper habetur respectus ad materiam, & pondus, respectu autem characteris, & formæ potest de alia solui, dummodo creditor non afficiatur damno. Exemplum. Aliquis ducatos Venetos mutuo dedit, possem sibi reddere testo. nos Mediolani, vel Genuenses qui habent anguem, nisi Creditor esset passurus aliquod damnum in diuersitate formæ, & characteris. Puta statuisset ire ad partes maritimas, & longinquas, & ibi ducatus Venetus magis esset congruus, & congruens. Nam isto modo non posset alios soluere, quia Creditor esset passurus damnum l. Paulus, vbi Bart. no. & omnes ff. de sol.

4 Quærit Bar. hic de quotidiana. q. mutuanti tibi pecuniam, an recipiens teneatur reddere secundum antiquam formam, an verò secundum nouam, Decidit Bar. quod si mutatur bonitas pecuniæ intrinseca, & fiat pecunia in alia forma, & materia, concluditur quod tunc debebitur reddi, & solui de antiqua: quia noua est omnino diuersa, & hoc si potest de antiqua reperiri, si autem non reperitur debet soluere æstimationem, quia tunc agitur vt reddatur in eadem bonitate, & eodem genere. Vt hic in tex. & glos. aut non mutatur pecunia in bonitate intrinseca, sed variatur æstimatio, & valor ipsius, vt quia ducatus aureus, qui tunc valeat, & expendebatur pro 4. libris & 10. solidis, si huic ad aliquos menses crescat valor, & æstimatio, quia forte valebit libras quinque, vel forte decrescat ad libras 4. & in ista bonitate, quæ vocatur extrinseca, nõ curamus nec inspicimus, nisi eo tempore, quo recepit esse in mora, & in mora constitutus est l. Vinum, infra e. ista est doctrina Bart. hic & in d. l. Paulus, & transeunt etiam Doctores hic in hac l. nostra, cum quid. Pet. & Cy. in l. in minorum, C. in quibus cau. rest. in integ. non est necess. Io. Andr. & Doctores in

d. cap.

d.cap.quanto, & in cap.olim, & in ca.cum canonicis extra de cenſi.Io.de Imo. & Moder.in d.l.Paulus, & plus vult Bart.in l. Proinde infra eo.quod ſi mutatur curſus monetæ antiquæ ante moram debitoris, quod debitor poterit ſoluere de antiqua moneta. Cuius contrarium vult ipſe Bart. in d.l.Paulus quod vltimum tangam in d.l.proinde, infra, c.

5 Succeſsiuè quæro: ponamus, quod debitor, qui mutuum accepit,teneatur reddere ad paſcha pecuniam,decreſcit æſtimatio eiuſdem monetæ, an debitor tenebitur pro illa deterioratione? Barto.in d.l.Paul. fuit in mirabili opinione,ipſam ſequitur Ang.ibi diſtinguendo,aut loquimur in moneta groſſa, quæ poteſt recipere æſtimationem, per monetam inferiorem, & tunc debitor tenetur ſatisfacere Creditori de ipſa mora pro iuſto damno. Aut loquimur in moneta minuta inferioris gradus, & iſto caſu tenet Bart. debitorem non teneri ad æſtimationem, nec etiam poſt moram: quia ſemper periculum erit Creditoris: quia iſta moneta ita minuta non recipit æſtimationem per aliam monetam. Vnde non poteſt dici variata æſtimatio,& deteriorata,ſed potius dicitur quoddam lucrum ceſſans, iſte defectus de nouo cõtingẽs, cuius lucri nõ habetur conſideratio, quando debetur pecunia, ſed non habetur ratio damni quod pœnes æſtimationem curatur l.nummis, ff.de in litem iu.Et ſic vult Bar. quod in moneta iſta minuta potius cenſeamus lucrum ceſſans, quam damnum emergens, quod lucrum, & intereſſe intrinſecus non venit in nummis ſecundum damnum, vt dixi in l.ſi ſterilis, §.ſi per vendito.infra de actio.empt.d.l.nummis, & l.ſi ita fideiuſſ. infra de fideiuſſ.

6 Communiter tamen iſta Bart.non ſeruatur in practica,neque tenetur, quia in diſtinctè in quacunque moneta periculũ ſpectat ad moroſum. Ita Lauden. in tractatu ſuo monetæ referens. Cyn. & Doctores in d.l.in minorum, C.in quibus cenſ. reſt.non eſt neceſ. Ioann. Andr. & Doctores in d.c.quanto, & Ang. in d.l. Paulus,infra de ſolut. Sed in hoc decipitur Mart. Lauden.hic in tractatu ſuo notularum, Bart. quæ communiter reprobantur, nec ſeruantur in practica.Idem tenent Imo. & Doctores Ant.in d.cap.quanto. Quia iſtæ pecuniæ inuicem functionem habent,& æquipollere videntur:quia ſicut 12.denarij faciunt vnum ſolidum, ita vnus ſolidus facit 12. denarios

rios. Et iſta opinio videtur verior: tamen quia poſt moram debitor tenetur ad intereſſe, ſiue conſiſtat in lucro, ſiue in damno, l. 3. in fin. infra de eo, quod certo loco, & quod veniat intereſſe in lucro tenet glo. & Doctores communiter poſt Bart. in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt ergo venit iſtud intereſſe extrinſecũ in minima pecunia, ſicut in groſſa: Tamen
7 quia mora ſemper debet nocere moroſo, l. q te, infra eod, ſi certum petatur, l. ſi ex legati cauſa. infra de verb. oblig c. mora cui de reg. iur. in 6. Tamen quia non poteſt aſſignari ratio diuerſitatis inter monetam groſſam, & minimam: quia ſi mutuaui tibi centum florenos in pecunia minuta certè poſt moram tuam augebitur æſtimatio, puta ſi Princeps mandaret imperialem, qui expendabatur pro vno imperiali, quod expendatur deinceps pro vno cum dimidio, certè debitor moroſus tenebitur ſatisfacere Creditori: quia mora debet eſſe ſibi nociua, quamuis dominus Anto. & Imo. in d. c. quanto, videntur ſaluare Bar.

8 Quando augetur æſtimatio monetæ groſſæ, puta mutuaui 12. libras tempore quo ducatus valebat 4 libras, ſi poſtea venit ad quinque mutuans non poterit petere, quamuis, cum 12. libris potuiſſet acquirere tres aureos tempore mutui, & tunc non: quia non patitur damnum, ſed perdit lucrum, & hoc modo ſaluatur Bar.

9 Secundò ſi variatio, & diminutio monetæ minutæ contingeret poſt moram, quia creditor poterit conſequi à debitore, in quo damnificatur, quia habet damnum contingens, & nõ lucrum ceſſans. Solitus ſum ſequi vnam opinionem contra Bar. quia data communi opinione Bar. pro vera, ſi creditor eſſet perſona, quæ conſueuiſſet veriſimiliter mercari ſiue lucrari non eſſet dubium tunc quod haberetur ratio intereſſe ratione lucri ceſſantis, l. 3. §. fin. incipit in hac arbitrariam, ff. de eo, quod cert. lo. & declarat Bart in l. 1. C. de ſent. q. pro eo, quod. Et ibi in hoc tractat Ang. Imo. & Cuma. in d. l. Paulus. & pulchrè Mod. hic. Sed dato etiam quod nõ eſſet mercator nec ſolitus mercari, tamen indiſtinctè tenebitur debitor in æſtimatione in quacunque moneta per argu. & rationes, quas ſupra adduxi.

10 Tertiò quæro. Pone, mutuaui tibi centum ducatos, qui nunc valent libras 4. & 7. ſolidos pro quolibet: & quod tem-

pore

pore solutionis fiendæ augeatur valor ducati, an debitor tenebitur soluere, & poterit soluere centum ducatos, habito respectu ad æstimationem currentem ipsius mutui, vel ad æstimationem currentem tempore solutionis, prout sibi esset vtilitas. Et sic quæstio stat in hoc, an inspiciamus tempus contractus, vel solutionis. Bar. in l. cum aurum per tex. ibi. ff de auro, & argen. lega. tenuit, quod inspicitur tempus solutionis, & non contractus. & idem tenet idem Barto. in d. l. Paulus circa principium vltimæ coll. Idem tenuit Bald. hic per tex. in d. ca. quanto, & in clement. fin. cum ibi notatis de deci. allegat Bal. in addit. ad Specul. in tit. de sol. §. nunc aliqua, versi. fin.

Contrariam sententiam tenuit Alber. hic per text. in l. nostra. Idem tenet Bald. in l. acceptam in 17. q. C. de vsur. vbi arguit ad partes, & tandem concludit, quod considerari deberet tempus contractus, & non solutionis, & mouetur friuola ratione: Quia debitor pecuniam intrinsecam conuertit in suos vsus, & suam vtilitatem.

11 Ergo non debet lucrari cum aliena iactura, l. si vina, quæ in dolijs erant. ff. de peric. & com. rei vend. vt dixi friuola est ratio. Clarius tamen per multa argumenta, quod attendamus tempus contractus, tenet Iacob. But. in quæstione sua, incipiente: Quæstio tamen proponitur, alias quidam Colonus: quia pecunia est in contractu, & obligatione, & certum est, quid, quale, & quantum datum fuit. Ideo tenetur reddere de moneta antiqua, & visitata tempore contractus, vel illius æstimationis, & istud in omni disputatione arg. l. stipulationum quędam certa sunt, ff. de verb. oblig. Ergo debitum esset in actione, l. certi condictio in princ. & §. 1. infra eod. & pro ista parte

12 adduxi, l. fundum ven. ff. de nouatio. & quędam alia. Alias ista quæstio fuit in contingentia facti, & refert Lauden. hic: quia dux Mediolani emerat maximam quantitatem salis à dominis Genuensib. certo preciò florenorum, quorum æstimatio fuit postea mutata, & variata, & fuit conclusum per plurimos Doctores collegij considerandum fuisse, & cogitandum tempus contractus, & non solutionis Lauden. hic in hoc dubitat, & non firmat pedem, fortasse ne sic posse distingui? Aut dies adijcitur solutioni, & tunc inspicitur tempus solutionis. In hoc modo procedit doctrina Bar. in l. cum aurum, ff. de auro, & arg. lega. & benè probatur secundum cum in l. contraxisse,

ff. de

ff.de action. & obligat. Aut non est statuta dies solutioni; & isto casu inspicitur tempus petitionis per casum in dicta l. vi-
num, nisi debitor fuisset in mora: quia odio morosi inspici-
mus tempus contractus, quia mora debet esse semper nociua
morosо, d.l.quod te, & l.mora, ff.de vsu. Et isto casu procedat
opinio Iac.But. Alb, & seq.

13 Ego indistinctè teneo tempus contractus inspici in æstima
cione extrinseca penitus: quia ita tenuit Azo fons iuris, vt
vtar verbis Bald. in l.contractus, C.de fide instrumentorum,
qui ita tenuit in suis Brocardicis: vt refert, & sequitur Oldra.
Laud. in consilio suo trigesimoprimo, in fine. Et aliquid tan-
gitur in consilio 168. Et ideò in omni contractu, siue locatio-
nis, siue mutui, siue alterius, attendimus tempus contractus,
etiam quantum ad bonitatem extrinsecam. Ideò variata est-
matione, tenebitur debitor ad illam æstimationem, quæ cur-
rebat tempore contractus, secundum Azonem, & Oldradum.
Idem tenuit Panormit. in 4 notabili, post Imol. in Clement.
final. per text. ibi in verbo consuetam, de decimis, & ita te-
nent communiter Modern. & dixit Petr.de Ancharan.in dicta
clement. final. fuisset consultum Doctorem suum in Ciuitate
14 Axiol.vbi quis dederat in dotem florenos ducentos boni au-
ri, quo tempore minus expendebãtur pro libris quatuor, &
solidis decẽ, consuluit quòd debuit restituere florenos ducen
tum auri, qui erant in obligatione: nisi tempore contractus
fuissent dati in dotem ad rationem librarum, & non floreno-
rum simpliciter: quia tunc illa æstimatio deberet reddi, & nõ
maior, & hoc habuisset a Bartolo in dicta l. Paul. ff. de solut.
de quo vltimo videbimus infra in 11. quæst. & est expedita
tertia quæstio.

Quartò quæro, quid in legatis pecuniarijs factis in testa-
mento, quod tempus attendimus variata æstimatione, vel tẽ-
pus testamenti, vel mortis, vel aditæ hæreditatis.

15 Prima fronte videtur considerandum tempus mortis, §. di-
sponatur in authent.de nuptijs, & lex semper est in viridi ob-
seruantia, l.Adriani, C.de hæred. ergo videtur legasse eo tem-
pore, quo moriebatur. Sed istud argumentum potius facit
contra: & ista doctrina, & opinio probatur per Doctores Bar
tol.Bal. & Ang.in l.si seruus legatus, §.qui quinque, ff.de leg 1.
Bartol.in l.fin.§.1.ff.de lib.lega. in l.fin.§.1. ff.de fide instrum.

instru-

instrumentoque legato. Vbi dicit, quòd si maritus legauerit vxori frumen um in horreo suo, vel in domo sua existens, si testator postea illud consumpserit, & aliud frumentum im-
16 posuerit, quòd vxor habebit illud, quod reperitur tempore mortis in horreo: sed ista doctrina nihil etiam facit. Quia illa decisio procedit non ex natura verborum, sed ex præsumpta & interpretatiua voluntate testatoris, secundum Baldum, & Angel. in dicto §. qui quinque in hac quæst. Oldrad. in dicto trigesimoprimo; decidit debere solui de moneta vsuali currenti, & expendibili tempore testamenti, per textum in l. vxori, § testamento, ff. de leg. 3. l. Medico, ff. de auro, & argento legato. l. Aurelius, §. testamenti, & §. Titij, ff. de lib. lega. & ita sequitur, Bald. Albe. & Moder. hic, & semper sum admiratus, quòd tanti patres non allegauerunt gloss. singularem appro-
17 bata.n, & perpetua memoria dignã in l. penultima, ff. de fundo instruct. quæ decidit, quòd in legatis particularibus, siue rerum, siue pecuniarum, semper attendimus tempus testamenti, sed in fideicommissis vniuersalibus, & legatis attendimus tempus mortis testatoris.

Quinto quæro, quid in legibus, & statutis facientibus mẽtionem de pecunia, seu imponentibus pœnam pecuniariam quod tempus attendimus in æstimatione pecuniæ.

18 Prima fronte diceret quippiam attendi tempus statuti, & legis, sicut tempus testamenti ex doctrina aurea. Quòd Statuta magis æquiparantur vltimis voluntatibus, quàm contractibus. Ita Nicol. de Matarellis, quem sequitur Bald. in l. pen. in fin. penul. colum. vers. Quæro, quid in verbis legis, vel statuti, C. de verb. sign.

Idem Bald. in pace Constantiæ, in verbo, nos Romanorum Bartol in l. omnium, C. de testamen. & in l. post gloss. ibi secun dam, C. de his, quibus vt indig. videre latius per Alexand. in l.
19 si ita stipulatus in 5. col. ff. de verb. oblig. Et ego latius in consilio meo eleganti, quod incipit Magnificus Dominus Vgutio, &c.

Attenta in hoc passu veritate fore arbitror, quod aut statutum loquitur circa solemnitatem, prout dicit Statutum, quod donatio excedens quingentos aureos debeat insinuari, prout etiam de iure communi est; & isto casu attendimus tempus legis, vel Statuti, aut statutum disponit super solutione

pecuniæ

pecuniæ faciendæ, & isto casu inspicimus tempus, quo debet solui, & quo oritur oblig. Ita decidunt Specul. & Ioan. Andr. in addit. tit. de solut. §. nunc aliqua, vers. fin. Clarius, Bald. in l. illud, circa finem. C. de sacros. Eccles. & in l. 2. C. communia, de leg. Imol. in Clemen. fin. de decimis, & sequitur Lauden. hic, & communiter Moder.

Sextò quæro, quid in laudo, & sententia facientibus mentionem de pecunia soluenda. Breuiter attendimus, seu attendere debemus tempus laudi, attestante Oldrad. in cons. 13. & aliquod sentit in cons. 168.

20 Septimò quæro, an expendens monetam, seu pecuniam scienter a Principe reprobatam, teneatur pœna falsi: quilibet vestrum diceret prima facie, quod sic, per textum in l. lege Cornelia, ff. de falsis, tamen veritas est in contrarium, & ita cõ suluit, Bald. alias in contingentia facti in Ciuitate Papiæ, quia pœna falsi secundum eum non imponitur, nisi in tribus casibus. Primò, quando falsificatur moneta in pondere. Secundò quando falsificatur moneta in materia. Tertiò quando cuditur moneta sine auctoritate Principis.

21 Omisit tamen quartum, quando liquefaceret monetam causa auaritiæ: secus in Aurifice, qui liquefacit causa minuendi vasa, vel corrigias. Ita Salyc. in l. 1. & l. fin. C. de fals. monet. & benè probatur in dicta l. lex Cornelia. Et pro opinio. Bald. consulentis facit, quia vbi pœna non est apposita in Statutis vel a iure, illa est arbitraria, l. 1. §. 1. ff. de effrac. & expila. & l. 1. ff. de iure delib. c. de causis, extra de officio delega. & hoc est, quod voluit glos. fin. in finalibus verbis in proœmio decretalium, vbi dicit, quòd potest excommunicari quilibet faciens contra præceptum superioris.

Octauo quæro, aliquis mutuat tibi pecuniam reprobatam; tu industria tua expendisti pro bona, an creditor poterit te cogere ad solutionem, Iacob. de Are. & Alberi. hic tenuerunt quod non.

22 Quia industria expendentis non prodest ipsi mutuanti per textum, in l. 2. ff. ad l. Falcid. iuncta l. eleganter, §. qui reprobos ff. de pigno. actio.

Nonò quæro, an possit vna materia pro alia argentea solui vel aurea pro alia aurea, vel aurea pro argentea, & econtra. Breuiter de iure istud est expeditum, quod potest vna moneta pro

ta pro alia, dummodo recipiat functionem in genere suo. Ita Bartol. & Angel. in dicta l. Paulus, Bald. in l. 2. §. 1. ff. si certum petatur. Exempli gratia. Tibi mutuaui grossos Mediolani, tu vis mihi reddere testones eiusdem ligæ, vel solidos, certè poteris, quia eadem est materia, & pondus idem, recipientia functionem in genere suo, l. 1. §. final. & l. Titia. ff. de aur. & argen. l. secus si non reciperent mutuam functionem. Puta mutua-
23 ui tibi Bolognino s argenteos, tu vis reddere monetam alterius ligæ, ære contaminatam, certè non poteris, nec creditor cogitur accipere, quia dicitur peti damnum, & diminutionem patrimonij, d. l. Paulus.

Attamen de consuetudine totius Mundi seruatur, vt dixi in l. 2. §. 1. supra eodem, & ponam in sequenti quæst. ad finem, quod diuersa pecunia in forma, & aurea pro argentea, & ecõtra solui potest: quia ex generali consuetudine dicit recipere functionem. Ita glos. in l. si argentum, C. de donar. Bartol. & Doctores, in d. l. melius, Bart. in l. libera, C. de senten. & interl.
24 quod verum intelligitur, vt dixi in l. 2. §. 1. Nisi creditor foret passurus aliud damnum, dict. l. Paulus. Puta si mutuasset aureos & esset in longinquas partes profecturus, non cogeretur recipere argenteum, quia difficile peteretur, vt si mutuat Venetos, seu alios aureos incognitos in partibus infidelium, ad quas est profecturus, certè non cogetur addeptare in alia forma: quia pateretur damnum, d. l. Paulus, & ita transit Laudem in tracta. monetæ, & in lectura hic.

25 Decimò quæro, Maritus in instrumento dotis confitetur habuisse, & recepisse florenos centum boni auri, & iusti ponderis, qualiter intelligentur ista verba. Collegium, & Ciuitas Mediolani obseruat de consuetudine, quod intelligatur de florenis ad computum solidorum triginta denorum pro floreno, l. Numinius, ff. de legatis 3. Nisi adiciantur in instrumẽto illa verba, & in auro, post illa florchos centum auri.

Quia illa additio, & in auro, significat substantiam, vt ipsa duplicata verba plus operentur, l. Balista, ff. ad Trebell. cum suis concordant. sine dubio non data consuetudine. Illa verba boni auri intelliguntur de aureis, & non de florenis argenteis, in moneta solidorum triginta denorum, & plus si essent illa verba in quæstione apposita boni auri, & iusti ponderis, & per hoc est text. in l. prima, ibi, iusti ponderis sint, C. de vet.

de vet.numiſm. pot. lib. 11. cap. quanto, cum gloſſ. & de iure iuran. & ita ſequitur Laudenſ.

Ego plus addo inuehiſſe ſolemnes Doctores Mediolan., dominum Petrum Bexutinum, & Dominum Thorebertum de Tortis Papien. & ferè omnes conſuluiſſe, conſilio incipiente, Antonius Ottonus, quod vbi in Inſtramon. apponuntur illa verba boni auri rectæ ligæ, & iuſti ponderis, quod talia verba multum important, ita quod non poſſet eo caſu. creditor cogi recipere monetam pro auro percu, quæ norant Bar. Bal. & Ang. in l. lectum circa 2. col. infra eod. & videtur ſentire Angel. in d. l. Paul. ff. de ſolut.

27 Videcimò quæro, mutuaui, ſeu depoſui centum libras in florenis, quid importabunt iſta verba, & quod tempus attendamus, vel contractus, vel ſolutionis? Bart. in dicta l. Paulus, circa vltim. colum. ſubtiliter decidit iſtam eſſe dationem inſolutam, quaſi dederit florenos pro centum libris, & ſic omnem lucrum, & damnum florenorum pertinebit ad debitorẽ, l. Res in dotem, ff. de iure dotium, l. æſtimatio, & læſtimatæ, ff. ſolut. matrimon. & ſic decidit inſpici tempus ſolutionis, quo ad æſtimationem per textum, in l. ſi quis ſtipulatus decem in melle, ff. de ſolu. Niſi expreſſe dixiſſet, quod deberet libras centum in florenis ſub eadem æſtimatione per l. penultimam, §. mancipia. ff. ſolut. matrimo. Ita Bartol. magiſtraliter ibi, cum quo tranſeunt Doctores, & ſequitur Petr. de Ancharan. in clement. fin. de decimis, quam ſupra retuli circa finem, 3. quæſt.

28 Ita enim deciſio Bart. & communis non videtur tuta per text. noſtrum hic, quia inſpicere debemus æſtimationem ipſius contractus, cum videamur partes tacitè agere, vt in eadẽ qualitate, & bonitate reddatur. Ergo ſi tempore contractus paciſcuntur contrahentes reddi centum florenos æſtimatos centum libris, inſpiciam, ſeu inſpicere debemus tempus contractus. Ad iſtud poteſt faciliter reſponderi. Quia opinio Bart. probatur per textum, in dicta l. æſtimate, iuncta dict. ſi quis fuerit ſtipulatus decem in melle, ff. de ſolut. Et lex noſtra loquitur in æſtimatione extrinſeca, vt dicit gloſſ. noſtra final.

Verum vrget contra Bartolum, deciſio ipſiuſmet Bartoli communiter approbata in dicta lege, ſi quis ſtipulatus, vbi decidit, quod ſi promittam centum libras in florenis, quod florẽi erunt in obligatione. Si ergo in obligatione, ergo

non inſpicitur tempus ſolutionis, ſed obligationis, l. vbi autē, §. ſi centum, infra de verborum obli. Cogitabam ſi poſſet ſal
29 uari hoc modo Bart a contrarietate, vt non dicatur aduerſio ſed diuerſio, ideſt loquitur in diuerſis caſibus. Quia in dicta l. ſi quis ſtipulatus decem in melle.

Quæritur, & deciditur, an floreni dicantur in obligatione, vel in facultate ſoluendi, ſed in d. l. Paulus quærit, an conſideretur çſtimatio tempore contractus, vel ſolutionis, & iſtam diuerſitatem colligo ex verbis Lauden. tamen dura eſt, & vix video, quomodo poſsit ſaluari, &c.

30 Duodecimò quæro, in Ciuitate frequenter diuerſæ libræ pecuniarum, ſiue diuerſæ pecuniæ currunt, & inueniuntur, cuius erit electio debitoris, an creditoris? Angel. in l. final. de vet. numiſm. pot. libr. 11. decidit electionem eſſe debitoris, de qua pecunia ſoluere velit, niſi forte contingeret creditorem pati damnum, & conditionem effici deteriorem, argum. l. decem, l. Paulus, ff. de ſolut. tamen Bartol. ibi clarius locutus eſt, & exemplificat in Ciuitate Florentina.

Et etiam poteſt exēplificari in hac Regia ciuitate, vbi libra Papien. eſt decem ſolidorum, & libra Imperialium eſt ſolidorum viginti. Et in hoc Bartolus concludit, quia primò debemus attendere conſuetudinem, vt veriſimilitudinem, an intelligamus de pecunia minori, l. nummis, de leg. 3. gloſſ. ordinaria, & Doct. in l. ſemper ſtipulat. ff. de reg. iur. Et ita communiter Doctores tranſeunt, hic omnes.

31 Decimotertio, & vltimo quæro circa monetam: Inſtrumētum locationis dicat conductorem teneri quolibet anno ad ſoluendum centum florenos, Iſte conductor, ſeu emphyteuta decem, ſeu viginti annis ſoluit ſingulo anno ad computum ſolidorum quadraginta pro quolibet floreno, iſte poſtea in proceſſu temporis vult ſoluere florenos ad computum de ſolidis triginta duobus pro floreno, & dominus petit florenos aureos. Quid iuris eſt? Lauden. alias conſuluit in hac Regia Ciuitate, quod vbicunque dubium eſt de pecunia, ſenſerint contrahentes, & nihil dixerint. Quia iſta dubitatio ſubleuatur, & declaratur per ſolutiones præcedentes longo tempore, & adducebatur doctrina Angeli in l. ſi certis annis, C. de pa. argum. l. cum de in rem verſo, C. de vſur.

32 Quia talis in dubio præſumitur pecunia in obligatione

fuiſſe qualis ſolutio ſecuta eſt, ſecundum vnum intellectum in dicta l. cum de in rem, verſic. quem poſuit Angel. qui in ſeverus eſt. Felyn. in cap. cum Bertoldus in vndecima col. extra de re iudic. & de diuturna præſtatione, & de intellectu di. l. cum de in rem, verſic. Vide Felyn. in cap. cauſam, in tertia, & penult. colum. extra de præſcript. Et vide multa pulchra ad hoc per Felyn. in dicto cap. cum Bertoldus in 11. col. in verb. præceptio extra de re iudic.

Explicatio Tractatus valdè vtilis Monetarum per Dominum Franciſcum Curtium, editus qui obijt Anno 1415. de Menſe Iulij.

LAVS DEO.

TRACTATVS MONETÆ, SEV PECVNIARVM,

AN DEBEAT INSPICI VALOR Tempore Contractus, Velloci, &c.

D. IOANNES REGNAVDI Auenionenſis.

SVMMARIVM.

1 *VAlor monetę, qui eſt tempore contractus, attendi, & ſecundum ipſius contractus tempus debet ſolutio fieri.*

2 *Azo vas electionis, & fons legum dicitur, & tuba veritatis.*
Valor monetæ in ſolutionibus fiendis inſpici debet, quæ currebat tempore contractus.

3 *Valor, & æſtimatio intrinſeca in teſtam. attenditur, quę currebat teſtamenti tempore.*

4 *Contrahentes de moneta tempore contractus currente cogitaſſe præſumitur.*

5 *Damnum, deterioratio ſeu diminutio monetæ debitoris damno cenſetur cedere.*

5 *L. tacenti ad inſtantiam naturalem recurrendum eſt.*
Lex in ratione debet conſiſtere, & dictum rationabile iudicem debet monere.

7 *Opiniones quę teneri potius debeant, ſi inter Doctores ſit controuerſia.*

8 *Debitor non liberatur ſoluendo pecuniam diminutam ſeu deterioratam.*
Dos dicitur mulierum proprium patrimonium.
Dotis cauſa eſt fauorabilis, pro qua in dubio debet fieri interpretatio

Digitized by Google

9 *Dos iuxta personarum qualitatem, & patrimonij quantitatem dari debet.*

Dos solui debet de moneta currenti promissionis tempore.

10 *Pecunia grossa, & aurea per minutam æstimatur, sed non contra.*

11 *Monetæ seu pecuniæ deterioratio non debet cadere periculo debitoris non morosi.*

12 *Bonitas seu æstimatio extrinseca monetæ aliquando crescit, & decrescit quandoque.*

QVæstio hæc, seu præsens materia, de qua fuit consultus iurisperitus, videlicet cuius temporis valor intrinsecus monetæ inspici debeat, an inspiciatur valor, & æstimatio, quę est tempore contractus, vel solutionis, vel moræ non est noua, sed potest de ea dici, quod antiqua res est, & alta, magna, & profunda. Eam enim mouerunt, & disputauerunt præceptores vtriusque iuris Doctores, & sæpè contingit de facto ac venit in me dum tam in Rom. Curia, quam alibi, & alijs Curijs. Est enim materia Brocardica, & Azo in Brocardis suis in materia de contractibus sub rubi cella, an eadem mensura vel moneta debeatur, quæ erat tempore contractus. Mouet dubium, de quo quæritur, cuius verba tenet Iacob. de Bel. visu. ff. de auro, & arg legat. l. si ita. Dy. etiam eam mouet notabiliter de leg. 3. vxorem, §. testamento. per quem texum multum se fundat, & per l. Medico, de auro, & argen. l. in princip. & 1 vtrobique sunt concordes, quas adducit ad probandũ. Quod inspiciatur valor, qui est tempore contractus, & secundum illud tempus debeat fieri solutio. Facit etiam, quia notatur de reg. iur. c. inspicimus. per eandem glo. ordinariam, tangit autem de fideiuss. §. quod autem, colum. 1. Guido de Suza etiam mouet causam in suis quæstionibus statutorum 7. fol. vers. sed pone, Lucius Titius locauit fundum, & cæt. Quæ fuit prima quæstio Pilei in quæstionibus suis, quæstio 79. & incipit Luc. Titius Mæuio, & etiam idem mouet quæstio, 30. quæ incipit: quidam Creditor Boñ. & cæt. Odo etiam eam mouet Iaco. de Rauenna. Iacob. de Are. & Pet. de Bella perti. Guil. de Cug. ad idem, & Cu. C. in qui. cau. non est ne in inte. rest. l. in minorum, D. Oldra. de ponte. de laude, qui fuit magnus aduocatus in curia

ria Rom. eam mouet in quæſtionibus ſuis in quæſtione communi 118. & 171. D. Albe. de Roſa pleniſsimè de iſta quæſtione, & eius materia, ff. ſi. certum pet. l. cum quid, & d. l. vxorem, §. teſtamento de l. 3 & C. de iure Emphy. l. 2. & recitat multorum opi. D. Bald. tangit. C. de ſeruis fugit. l. quicunq; in fine, & plenè, C. communia de leg. l. fin. in principio, & per eundem Ioann. And. mouet, C. de ſolut. aut. niſi debitor ſatis plenè, & etiam inſti. qu. b. mod. tol. oblig. § 1. Bartol. ponit ſatis plenè, ff. de ſolut. leg. Paulus reſpondet alias incipit creditorem, Per. Iac. tangit in tit. de certi cõdictione ex generali ſtipulatione, D. Canoniſtæ ad idem etiam mouent in gloſ. Bernardi de offi. ord. c. cõquærente, & de cenſ. c. olim & c. cũ canonicis, vbi etiã ſunt tex. de hoc, & ibi etiam Innoc. Hoſtienſ. & Ioannes Andreas, & plenè in capi. quanto, de iureiuran. vbi Ioannes Andreas, latius poſt Hoſtien. & ibi pleniſsimè per Henri. Bohic. Spec. in tit. de ſolu. §. nunc aliqua in fin. mouet, & clarè loquitur, & ibi etiam Ioann. Andr. in additio. qui recitat effectualiter opinio. Oldrad. licet eum non alleg. Hoſtien. in ſumma de cenſi. §. ex quibus, verſicul. ſed quid in moneta, & verſiculo quod ſi Raymundus ad idem gloſſ. decreti tangit 32. quæſt. quarta, cap. quisignorat. Ioannes Andr. etiam in gloſſ. ordin. & Gentolius, & alij mouent de decim. capit. 2. lib. 6. Multi alij mouent locis prædictis, & alijs diuerſis, quos quærere magis eſſet laborioſum, quàm ſubtile.

Iſta enim ad præſens poſſunt ſufficere, & ſic ageretur de vno Regno. Qui autem omnes opiniones, & diſputationes prædictorum vellet recitare, non eſſet opus vnius diei: tempus enim mihi deficit ſufficiens ad quærendum loca, & angulos, vbi quæſtio mouetur.

Breuiter autem, quo ad præſens, me expediendo, dico, quòd opinio, & ſententia, quæ videtur verior, & rationabilior, & in qua plures concordant, fuit ſententia Azo. in ſuis Brocardis, vbi ſupra, qui Azo vocatur per Baldum, vas electionis, & fons legum, vt nota. per eum, C. de fide inſtrumentorum, l. contractus.

Ab alijs audiui eum tubam veritatis nominari, quòd inſpici debeat valor monetæ, quæ currit tempore contractus. Ille enim attendi debet, etiamſi nihil dictum fuerit. Hoc enim tacitè actum videtur inter contractus; & contrahentes, vt va-

Digitized by Google

vt valor illius temporis contractus inſpiciendus ſit, vt ff. ſi certum petatur, l. cum quid, & etiam opinio. ſequitur Iaco. de Bel. vi. vt ſupra dixi ad idem. Dom. Dyn. qui inter alios multum benè, & notabiliter in hac materia loquutus eſt, iſtã partem tenet.

3 Et ideò tenet, quia etiam in teſtamentis attenditur valor, & æſtimatio intrinſeca, quæ currit tempore teſtamenti, vt dict.le.vxorem. § teſtamento, & l.modico, ſupra in princip. allega. plenè fundat. per quas concordantias hoc conſtanter tenet, cuius opinio ſequitur Pileus, & Guido de Suza, quos ſupra alleg. & Iacob.de Aren.& Guilielmus,vt plenè not.in dicta l. cum quid, ſi certum petatur. vbi Domin. Albericus de Roſa, poſt plures, & diuerſas recitationes in iſta opinio. reſidet, & etiam eodem titulo, l.vinum, circa finem, vbi ſubdit

4 notabilem rationem, quod contrahentes de illo tempore, & valore currenti tempore contractus videntur ſenſiſſe,& nullo modo de tempore futuro cogitaſſe, niſi hoc appareat,vt ff.de contrahen.empt.l.in lege, & lege Rutilia, polla.

Oldradus etiam tenet in quæſtionibus ſupra notatis, Baldus etiam vbi ſupra tenet iſtam partem, fundant ſe etiam præfati Domini Alber. & alij Doctores Moderni legum per Iura Canonica, quæ hoc videntur probare, & dubitationem decidere ad literam extra de cenſ. cap.olim, vbi gloſſ. ſi clarè loquitur, & videtur expreſſe eo.cap.cum Canonicis,in text.& gloſſ. & hoc etiam tenet gloſſ.Ber. in cap.conquerente,de offic. ordin. ſupra allega. Guil. in Specul. vbi ſupra in titul. de ſolutio. §,nunc aliqua, in fine. qui notabiliter, & rationabiliter loquitur, iſtam partem tenet,vbi cõtractus interuenit, ſicut in cauſa præcedenti, & allegat. fundamenta, & iura, quæ non tranſcribo gratia breuitatis.

Cuius opin.ſequitur Ioan.Andr.in additionibus ſuis,qui recitat quæſtiones Oldrad. quas ſupra allega. & notaui ſecundum ordinem libri mei. Et iſtam opinionem Guil. in Specul. quæ mihi multum rationabilis viſa, ſequitur Henricus in dicto cap. quanto, de iureiuran.ad literam, & alleg. gloſſ.Ioan. Andr.in dicto cap.2. de decim.in clemen.ſuper verbo, currentis, ego habeo melius ſuper verbo conſuetam. Hoſtien. etiam in dicto cap. quanto, qui latè diſtinguit, prout vidi in caſu, in quo diminuta eſt pecunia, vel vilior facta eſt, ſicut in caſu

noſtro

Digitized by Google

noſtro tenet idem, videlicet, quòd damnum, deterioratio, & diminutio cedit periculo, & damno debitoris: quia alias eſſet grande præiudicium, & damnum creditoris, quod eſſe nõ debet; & ideò debitor debet ſoluere in valore, qui erat tempore contractus, vel obligationis.

Allegat multa iura, quæ cauſa breuitatis omitto, quia ibi faciliter videri poſſunt, & hoc multum in ratione euidenti, etiam ſi non eſſet lex hæc dicta ipſa iuſtitia naturalis, vt ff. de excuſ. tuto. l. ſcire oporter, §. conſequens, & §. ſufficiat, ibi cuius fidem firmare ſufficit ex ipſa naturali iuſtitia, ad quod facit, Inſtit. de locati. § final. & de teſti. l. quæſitum.

6 Lex enim, & ratio naturalis loquitur, ff. de ſtatu. homin. l. lex natura, & bo. damna. l. cum ratio in princ. Lex enim eſt, quæ in ratione conſiſtit, & dictum rationabile, iſta debet mouere iudicem ſicut lex.

Ratio enim eſt illa, quæ legem commendat, 1. diſtin. cap. Et ad iſtam rationem, quod non debet eſſe detrimentum creditoris, facit optimè gloſſ. in authent. de fideiuſſo. §. dantem, colum. 1. gloſſ. ſuper verbo Ardeat, & ſuper verbo ſequ. gloſſ. Et iſta poſſunt, & debent ſufficere, quoad præſens in cauſa breui tẽporis, nõ enim eſſet ſanũ a tot, & tantorũ virorũ opin. recedere, maximè vbi per iura, & rationes iuſtificatur euidenter, & maximè ibi gloſſ. ordinarię vtriuſque iuris ita determinant, quorum opinio tenenda eſt, & in iudicium teneretur, vt dicit Cyn. Iac. But. Pet. Iac. Bal. in diuerſis locis, quæ notabo alias ſi ſit opus.

7 Vnum etiam eſt, quod illorum opinione, in quibus plures concordant, & qui ſint maioris auctoritatis, & eſt communis, & qui conſueuerunt communiter approbari, ſunt in cauſis dubijs ſequendæ, & tenendæ ſpecialiter, vbi rationibus, & auctoritatibus plurium fulciuntur.

Ita etiam facit Papa in Clementin. de Summa Trinitate, & fide Catholica, in verſicul. Nos igitur, & ibidem circa finem, ibi. tanquam probabiliora dictis ſanctorum, & Doctorum modernorum conſonam, & concordem, &c. & ita faciendum, & ſeruandum eſſe dicit text. expreſſus, 9 diſtin. c. in canonicis ſcripturis, quem text. videre placeat facit etiam ad hoc, ff. de excuſ. tuto. l. ſcire oporter, §. erit igitur. Et ſi mirer pro nunc credo, quod ſi ſunt opin. contrariæ, licet reſpectu

prædi-

Digitized by Google

8 prædictorum sint paucæ numero, & non tantæ autoritatis nō viderunt forsitan ad oculum graue damnum, & præiudicium quod est creditori in diminutione monetæ, sicut nos proh dolor hodie facti experientia nimis experti nouimus. Et hoc benè tangit etiam Albe. vbi supra. non enim est reducibilis ad valorem debitæ materiæ, & ideo non liberat soluens eam in tam vili valore respectu materiæ ff. de l. 3. l. quæsitum, §. illud, non est illud omnittendum quod hic agimur de dote domicillæ, quæ est eius patrimonium, vt ff. de nu. l. 3. §. sed vtrum. Cuius causa in omni loco, tempore, & casu fauorabilis, & in dubijs semper pro dotib. est facienda interpretatio, ff. sol. mat. l. 1. Et istam rationem mouit idem dominus, qui primo scripsit, qui vt videtur mihi est notabilis Licentiatus quæ ratio facit ad propositum. Non enim est verisimile attenta qualitate potentiæ, & diuitijs patris dotantis, quod cogitauerit de tam vili pecunia quæ in materia tam modico vellet filiam suam esse contentam, maximè vbi non habet aliam filiam. Dos enim secundum qualitatem personarum, & quantitatem matrimonij danda est, ff. de iure dot. l. cum post, § gener, cum
9 concordantijs infinitis. Nec maritus in alio valore ad restitutionem tenebitur, vt eo. tit. l. res in dotem.

Concludo igitur, quòd solui debet dos in florenis qui currebant, in delphinat. tempore contractus, & permissionis dotis, si reperiantur vel si non currant, vel non reperiantur debet solui de pecunia minuta argentea tunc currenti ad valorem dictorum florenorum, alias si non reperiatur moneta alba quæ illo tempore currebat, soluetur de hodie currenti ad valorem tamen intrinsecæ bonitatis monetæ tunc currentis. Et ista est sententia iurium, & Doctorum supra allegatorum: per minutam enim pecuniam æstimatur grossa, & aurea, non
10 econtra, vt ff de solutio. l. Paulus, rubric. Creditorem alias le. Creditorem, & ibi not. per Bar. ibidem, quin quidem no. ibidem vnum quod facere videtur contra præmissa. Quod vbi debitor non est in mora, deterioratio vel diminutio non debet esse periculo suo, & alleg. ff. si cert. petat l. Vinum, & nihil aliud ad hoc si hæc opinio esset vera, multum facerent contraria dicta secundum ipsam, non credo veram per ea, quæ dicta sunt, quæ prævalent nec fundamentum suum obstat de l. vinum, in ver. Sabinus respon. si dictum esset quo tempore,

&c. quia ibi loquitur in vno in quo inſpicitur valor extrin- 2
11 ſecus,& habetur reſpectus ad accidentia , quæ reſpiciunt extrinſecam bonitatem , aliquando enim illa æſtimatio creſcit, aliquando decreſcit , & ideo ibi inſpicitur tempus moræ, nos autem loquimur hic in moneta, in qua valor intrinſecus non eſt idem cum extrinſeco, imo valde diminutus , & deterioratus, vt de ſe patet, & ita gloſ.& Doctores concordant d.l. Vinum , cum l. cum quid alleg. Quæ alias eſſent contrariæ vt in qualibet eorum nota. &c. Salua veritate, & deliberatione veriori, ampliori deliberatione captata,& cuiuslibet correctione, &c.

LAVS DEO.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS AVGMENTI, ET DIMINVTIONIS MONET.

Domini Alberti Bruni Aſtenſis.

SVMMARIVM.

1 *AEſtimatio, & variatio valoris pecuniarum vnde cauſetur, & qua dicatur iuſta æſtimatio.*
Moneta debet cudi talis, vt poſſit vbique expendi.
2 *Moneta debet tantum valere, in maſſa, quatum formata.*
3 *Monetæ fraus quibus modis fiat.*
4 *Pecunia quando pluris expendatur, quàm valeat, & cur.*
5 *Pecuniæ verus valor quis dicatur.*
Monetæ æſtimationem dat, qui cudendi poteſtatem habet.
Valoris veritas non mutatur ad numulariorum mutabilitatem.
6 *Conſuetudo communis trapezitæ attenditur, quando valor pecuniæ neſcitur.*
7 *Pecuniæ iuſta æſtimatio quomodo conſideretur.*
8 *Ducati ex marcho quot fiant, item ex libra auri.*
Auri valor, & precioſitas qualiter conſideretur.
9 *Argenti puri duodecim gradus.*
10 *Pecunia ære contaminata maioris eſt impenſæ, & cur.*
11 *Characlus in auri æſtimatione quid ſit.*
Pecuniam cudi ex auro, & argento puro vtilius eſt.
12 *Conſtitutiones quædam pro cudenda moneta.*
13 *Pecunia vt ſit probata, tria conſiderantur.*
14 *Pecuniam nunquid liceat facere de materia alchymiſtica.*
Alchymia nunquid ſit ars approbata.
Forma in moneta qualiter attendatur.
15 *Valor, & æſtimatio pecuniæ à quibus detur.*
16 *Pecunia duplicem bonitatem conſiderat.*

Summa-

Digitized by Google

17 *Summarium casuum, in quibus contingit dubitari circa æstimationem soluendæ pecuniæ.*

HIc tractatus est circa materiam augmenti, & diminutionis monetarum, circa quem pro pleniore eius intellectu aliqua sunt præmittenda.

Et primò, vnde causetur æstimatio, & variatio valoris pecuniæ, & quæ dicatur iusta æstimatio, & quotupliciter fiat fraus in ipsa
1 æstimatione, & valore. † In quo passu dicendum secundùm Bald. in cap. quanto in vlt. colum de iureiurando, quòd moneta debet cudi talis, vt possit pro tanto vbique expendi, pro quo facit l. fi. C. de vet. numis. pot. lib. 11. vbi traditur, an possit vna moneta plus valere in vna ciuitate, quàm in alia: & an possit cogi quis recipere de moneta alterius patriæ. & dixit Innoc. in d. cap. quanto. quod ad faciendum, vt vna moneta possit alibi expendi, non sufficit solus consensus Papæ. Et secundum Inno. & Doct. in d. cap. quanto, expensa monetæ debet fieri de publico, & moneta debet tantum valere in massa, quantum formata, & è contra secundum Bart. in l. qui falsam, ff. de fals. not. in l. 1. per illum textum, ff. de contrahen. empt. & in l. 1. C. de vet. numis. pot. lib. 11. per Doct. & Bar. in l. 1. § fin. ff. de aur. & argen. leg. & in l. Paulus, ff. de solu. licet hodie hoc male seruetur secundum Bart. in l. 2. §. 1. ff si cert pet. Inno. & communiter Can. in d. cap. quanto, hic secundum Hostien. in titul. de censi. § ex quibus, in princ. Inno. Paul. & Can. in d. cap. quanto, non licet principibus pro moneta cudenda aliquid honoris,
2 vel vtilitatis capere, † quod intelligo, quando ex hoc pecunia minus æstimatur, quàm alias æstimaretur: nam posset esse, quod aliquis emeret officium cudendi, vt mercantiam argenti, & auri commodus facere posset, & super ea lucrari absque eo quod super fabrica monetæ fieret aliqua compensatio, & diminutio pro eo, quod dat in emptionem officii. Dicit tamen Imol. in d. l. Paul. in fi. com. ff. de sol. allegando Innoc. in d. cap. quanto, posse attenta consuetudine capi super pecunia cudenda expensam, & aliquid modicum lucri, quod circa lucrum non est forte de iure verum nisi sit exiguum quicquid obseruet aliqua corruptela.

Con-

Contingit autem variatio valoris monetarum, & fit consequenter fraus, si à principio fuit statutum, quod nat moneta certi ponderis, & postea fit minoris eodem valore durante, secundum Inno. Ioan. And. Panor. & Doct. in d. cap quanto.

Item secundum Panor. post Innoc. & Ioan. And. in d. capit. quanto. † fraus, & variatio fit, contingit alio modo, videlicet ex extrinseca deterioratione, si fundatur pecunia. Item si pecunia ærea argento cooperta ex longo vsu admittat argentū, sequitur Imo. in l. Paulus in fin. com. ff. de fol. vbi dixit monetam etiam fraudari per campsores, qui ducatos magis graves conflant, & alios retinent, aliquando moneta pluris expenditur, quam valeat ex mandato superioris, ne possit sine iactura aut facile extra dominium exportari, vt quandoque faciunt domini Ianuenses, & aliquando propter vtilitatem Principum, vt vidimus fieri tempore Guerræ, nam pecuniam minoris valoris mandat sæpè Princeps tempore belli pluris expendi, vt minus dando armigeris, & in emptionibus victus & rerum plus dare videatur, de quo per And. de Iser. in titu. quæ sint reg. in princi. 9. col. vbi dicit, an & quomodo eo casu Principes teneantur ad interesse: & in colum. præceden. in ver. contingit autem declarat quomodo iure licito varietur vel mutetur, multipliciter moneta in bonitate intrinseca. Et aliquando Princeps monetam plus valentem mandat minus expendi propter lucrum secundum Host. Panor. & Doct. in d. c. quanto, vt possint illam recolligi facere, & conflare, ac de nouo cudi facere: vel mandat monetam auream minus expendi, vt possit argenteam destruere de nouo magis ære contami- 4 natam conflare, vt sæpè videmus. † Et aliquando hoc faciunt ducti sola affectione vt si scuta in Gallia iusto pretio expendi mandentur, & ducati minore pretio, quam valeant in Italia, vbi iusto pretio æstimantur. Item aliquando Principes reprobant monetam, antiquam, vel aliam vt de ea habere possint meliore pretio, secundum Inno. & Ioann. Andr. in d. c. quanto. & Imol. in d. l. Paulus in fi. com dicentes, quod in prædictis casibus fraudari moneta quò ad vtilitatem populi. Si tamen contingeret augeri valorem auri eò, quod prouincia esset exhausta auro, forte posset esse iusta causa. Et cauere debent Principes quò ad animam, qui mutant variationem, & valorem præter & vltra legitimum modum, & valorem, quia tenentur

in

in conſcientia ad intereſſe hominum, niſi de hominum conſenſu hoc faciant ſecundum Hoſt.in tit.de cenſi. §.ex quib.in princ.Inn.Pan.& Can.in d.c.quanto, eos excuſaret etiam Papæ conſenſus ſiue ſubditorum vel hominum conſenſu,& multò magis, quandò non ſubditi poſſunt lædi.

Verus autem valor dicitur ille, qui eſt ſtatutus de publico,
5 & per publica proclamata † adeò,quod recuſans capere pro tanto valore eſt pœna falſi puniendus: ſecundum Bar.in l.qui falſam, ff. de fal. Et æſtimationem monetæ dat habens poteſtatem cudendi: vt no.in l.fi.C.de vet numiſ.pot.lib.11. & in l. 2.eo.titu. Bonitas autem intrinſeca, & pondus à præfectis per eos declaratur, vel à communi, ſecun.Bar.in l.1.eo.tit.per l.1. cum ibi not.C.de pon.au. de li.10. Et quando non datur iuſta æſtimatio pecuniæ, poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem,ſecundum Bar.& Doct.in d.l.fin.C.de vet.num.pot.Et ſine mandato habentis poteſtatem cudendi non debet mutari æſtimatio, vt per Bar.in d.l.2.hinc ſecundum Zab. in Cle.ſi bene.11. q.de deci.ad mutabilitatem cambiorum veritas non mutatur ſequitur Alex.in l.eleganter, §.qui reprobos.2. col. ff.de pign. ac.Et ſecundum glo.in cle.præ obli.quando neſcitur valor pecuniæ, attenditur communis conſuetudo cambij non cauſalis cariſtia, vel vtilitas, de quo plenius dicã 1.& 2.declaratione. Etan tantum attenditur in æſtimatione pecuniæ conſuetudo,
6 quod † ſi in mercantijs florenus habeat vnam aliam æſtimationem, quàm in alijs, & quis emat pecuniam: ſi in tali emptione ſoluendus florenus ad æſtimationem, quam habet in mercantijs,vt per Alex.in l.Paulus, ff de ſol.poſt Ang.in l.æris, C.de colla.libr.9. & mutato valore ducati, mutatur valor rerum quæ per pecuniam æſtimantur, d.l.2.cùm ibi not.per quã l.dicit Andr.de Iſer.in vſu.feu.in tit.quæ ſunt rega. in princ.9. col.quod ſi decem ducatis emero decem raſos panni, & tempore traditionis panni ducati ſint aucti taliter,quòd valor decem ducatorum creuerit ad valorem 11.raſorum panni, dabuntur 11.raſi panni, & econtrà de diminutione & not.in d.l. 2.quod ſatis placet, quando augmentum, & diminutio monetæ aureæ cauſarentur ex alio,quàm ex vtilitate,vel precioſitate ſuperueniente in moneta argentea ratione vilioris, vel precioſioris metalli per ea, quæ dicentur,infra eo.in.13.limitatione, circa prin.

Iuſta

Iusta autem æstimatio, vt sensim à peritis, hodiè fit, & cō-
mensuratur habita consideratione, quod vnus ducatus seu
7 aureus largus valeat † vnciam vnam cum dimidia argenti
preciosioris seu melioris ligæ, hoc est, bonitatis, & gradus
duodecim denariorum, ita quod octo aurei valeant libram
vnam argenti, & sex aurei valeant vnum marchum precio-
sioris argenti, quod est vnciarum 9. ad pondus, & vsum Me-
diolani, & quasi est vt vnica auri valeat libram vnam ex no-
stris vsualibus, & paruis argenti preciosioris, ideò dico quasi
quia septem ducati, seu aurei largi cum dimidio faciunt vnā
vnciam: adeò vt sit differentia de vna 15. parte taliter, quod
iusto facto calculo vncia auri cum 15. parte alterius vnciæ se-
cundum modernum vsum valeat libram argenti preciosioris:
communiter tamen magistri monetarum regulant, & com-
mensurant pondus, & mensuram ac valorem monetarū, quas
faciunt respectiuè ad marchos, quorum pondus in aliquo dif-
ferre inuenitur secundum diuersas prouincias, vt videmus in
marcho Mediolan. Ianuensi, & Parisiensi, & vtuntur fortiori
pondere in marchis, quam in vncijs, & libris ponderis com-
munis, in quibus libris, & vncijs communibus vtuntur leuio-
ri pondere, & hoc faciunt isti magistri monetarū, vt emendo
argentum ad forte pondus, seu marchorū plus consequantur.

Marchus autem auri ad pondus Mediolani, de quo supra
est 9. vnciarum communium, vt dictum fuit, ex quo fiunt
ducati 67. cum dimidio: & marchus Parisiensis est nouem vn-
ciarum ex nostris communibus, & tertia pars vnciæ, & ex eo
fiunt ducati 70. & ex libra auri ex nostris, quæst. 12. vnciarum
ex nostris fiunt nonaginta ducati, licet Bart. aliter dixerit in
locis proximè allegatis.

8 Olim autem † septuagintaduo aurei seu ducati faciebant
libram auri, l. quoties, C. de fusce. & Ancha. lib. decimo vbi gl.
& Doctor. in glo. in l. fin. de in ius vocan. & decem aurei vale-
bant libram argenti, l. 1. C. de argen precio. quod thesau. in-
fert. libr. decimo, forte quia erat minor copia argenti, vel
maior copia auri, & aureus valebat libras æris, l. 1. C. de colla.
æris. etiam libro decimo, si notatur in libris prædictis, & per
Nicol. de Neap. in d. l. quoties, & per Albe. de Roza. in d. l. fi. ff.
de in ius vocan. & potest dici, quod hoc modo tunc æstimaba-
tur pecuniam argentea respectiuè ad aureum quem solidum

appellabant, & quandoque aureum, & nos ducatum, vt dicit glo.in d.l.fin.licet Salicet.in l.fin.C.si cert.pet. dicat non posse sciri, quanta esset libra vel vncia antiqua, cum adhuc hodiè secundum diuersas patrias,& regiones si diuersitas librarum, & vnciarum, quamuis in hoc putem considerandum illud, quod obseruabatur Romæ, cum ex vsu vrbis Romæ tunc fieret à lege prædicta commensuratio. Et quia dictum fuit supra eo. quod de consuetudine deducatur impensa, quæ fit pro cudenda moneta, ità, vt tanto minus valeat reducta ad massam, quantum ascendit dicta impensa est aduertendum, quod læsio,& fraus hinc insurgens pro maxima parte contingit quandoque quia purum argentum ære contaminatur: nam vbi nó fit talis contaminatio, modica est læsio. Fit autem admixtio
9 æris, & deterioratio preciositatis argenti hoc modo. † Nam argentum preciosum dilinguitur per duodecim gradus quos duodecim gradus appellant: ita quod argentum magis preciosum siue copulatum dicatur esse preciositatis seu ligæ 12. denariorum: Et si ex vna libra talis argenti adimam dimidiá argenti,& eius loco pónam dimidiam vnciam æris, dicetur esse in liga,& preciositate 11.denar.cum dimidio,& si subrogẽ vnam vnciam æris loco vnius vnciæ argenti dicetur esse preciositatis,& ligę 11.denari& si adimam 2. vncias argenti ex libra, & submittam 2. æris, dicetur esse 10. denar. in liga, & sic successiuè. Vndè quandò est 10.denar. sexta pars talis argenti est, & quando est 9.denar.quarta pars existit quod in argento 9.denar.in vna libra inueniantur solum 9.vnciæ argenti,& sic de singulis: & hoc modo considerato quantum æris sit in vna libra talis argenti,& quantum puri argenti facile quis cognoscet quot,& quãtum talis pecuniæ valeat florenus auri. videlicet capiendo tantũ de illa pecunia in quo reperiatur vna vncia cũ dimidia puri,& preciosi argenti dẽpta impensa,& consulendo magistros monetarum vel aut libros, facile intelliget quis quot denariorum vel cuius preciositatis sit aliqua pẽsile pecuniæ argenteæ.

Ideò autem dixi plus impensæ exigi in pecunia ære contaminata, cùm plures nummi numerohant, quantò magis pecu-
10 niæ ære contaminata,& † vidi, quòd quandoque pro marcho argenti capiuntur 9.solidi pro impensa, vt Mediola ex quibus vnus dabatur Principi pecunia excedente duos solidos pro singula

gula petia, & groſſus vnus ſi fiebat pecunia magis minuta, & minoris valoris, reliquum retinebant magiſtri, & operarij pro impenſa, & quandoq; vidi capi plus, hoc eſt, 18. ſolidos, vel 20. marcho; & hæc eſt cauſa, propter quam aurei vt plurimum ſeu ducati, ac groſſoni, & pecunia groſſa, ac ea, quæ non eſt ære contaminata, creſcunt in valore. Et quomodo procedat id, quod dicunt Bar. & Doct. in l. Paulus. pe. col. de ſol. & in l. in nummis. ff. de in lit. iur. cum concord. quod pecunia groſſa per minutam æſtimetur patet ex prædictis, & vlterius pa- et verũ eſſe, quod reciproca ac correſpondens ſit pecuniæ groſſæ, & minutæ æſtimatio, hoc eſt, quòd tantum minuta, in qua ſit tãtum precioſi argenti, quantum in groſſa æquinaleat groſſæ deducta impenſa, & econtrà. Et ſimile iudicium ſit in auro, in quo æs vel argentũ aurumq; ſimul admiſceatur: quia admiſcẽdo ſolum argentum, aurum redditur minus album; & admiſcendo æs, aurum nimis rubeſcit. Ideò aliqui admiſcent duas partes argenti, & vnam æris, vt color auri minus alteretur. Di
11 ſtinguunt enim aurum in 24. gradus precioſitatis, quos† characteres, ſeu charactos appellamus, ita quod aurum precioſius dicatur in precioſitate, & liga eſſe 24. caracterum, prout ſunt cõmuniter floreni, ſeu ducati aurei: & ſi ex 24. vncijs auri quis adimat vnam, & ſubroget vnciam æris vel argenti, erit in liga 24. caracterum, & ſi adimat duas vncias auri, & ſubroget duas vncias argenti vel æris, erit 22. caracterum, & ſic ſucceſsiue, & iſta fiunt in ſcutis, & ſi quarta pars auri adimatur, & ſubmittatur quarta pars æris vel argenti, erit aurum 18. caracterum, prout floreni Alamaniæ, & in iſtis ademptionibus deberent multum aduertere Principes, quia poſſunt fieri multæ fraudes: adeò, vt tutius ſit quoad Deum, & conſcientiam, ac quoad honorem, & ipſorum Principum ac patriæ vtilitatem, facere cudi pecuniam ex puro auro, vel ex argento ſaltem, in pecunia excedente valorem duorum ſolidorũ, ſeu vnius parui groſſi, & hęc vtilitas nunc excogitata fuit tempore ſantiſsimi D. Papæ Iulij ſecundi, dum ita obſeruauit ad ſuaſionẽ reuerẽdiſsimi Domini mei D. Henrici Bruni archiepiſcopi Tarentini, & Apoſtolicæ ſed. ꝙ Theſaurarij.

12 Et † vt prædicta facilius intelligantur, placuit hic inſerere quandam ordinationem factam nuper in hac ciuitate Aſtenſi quæ habet authoritatem monetæ cudendę ad rationem mar-

chi Mediolani, qui eſt vnciarum octo.

Conſtitutiones pro cudenda monèta in ciuitatib. Mediolani, & Aſt. ad pondus marchi Mediola. ſequuntur: prout infra valente ducato ſolidos 94. Mediolani ex paruis.

Groſſoni, ſiue teſtoni ſolidorum 22 & denariorum 9. pro ſingulo groſſono, fiunt numero petiarũ 24. ℔ ſingulo marcho & ſunt in liga denariorum 11. & granorum 13. cum dimidio, & tenent de fino, ſeu precioſiore argento vncias 7. & denarios 17. pro ſingulo marcho. Et habent de remedio in pondere denarium vnum, & in liga granum vnum pro quarta parte cuiuslibet vncię.

Groſſoni ſolidorum 6. fiunt numero petiarnm 60. pro ſingulo marcho, & ſunt in liga denar. 6. & gran. 13. cum dimidio, & tenent de fino vncias 5. & denarios vnum, pro ſingulo marcho, & habent de remedio in pondere denar. 2. pro marcho, & in liga gran. 1. pro quarta parte vnciæ.

Groſsi ſolidorum trium fiunt numero petiarum 95. & tertiorum 2. pro ſingulo marcho, & ſunt denariorum ſex in liga & tenent de fino vncias 4. pro marcho, & habent de remedio in pondere dena. 2. pro marcho, & in liga gran. 1. pro quarta parte vnciæ.

Soldini fiunt numero petiarũ 206. pro ſingulo marcho, & ſunt denar. 4. & grani 6. in liga, & tenent de fino vncias 2. & denar. 20. & habent de remedio in põdere denarios 3. prn marcho: & in liga granum 1. pro quarta parte vnciæ.

Terlinæ, quarum quatuor valent ſolidum, fiunt petiarum 220. pro marcho, & ſunt dena. 1. & tenẽt de fino dena. 16. pro marcho, & habent de remedio in pondere denar. 6. pro marcho, & liga gran. 1. pro quarta parte vnciæ.

Quò ad fabricam ducatorum auri largorum ex precioſo auro, vidi ordinationem alicuius in hac Aſtenſi Ciuitate facta hoc modo, videlicet.

Quod conductor fabricæ monetæ teneatur ſoluere in emptione auri fini, ſeu precioſioris pro quolibet marcho de Trois ducatos, 69. Item quòd teneatur facere ducatos in liga de caractis 24. & pro marcho num. 70. & ſi reperirentur in liga de caractis 23. & quartas tribus cum dimidio alterius caracti; & in pondere nume. 72. cum dimidio, quod habeantur pro bonis, ita quòd conductor habeat de remedio in liga octa-

Digitized by Google

octauam partem vnius caracti: & in numero medium ducatũ qui Marchus de Trois est vnciarum nouem, & tertia pars alterius vnciæ ex nostris, hoc est, vnciæ 9. & denarij 8. qui faciunt tertiam partem vnius ex nostris vncijs 24. denarij faciunt vnciam, & vigintiquatuor grana vnum denarium, & isti denarij considerantur dupliciter, vno modo, prout supra, altero modo, quoad distinguendum gradus preciositatis argenti cum precioſius argentum sit duodecim denariorum, vt dictum fuit supra.

Item vidi prouisum pariter super argento, quod deberet emi pro tanto pro singula vncia, vel pro marcho, & quod marchus, ad quem monetæ deliberentur per gradias, seu per deputatos esset fragilior marcho secundum quem argentum emeretur de granis decem, & octo, & quod pro cambio auri posset præfectus monetis capere tridinã vnam lucri pro qualibet petia auri, & quod Principi præstaretur pro signoragio, & singulo marcho auri tertia pars vnius ducati vlterius satis fieret pro pensione domus, & fabricæ pro singulo marcho argenti, prout supra dictum fuit, designando quid, & quantum esset præstandum operarijs de maiore, & minore moneta.

13 Iuxta prædicta habemus aduertere, quod † in moneta, vt sit proba, tria principaliter considerantur, scilicet materia, forma, & æstimatio, seu valor, iuxta l. 1. coniuncta, l. final. cum ibi not. C. de vet. numism. pot. lib. 11. & no. maximè per Bald. in cap. quanto, de iureiuran.

Debet enim primò materia esse proba, d. l. 1. & l. 2. §. 1. ff. de contrahen. empt. & dict. cap. quanto. Vnde non liceret de Alchymia cudere monetam, quod est intelligendum de sophistica, non de ea, quæ reperiretur esse verum aurum, vel argentum, quod esse potest iuxta not. per Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in rub. de crim. fal. qui refert tacito auctore verba Ofdrad. cuius solet esse fur in consil. 74. incip. An Alchymista, & per Pan. & latius Ioan. Andr. in cap. 2. de sortil. & Bald. & And. de Isern. in cap. 1. in titul. quæ sunt rega. in vsi. feu. & per Sanctum Thomam secunda secundæ quæst. 92. vbi concludunt, Alchymiam esse veram scientiam, & permissam, de quo aliquid per Albericum de Ros. in dictionario, in verbo, Alchymia. Et dicit Ioan. Andr. vbi supra, quod suo tempore fuit

magiſter Arnaldus de Villa noua ſummus Medicus,& Theo-
logus, & magnus Alchymiſta, qui per illam artem faciebat
virgulas aureas, quas conſentiebat omni approbationi ſub-
mitti. Et fecit in illa ſcientia librum vnum, quod mille ho-
mines depauperauit,aut quia non verum, aut quia non intel-
14 ligitur, & cum † haberem quendam ſocium in legibus mul-
tum inſudantem in illa arte: volui videre vnum mirabile ex-
perimentum ad effectum, vt plura ſcirem.

Nam habuimus nobiſcum vnum antiquum Alchymiſtam pauperrimum tamen, & me præſente, ille meus collega redu ci fecit vnciam vnam argenti precioſiſsimi ad inſtar auri in pondere fuſione, & maleatione ſaluo colore: quia non erat croceus, ſed mutatus ad inſtar quaſi plumbei coloris: & ille collega meus habebat modum dandi colorem,& croceum,& in illa materia patiebatur,& ſubtinebat aliqua experimenta, ſed non extremum experimentum, & admixta cum tantundem auri precioſi videbatur aurum viginti characterum, & plus, & minus,ſecundum quod illa materia erat melius diſpoſita, & quidam magnus Prælatus, ac multi antiqui Alchymiſtæ mirati fuerunt de illo experimento, & vnus antiquus Alchymiſta putans ſe diuitem, putabat reducere illam materiam ad veram ſpeciem auri, & non potuit, putauitque tunc ipſam artem illuſoriam, maximè, ex quo tot viri in quadraginta, & quinquaginta annis non viderant tam mirabile experimentum,quod nihilominus erat ſophiſticum,ita vt aliud experimentum videre noluerim. Nec liceret inconſulto Principe materiam æream immiſcere in auro,vel argento cudendo, per l.quicunque in minimos,ff.de fal.& not.in leg.ſecunda, C.de falſ.monet.

15 Forma autem eſt † impreſsio publici caracteris, ſeu Principis auctoritate publica impoſita, & non priuata, dicta l. 1. ff. de contrahen.empt.& dicta l.prima.C.de vet. numiſm.pot libro vndecimo, & not. ibi Bartol. in Rub. & not. in dicta l.ſecunda, in fin. C.de falſ.monet. & in l. 1. C. eodem, & in dicto cap.quanto.

Tertio valor, & æſtimatio, quæ dantur præfectis monetæ cudendæ, vel ab habentibus poteſtatem cudendi, vel a communi habita ratione ad pondus, & materiam, vt dictum fuit ſupra eod. 2.colum.& ſi ſint duæ monetæ diuerſi ponderis,aut diuer-

diuersæ æstimationis,& dubitetur de qua sensum fuerit quid dicetur infra eod. in seq.seu 2. præmisso.

Alibi autem dixit Bald. videlicet in dict.l.fin. C.de fal. monet.quòd in moneta cudenda duo requiruntur, scilicet veritas, & auctoritas, & alia in proposito traduntur per dictam l.fabi. in tract.suo de empt. & vendit. in 5. parte, prin. 1. & 2. charta. & per dictum Calcan. consilio 14.circa 14.columnã, & aliqua dicentur infra de moneta reproba, in secunda declaratione.

Et ex prædictis elicitur, quòd in pecunia duplex bonitas consideratur, intrinseca videlicet, & extrinseca, prout not.in l.Paulus, ff.de sol.& in l.cum quid.ff.si certum peta.& in d.cap.
16 quanto, & in infinitis locis in iure.† Intrinseca est penes materiam, & eius preciositatem, quæ æstimatio variatur, vt supra latè dictum fuit. Et ideò benè dixit Bal.in cap.quanto prælleg.ver.quęro nunquid,quòd æstimatio pecuniæ non est idem cum ipsa pecunia nec adeò connexa, vt censeantur vnum, & idem, de quibus omnibus dici contingit. infra eo.4. declarat in fin.

Quod autem pręualeat,& magis attendatur,an bonitas intrinseca seu materia, & pondus, an æstimatio vel communis valor vltrà prædicta, videlicet,supra eo.2.& 3.colum.dicetur etiam 1.declarat. post medium. Et an materia magis, quàm forma consideretur si contingeret pecuniam ratione formæ esse reprobatam seu reprobari dicetur, 1.in secunda declarat.

Vltimò circa æstimationem monetarum est aduertendum,
17 quòd aliquando † partes disponentes aut contrahentes prouident quod pecunia fieri debeat ad certam æstimationem ãb eis præfixam, & de ista materia latè dicetur in hac conclusio. in 16.& 17.declar.ipsius conclusionis, & in 8. limitatio ipsius conclusionis.

Aliquandò prouidet constitutio Principis statutum, vel consuetudo, vt in conclusione fienda,in 12.eius declaratione, & in 18.& in 3.limitatione ipsius conclusionis, & 6. limitat. eo.

Aliquando prouisum dicitur ex præscriptione, puta quia longo tempore solutio fit facta ad certum valorem,seu secundum valorem temporis solutionum, vt dicetur in ipsa conclusione facienda in 4.fallentia.

Aliquandò non reperitur nec ab homine, nec à conſtitutione Principis ſtatuto vel conſuetudine circa æſtimationem prouiſum, & hoc opus, hic labor eſt, & hic ſunt multi caſus conſiderandi Nam aliquando variatur bonitas intrinſeca pecuniæ promiſſæ, vel de qua in diſpoſitione, vt quia pecunia fiat de meliore,& preciоſiore liga,quàm eſſet tempore diſpoſitionis, vel econtrà de deteriore, & de hoc dicetur in concluſione facienda, in 1.declaratione.

Aliquandò mutatur in pondere,& non in liga,& dicitur in d.1.declaratione.

Aliquando moneta currens tempore diſpoſitionis, & promiſſa non mutatur in tali bonitate ſed reprobatur, & dicetur in d.concluſione facienda ſecunda declaratione.

Aliquandò manente eadem liga, & preciоſitate,& pondere, mutatur ſolum moneta promiſſa: vt quia mutatur valor floreni aurei, vel groſſoni, qui ſint eiuſdem bonitatis:& tunc dicitur mutari bonitas extrinſeca, & de hoc dicetur in tertia declaratione concluſionis faciendæ.

Aliquandò facta mutatione prout ſupra non reperitur de pecunia promiſſa,& quid iuris ſit: tunc dicetur concluſio,4. declaratione.

Aliquandò facta mutatione prout ſupra reperitur de pecunia promiſſa, & debitor vult ſoluere de alia, & tunc quid iuris ſit dicetur infra,in concluſione faciendain 5.eius declaratione, & prædicta procedunt, vbi certa ſpecies pecuniæ eſt promiſſa.

Aliquandò eſt promiſſa pecunia in genere, & non in certa ſpecie, vel diſpoſitio loquitur de pecunia in genere, puta de libris, & de hoc dicetur in ipſa concluſione, 6.declaratione. Sunt etiam alij caſus conſiderandi: vt quia diſpoſitio habeat tractum in futurum, vt in obligatione annua an debeat attendi valor annuus; & de hoc dicetur in 7. declaratione concluſionis dictæ, & ſi diſpoſitio ſit conditionalis vel in diem, dicetur in 8.declaratione, & an ſit differentia in pecunia debita ex teſtamento,vel vltima voluntate, ſententia,reſcripto, gratia, vel præcepto Principis, lege, vel ſtatuto, dicetur in 9. declaratione cum tribus ſequentibus.

Digitized by Googl

SVMMARIVM.

1 PEcunia in contractibus quæ veniat numeranda. 3. 14.
1 Aureorum appellatione in contractibus quid veniat.
4 Solui de quacunque pecunia eiusdem ponderis nunquid possit pro argento promisso in missi.
8 Fiscus quando cogatur capere ei, & argentum pro auro.
6 Stipulatio nunquid valeat si stipuler 10. aureos, & promittatur pecunia argentea eiusdem valoris.
7 Verba hæc boni auri, & iusti ponderis, an operentur quod non liceat soluere pecuniam argenteam pro aurea.
8 Solutionis promissio in auro nunquid fieri possit in argento, & quomodo. 13.
9 Libellus quomodo formetur, quando vna pecunia est in obligatione, & alia in facultate soluendi.
10 Solutionem fieri in eadem materia, eodem pondere, & eadem æstimatione, vtile est in contractibus apponere.
Pecunia vna quando pro alia solui possit, limitationes.
11 Pecuniam reprobam vel inusitatam non cogitur quis recipere.
12 Solutionis promissio quando censeatur facta de pecunia minuta.
15 Consuetudo loci contractus in solutione nunquid attendenda.
16 Solutionis promissio nunquid intelligatur de pecunia magis vsitata.
17 Consuetudo qualis in solutione attendenda.
18 Aureos vocat ius solidos.

SECVNDA PRAESVPPOSITIO.

SEcundò præmittendum est, quæ pecunia sit in obligatione, & facultate soluendi, & an vna pecunia pro alia solui possit: In quo passu habemus considerare tria, primò ius commune, secundò consuetudinẽ, tertio conuentionem, seu hominis prouisionem, & declarationem.

Circa primum scilicet jus commune, debemus aduertere, quòd † quidam sunt contractus, in quibus creditor remanet Dominus pecuniæ creditæ, vt in deposito, & tunc illa pecu-

nia

depoſita,& non alia eſt in obligatione,& ſolutione, niſi data eſſet facultas depoſitario illa vtendi,l. 1.ff.depo. no. Panor. in quanto, in fin.com.ff.de iureiuran. Bartol.in l.Paulus, in fin.ff. de iureiuran. Bartol.in l.Paulus,in fin,ff.de ſolut.& tunc idem eſt,quod infra proximè mutuo dicetur.

Aliqui autem ſunt contractus,in quibus non illam, & pecunia, & in indiuiduo, ſed ſimilis , & quæ in genere ſuo eandem recipiat functionem in obligatione etiam ſi aliud dictum nó ſit,vt in mutuo,l.2.§.1.& ibi no.plenè,& in l.cum quid,ff.ſi certum petatur,& per Doctor.in l.lecta.ſuper gloſſ.in verbo.proba.vbi Paul.de Caſtr.ff. ſi certum peta. vt ſi mutuo tibi ducatos Mediolani,vel ſcuta Regis,& eo caſu pecunia ſimilis materiæ, & eiuſdem bonitatis eſt in facultate ſoluendi : licet ſit diuerſæ formæ, vt ſi quis vellet dare ducatos Venetos pro Mediolanenſibus;vel ſecundum Angel.& gloſſ.in l. Paulus præalleg.ſi debitor vnius monetæ argenteæ, puta decem librarum Bonon.vellet ſoluere in alia moneta argentea eiuſdem bonitatis, niſi creditor ex hoc eſſet damnum paſſurus,vt in l. Paulus cum ibi,no.ff.de ſol.infra,proximè latiùs dicetur,in tãtum vt ſecundum Salycet.in l.ſi quis argentum, in princ.C.de donat.non poſsit dicere debitor , quod ſufficiat dare materiam conuertibilem in debitam puta pecuniam argenteam ære cõtaminatam pro pura argentea,vel aurum de florenis Alamaniæ pro auro puro,faciunt not.in d,l.2.§.1.

2 Aliqui † verò ſunt contractus, in quibus natura contractus non demonſtrat,quæ pecunia ſit in obligatione: ſed ipſa expreſsio partis, vt ſi vẽdas mihi equum pro vigintiquinque ſolidis,vel vigintiquinque Ianuin.ſeu ducatis Ianue. nam prætextu talis contractus vigintiquinque Ianuini , vel ſcuta ſoli ſunt in obligatione,vt per Salyc. & Panorm.in locis præalleg. & dicam in prima declaratione: & ſemper intelligitur de ducatis,vel ſcutis probis ideſt, boni auri,& iuſti ponderis,& idẽ de aliâ moneta,vt per Doctor.in dicta l.lecta poſt gloſſ.in verbo proba,ff.ſi certum petatur.nihilò minus tamen ex diſpoſitione,l.Paulus,cum gloſſ. & ibi not.licebit dare de alijs ducatis eiuſdem bonitatis,ligæ,& valoris: quando creditor non eſſet damnum paſſurus. Et Fiſco dari poterit de pecunia ære contaminata pro auro,vt dicam infra,eodem ver.circa ſecundum , & ſimile quando pecunia deberetur , vt certa ſpecies,

vel

vel certum corpus, quia non liceret de alia, soluere, vt not. Bartol. & Doctores in l. talis scriptura in princ. ff. de leg. 1.

Posset autem contingere damnum, si ituro in Galliam debitor scutorum solis vellet dare ducatos, cum in Gallia ducati pro minore valore expendantur, & non sit tantum, interesse, si scuta solis deferantur, vel si debitor ducatorum Venetorum, aut Ianuensium mercatori ituro ad partes Orientales, vbi tales ducati magis cognoscuntur, & fortè sunt maioris pretij, vellet dare scuta, aut alius genus ducatorum; prout declarant Angel. & Imol. in dicta l. Paulus, & Ioan. de Ana. in cap. fin. vltim. charta, de male. Marti. de Lau. in l. cum quid, ff. si certum petatur, & in tractat. de Monet. Item secundum Angel. Imol. & Ioan. de Ana. in locis præallegatis, † potest esse
3 damnum, si promisissem sub pœna alicui dare ducatos Venetos, nã potero te cogere, vt des mihi de Venetis, si sis meus debitor ducat. Venet. ne incidam in pœnam.

Potest etiam secundum Ang. & Ioan. de Ana. esse damnum in commoditate deferendi: quia facilius, & in minore cumulo, & pondere defertur vna pecunia, quàm alia, & attenta dispositione iuris communis debitor pecuniæ argenteæ non posset inuito creditore soluere de pecunia ære contaminata, vt per glo. Bar. Ange. Imol. & Docto. in d. l. Paulus, & Bart. in d. l. 1. §. final. ff. de aur. & argent. lega. iunctis no. in d. l. 2. §. 1. ff. si certum petat. nec quod plus est debitor in pecunia argentea posset soluere in auro, secundum Bar. in d. l. 1. § fin. ac Ang. & Imol. in d. l. Paulus, not. per aliquos in d. l. 2. §. 1. & tradit Petr. de Anchar. in Cle. si beneficiorum. vlt. q. de deci. non obstante quod aurum sit precioſius: licet secundum Imol. in d. l. Paul. debitor in pecunia ære contaminata possit soluere in argentea seu melioris argenti: quia censetur comparatiuè de eadem materia, cum comparatiuum præsuppponat positiuum l. vbi autem non apparet in princ. ff. de verb. obli. cuius contrarium dicit Salice. in d. l. si quis argentum, & melius in puncto iuris licet opi. Imol. sit æquior. Nam pecunia ære contaminata non recipit eandem in genere suo functionem cum argentea, & econtrà, ita vt tam verè, quàm iuris fictione dicatur aliud solui, secundum glo. Bart. & communiter Doct. in d. l. Paulus. arg. illius, l. & l. si quis argentum, in prin. C. de donat. cum ibi not. & l. Titiæ. ff. de aur. argen. leg. quod est intelligendum nisi

forma

forma pecuniæ ſoluendæ eſſet reprobata per ea, quæ dixi, & dicam infra, in 2.declaratione.Ratio autem,quare non dicatur aliud iuris fictione ſolui,quando eſt diuerſitas in ſola forma, & in materia pecuniæ eſt, quia forma nihil dat in valore, ſaltem plus in vna pecunia, quàm in alia: cum de iure pecunia debeat eſſe talis, vt tantam pecuniam afferat in formæ, ſicut in maſſa ſaltem deductis expenſis,vt ſupra, eod. dictum fuit præcedenti præmiſſo.

4 Et prædicta † de mero iure procedunt communi: quid autem de conſuetudine ſit, aut ſi contraria adſit conuentio infra, dicetur vbi prædicta limitabuntur. Et ibi dicetur quid ſi talis mutuò habuit libras cẽtum,vel centum florenos S.ab vel Mediolani. An autem pro argento promiſſo in maſſa poſsit de quacunque pecunia eiuſdem ponderis ſolui, glo.& Docto. in l.2.§.1.ff.ſi cer.pet.Et quid econtrà Bart.in l.diuortio. §.ob donationes,ff.ſolut.matrim.text.in l.quoties.C.de ſuſc.& Archa. lib.10.

Circa ſecundum, ſcilicet, conſuetudinem dicendum eſt, quod vbi viget talis conſuetudo,quod vna pecunia poſsit pro alia ſolui illa ſit ſoluenda taliter,quòd poſsit,moneta argentea etiam ære contaminata ſolui pro aurea, vel ære contaminata pro merè argentea, vt no.glo.Bald.& communiter ſcribentes in l.ſi quis argentum, in prin.C.de donat.Bart.& Imol. communiter ſcribentes in l.Paulus, ff.de ſol.Bart.in l.cum aurum, & clarius in d.l.1.ff.de aur.& arg.leg.& Bal.in l.libera. C. de ſent.& interl.omn.iud.Doct.in l.2 §.1.ff.ſi cert.peta.vbi dicunt poſt glo.ceſſante conſuetudine non poſſe ſolui de moneta vnius vel deterioris metalli pro alia, Pan in cap. quanto in fin.commen.de iureiuran.vbi But.& Imol.& Bar.in l.ſi ſtipulatus ſim.10.in melle.col.2.verſ.pone,ff.de ſol.& in l.diuortio. §.ob donationes. ff.ſolut.matri.Marti. de Lauden. in d.l.cum quid, & in tractatu ſuo de monet.& Fran.de Are.in conſil.11. col.1.& ſecundum plures ex Doctoribus allegatis.& Bal.in d. l.libera 2.col.C.de ſenten.& interlo.omn.iudi.iſta conſuetudo eſt vniuerſa is.no.Ioann. de Pla.in l.1. C.de arg pretio.lib.10. vbi dicit ſpeciale in fiſco vt cogatur capere, & argentum pro auro, no.Roma.in d.l.diuortio.§.ob donationes,ff ſolut.matr. quod dictum de fiſco ſecundum Roma.vbi ſupra,poſt Bartol. in l.1.C.de collatore æris,lib.10. limitatur dupliciter: Primò

. niſi

Digitized by Google

5 nisi † fiscus esset damnum passurus ex hoc per text. in dicta l. Paulus, ff. de solut. quam limitationem non habeo pro tuta, per dictam legem primam, C. de arg. precio. & dicta l. quoties, C. de succes. & Archa. lib. 10.

Secundò limitatur secundum Roman. vbi supra, nisi fiscus publicę vtilitatis causa vellet in certa pecunia sibi solui, vt ibi per eum. Et prædicta, quod stante consuetudine possit vna pecunia pro alia solui, puto limitanda secundum quod limitatur ius commune, videlicet, vt non procedant, quando ex hoc creditor læderetur iuxta dic. l Paulus, cum ibi notatis. Nã consuetudo est interpretanda secundum ius commune, & vt intelligatur sine læsione, & damno partis, capit. cum dilectus, de consuetud. cum ibi latè traditis not. in proposito Bald. in consil. 299 incipien. punctus quæstionis in fine secund. volumin. secundum penultimam impressionem, & Dominus Frãciscus Curtius, in tractat. de moneta. quem inseruit in l. cum quid. in nona quæstione, ff. si certum petatur, quæ limitatio non procederet, vbi contrarium probaretur, videlicet consuetudinem esse, vt non obstante damno creditoris possit vna pecunia diuersæ materiæ pro alia solui, iuxta text. in dicto cap. cum dilectus, circa finem.

Item limitatur, nisi contraria adsit conuentio, vt infra, dicetur in tribus sequentibus membris. Et hoc autem quod vna pecunia sit in obligatione, & alia ex consuetudine sit in solutione; infertur secundum Bartol. in l. quæ extrinsecus, ff. de verborum oblig. quod si stipuler decem scuta auri, & tu promittas monetam argenteam, eiusdem valoris, valet stipulatio: de quo per Bald. in l. singularia, ff. si cert. pet. & Mar. de Laud. in d. l. cum quid, ff. eod. titul.

6 Circa tertium † scilicet circa pecuniam solui in certa forma conuentam: est aduertendum ad modum, & conceptionẽ verborum. Nam aliquando quis promittit mihi soluere viginti quinque scuta solis, vel viginti quinque ducatos largos simpliciter, vel quia dicat Mediolanenses, siue Venetos, siue Ianuenses; & tunc de iure ducati, vel scuta in obligatione, & solutione sunt. licet in alia forma solui possit, vt dixi in primo membro: sed de consuetudine possit solui moneta pro auro, vt dixi in præcedenti quæstione, & not. Mar. de Lau. in tracta. de moneta, taliter quod ista verba non concludunt fuisse de

mente

mente partium, quod præcisè soluerentur ducati, vel scuta consuetudine non obstante, not.Dom.Franciſc. Curt.in dict. l. cum quid, in nona, & decima quæst. quasi illa qualitas sit demonstratiua,& non præcisa,l.vxorem,§.testamento. il 1.cũ concor.ff.de leg.3.

Aliquandò verò quis promittit vigintiquinque scuta solis, vel vigintiquinque ducatos largos boni auri, & iusti ponderis,& tunc secundum aliquos illa verba boni auri,& iusti ponderis, nihil operantur,vt dicunt Bartol. & communiter Scribentes in l.lecta,super glosſ.in verbo,proba. ff.si certum petatur; sed dictum,& mens Doctor. est,vt non operentur quantũ ad hoc, vt de bona moneta aurea, & non vitiosa in pondere, vel puritate auri, sensum intelligantur,† an autem ista verba operentur, quod non liceat soluere in moneta argentea, Doctor.ibi hoc non dicunt.& secundum ius commune essent superflua: quia debitum contractum in moneta aurea,& de iure communi est in aurea soluendum,dict.l. Paul cum ibi plenè nota. etiam absque expressione talium verborum. Vnde quia cõsuetudo maximè in partibus istis,in quibus viget: quã vt dixi,plures Doctor. dicunt vniuersalem.

Admittit,vt in debito ducatorum auri, siue alia plica contracto liceat soluere monẽtam argenteam pro aurea, dicendum puto, ne illa verba boni auri,& iusti ponderis sint superflua,quod partes voluerũt se astringere ad solutionem faciendam in ducatis auri,vel scutis,& non aliter per ea, quæ in simili dixit Bar.in l.si stipulatus sim,decem in melle,2.col. ff.de solu. vbi dixit, quod si promitto tibi dare centum in pecunia minuta,ex quo omninò promissio de minuta intelligebatur, l.nummis, ff.de l.3.illa verba de pecunia minuta intelligentur quòd non possit in grossa fieri solutio non obstante, quod de consuetudine liceat vnam pecuniam pro alia soluere, & credo quod ista sit veritas. & ita tenuit Martin.in tractat.de monet.per l.1. C. de vet. numism.pot. lib.11 ibi iusti ponderis,& text.cum gloss.in cap.quanto,de iureiuran.sed non respondet ad consuetudinem, prout respondet Bartol. in l. si stipulatus sim decem in melle. & dicit Domin.Franciſc.Curt.vbi supra, quod plures Doctor.Mediolani. & ferè omnes Papienſ.Doct. ita consuluerunt in consil.incipien.Antonius Ottenus,& prędicta vera,secuudum Doctores prædictos, nisi vbi cõtrarium obser-

7

Digitized by Google

obſeruaretur, vt in Collegio Mediolani, quod obſeruat, vt eſto quod quis promiſerit etiam dotis nomine florenos mille auri boni, & iuſti ponderis intelligatur de florenis ad rationē ſolidorum 32. pro ſingulo floreno, non autem de florenis, ſeu de ducatis aureis, pro quibus aliqualiter facit quod de ſolidis dixit Bartol. in l. quoties. C. de ſucceſſ. & Archa. lib. 10.

8 Aliquandò verò x quis promittit ducatos, vel ſcuta auri, & in auro; & tunc ſecundum omnes indubitanter ſolutio fieri non poterit in moneta, eſt enim ſenſus quod primò promitto ducatos auri, & quod quia ſtante ſimpliciter hac promiſsione poſſum ſoluere in moneta, promitto ſoluere in auro per ea, quæ dixi in membro præcedenti, & ſecundum Mar. de Lau. & dict. Franc. Cur. in locis ſupra, proximè alleg. ita obſeruat collegium Mediolan. quando quis promiſiſſet florenos auri, & in auro, vt intelligatur de ducatis, ſeu florenis aureis: & quod dixi in ducatis, & ſcutis procedit in moneta, ſiue ſecundum primum membrum, quis conſtituiſſet ſe debitorem de centum libris in groſſonis ne poſsit ſolui in alia moneta, ſiue ſecundū ſequētia membra quis promiſiſſet certam ſummam, puta ſcuta decem ſoluenda in groſſonis, vt non obſtante conſuetudine teneatur ſoluere in groſſonis, vt per d. Bartol. in dicta l. ſi ſtipulatus ſim decem in melle, ſupra relatum cum concordan. præalleg. & infra, proximè alleg andis.

Aliquandò verò, & quartò quis dat alicui centum libras in tot florenis auri, ſeu ducatis auri, vel ſcutis, & ita ſonat inſtrumentum, quod Titius dedit centum libras Sempronio in depoſitum, vel dotis nomine, aut mutuò in tot ducatis, & tunc ſecundum Bartol. in l. Paulus, vltim. quæſt. ff. de ſolut. & Panor. in cap. quanto, de iureiurand in fine commen. cum concor. al-
9 leg. in octaua limitatione, in princip. vbi latius † hoc examinabo; centum libræ ſunt in obligatione, & non videntur voluiſſe ſe partes aſtringere, vt fiat ſolutio in moneta aurea: pro vt fuit data, ſcilicet illam monetam æſtimare: & eo caſu poterit ſecundum Panormit. ſolui in alia moneta ſtante maximè conſuetudine præallega. & iſta eſt veritas, quæ procedit, niſi dictum ſit hoc acto, quod reſtituam in florenis, ſeu ducatis aureis, vt infra, proximè dicetur, vel niſi in diuerſam monetā ſoluendo eſſet creditor damnum paſſurus, vt prædixi: & dicā in verſ. 6. poſt Angel. in l. fin. C. de vet. numiſm. pote. libro 11.

Quo-

ar. d.l.Paulus. Circa quod puto animaduertendum, quod aut debitor librorum, vel florenorum Sabaud.eſt debitor occaſione pecunię per eum habitæ,puta mutui,vel dotis,& certũ eſt, quæ pecunia ſit exburſata: & tunc tenendum eſt,quod de tali ſit facienda ſolutio,vel de alia diuerſæ materiæ ſecundum cõſuetudinem: ita tamen quod creditor damnum non patiatur vt prædixi per dict.l.Paulus. Aut verò ſumus in caſu , in quo non conſtat qualis pecunia fuerit exburſata: vel ſumus in debito cauſato abſque datione alicuius pecuniæ per creditorẽ: vt quia vendidi tibi mulam pro centum florenis Sabaud. vel pro centum libris, & poſsit dicere Angel. verum : quod eſt in electione debitoris temperando eius dictum, prout infra,nec tunc procedit limitatio Angel. quod ſit inſpiciendum: an ſit creditor damnum paſſurus,quia l.Paul. loquitur niſi vbi certum eſt; quæ pecunia eſſet in obligatione; iſta tamen elect.ſecundum Paul.de Caſt. in d.l. Paulus,non debet eſſe effrenata ; quia ſi non vult dare de moneta in groſſa ; ſaltem debet dare de mediocri:nec poſſet me cogere ad capiendum de ære contaminata, pura de quartis groſsi Sabaud. vel de ſextinis, ar.l. legat.generaliter,ff.de l. 1.facit l.qui lancem,ff.de auro, & argen.l.ſed in contrarium facit, l.qui ſemper in ſtipulationibus cum ibi notat.per Bart.ff.de regul.iur.& in l.nummis, cum ibi
12 notat. ff. de leg. 3. vbi traditur: quod † in dubio cenſendum eſt, quod contrahentes ſenſerint de minima pecunia propter quod ex mente Bartol. ibi poſt gloſſ. in dicta l.ſemper dicendum videtur, quod ſit conſideranda qualitas rei, & perſonarum , & mos regionis ; ac id quod eſt veriſimile fuiſſe ex alijs maximè coniecturis de mente contrahentium,prout in ſimili dicetur in ſequenti membro,nam ſi quis mihi vendat pro magna ſumma,non eſt veriſimile,quod fuerit eius mentis,vt vellet ſibi tradi magnam ſummam ſexinorum,vel alterius pecuniæ ære contaminatæ: & maximè hoc non eſt veriſimile in mercatore, vel campſore , cum iſti ſoleant quærere bonam monetam auream, vel argenti precioſi ; & quis emeret pro modica ſumma,aut venderet aliquid iſtis,qui vendunt minutatim ſuper plateis , & colligunt ex ſuo exercitio multum de pecunia minuta: credo quod ex modicitate pretij,vel ex qualitate perſonæ debitricis coniectari poſſet , vt de minima etiã pecunia cenſeretur facta promiſsio, de quo infra dicetur.

13 Est tamen aduertendum, quod † ex mente Bartolin dicta l. Paulus circa princip. comment. dicendum videtur, quod promissor librarum, vel florenorum Mediolani intelligatur in dubio promisisse soluere in solidis, cum libra per solidis, cum libra per solidos æstimetur: quia valet viginti solidos, & sic quod promissor librarum Imperialium videtur Imperiales promisisse taliter quod his casibus solidi, & Imperiales viderentur, esse in obligatione, & facultate soluendi: pariterque videtur dicendum in promissione florenorum Sabaud. vt videatur promisisse soluere in pecunia, per quam ipsi florem æstimantur, videlicet in grossis Sabaudiæ, vel Papæ, si de illis reperiatur, aut in quartis paruis, per quos tales grossi æstimantur, cum valeat quartos quatuor paruos.

Et fortè in puncto iuris hæc opinio esset verior, sed quia consuetudo aliter obseruat, videlicet, vt promissor talis intelligatur, & soluere possit de quauis moneta: & generaliter, non autem respectiuè ad monetam secundum quam talis florenus, vel libra æstimetur talem consuetudinem seruabimus. Et vbi non vrgeret, tenendum puto, quod illa pecunia minuta, qua mediante talis florenus, vel libra æstimatur, esset in obligatione, vt prædixi post Bartol. in dicta l. Paulus, in princ. comment.

Sed iuxta hoc occurrit dubitatio, si debitum sit ita antiquũ, vt non constet qualis esset moneta promissa: puta de annis octo centum, vel mille, & loquatur obligatio in ducatis, vel florenis auri, vt videmus in aliquibus vassallis, quin antiquissimo tempore tenentur singulis annis ad certam summam florenorum, cum nesciri possit benè, an tunc vigerent floreni legales, quorum 72. faciebant libram, iuxta l. quotics. C. de fusce. & Archa. lib. 10 vel sit debitum in solidis Mediolani a tanto tempore, vt nesciamus eorum ligam, & qualitatem: quid iuris tunc erit, istam quæstionem tangit Salycet. in l. fina. C. si certum petatur. vbi dicit florenos, seu ducatos antiquos, licet 72. facerent libram auri, esse nihilominus sub incerto, cum librarum quantitas, & vnciarum numerus sit varius: quia alibi maior est libra, & vnciæ quantitas, quàm alibi; vt ibi per eum quam quæsti succinctè determinabo in 1. declaratione conclusionis fiendæ, & in 2. fallen. seu limitatione.

14 Aliquando verò † & vltimò in aliquo loco contractus currunt

runt duæ, vel plures monetæ eiusdem nominis, vt Mediolani, & Papiæ: vbi habent ducatos in moneta, & ducatos auri, quorum alter altero præualet: & florenos auri, & florenos in moneta Papiæ, libram Papiensem solidorum decem, & libram Imperialium sol. 20. & Florentiæ, vbi loquuntur de florenis antiquis, & de nouis, & de solidis, & libris grossis, & paruis, vt videmus Romæ, & communiter alibi, vbi sunt ducati Papales, & largi, & ducati de Camera, seu ducati stricti: & vide multa in partibus Franciæ, vbi scuta sunt solis.

Item scuta Regis, quorum sunt aliqua antiqua, aliqua non, & inter ea est differentia in pondere, & valore, ac etiam in liga. Et nunc potest dubitari de qua pecunia senserint in dubio contrahentes, non exprimentes, de quibus ducatis, florenis, vel scutis, aut libris senserint, ita vt quæ pecunia sit in obligatione, vel solutione dubitari possit. Et Bartol. vt dixi in præcedenti membro, tangit hanc quæst. in dict. l. Paulus, & Host. in tit. de censibus, §. ex quibus in princ.

Attingit ad partes, an de meliore, an de mediocri, an de minima sit facienda solutio, vel censeatur contracta obligatio, & breuibus examinemus Docto. si debitum est causatum ex præcedenti exbursatione, vt in dote mutuo, & similibus, & constat sub quo nomine pecuniæ fuit facta exbursatio, seu quæ, & quanta pecunia sit exbursata sin illa intelligatur facta promissio, vt dixi in præced. mõb. no. Paul. de Ca. in d. l. cũ quid. & in d. l. Paul. Alias aũt ex cõsuetudine locorũ, vbi contrahitur obligatio ex coniecturis, ac verisimili, iudicabimus hõc, & ex quã litate rei. Facit l. Imperatores, ff. de contrahen. empt. & l. apud Iulianum, §. scio, ff. de leg. 1. † Nam si vendantur res magni pretij per florenos, & intelligendo de florenis monetæ contingeret, quod pro modico vendita reperiretur, intellipemus de florenis auri. secundũ Bart. & Paul. de Cast. in d. Paul. & Bart. in l. nummis, ff. de leg. 3. & Bar. post glo. in l. semper in stipulation. ff. de reg. iur. & his cessantibus in dubio intelligemus de eo, quod minus est in d. l. nũmis, & d. l. semper cũ vtrobiq; no. & notant Bar. & Pau. de Ca. & Ale. in d. l. Paul. & Spe. in tit. de R. §. nunc aliqua, in fi. l. dic. Bar. & Doct. in l. stipulanti, de verb. obligat. dicunt, quod promissio auri eorum non gethincerta licet reperiantur aliquæ differentiæ speciei, & valoris: quia intelligitur secundum regionem, & eius cõsuetudinẽ, & ad põdus regionis

& varia sit consuetudo de minorib.d.l. nummis, & facit fortius obseruantia sacri collegij Mediolani: de qua supra, eod. quod etiam si quis promittat florenos centum auri boni, & iusti ponderis, intelligitur de minoribus florenis ad rationem 32.solidorum pro floreno promisisse. Et si sit diuersa consuetudo inter locum contractus, & locum destinatæ solutionis, vel locum, vbi est, vel vendita attendi debet consuetudo loci contractus, vt per Bar.in d.l.semper, & Bal.in l.qui non militabat.§.Lucio, ff.de hære.insti.& Ioan.And.qui fuit sur. Oldr. in add.Spe.de concess.præb.in Rub.vlt.col.& Old.in con.168. in prin.& latè Alex.cõs.21.inci.visis his,2.vo.& latius Do.Bar. Soc.cons.247.inci.circa primũ, licet in contrariũ facit,l.vinũ. in fi.ff.si cer.pe sed loquit in morosо.& hoc procedit generaliter secundum Bal.in d.§.Lucio.vt quando est diuersitas inter locum contractus,& alium quemlibet locum sit attendendus locus contractus, & moneta, quæ ibi frequentatur.

16 Et quod quandõ vna moneta est magis vsitata quàm alia, intelligatur de magis vsitata facta promissio, & quod in dubio præsumantur partes sensisse de pecunia vsuali, seu quæ communiter est in vsu: nec non de magis vsitata probat text. cum glos.in capit.secundo, de maledict. & in Clement.secunda de decim.vbi glos.alleg.& concord.volunt Hostien. Cossi e. & Panor.in cap.2.de maledi.& Dom.Philip. Cornæus in cons. 321.incipiente de plurib.vlt.col.3.vol.vbi hoc limitat, & benè nisi noua, & vsualis moneta esset mutata, vel deteriorata in bonitate intrinseca, quia esset facienda solutio de antiqua moneta, vel de noua ad æstimationem seu rationem, & valorem antiquæ, per cap.olim causam, & cap.cum canonicis. de censi.de quo dicam infra, latè in 1.declaratione, vel nisi debitum causaretur ratione alicuius legis, vel statuti: quo casu attenditur tempus solutionis, seu moneta vsualis, & currens illo tempore quamuis ære sit contaminata vel à tempore legis conditæ vel statuti in bonitate intrinseca deteriorata, de quo dicam infra,eodem in duodecima declaratione cum qua sententia etiam transit ipse Cornæus consil. 181. incipiente nonnullis 27.co.vers.restat 3.volum.vbi dicit illa iura, videlicet d.Clement.2.cum glo.& d.cap.2.de maledict. posse intelligi, vt loquantur de moneta vsuali, & tempore contractus currente: quod non puto verum, prout dicetur infra, in 12.

decla-

Digitized by Google

declaratione, & concluſionis faciendæ. Et quod intelligatur facta promiſsio de pecunia magis vſitata, voluerunt etiam Card.in dicta Clement.2. dec. in 12. quæſt. & Pet. de Anchar. ibidem in penult.quæſt.& Ioan. de Imol.ibidem, & Hoſtienſ. poſt Gof.tit.de cenſibus,g.ex quibus in princ.vbi vlterius dicit, quòd primo attenditur conſuetudo loci: & ea ceſſante cõ ſuetudo parrochiæ, quòd ſi ambæ pecuniæ eſſent pariformiter vſitatæ, tunc ſecuudum Panorm.poſt Hoſtien.& Goffre.in dicto cap. 2. de maledi. de minori cenſeretur facta promiſsio nota maximè per Alexan. in dicta l. ſtipulationum quædam, & patet ex prædictis.

Aliàs autem de moneta noua potius,quàm de antiqua, ſecundum Bald.in dicto §.Lucio,quod eſt declarandum, prout infra,in prima declaratione, cum ſequen.& ſecundum prædicta eſt intelligenda doctrina,Angel.in l.medicos,C.de ſuſc. li.
17 10.dum dicit,quòd ille † qui promiſit dare mille aureos tenetur,dare ad pondus ſtatutum per commune ciuitatis,& ſi certum pondus non eſt in communi, ſed ſunt diuerſæ conſuetudines,ſequimur,quod minimum eſt,nec obſtat ad hæc deciſio Bald.in l.quicunque,vltim.colum. C.de ſetu.fugit.dum dixit, quod vbi eſt moneta diffinita,ſeu taxata per legem,de illa eſt ſtatuendum,vel intelligendum, non de vſuali, ſeu vulgari, & currente: quoniam reſpondebitur infra,in duodecima declaratione, quia prædicta procedunt quo ad intellectum nominis, ideſt,de qua pecunia homo vel contrahens ſenſerit, deciſio Bald.loquitur de ſenſu legis, vel ſtatuti, de quo latè dicetur in duodecima declaratione.

Et inſuper quando dubitatur,de qua pecunia fit facta promiſsio, vel fuerit ſenſum, attendi debent ſtatuta loci contractus cum contrahentes intelligantur contraxiſſe ſecundum ſtatuta loci contractus: Prout in ſimili ſupra fuit dictum de conſuetudine loci,& ita conſuluit Franciſc.de Aret.conſi.11. incipien. producendum 3.colum.cum ſequent.& Alexand. dicto conſil.211.2.volum.vbi traditur per eos,an tale ſtatutum liget forenſem ignorantem ipſum ſtatutum, & adſint ipſa ambo ſtatutum,& conſuetudo attendetur,conſuetudo ſi ſit præſcripta, alias non ſecundum Doctor. prælleg. maximè Aret. in dicto conſil. 11.& vult Bald.in l.ſi quis argentum, in princ. C.de donat.de qua conſuetudine dicetur infra,in concluſione

tertiã,& quarta fallen. Et ſi conſtaret de aſſuetudine,& modo ſoluendi ipſorum contrahentium,vel ipſarum particularium perſonarum reſpondi multotics in facto de tali pecunia præſumi ſenſum fuiſſe per contrahentes, & quod talis præſumatur fuiſſe promiſsio qualis apparet ſubſecuta ſolutio per nota. per Bald.& Angel.in l.ſi certis annis,C.de pactis, vult Bal. conſilio 423.incip.eſt dicendum in fin. ſecundi voluminis,penultima impreſsione, voluit d.Philip.Corn. conſil. 181. incip. viſis nullis 29. colum. 2. volum. & Socin. in dicto conſil. 247. incip. circa primum, facit l.ſi ſeruus plurium,§. final.ff. de le. 1.& dicta l.nummis, ff.de le. 3. cum concor. circa quod videri poſſunt,quæ dixit Alexand.conſilio 113.incip.viſo,& conſide rato. penult.& vltim.colum.3.volum.& Felyn.in cap.cum Bertoldus circa duodecimam columnam, verſic. perceptio penſionis, de re iudic. & iſta particularis conſuetudo ſoluendi præualebit alijs coniecturis,de quibus ſupra, ac generali conſuetudine,ac ſtatuto per prædicta,& ſecundum Bald.in d.con
28 ſil. 423.†attenderetur pecunia a partibus ſoluta etiam ſemel tantum, vel pro parte ſolutionis.

Cæterum quia ius ducatos aureos ſolidos appellat, vt in l. quoties,C.de ſuſce.& Archa.lib.10. & nos appellamus ſolidos quorum viginti faciunt libram. Eſt aduertendum ſecundum Bartol.in l quoties, quod promiſsio ſolidorum intelligeretur ſecundum quod communiter vtimur,hoc eſt,de ſolido minuto, ſeu monetæ minutæ.

Et quia, vt dictum fuit ſupra,in 1.præmiſſo,circa 2.colum. 72.floreni aurei ſecundum iura conſtituunt libram auri,& hodie, plures requiruntur in conſtituendo libram auri, prout etiam dicit Bartol.in l.quoties,& in Rub.C.de vet. numiſ.pœn. libr.11.

Eſt aduertẽdum,quod promiſsio ſolidorum aureorum, vel ducatorum,ſeu aureorum deberet intelligi ſecundum modernum vſum, & vſum cuiuslibet regionis, vt colligitur ex not. per Angel.in l.modios, C.de ſuſce.& Arch.li.10. cum concor. in præcedentibus proximis eo.allegatis, facit quod dixit Bal. in l.ſi duobus, 1.col. C.commun. d.l.iunctis his, quæ dicam in 12. declaratione.

Tertiò eſt videndum ſecundum cuius temporis æſtimationem, & valorem ſit facienda ſolutio, vel æſtimatio pecuniæ com-

commenſuranda. An ſcilicet ſecundum tempus formatæ, & factæ diſpoſitionis, vel contractæ obligationis. An verò ſecundum tempus futurum, ac ſolutionis, aut moræ. Et hæc eſt materia hic principaliter tractanda.

SVMMARIVM.

1 *PEcuniæ valor, ac qualitas conſideranda ſunt ſecundum tempus diſpoſitionis, & obligationis.*
2 *Conſenſus inſpicitur in contractibus ſecundum tempus contractus.*
3 *Solutio quando fieri debeat de pecunia tempore contractus, 7 9.*
Cenſus antiqui de qua pecunia ſoluendi.
4 *Dotis ſolutio, de qua pecunia facienda.*
Moneta mutata in materia non dicitur eadem in genere, & bonitate.
5 *Aurei maiores reducendi ad intellectum valoris veteris monetæ.*
6 *Debitor pecuniæ in genere, de qua pecunia ſoluere debeat.*
8 *Pecuniæ bonitas ſecundum vſum conſideratur.*
Obligatio conuentionalis intelligitur de moneta currente tempore obligationis.

PRIMA PARS TRACTATVS.

HIS ſic præmiſsis, facio concluſionem in hac materia augmenti, & diminutionis monetarum.

1 Quod valor † & qualitas pecuniæ ſint attendenda, ac conſideranda ſecundum tempus diſpoſitionis, vel obligationis, ſeu quo obligatio, vel diſpoſitio contrahitur, & formatur, non autem ſecundum tempus futurum, vel ſolutionis, quando ſcilicet diſpoſitio, vel obligatio formatur vno tempore, & ſolutio fieri debet, vel differtur in aliud tempus, & interea valor, & qualitas pecuniæ variantur, ſeu alterantur. Et iſta eſt communis Doctorum opinio, quam tenuit Pileus, quem refert, & ſequitur Ioan. Andr. in addi. Specul. in titul. de ſolut. §. nunc aliqua, verſicul. final. vbi etiam Bald. in addit. incip. nota hic. quam opinionem etiam tenuit Iac. But. in quæſt. ſua incip. quæſtio talis proponitur: Quidam Colonus, & Oldrad.

drad.in consil.51. incip.thema quidam,&c.in fin.post Azo. in suis Brocardis,& ipse Oldra.consil.168.incip.ad primam,ver. ad tertium,& Alberic.de Ros. post Guilielm. de Aug. in l. Vinum,vltim.colum.ff.eodem.Bartol.in l.res in dotem,ff.de iure dot. Anton.de Butr.Imol.Panorm.Can.in cap.quan.de iureiu ran.Card.Zaba.Pet.de Ancher.& Imol.in Clemen.final. per il lum textum de decim.& Bald.in l.si duobus,in princ. versicul. item quæro. C. communia de le. vbi dicit hoc verum in con-
2 tractibus,eò quia † in eis inspicitur consensus secundum tempus contractus,facit dict.l.cum quid,iuncta dict.l.vinum,& d. l.res in dotem,& cap.olim,& cap.cum Canonicis,de censib.Et prædictam etiam opinionem tenuit Bald.in l.acceptam,duo-
) decima quæst.C.de vsur. & Rom.in cons.123. incip. circa primum dubium.& Ioan.de Ana.in cap.2.vltim.charta de malefic. Martin.de Lau. in tractatu suo, de monet. in dicta l. cum quid. & Calcan in consilio 14.12.colum.cum pluribus concordan. quæ infra per discursum suo loco adducentur.

Et prædicta opinio tanquam communis est tenenda,quam uis Bartol. in l.cum certum, ff. de auro, & argent. leg. & in l. Paulus,in fine.ff.de sol.& Bartol. in dicta l.cum quid,& consil. 137. incip. super eodem prim.volum. secundum penultimam impressionem, & 424. incip. quia conuentiones, 2.volum. & Francisc.de Aret.in dicto consil.11.incip.procedendum 2.colum. aliter videantur tenere distinguendo inter variationem, quæ fit de bonitate intrinseca: quo casu fatentur attendi rempus contractus; & eam,quæ fit de bonitate extrinseca, quo casu dicunt communem opinionem esse,vt attendatur valor tẽporis solutionis, quod etiam tenuit Bartol,in dicta l. cũ quid & in dicta l.res in dotem. cum concord.allegat.per Aretin. in d. consilio 11.

Sed intelligendo hanc sanè conclusionem, & eorum dicta non discrepant ab hac conclusione,vt latè dicetur infra in 6. & septima declaratione, iunctis his, quæ dicetur in 3. Et secũdum Panorm.in dicto cap. olim, de censibus. prædicta conclusio procedit ex quacunque causa sit soluendum debitum, siue ex contractu,siue ex testamento,siue ex iudicis taxatione quòd latius examinabo, infra in declarationibus, & ampliationibus.

Et prædicta etiam procedunt, vbi pecunia non est in obligatione,

gatione, vel ſolutione, ſed in ſolemnitate, puta, quòd non valeat contractus, qui excedat tantam ſummam, niſi interueniat talis ſolemnitas: quia illa ſumma eſt conſideranda ſecundum tempus diſpoſitionis ſecundum Baldum, in l. illud circa finem commen. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & dicam infra in duodecima declaratione, vbi tradit, quod in diſpoſitione, l. vel ſtatuti. Procedit etiam prædicta concluſio, ſiue æſtimatio cauſetur a taxatione, l. a ſtatuti, ſiue a conſuetudine, vt per Bal. in l. ſi quis argentum, in princ. C. de dona. & patebit ex infra dicendis in duodecima declaratione, & in 3. fallen. ſiue ex conuentione, vt infra 1. 8. fallen. ſiue aliter fiat æſtimatio, de qua æſtimatione quomodo fieri debeat, & poſsit: dictum fuit hac concluſione in primo præmiſſo.

3 Prædicta concluſio † declaratur vt indubitanter procedat quando variatur bonitas intrinſeca pecuniæ: vt quia fiat de meliore, & precioſiore liga, & plus valeant aut de minore, & viliore, & minus valent licet ſub eodem pondere, & etiam ſub eadem forma: nam ſolutio fieri debet aut poſt ſecundum antiquam pecuniam: hoc eſt, de pecunia antiqua ſi reperiatur, vel de noua æquiualentia, ſeu ad æſtimationem antiquæ, cap. olim, & cap. cum canonicis de cenſi. vbi antiqui cenſus ſolui debent de antiqua moneta, vel de noua vilioris metalli ad æſtimationem antiquæ. Et ſi noua ſit melior antiqua, debet de noua tantò minus dari, ſecundum gloſ. in d. c. cum canonicis, quia qui diminutam recipere nolet, meliorem exigere non debet, arg. l. penult. C. de ſolu. & l. qui bona. §. quamquam, ff. de dam. infec. not. Ioan. Andr. in addi. Spec. in titul. de ſolu. §. nunc aliqua in addi. incipien. olim. no. Signor. in conſil. ſuis numero 74. in q. incip. quæſtio talis proponitur, quidam Colonus, quam dixi ſupra eſſe Iac. But. & pulchrè Old. conſi. 250. incip. factum tale eſt, & cum hac ſententia, quæ eſt communis, & iure probata, tranſeunt Doct. de iuribus præalleg. & Cano. in cap quanto, de iureiu. maximè Bu Imol. & Panor. per l. creditor. in prin. ff. de ſol. Bar. Ang Cuma. Imol. & Doct. in l. Paulus. l. 1. ff eod. tit. de ſol. Albe. de Roſ. in d. l. cum quid, ff. ſi cert. pet. vbi etiam Bar. Ang. & Paul. de Caſt. poſt. Dy. & Iac. de Aren. vbi loquuntur principaliter in mutuo, & general ter in debito ex alia cauſa. ac Guil. de Suza. in quæſt. ſuis. 8. chart. & Pil. q. 39. incip. Lucius Tibius Mæuio fundum locauit, & in

q.30.incip.quidam creditor Bononien.& Specul. in d. §.nunc aliqua in fine in tit.de fol.Bald.in consil.137.incip.super eod. 1.vol.& 339.incip.punctus quæstionis.2.vol. secundum penul. impressionem,latè Zaba.in Cle.si beneficiorum.13.qide decim. vbi.Pet.de Anch.& Io.de Imol.Franc. de Aret. in l.quod te, ff. si certum pet.vbi tam de debito ex causa mutui,quam ex alia causa, & d.Cornæus latè in consil.321. incip. de pluribus vlti. co.3. volum. vbi dicit hanc esse communem opinionem, & in consil.181.inci.visis nonnullis 27.col.vers.restat.2.vol. & Soc. in l.cum quid, per d.l.creditor. hinc secundum Bartol.in l.res
4 in dotem, ff.de iure dot. † si dos sit constituta,& data dudum, & sic in antiqua moneta, quæ sit variata in materia, & petatur restitui, debet fieri solutio, & restitutio secundum antiquam monetam, vel secundum eum, in d.l.cum quid. de nova ad æstimationem antiquæ, & secundum Bald. in d.l. cum quid, ita obseruatur de consuetudine, ratio est secundum Bart.ac Doct.ibi, ac in locis supra, alleg. quia moneta mutata in materia non dicitur eadem in genere, & bonitate, sed alia. Et prædicta procedunt secundum Alber.de Ro.post Dy. & Doct. supra allega. non tantum si mutata fuerit moneta in materia, seu in liga, seu preciositate, & bonitate intrinseca, verum etiam in pondere, seu vbi variatum esset pondus, pro quib facit d.l.1.C.de vet.numis.pot.lib.11. vbi Ioan. de Pla. & idem Ioan.de Pla.post Dyn.in l.2.cod.tit.& Pau.de Cast.in l.2. in prin.C.communia de leg.vult Bal.in l.acceptam.12.q.C.de vsur.no.glo.in cap.conquerente, in verbo, solidos,de offi.ord. quæ loquitur de solidis debitis pro cathedratico, vel synodatico,ita quod si debitum sit secundum tempora,solidi quibus 72.seu ducati faciebant libram auri, iuxta.l.quoties. C.de susce. & Archa.libr.10. sit nunc facienda solutio ad aliam æstimationem, quamuis de illis solidis,seu florenis aureis non reperiatur Sed de nouis, quorum 96.faciunt secundum Paul. & Anton. de But. ibidem post alios, & hoc siue maior pecunia sit in vsu, siue non sit in vsu, sed minor tantum, vt per gloss. ibi Anto.But.& scribentes, & propterea Bald.in l.si duobus 1.
5 colum.vers.item quæro. C.communia de leg. dixit, quod † si aurei hodie sunt maiores, vel minores,quam olim,reduci debent ad intellectum valoris veteris monetę,per l.si aliud,C.de susce.& Arch.lib.10.& l.1.C.de vet.numis.pot.lib.11.licet non

persi-

perſiſtit in illa opinione, quando ſumus in diſpoſitione alicuius legis vel conſtitutionis de moneta loquentis, de quo infra in duodecima declaratione dicetur. Et ſic patet, quod prædicta procedunt non tantum: quando de antiqua moneta non reperitur, vel non eſt in vſu. Verum etiam quando reperitur de vtraque, videlicet tam de antiqua, quam de noua variata, prout ſupra volente debitore ſoluere de noua, quod maximè voluit Petr. de Ancha in d. Cle. ſi beneficiorum pe. co. & eſt de mente Oldr. in conſil. 250. & in conſi. 13. & Ioan. Andr. in addi. Spec. in alleg. titu. de ſol. §. nunc aliquo in fi. in add. incip olim. & latè d. Cornæus in d. conſi. 321. incip. de pluribus, col. 3. vol. volens quod moneta vſualis ſeu currens diuerſa in bonitate intrinſeca ſolui debeat ad rationem, & æſtimationem antiquę & ibi reſpondet ad contraria volentia ſolui poſſe de vſuali pecunia vt intelligi debeant ad prædictam rationem, & æſtimationem, & alia eius reſponſio non placet, vt elicitur infra duodecima declaratione, & idem voluit ipſe Cornæus conſi. 181. incip. viſis nonnullis 17. col. ver. reſtat, 3. vol.

6. Item prædicta procedunt etiam † ſi quis ſit debitor pecuniæ in genere, puta in libris, in florenis Mediolani, vel Sab. pro quibus ſit ſolutio, & omni pecuniæ cum nulla petia pecuniæ inueniatur, vel fiat modo appellatur libra, vel florenus Mediolani aut Sabaudiæ, vt latè dicetur infra, in 6. declaratione iunctis etiam hic, quæ dicentur infra in 8. lim. in 3. quæſt. Et ſi de valore, & bonitate antiquæ pecuniæ, de qua in obligatione apparere non poſſet, dico quod aut conſtat de aliqua ſolutione facta circa obligationem, vt in cenſu aliquorum annorum vel parte ſolutionis, & tunc talis præſumitur fuiſſe obligatio qualis fuit ſubſecuta ſolutio per no. per Bal. & Angel. l. ſi certis annis, C. de pac. & per Bald. in conſilio 423. incip. eſt dicendum, in fin. 2. vol. ſecundum penultimam impreſſionem & dictum fuit ſupra in 2. præmiſſo prope fi. Alias autem habemus recurſum ad monetam illius nominis vſualem, ſecundũ Salyc. in l. fin. in fin. commen. C. ſi cer. pe. vel ad obſeruationem vrbis Romæ, ſecundum eum conſiderando prius obſeruantiã locorum vicinorum, vt eſt de mente Old. in conſi. 168. incip. ad primam verſ. ad tertium, & Ioan. And. in addi. Spe. in Rub. de conceſſ. præben. prope fin. Et his ceſſantibus de minore cenſeremus ſecundum Salyc. vbi ſupra, vel melius ex mente Bart.

in l.

in l. Paul. ff. de solutione pretia. ex rei qualitate iudicaremus, vt dixi,& ad hoc videantur quæ dicam in sequenti amplificatione, vers.& ad id.

Ex prædictis infertur quod debitor solidorum paruorum Mediolani longo tempore decurso, quorum 80. & sic 4. libræ faciebant ducatum, seu florenum auri, non possit loco antiquorum de nouis,qui sunt vilioris metalli vel minoris ponderis, sed debet soluere de antiquis si reperiantur, vel de nouis ad æstimationem antiquorum,hoc modo: quia cum 80.ex antiquis facerent florenum auri, seu ducati ex nouis sint necessarij 92. vel 94. tenebitur loco 80. ex antiquis dare 92. vel 94. ex nouis.

Et idem e contra si non essent meliores: quia non teneretur debitor dare tot de nouis, sed tanto minus, puta si 80. ex nouis facerent florenum auri,& debitum esset contractum tempore, quo florenus auri valebat 92. qui erant vilioris metalli, vel minoris ponderis, nam debitor soluet 80. ex nouis, loco 92. ex antiquis. Et hoc verum est,si ex mandato Principis moneta noua, licet vilior, aut minoris ponderis successerit loco antiquæ taliter, quod pro tanto expendatur, quantum valebat,& valet antiqua melior. per textum in l.Paulus, sed attenta consuetudine soluendi in alia materia, secus esset secundũ Alberic. de Ros. in dicta l.cum quid,in fin.commen.& infra dicetur in secunda limitatione, not.Ioan.Andr.in additio. Specul. in titul. de solut. §. nunc aliqua, in fin. in additio. incip. olim, nam si pro 80. ex nouis vilioribus, potest haberi florenus auri,sic pro 80.ex antiquis melioribus haberi poterat,nullum adest interesse creditoris, C hoc etiam tenet dom. Socin. in eadem l cum quid. 1.conclusion.vbi dicit, quod potest solui de noua viliore, quando succesit loco antiquæ,si consuetudo ita se habeat, aliàs non.

8 Et hoc maximè procedit†quia bonitas pecuniæ secundum vsum consideratur,& magis est respectu vsus,quàm materiæ, cap.quis ignorat.cum glos. 12.quæst.4. & text.in cap.eijciens, 87.distinct.quem text.alleg.ad hoc Panorm.in dicto cap.quãto, in antepenult.colum.vers.nec ob not.Oldrad.in cons. 168. incip. ad primam,in tertio dubio. Facit cap.2. maledic. dum dicit soluendam vsualem monetam,& Clemen.fin.de decim. dum ibi dicitur ad monetam communiter currentem. & facit

l.Impe-

Digitized by Google

l. Imperatores, ff. de contrahen. empt. dum vult in rerum pretijs consuetudinem obseruari facit l. Labeo, & Sabinus, ff. de verborum significc. cum vulg.

Et secundum prædicta potest saluari opinio eorum, qui dicebant posse solui nouam pecuniam loco antiquæ subrogatam. Esto quod de antiqua non reperiatur, prout fuerunt Petr. de Bella Per. Od. & Guilicl. de Cur. quorum dicta refert Alberic. de Ros. in l. vinum, vltim. colum. ff. si certum petatur. & in dicta l. cum quid, & ibi Bal. tacito auctore postposita distinctione Bal. ibi, qui in suo confuso sermone videtur tenere quod si reperitur de antiqua, sit de illa soluendum, aliàs de noua secundum suam æstimationem, & non ad æstimationé antiquæ, & latius dicam in membro sequenti, ac in declaration. sequent.

Illud benè verum puto, quod si ex tali solutione nouorum quis verisimiliter esset damnum passurus: quia est iturus ad partes, vbi isti noui viliores minus valent, quàm hic expendãtur, possunt recusari, maximè quando certa species, & bonitas erat in obligatione, vel ex natura contractus, vt in mutuo, d. l. cum quid, & dote, dicta l. res in dotem. & nota. Salycet. in l. si quis argen. in princ. C. de donat. Panormit. in capit. quanto, in fine, de iureiuran. vel ex conuentione, quia si iuxta consuetudinem velit dare de noua viliore ex Principis mandato æquivalente, licitè poterit recusari etiam secundum consuetudinem, quæ permittit in alia materia solui pecuniam.

Nam si hoc permittitur vbi eadem est bonitas intrinseca existente forma tamen diuersa. dicta l. Paulus, ff. de solu. quanto magis hoc non licebit, vbi est diuersitas in materia. Circa quod videri possunt, quæ dicam infra eodem, in secunda limitatione, & in sequen. amplia. verf. cæterum. facit quod dixit Ioan. Andr. in addi. Specul. in titul. de solut. §. nunc aliqua in fine, in addit. incip. nota. hic vbi dicit quod obligatio conuentionalis intelligitur de moneta currente tempore obligationis, iunctis his, quæ dicet ibidem in addi. incip. olim.

Et ex his patet, quomodo possit fieri solutio debiti in antiqua moneta contracti, quando noua est vilior, aut melior, aut eiusdem cursus, & valoris de consuetudine, vel de mandato superioris, licet non sit eiusdem bonitatis, siue reperiatur de antiqua, siue non.

Nam

Nam si nouæ essent eiusdem bonitatis, ponderis, & cursus cuius antiquæ, nullum dubium, esto quod forma esset diuersa quo casu recurrendum esset ad dictam l. Paulus, ex his, quæ in seq. declar. dicentur possent hic dicta ampliari.

SVMMARIVM.

1 *Æstimatio temporis contractæ obligationis in pecunia, vt inspiciatur quomodo procedat 5.*
Pecunia reprobata non liberat.
2 *Ioan. Andreæ est sur Oldradi.*
3 *Pecunia, quæ tempore contractus in vsu erat, nunquid solui debeat si tempore solutionis abierit in desuetudinem.*
4 *Debitor morosus, de qua pecunia soluere teneatur. 6. 8.*
7 *Præfixa in modo soluendi post reprobationem pecuniæ.*
9 *Debitor non morosus nunquid liberetur soluendo de pecunia reprobata?*

SECVNDA PARTICVLA.

SEcundo prædicta conclusio, quod æstimatio temporis contractæ obligationis in pecunia inspiciatur procedit etiam si illa moneta sit reprobata, & non sit in vsu: quia præstabitur de nouæ æquiualente ad æstimationem antiquæ, & si non æquiualeret, supplendum erit in eadem bonitate, & secundum antiquæ valorem antequam reprobaretur secundum communem sententiam, quam firmat glos. in c. cum canonicis de cens. Bur. Pator. & communiter Cano. in c. quanto de iureiu. Aso. de Ros. in d. l. cum quid post Iaco. de Aret. & Dyn. & alios l. octo. per eum alleg. quos in præcedenti declaratione retulimus in prin. Et idem Alber. in l. vnum vltim. col. post Guil. de Cug. Angel. in d. l. cum quid, ff. de certum petatur, vbi Franciscus de Aret. Volentes procedere siue debitor fuerit in mora, siue non quod etiam voluerunt Iaco de Rauen. & Odoff. in leg. in minorem. C. in quibus caus. in integr. restitutio. non est necessaria quitur Andr. de Iser. in cap. 1. 5 vol. in tit. quæ sint reg. & Pet. de Anchar. in Clement. si beneficiorum. de dec. cum debeor dant.

dant.per Alex.& ſcribentes alleg.in liquidis. ff.ſi cert.pet.vbi do.præceptor meus tranſit cum hac ſententia & dom. Franc.
2 Curt. in d.l.cum quid. Et hoc facit † quia poſtquam pecunia eſt reprobata non liberat,& non eſt expendibilis, nec nomen pecuniæ habet, l.eleganter. §.qui reprobos, ff.de pig.actio, & facit tex.elegans in l.1.C.de vete.numiſ.pot.lib.11. vbi pecuniam antiquam,alias probam, ſi fuerit reprobata ratione materiæ vel formæ, poſſum licitè,& impunè recuſare, facit,quia bonitas pecuniæ ex vſu conſideratur, l.1.ff.de contrah. empt. no.Alber.in d.l.cum quid, pe.co.& Panor.& Can.in d.c.quanto, & dixi in præce.declar.circa fin.fac.quod dixit Bald. in d. cap. quanto. verſic. quæro nunquid, quod æſtimatio pecuniæ non eſt idem,quod ipſa pecunia nec adeo connexa,vt cenſeatur idem; & vnum,de quo infra dicam in quarta declaratione circa fin.Et ad id quod dixi de moneta quæ non eſt in vſu, facit quòd pulchrè conſuluit Old.in conſ.167. incip.ad primam verſi.ad tertiam vbi dicit quod ſi Papa mandaſſet ſolui 40.libras Turonenſium in patria vbi non ſunt in vſu, nec habent curſum, conſiderabitur curſus vicinæ regionis, alias autem conſiderabitur quid valeat ſimilis,& æquipollens moneta per c.olim.de cenſi.no.Ioan. in Rub.de conceſſ.præbend.circa fin. vbi more ſuo refert verba Oldr.tacito authore eſt gloſ.in terminis, in verbo, conſuetum quam ibi ſequuntur Doct.in Clement.ſi. beneficiorum, de deci. & dixit Panor.in cap.cum canonicis, de cenſi.quod licet
3 † aliqua pecunia eſſet in vſu tempore contracti debiti eſſo quod eſſet promiſſa. Si tempore ſolutionis non ſit in vſu, debet fieri ſolutio de ea, quæ eſt in vſu ad æſtimationem antiquæ, ſe quitur Ioan.de Ana. in cap. 2.in pennul.colum.de maledict.& no.Anto.de But. in d.c.cum canonicis,poſt gl.ibi.Reliqua dixi in propoſito in præceden. ampliatione, verſic. & ſi de valore. Et prædictam opinionem puto tenendam tanquam communem, & veriorem limitando, prout infra dicam, & quem vltra Legiſtas prædictos dixit Pan.in d.cap.quanto, communiter teneri à Canoniſtis, ſequitur.Bald.in l.fin.verſ.ſed pone iuro, C.de non nu.pecunia, vbi loquitur in iurante ſoluere, licet plures Doct.in hoc articulo variauerint, vt declarant Albe.de Ro.& Bal.in d.l.cum quid. & late Alexan. & ſcribentes in d.l.quod te.Vbi Bart. tenet quod poſsit ſolui de pecunia reprobata, eò quia materia

magis

magis quàm forma conſideratur, l.quæſitum,§.illud fortaſſe, ff.de leg.3. & loquitur Bartol. quando quis promiſiſſet decem libras Peruſinorum, quæ pecunia fuiſſet poſt modum per ſtatutum reprobata, & cum Bart.tranſit Pet.de Anch.in regula, peccatum, 5.opin.de reg.iur.in 6. quod etiam voluit Cy. poſt Petr.in l.minorum, C.in quibus cau in integr reſt non eſt neceſſ.& Cy.in l.cum quid, ff.ſi cert.peta.quod procedit quando debitor non fuit in mora ſecundum Pet.& Cy.in d.l.minorum & Cy.in d.l.cum quid,vbi Ro.etiam ita tenet, dicens quod ſi debitor fuit in mora, poſtquam moram fuit pecunia debita reprobata,teneturdare de noua,ſeu de alia ad antiquam eſtimationem reprobatæ † alias poteſt dare de reprobata, cum qua opinione videntur tranſire Hoſtien.Ioan.And.& Imol.in d.cap.quanto, & Imol.in l.in ratione. §.diligenter. ff.ad l.Fal. & in d.l.Paulus, & Alberi de Rom. in 1.parte ſtatuto.q.106 & Alex.in d.l.quod te.& Zaba.Petr.de Ancha.& Imol.in Clem.ſi beneficiorum.de deci.qui reſpondent ad contrariam. Quinimò plus voluit Cyn.in d.l.cum quid, quod debitor ſit liberatus tanquam ſpecies ſit peremptа per l.ſi ex legati.ff.de verb. oblig.quod non placet ſequacibus Pet. & Cyn in d.l.in minorum, vt per Alex.in d.l.quod te, & per Alb. & Bald.in d.l.cum quid, quia licet ex reprobatione forma cenſeatur extincta, tamen materia eſt in rerum natura.Et adeſt alia pecunia eiuſdem ligæ, aut illi ſubrogata, & ſi quis vellet videre opi. in d. l.cum quid, & latius Zaba.in Cle.ſi beneficiorum, 13.quæſt.de deci.vbi etiam latè per Pet.de Anch.& Io de Imol. Illa autem opinio quod reprobata pecunia,vel debitum,vel legatum pereat,reprobatur per Alb.de Ro.poſt antiquos in d.l.cum quid, & in l.vnum.vlt.colum.poſt Guid.de Cu.& per Doct.communiter, in d.l.quod te. & per Alb.de Ro. in l.2.in penult. colum. C.de iure emph.& per Doct.communiter in d.cap.quanto, & per Zaba.Pet.de Anch.& Imol.in Cle.ſi beneficiorum de dec. Et ſi quis vellet tenere hanc ſecundam opinionem aduertere habet ad practicam, quam tradit Imol.in d.cap.quanto,dum dicit ſolui de antiqua licet reprobata,ſi haberi poteſt,& ſi haberi non poteſt, ſolui debere de noua tantum quantum ex illa noua emeretur quantitas antiquæ, in quo poſſet eſſe vtilitas: quia antiqua venderetur tanquam aurum, vel argentum in maſſa conſiſtens, ſed Bal.in d.l.cum quid vult aliter, videlicet

5 licet quod † solui debeat de antiqua si reperiatur, & si non reperiatur de noua simili ad æstimationem nouæ: vel prout valet antiqua si inueniretur, & non esset reprobata, puta si grossoni Mediolani fuissent alicubi reprobati forte Venetijs, & ibi vbi sint, essent reprobati non inuenirentur fieret consideratio, quot marcellos, vel marthetos valeret similis moneta non reprobata, puta grossoni Mantuæ, qui æquiualent grossonis Mediolani, & hoc velle videtur text. in d.c.olim, & gloss. in d.c.cum canonicis. Retenta autem alia opin. quam puto tenendam, an debeat solui de noua moneta ad æstimationem antiquæ referendo ipsam æstimationem ad præsens tempus, quo fit solutio, an verò ad tempus obligationis, patet veritas ex his quæ dicam in 4. declaratione.

Cæterum aduertendum est, quia Imo. in d.l. Paulus, ff. de so- 7
lutus fuit concordare op. ponderando ex qua causa contigerit reprobatio. Dicit enim quod si reprobatio fuit causata ex eo, quia post tempus contractus pecunia tanquam minoris ponderis aut nimis erosa esset: tunc non debet esse periculum creditoris, sed debitoris etiam si debitor non fuisset in
6 mora, & idem voluit Imol. in d.c.quanto, 4. & 5. colum. per l. creditor in princ. secundum veram lecturam, quæ communiter tenetur, vt dicit ipse Imol. ff. de sol. Et ita intelligit gloss. in d.c.cum canonicis. Alias autem si fuisset reprobata ratione formæ, & non materiæ, periculum, damnum spectet ad creditorem, ita quod sufficit soluere ipsam pecuniam reprobatam motus post Host. & Ioan. Andr. in d.c.quanto, quia sicut non licet creditori soluere in alia forma, quando debitor esset damnum passurus arg. l. pen. C. de sol. & l. fi. ff. de acce. & l. fi. C. de fru. & lit. expen. & l. si cum dies, § arbiter ff. de arb. & hæc concordia fuit sumpta ex verbis Host. in d.c.quanto, quem latius refert Zaba. in d.Cle. fin. in 13. q. de deci. Cogitabam quia articulus est dubitabilis, esse distinguenda singula membra quæ in hoc passu occurrere possunt, quando enim pecunia debita non in totum, sed pro parte reprobatur, quia diminuitur in valore propter defectum bonitatis intrinsecæ, quæ aderat tempore contractus, puta quia pecunia erosa, quæ plus deinde expendebatur, fuit reducta ad minorem, & eius virtus aminanga in l. 5. dec. & procedit, quando erat erosa tempore contractus vel debiti. Quando autem tempore contractus vel 8

qua pecunia debita, puta grossoni Mediolani erat boni argenti, puta, de liga xj. denariorum cum dimidio, & post cõtractum fuit facta debilior, puta de xj. denarijs, vel circa, vt quandoque videmus,& ex hoc fuit diminuta in valore,& prò parte reprobata: & tunc est materia de qua dictum fuit in præce.decla. Quandoque autem pecunia debita in totum reprobatur,& hoc potest esse dupliciter. Nã potest quis esse debitor certe speciei monetæ fortè grossonorum Sabau. quandoque certi generis, puta,certorum florenorũ Sab. qui floreni valent xij. grossos Papæ, vel Sab. Et potest poni exemplũ. quod Mediolani, vel Venetijs talis moneta sit reprobata. Idẽ si Serenissimus Rex noster reprobasset post adeptum Ducatum Mediolani omnem monetam per Principes, qui antea illũ tenebant fabricatam, & hoc casu videtur, quod si † præcessit mora debitoris damnum sit eius, per d.l.creditor, in princ.& idem si præcessit mora creditoris, vt ibi à contrario sensu,cum concor. supra alle Non tamen per hoc dico,quod creditor cogatur recipere de tali pecunia reprobata quæ non est expendibilis, & maximè quando cursus eius est sub pœna prohibitus d. l. eleganter. §.qui reprobos, cum sit prouisum per l.Paulus l.j. ff.de sol.quod possit solui de alia simili moneta, licet diuersæ formæ, & multò magis prouidet consuetudo quæ admittit, quod possit solui de alia moneta diuersæ materiæ,& formæ proportionabiliter æquiualenti: & tunc ratio damni etiam de quo in d.l.Paulus, imputabitur morosо hoc modo, quia cum ista reprobata minus valeat, quia habetur tanquam aurum, vel argentum in massa consistens damnum expensæ, quod contingit occasione fabricaturæ alterius monetæ imputabitur morosо: nam si creditor fuerit morosus, tantò minus dabitur quantum constat expensa, & si debitor fuerit morosus dabit de simili moneta absque eo, quod habeatur ratio talis expensæ taliter, quod interesse talis expensæ ipsæ debitor morosus sustinebit, si habuerit illam pecuniam reprobatam penes se. Nam si de tali pecunia non haberet nulla est q.interesse damni, sed lucri, quia posset de illa emendo, & d ando creditori tantum lucri facere, quantum ascenderet dicta expensa, de quo interesse lucri non habetur ratio etiam in morosis, vt dicam infra, in j.limitatione.

7

8 Si autem nulla præcessisset hinc inde mora † quia antequã euenisset

euenisset dies solutionis pecunia fuisset reprobata: tunc dicit d.l.creditor, quod periculum, & damnum est creditoris si de illa habeat, vt dixi. Nam postquam est dominus pecuniæ quã debet, ad eum spectat periculum l.id quod in princ.ff.de peri. & commo.rei ven.& dict.l.quod te, & Alb. & Bald.in d.l.cum quid. Item non perijt forma: quia ius prouidet quod in alia forma possit fieri solutio d.l. Paulus, & magis prouidet consuetudo, vt dixi. Ita vt non sit disputandum, an de ipsa pecunia reprobata possit fieri solutio, & hoc modo non est distinguendum an sit reprobata; quia ære contaminatà. Nam dando de consimili secundum l. Paul. & secundum consuetudinem de alia proportionabiliter ad illam nullũ reperitur dãnum, nisi expensa quæ fit in fabricando: quod spectat debitori, vt dixi, nisi creditor dedisset causam reprobationi d.l.quid te, & d.l.creditor in prin. vel nisi in eius iniuriam facta esset, vt ibi notatur, & in Cle.si.beneficiorum, de deci. & per Io.And. & Doct.in d.c.quanto, vbi idem dicunt, si fuisset conscius fraudis. Plus arbitror quod si esset pecunia totaliter ærea, quæ esset reprobata taliter, quod in alia pecunia non reciperet functionem, damnũ spectaret ad debitorem, d.l.creditor in prin. quam multum ponderat Ro.in d.l.quod te, licet plurium Doctorum sententia d.l.quod te, sit, quod quando debitor non fuit in mora, possit soluendo de pecunia reprobata liberari,
9 est enim † inconueniens quod debitor ex beneficio donationis sibi à creditore concessæ sit à damnó immunis, & ꝙ creditor ex suo beneficio damnum sentiat, vt dixit Pan.in d.c.quãt. pen.col. Nam si debitor sine dilatione soluisset pecuniam, quæ postea fuisset reprobata creditor fortè illam expẽdisset, & nõ esset quæstio damni. In pecunia aũt depositata, in qua depositario non est data facultas illa vtendi, res est magis clara, cum deponens remaneat dominus, taliter quod damnum ad eum spectare debeat, nisi depositarius fuerit in mora. §.præterea inst quibus mod.re.contrahi.obl.l 1. ff.illud in l.si Asia, §.fin. iuncta l.quod nerua, cum ibi not. ff.depo. & infra dicam in 9. limi.circa princ. Quid autem si valor monetæ reprobatæ sciri non potest, dixi in præced.declara.& supra eo.versic.& ad id, quod nec propterea minus dicitur reprobata, quod dando illam campsoribus poterit alibi expendi per eos, vt per Alex. in d.§.qui reprobos.

SVMMARIVM.

1 *Valor, & bonitas in pecunia, vt inspiciatur ad tempus obligationis quomodo procedat.*
2 *Pecunia diminuta in estimatione reduci debet ad intellectum temporis contractus.*
3 *Valle non debet quis illud, cuius contrarium esset petiturus.*
4 *Baldi, & Antonij à Butrio distinctiones quædam in materia solutionis reprobantur.*
5 *Solutionis tempus nunquid inspiciendus in dotis restitutione.*

TERTIA PARTICVLA.

1 TErtio prædicta conclusio declaratur vt procedat, quando non est mutata præciositas pecuniæ † debitæ, nec ponderis, nec ipsa pecunia reprobata, sed tantum valor est mutatus, seu bonitas extrinseca, & debitor certæ speciei pecuniarum tenetur, vel vult de illis soluere, puta si debitor ducatorum sargorum, vel grossorum Mediolani teneatur aut velit de illis soluere: quia attendimus numerum promissum, & non curamus de augmento, vel decremento quod superuenit post contractum, Cle. 2. de decl. vbi Io. de Imo. post Zaba. & Petr. de Anch. Nam dicere potest, tibi debeo, vel promitto 10. ducatos vel 40. grossones Mediolani, ecce quod tibi tot numero do, vt declarat Bar. in l. cum quid, in vlt. col. ff. si cert. pet. vbi etiam Ang. Sal. Fulg. & Pal. de Cal. & hoc est, quod volunt Bart. & sequa. in d. l. cum quid, & idem Bart. in l. Paulus, pen. col. ff. de so. in l. res in dotem, dum dicunt, quod quando est eadem moneta in bonitate intrinseca, non est curandum de bonitate extrinseca, seu de pluri valore superueniente vel decremento valoris, nisi à tempore moræ, vt declarat And. de Iser. in tit. quę sint regalia, in prin. 8 col. vers. & sic videtur no. Bal. in l. fi. 1. co. C. cõmunia de leg per d. Cle. 2. & per l. 1. C. de vet. nu. po. li. 11.
2 & l. si quoties C. de suscep. & Arch. li. 10. dicens q. † moneta diminuta in æstimatione reduci debet ad intellectum tẽporis contractus vel obligationis: quia consensus partium secundũ illud

illud tempus conſideratur, l. cum quid, ff. ſi certum petatur, & facit, d.l. res in dotem.

Nam iſta reductio nihil aliud ſignificat, niſi quod tantum numero præſtetur de pecunia, vult Bald. in l. illud. C. de ſacroſanct. Eccleſ. in fine. notant gloſſ. & Doctor. maximè But & Panorm. in cap. conquerente, de offic. ord. & dixit Salycet. in l. final. in fin. commen. C. ſi certum petatur, quod Florentini in ſuis mercantijs venditis ad florenos ſeruant, vt attendatur valor temporis contractus tanquam de noua æſtimatione non fuerit cogitatum.

Vnde ſi quando promiſi tibi centum ducatos auri, valebat libras quatuor, & ſexdecim ſolidos Mediolani, & demum redierit ducatus ad valorem librarum quatuor, & ſolidorum duodecim, ſi dare mihi velis centum ducatos, non potero dicere me velle 400. ſolidos vltra centum ducatos, ideſt, ducatos centum, & quatuor ſolidos, & ſolidos trigintaduo Mediolani, conſiderato quod tempore promiſsionis centum ducati valebant 400. ſolidos Mediolani, ideſt, quatuor ſolidos pro ſingulo pluſquam nunc valeant, notat latè Zaba. in Clement. fin. 13. quæſt. de decim.

Et idem econtra ſi tempore promiſsionis ducatus valebat, ſolummodò libras quatuor, & duodecim ſolidos, & tempore ſolutionis valebat libras quatuor, & ſolidos ſexdecim, quia volente debitore ſoluere ducatos centum auri, nõ poterit creditor dicere quod vult conſiderari valorem temporis contractus ad ſui vtilitatem ſoluendo ſingulum ducatum ad rationem librarum quatuor, & ſolidorum duodecim.

Ita quod pro ſingulo ducato velit detrahere ſolidos quatuor. taliter quod velit dare tanto minus de centum ducatis, quantum capiunt ſolidi 400. videlicet quia velit dare ducatos 15. & ſolidos 64. Mediolani: quia † non debet velle id, cuius contrarium eſſet petiturus, argum. l. penultim. C. de ſol. not. Alberic. de Roſa. in dicta l. cum quid poſt antiquos. & Bald. in conſil. infra allegat. quia ſi non vellet debitor ſoluere maiorẽ æſtimationem, vt fuit dictum, ſed numerum pecuniæ non debet peti, vt habeatur ratio diminutionis.

Et ſi dicatur quod ſecundum primum exemplum inſpicimus valorem temporis contractus, quando auctus eſt valor pecuniæ promiſſæ poſt tempus obligationis. Et quod ſecun-

dum aliud exemplum videtur inſpici tempus ſolutionis, quãdo minutus eſt valor, & cur hoc ſit.

Reſpondeo, vt præmiſi, quòd neutro caſu valor inſpicitur, ſed tantummodò numerus pecuniæ promiſſæ per prædicta, & eſt de mente Panorm in dicto cap. quanto. poſt Odofr. in dicta l. minorum. C. in quib. cau. reſtitu. in integr. non eſt neceſſaria. Et ſi debitor velit ſoluere attenta conſuetudine de alia pecunia, vel ſi de pecunia promiſſa non reperiatur, dicam in duabus ſequent. declar. Eſt verum quòd Bald. in l. acceptam, 17. quæſt. C. de vſur. fecit quandam diſtinctionem, quam fundat ſuper æquitate dicens, quod ſi mutatio æſtimationis fuit repentina, vel præuideri non potuit, debitor non teneatur ſoluere, niſi ſecundum valorem temporis ſolutionis, quod diminutio valoris ſucceſſerit ex interuallo: tunc quia debitor expendit ſecundum valorem temporis contractus debet ſecundum illum ſoluere ne locupletetur cum aliena iactura. Pariter non eſt tenenda diſtinctio Anton. de Butr. in dicto capit. quanto. quam ibi reprobat Imol. in 5. colum. dum ipſe But. diſtinguebat, an pecuniæ valor eſſet variatus, vel minutus per ſtatutum, & non cederet damno debitoris, ſecus ſi aliter, puta per vſum expendendi.

Nam ex prædictis patet, quod hæc diſtinctio non eſt tenẽda, & maximè quia ſecundum Imol. vbi ſupra non apparet bona ratio diuerſitatis. Et ſi † auctus eſſet valor propter hoc creditor non vellet numerum minorem pecuniarum promiſſarũ, dict. l. penult. C. de ſolut. Cum ſi fieret ſolutio ſecundum æſtimationem auctam, minor numerus præſtaretur, vt ſupra deduxi, & exemplificaui. Vnde prima opinio eſt verior per fundamenta pro ea allegata, & tanquam communis eſt tenẽda, quam vltra prædicta ſequitur Bald. in conſil. 137. incip. ſuper cod. prim. volum. ſecundùm penultimam impreſsionem, & in conſil. 339. incip. in ciuitate Aſculi. alias punctus quæſtionis, 2. volum. eadem impreſsione. Imol. in dicto cap. quanto, 5. colum. de iureiuran. vbi Panorm. in penult. colum. poſt Odof. in dicta l. minorum, Ioan. de Ana. in cap. fin. penul. colum. in fine, ac maledic. Petr. de Ancha. in Clemen. final. de decim. & Franc. de Are. in l. quod te, ff. ſi certum petatur, vbi dicit eam communem, & in conſilio vndecimo, incip. procedẽdum eſt, 2. colum. vbi etiam dicit hanc opinionem communẽ,

& in

& in consil. 112. incip. consideratis post Bartol. in dicta l. res in dotem, cum qua sententia transeunt Marti. de Lau. in tracta. de monet. in 14. quæst. vers. circa quartam post princ. & not. Bartol. Socin. in dicta l. cum quid., ex quo inferunt Petr. de Anchar. & Ioan. de Ana. in locis prælleg. post Bal. in dicto consil. 339. Quod si dos † sit data in florenis aureis, & valor floreni sit variatus tempore solutionis, debeat attendi tempus solutionis respectu valoris floreni, de quo etiam per Francis. de Aret. in dicto consil. 11. & volunt ex hoc Doctor. prædicti sufficere, vt restituantur in specie tot floreni aurei secundum valorem suum, & hoc modo si erant centum floreni aurei in dotem dati, restituentur, & dabuntur totidem, quando fiet solutio, nec hoc ideò erit: quia attendi debeat magis tempus solutionis, quàm contractus, vt supra, proxim. declarat. Et ideò Aret. in dicto consilio 11. in secunda columna. Bene dixit in suo confuso sermone post Doctor. per eum alleg. & supra relatos augmentum, & diminutionem cedere ad commodum creditoris, & sufficere quod res, idest, florenorum, aut pecuniarum numerus in genere debita eadem in genere restituatur, non considerato extrinseco valore.

An autem vbi de alia fit pecuniæ solutio attenta consuetudine, Francisc. de Aret. ibi dicat. dicam infra in quinta declaratione, & prædicta procedunt, nisi debitor esset in mora, vt dicam in limitationibus in prima limitatione, & dixi supra eod. in princip.

SVMMARIVM.

1. *Pecunia, quæ tempore contractus erat, & tempore solutionis nō reperitur, quomodo refundenda. 5.*
2. *Contrahentes non censentur censisse de futura æstimatione.*
3. *Soluere intrans de certa pecunia, de qua tempore solutionis non reperiatur, est periurus si non soluit de noua ad æstimationem illius.*
4. *Solui in pecunijs sufficit in genere, nisi mora intercedat.*

Bonitas in pecunia duplex est.

QVARTA PARTICVLA.

QVarto prædicta Concluſio declaratur, † vt
1 etiam procedat, quando muratus eſt ſolũ valor pecuniarum, & de pecunia promiſſa non reperitur taliter, quod non poſsit de illa ſolui, vt quia promiſsio eſſet facta in Mocenighis, quorum loco nunc ſiunt Marcelli Venetijs, cum enim fieri debeat ſolutio de alia moneta ſubrogata, vel alia eiuſdem qualitatis, ponderis, & bonitatis, & ad æſtimationem antiquæ, & ſi non reperirentur petiæ æquales, vel æquiualentes, ſed minoris põderis, & minus valentes, ſupplendum eſſet de noua eiuſdem bonitatis vſque ad concurrentem ſummã, puta duo Marcelli parui, vel duo Mocenighi parui, loco vnius ex antiquis, vel tres Carlini Papales loco vnius groſſoni Mediolani facto iuſto calculo ſi aliqualis ſit differentia, vt ſatis amplè colligitur ex his, quæ ſupra dixi in prima declaratione, & ſequent. poſt Bartol. & Alber. in dicta l. cum quid. ac Dyn. ac ſequaces ibi per eum relatos, eo caſu habebitur conſideratio æſtimationis tempꝰis contractus, & obligationis, non autem ſolutionis vt ſic variato valore, fiat conſideratio, quid ſubrogata, vel æquiualens tempore obligationis, ſeu quid eo tempore valeret illa, quæ non reperitur, non autẽ quid valeat æquiualens, vel ſubrogata, aut quid valere poſſet antiqua tempore ſolutionis ſecundum textum, & gloſſ. in cap. cum Canonicis, & ca. olim,
2 de cenſibus, dum dicit, quod † ſi antiqua non reperitur, datur de noua ad æſtimationem antiquæ, cum qua opin. tranſeunt Bartol. & Alberic. in dicta l. cum quid, Dyn. & Iacob. de Are. ibi cum concord. ſupra alleg. in prima, & ſecunda declarat, & declarat Andr. de Iſer. in loco infra allegato. Et poteſt figurari exẽplum ſi Mocenighi valebant duodecim ſolidos, & Marcelli ſubrogati valeant 14. vel duo parui Mocenighi valeant ſeptem ſolidos pro ſingulo præſuppoſito, quod de magnis Mocenighis non reperiretur: nam fiet ſolutio ad rationem ſolidorum ſex pro Mocenigho paruo.

Nec enim contrahentes ſenſerunt de futura æſtimatione, ſed de ea, quæ tempore contractus currebat ſecundum Albe,

Digitized by Google

de Ro.post Guiliel.de Cu.in l.vinum vltim.col.ff.si cer. pet.& Old.consi.13.incip.cum quæstio.circa fin.& hoc sensit Panor. post Anton.de Butr in d.cap.quanto.in antepen.col.versi. aut non est in totum, ac post Odoffr. in l.in minorum, C.in quib. caus.in integr.resti.non est necessaria, quod pulchrè declarat Andr.de Iser.in cap.1.in prin.in 8.colum.ver.& sic videbitur, in tit.quæ sint regal.& est de mente Bald. in consil.137. incip. super eod.1.vol. secundum penultim. impresionem, imò ex quo antiqua non reperitur, vel non est in vsu mutatio eius valoris: nunc sciri non potest nec cursus, nec est nostrum illum taxare, vndè meritè fit consideratio ad valorem, & cursum temporis contractus declarando,vt supra,& dicere,quod si reperirentur, essent in eo cursu, in quo subrogati,vel simi-
3 les esset diuinare, † imò præsumptio esset quod duraret valor quousque appareret de mutatione.l.cum hic status, in princ. ff.de donat.inter vir.& vxo.l.fideicommissa.§.si rem.ff.de le.3. & cum hac sententia transit etiam Salice.in l fi.commen. C.si cer pet.dicens,quod Florentini ita seruant in suis mercantijs, & quod sit differentia quando reperitur antiqua moneta, vt consideremus tempus obligationis declarat And. de Isern.in loco prælleg. Et circa computationem, vt supra exemplificatum videatur quod in simili dicit Io.Are.in addi. Specul.in rub.de concess.præben.circa fi.iunctis his,quæ dixi in 1.decla. Et circa prædicta est animaduertendum ad id, quod voluit Bald.in l.fin.versic.sed pone iuro.C.de non nume.pecun.quod iurans soluere in termino certam pecuniam,de qua in termino non reperiatur, quia per superiorem conflata,est periurus nisi soluat æstimationem eius per cap.quanto, cum ibi not.de iureiur. & si sciri non potest æstimatio antiqua, quæ non reperitur, dixi in 1.decla. quid iuris.

Et prædictis non obstat decisio Bald. in d.l.cum quid, circa
4 fin. comment. dum vult quod † si non reperitur de pecunia temporis obligationis possit solui de noua referendo æstimationem nouæ ad tempus petitionis seu solutionis, non autem ad tempus obligationis: quia illa sua decisio non potest sustineri per prædicta, nec alleg.Bald.aliqua iura probantia suam opinionem, licet D.Cornæus in consi.321.incip.de pluribus, vlt.col.3.vol.saluando Bal. conciuem suum dicat, quod decisio.Bald.debeat intelligi, quando valor monetæ augetur, vel

minui-

minuitur ex mutatione bonitatis intrinsecę, vt quia patria sit exhausta auro, vel simili ex causa, quod replicat ipse Cornęus consi. 181. incip. visis nonnullis, in 27. col. versic. restat. 2. volu. Nec obstat, l. vinum. & d. l. cum quid, ff. si cer. pet. dum ibi dicitur, quod nisi mora interueniat, sufficit aliquid reddi idem in genere, & bonitate non considerato extrinseco valore, quia vt not. per glo. & Doct. in d. l. cum quid, & Bart. in l. Paulus, & Panor. ac Can. in d. c. quanto, de iureiur. in pecunijs duplex est
5 bonitas intrinseca, quæ est preciositas, & pondus metalli, † & de ista loquitur, l. vinum, & extrinseca, quæ est valor qui in alijs rebus ante moram non curatur, vt ibi, sed valor in pecunijs non tantùm materia consideratur, vt not. per Bald. in l. quod te, vbi etiam alij. ff. si cert. pet. not. Panor. post alios in d. c. quanto, de iureiu. pen. col. cum concor. adductis supra in. 1. declar. per Bald. in d. cap. quanto, in aposti. ad tex. ibi falsa, & c. de iureiur. in penul. colum. cum concord. adductis supra in 1. decla. licet secundum eum ibidem in ver. quæro nunquid æstimatio & c. pecunię æstimatio non sit idem quod ipsa pecunia, nec adeo connexa, vt censeatur vnum, & idem not. per glo. & Doct. in d. l. cum quid.

SVMMARIVM.

1 *Solutio ad tempus contracti debiti qualiter procedat, 3.*
2 *Pecunię vsus, quando inspiciendus.*
3 *Creditor nunquid pati debeat interesse augmenti in pecunia.*
4 *Soluens valorem aureorum relictorum in testamento secundum tempus solutionis soluere debet.*
5 *Bartolus calumnia defensus in l. cum aurum, ff. de auro, & argento legato.*

QVINTA PARTICVLA.

VIntò prædicta conclusio maximè procedit, quando mutatus est tantum valor, & de pecunia promissa reperitur, sed debitor vult soluere de alia pecunia, quàm promissa, siue velit soluere de consimili pondere, & materia, & diuersa tantum in forma, iuxta l.
1 Paulus, ff. de solut. † puta si debitor ducatorum Mediolani velit sol-

lit ſoluere de Venetis, ſiue velit ſoluere ſecundum conſuetudinem, quæ hoc permittit de vna materia pro alia, puta pecuniam argenteam pro aurea; & econtra, pecuniam ære contaminatam pro non contaminata, nam debet attendi valor pecuniæ promiſſæ, vel debitæ ſecundum tempus contractus ſecundum Bald. in dicta l. cum quid, ff. ſi certum petatur, vlt. colum. dum vult, quod vbi pecunia promiſſa, vel debita reperitur, ſit de ea facienda ſolutio, vſque ad concurrentem numerum, vt dixi in tertia declaratione non curando de incremento, vel decremento, vt ibi dixi, ſi enim non curatur valor, ſed numerus in pecunia promiſſa.

Idem eſt, ſi de alia detur, vt non curetur crementum, vel decrementum promiſſæ, & quæ loco promiſſæ detur quaſi ſit neceſſe dare de alia quę tępore cõtractus potuiſſet ęquiualerę pecuniæ promiſſæ, & hoc vult Anton. de Butr. clarius in cap. olim, in pen. notabili, de cenſibus, cum concord. adductis in prima declaratione. Et hoc clarè exemplificat Oldrad. in conſil. 13. incip. cum quæſtio, vbi conſuluit quod debitor Turonẽſium paruorum reſpectiuè ad groſſos, qui groſsi valebãt 15. vel 16. ex paruis ſi contingat groſſos tempore ſuæ ſolutionis nõ valere, niſi quatuordecim ex paruis, & velit ſoluere d groſſis, poterit ſoluere ad rationem, & æſtimationem 15. vel 16. & ſic ſecundum tempus obligationis, & ſic erat debitor paruorum tot, qui tempore obligationis valebant triginta ex groſſis, videlicet de 350. dando 30. ex groſsis eſſet liberatus, qui ſi daret ad æſtimationem de 14. ſecundum tempus ſolutionis neceſſe haberet dare 32. & ſic debitor groſſonorum Mediolani, vel ſolidorum paruorum Mediolani reſpectiuè ad groſſonos tempore quo groſſonus valebat 23. ſolid. cum dimidio ſi ſoluat in groſſonis, tempore quo groſſonus ſit reductus ad 22. ſolidos cum dimidio, debet ſoluere groſſonos ſecundum tempus obligationis.

Idem ſi ſoluat in ſolidis: quia debet ſoluere tot ſolidos numero, quot valebant groſſoni tempore obligationis, & ſecundum hoc erit vtilitas ſoluere in moneta groſſa, nam plures petias pecuniæ non præſtabit, ſecus ſi ſoluat in minuta, & pro hac parte facit, quod dixit Panor. in cap. quanto, penult. col. 2 quod † cum bonitas pecuniæ ſit reſpectu vſus debeat haberi reſpectus ad bonitatem vſus, vt probaui in prima declaratione,

ne,ideſt ad æſtimationem temporis obligationis, l. cum quid ff. ſi certum petatur.

Item iſte creditor aliàs ex ſuo beneficio damnum cõſequeretur: quod eſſet abſurdum, facit clarius, quia ex quo conſuetudo permittit de vna materia pecuniarum, licet diuerſa pro alia ſolui debitor certæ ſpeciei, puta ducatorum, reducitur ad terminos eius, qui eſt debitor pecuniæ in genere, puta centum librarum, quo caſu ſolutio fieri debet ſecundum æſtimationem temporis contractus, vt dicam in ſequen. concluſ. & ita tranſit Maria conſi. 6. volens quod valor ducatorum relictorum in teſtamento ſolui poſsit ad rationem tot Bagatinorum, puta 48. quot valebant tempore relicti, ſeu mortis teſtatoris, licet tempore ſolutionis ducatus valeat plures Bagatinos.

Contrarium videtur voluiſſe Barto. in l. certum, ff. de aur & arg. leg. & in l. Paulus, in fin. ff. de ſol. vbi voluit attenta con-
3 ſuetudine, † quæ permittit ſolui de vna pecunia pro alia, etiã ſi ſit diuerſæ materiæ, attendi debere æſtimationem illius pecuniæ, pro qua alia ſoluitur ſecundum tempus ſolutionis, vt ſic debitor centum librarum monetæ argenteæ tempore quo centum libræ valebant 25. ducat. videlicet 3. libr̃ vnum ducatum auri, ſi velit ſoluere in ducatis auri, & tempore ſolutionis ducatus valeat 4. libras cum dimidia liberetur dando 22. ducat. & vnam libram qui tempore ſolutionis valeat cent. libras, & ſic creditor minus habebit, & ex dilatione ſentiet intereſſe lucri, nam ſi tempore obligationis hãbuiſſet 25. duca. tempore ſolutionis valuiſſent centum, & 12. libras cum dimidia, vt in ſimili declarat Barto. in l. nummis, in fin. commen. ff. de in litem. iuran. Idem eſt econtra, ſecundum Bart. vbi ſuprã videlicet in d. l. cum certum: ſi debitor centum lib. in ducatis tempore quo c. lib. valebant 25. ducat. velit ſoluere in monetã: quia conſiderabitur valor monetæ, & ducati etiam ſecundum tempus ſolutionis, puta ſi velit dare de groſſonis Mediolani, qui modo valent 23. ſolidos cum dimidio, cùm tempore promiſsionis non valerent, niſi 20. & vnam libram, & ſic erant c. groſſoni, nam ſufficiet ſoluere tot groſſonos ad ęſtimationem temporis præſentis, & ſolutionis, qui faciant c. lib. hoc eſt 84. groſſonos, & ſolidos 16. & hoc præſupponendo quod ſolidi per quos groſſonus, & libræ æſtimantur, non ſint in pondere,

& ma-

& materia debiliores, tunc enim esset magis quam in 1. decla. examinatur.

Et secundum istam considerationem, vt dixi, creditor patietur interesse augmenti, & lucri, de quo non est curandum
4 secundum aliquos, vt dicam infra, in 1. & 2. limi. † etiam patietur interesse decrementi ac damni taliter quod debitor potest esse in lucro, & non in damno, prout declarat Franc. de Arec. in consil. 11. incip. procedendum 2. col. dicens quod si dos constituit in solidis valuentibus forte mille, & attenta consuetudine fiat solutio in florenis auri, sufficit quod floreni præstentur secundum valorem temporis solutionis, qualmuis minor numerus, & summa florenorum præstetur loco illorum solidorum, quam valerent illi solidi tempore dotis datæ, nec secundum Arec. videtur obstare, quando solutio fit in eadem pecunia, augmentum, & diminutio sint ad commodum, & incommodum creditoris, vt dixi in tertia declaratione, & quod hoc casu augmentum cedet in beneficium debitoris, & decrementum in damnum creditoris, vt prædixi, quia secundum eum in his, quæ sunt debita in genere sufficit, vt eadem res possit reddi non attenta mutatione valoris extrinseci, dict. l. cum quid, & l. vinum, ff. si certum petatur. licet Maria in consilio 6. incip. prædicta consultatio, tenuerit contrarium, videlicet esse attendendum, quot bagatinos valebat duc. tempore obligationis, vnde secundum Fran. de Arec. vbi supra ista
5 regula procedit in vtroque istorum casuum, † taliter quod non sit quærendum ad eius commodum, vel incommodum cedat variatio, sed hoc solum, an verum sit, quod sint soluti mille solidi in solidis, vel in alia pecunia, quæ valeat mille solidos, & ex qua mille solidi haberi possent, licet ipse Fr. n. de Arec. ita clarè non loquatur, est etiam differentia, quando pecunia promissa reperitur, & quis velit de alia soluere, quæ valeat promissam, & quando non reperitur.

Nam primo casu, ideò inspicitur valor pecuniæ, quæ soluitur secundum tempus solutionis: quia illa æquipollet & æquipollet promissæ, ar. l. Paulus, & perinde est, ac si promissa daretur, poterit enim ex illa de promissa haberi, & si promissa haberetur plus non valeret, & sic dici potest, vbi de promissa non inuenit: quia tunc sic extincta pariter eius cursus est extinctus taliter, quod eius valor æstimari nō potest de præsenti.

Ideò

Ideò inſpicitur valor ſecũdum tempus contractus, vt in præced. declar. & hoc videtur de mente Bald. in l. ſi quis argẽtum, in princ. C. de dona. Et cum iſta opin. tranſit Bened. Capr. conſil. 29. incip. cum viſo 2. col. 2 dubio volens, quod ille, qui ſoluit valorem florenorum aureorum relictorum in teſtamento debeat ſoluere ſecundum tempus ſolutionis.

In hoc paſſu puto faciendam duplicem conſiderationem, prima eſt de valore pecuniæ, q æ eſt in obligatione, ſeu promiſſa, & tunc eius æſtimatio eſt commenſuranda ad tempus promiſsionis facta tali conſideratione, quod illa ſumma pecuniæ promiſſæ præſtetur, & hoc eſt, quod voluit Franc de Aret. in conſil. præalleg. poſt Bartol. in dicta l. res in dotem, ff. de iu. do. atteſtando communem opinionem ita eſſe. & ita procedit prima opin. & hoc apertè declarat Bald. in l. ſi quis argentum, in princ. ver. quærit, gloſſ. C. de dona. dicens, quod ita conſuluit in vrbano attento, quod forma promiſſa poteſt præſtari, & loquitur etiam de dote, ſequitur clarius idẽ Bald.
6 in dicto ca. quanto, verſ. extra quæro. † vbi dixit quod ſi promiſi tibi mille lib. Imperialium in groſsis, quod Imperiales ſunt in obligatione: & groſsi in facultate ſoluendi, & quod ſi contingat groſſum, qui tempore promiſsionis valebat 24. Imperiales tempore ſolutionis valere ſolum 18. debeat tantum ſolui de groſsis, vel alia moneta, qui, & quæ comprehẽdant toti Imperiales quot fuerunt in obligatione, vel promiſſione, & idem ſi groſsi valor augeatur, vt ibi per eum: quia ſufficiet dare, qui comprehendant tot Imperiales, quot ſunt in promiſsione, & iſtud etiam patet ex exemplo tradito per Oldrad in conſil. 13. ſupra, pro hac prima opin. alleg. & ab hac opinio. non diſcrepat Bartol. in dicta l. cum aurum, dum dicit, quod ſi centum libræ monetæ ſunt in obligatione, attento, quod de conſuetudine poteſt ſolui aurum pro moneta, & è contra poterit, quis ſoluere libras in ducatis æſtimando ducatorum valorem temporis ſolutionis non contractus: nec enim vult, quod propterea minus de centum libris præſtetur aut plus, licet velit fieri ſolutionem ducatorum ſecundum veritatem valoris eorum. Secunda conſideratio eſt circa valorẽ pecuniæ, quæ eſt in facultate ſoluendi, & non in obligatione, præcisè, vel promiſsione, & iſta debeat ſolui ſecundum curſũ, & valorem ſuum proprium temporis ſolutionis.

Nam

Digitized by Google

Nam ſi debeo tibi ſolidos mille, & velim ſoluere in groſſonis Mediolàni, quorum valor ſit variatus a tempore promiſſionis, nihil ad te ſi dem plures, vel minus de groſſonis, dummodo tibi tot dem, qui comprehendant numerum ſolidorum promiſſorum eiuſdem ligæ, & bonitatis,& hoc eſt,quòd vult text in dicta l.cum aurum poſt gloſſ. ibi, & quod voluit Bart. & d.l.res in dotem. & Bald.in dicto cap.quanto, & d.verſ. extra quæro.& in conſil.424.incip.quia obligationes,& 339.incip.punctus quæſtionis, 2.volum.vbi pulcherrimè loquitur,& Franc.de Aret.in dicto conſil.11.vbi dicit quod hæc eſt communis opinio.Nam dicere quod ex mille ſolidis potuiſſem tẽpore contractus habere plures groſſonos,vel ex cap.libris plures groſſonos, vel ex c. libris plures ducatos,quam nunc dentur,prout dicit Bar.in l.nummis,in fin. eſt intereſſe lucratiuũ, quod non habetur in conſideratione,niſi in moroſis, l.vinum & ibi not.maximè per Guil.de Cug.& Alber.de Rõſ. ff.ſi certũ petatur,& dicam infra in prima limitatione.

Et prædicta procedunt ſiue illa pecunia,quæ eſt in facultate ſoluendi, ita ſit ex conſuetudine ſecundum Bart. in dict. l.cum aurum,& Franc.de Are. in dicto conſil.11. cum concor. ſiue ex conuentione ſecundum Bartol.in dicta l.Paulus,in vltimis verbis,Bald.in dicto cap.quanto,verſ.extra quæro.& Frã. de Are. vbi ſupra idem ſi ex laudo ſecundum Oldrad. in dict. conſil.13.

Item prædicta procedunt, niſi quando pecunia, de qua in obligatione, vel ſolutione fuit æſtimata certa æſtimatione, prout dicetur infra in 8.& 9.limit.

SVMMARIVM.

1 *Debitor pecuniæ in genere, & indifferenter ſoluere volens,an debeat inſpicere valorem pecuniæ ſecundum tempus obligationis.*
2 *Aequiualentia nouæ monetæ, quæ loco antiquæ præſtatur quomodo commenſuretur.6.*
3 *Pecunia reddi in eodem pondere, quando ſufficiat.*
4 *Mutatio curſus monetæ in obligato ex contractu non imputatur debitori, niſi poſt moram.*
5 *Bonitas in moneta quomodo veniat conſideranda.*
6 *Moneta variatio in bonitate intrinſeca qualiter intuẽda in ſolutione*
7 *Valor pecuniæ incertus quo comenſurãdus cũ valore alterius certo.*

SEXTA

SEXTA PARTICVLA.

Extò quia præcedentes declarationes loquuntur vbi certa ſpecies pecuniæ fuit promiſſa, dicendum eſt, quod prædicta concluſio quod inſpiciatur valor pecuniæ ſecundum tempus obligationis, vel diſpoſitionis † procedat etiam in eo qui eſt debitor pecuniæ in genere & indifferenter, puta in eo qui promiſit centum florenos Sabaudiæ ſecundum vſum huius patriæ cum nulla petita pecuniæ inueniatur quæ ita vocetur, videlicet florenus Sabaudiæ, & qualiſcunque ſit valor pecuniæ, ac ſiue augeatur, ſiue minuatur, ſemper talis florenus Sab. valet groſſos 12. Papæ, vel Sabaudiæ de quibus groſſis etiam non reperitur, ſed ſumuntur ad rationem quarto in quatuor paruorum pro ſingulo groſſo, ſiue tales quarti ſint melioris ſiue debilioris metalli, vel talis florenus Sabaudiæ valet ſecundum vſum noſtrum tantundem currentis monetæ talib. groſſis æquipollentis, ſito quod valor mutetur in monetis. Idē eſt inpromittēte libras in hac patria Aſtenſi, in qua libra valet ſolidos 20. de quibus ſolidis etiam non reperitur, & vbi tales ſolidi reperiuntur, vt in ducatu Mediolani libra valet ſemper 20. ſolidos, hoc eſt, ſiue fiant ſolidi meliores ſiue deteriores, & nulla petita pecuniæ reperitur, quæ ſit, vel vocetur libra. Et eadem de florenis Mediolani, qui valent ſemper 32. ſolidos, ſiue fiant meliores, ſiue deteriores, cum nulla petita mo-
1 netæ reperiatur quæ ſit talis florenus. † Vndè promittente tales florenos, vel libras quę ſe habent tam ad meliorem monetam quam ad debiliorem promiſcuè, & indifferenter nihilominus attendi debet valor pecuniæ ſecundum tempus obligationis, hoc eſt, de 20. ſolidis ita bonis ſicut erat tempore
2 obligationis, ac dè quartis vel aliâ moneta conficiente ſecundum illud tempus obligationis libram vel talem florenum Sabaudiæ ſic ita tenuit Azo in brocardis in Rub eadem moneta vel menſura debetur, quæ erat tempore contractus, quem refert, & ſequitur Ioannes Andreas ſpecialiter de ſolidis nunc alia
3 quæ in fine addi incip. ex contractu, vbi etiam ita tranſit Bal.
4 in addi. incip. nota hic, &c. vide Bart. ibi, & reſumatur, & de iu-
5
6
7

re dot.

re.dot.& latè probatur, ac patet ex his,quæ dicta ſunt ſupra eo.1.declarat.poſt Alber.de Ro.& communiter Doctor.in d.l. cum quid, cum concord.ibi adductis. dum dixi quod de antiqua moneta eſt facienda ſolutio, vel de noua ad æſtimationẽ antiquæ, vult etiam Old.in d.conſi.31.incip.quidam condens in fin.dum loquitur de eo qui erat ſimpliciter debitor 200.libr.& concludit intelligi de libris ſecundum antiquam monetam temporis obligationis, not.Ro.in conſil.123. incip. circa primum: dum facit differentiam inter debitum librarũ ex cõtractu, & ex ſtatuto.facit q̃ dixit Bal.poſt gl.in c.conquerente in fi.commen.de Offi.ord. volens q̃ qñ ſolutio eſt facienda ex
3 veteri impoſitione † eſt facienda ad veteres denarios ſeu ad antiquam pecuniam,& qñ ex noua impoſitione ad nouos denarios eſt facienda ſolutio ac ad nouã monetam,& loquitur Bal. in Cathedratico,& ſynodatico,& generaliter in his,quæ poſſunt ex antiqua, & noua impoſitione deberi.

Et prædicta procedunt facta mutatione bonitatis intrinſecæ: vt debeant dari tot libræ floreni Mediolani, vel Sabau. quot fuerunt in obligatione, & de illa moneta quæ currebat tempore obligationis vel tantundẽ de noua illi antiquę æquialenti per prædicta,iunctis his,quæ dicta ſunt in 1.decl.& eſt de mente Io.And.in d.c.quanto.ver.quærit.autem:vbi vult qd ſi libra ex mutatione pecuniæ ſit mutata de duob.ſolidis, ſufficiat quod reddatur pecunia in eodem pondere, & genere: licet quoad curſum ſit diminuta,vel variata in tantum,quod attendatur tempus obligationis ſiue aucta pecunia, ſiue diminuta in bonitate intrinſeca, & conſequenter valor dicti tẽporis quando ſucceſsit variatio in bonitate intrinſeca.

Vbi autem interueniſſet ſolum mutatio bonitatis extrinſecæ, vt quia remanente eadem liga: & pondere auri, & argenti in monetis mutatus eſſet valor non procederet hec concluſio quia attenderetur valor, ſecundum tempus ſolutionis ſecundum communem opin.Doc.quia in his quę debentur in genere, vt in debitore librarum florenorum Mediolani,& florenorum Sab.de quib.ſupra.& conſimilium regula eſt,quòd variatio valoris extrinſeci inſpicitur tempore ſolutionis, & eadem res debet reddi in genere non attenta variatione valoris extrinſeci ſiue iſta varietas tendat ad commodum debitoris ſiue creditoris:vt patet in l.cum quid,& in l.vinum, ff.ſi cer.pe.vbi

Doc.communiter ita transeunt in isto proposito monetarum & maximè Bar.in d.l.cum quid.in fi.commen.& alij scribentes & sequitur Zaba.in Cle.si beneficior. in 14.q.de deci. vbi alle, concor.& relatis diuersis opin.residet in ista opin.concludens
4 quod † mutatio cursus monetæ in obligato ex contractu non imputatur debitori nisi post moram, sequitur Pet.de Anch.in d.Cle.si beneficior.2.col.2.casu.post Bal.cons.399.incip.in ciuitate Asculi.2.vol.secundum pe.impressio. & nota. Franc.de Are.in cons.11 precedendum 2.col.dicens quod hæc est communis opi.dicens etiam quod valor pecuniæ quæ est in facultate soluendi attendi debet secundum tempus solutionis, per l.si stipulatus sim decem in melle,ff.de so.& notatur per Bar.in l.Paulus.in fi.commen.ff.eo.tit.ita quod si pecunia minuta esset in obligatione, & grossa in facultate soluendi ad videndũ quo valore debeat solui pecunia grossa, debeat inspici tempus solutionis ad idem adducit Franc.de Arc.quod in proposito dotis dixit Bar.in d.l.res in dotem.ff.de iure dot.quamuis Mari.in cons.6.aliter sentiat,& malè quo ad hoc:quia decisione s: & iura super quibus, se fundat, loquuntur secura mutatione intrinsecę bonitatis:ex qua causata fuit mutatio extrinsecæ bonitatis,& faciunt quę dicentur infra eo.8.limitatione.

5 Sed tunc solet dubitari quid erit, si † monetæ sint pro parte seu aliquæ mutatæ in bonitate intrinseca: vt quia fiat aliqua moneta magis erosa, quàm prius esset, & aliquæ sint mutatæ in bonitate extrinseca remanente eadem bonitate intrinseca, hoc est, eadem liga, & eodem pondere: puta quia mutati sint Caualoti in liga, & pondere, & consimilis parua moneta,& grossoni ac aurei non sint mutati in liga,& pondere, sed tantùm in valore, taliter quòd valeant plures solidos, vel libras aut grossos,quàm prius valerent:an poterit debitor soluere libras in Caualotis nouis deterioribus maximè ad estimationem temporis solutionis: est certum ex prædictis,quòd non: quia non licet de deteriore moneta in bonitate intrinseca soluere.

Sed maius dubium est,an debitor possit soluere de antiqua moneta currente tempore contractus quæ nunc plus valet computatis libris debitis ad valorem,qui nunc currit,& idem de florenis Mediolani, vel Sabaudiæ, vt quia debitor 34.libra.tempore quo ducatus valebat quatuor libras tantum,ve-

l.t

lit soluere nunc in ducatis ad rationem librarum 5. quas nũc valet ducatus, consului, & obtinui quòd non, sed quod debeant solui libræ in tali antiqua moneta ad æstimationem temporis contractus: eò quia valor antiquæ monetæ non mutatæ in bonitate intrinseca auctus fuit propter deteriorationem minoris monetæ magis erosæ, seu magis ære contáminatæ, cùm deterioratio minoris pecuniæ sit causa augendi valorem extrinsecum maioris pecuniæ, vel melioris, vt per Bar. in d.l.Paulus, penult.colum. ff.de solu. & in l.in nummis, ff.de
6 in lit.iur. † & sic in consequentiam subest mutatio in bonitate intrinseca, & tunc cessat ratio, quod libræ in genere eandem respiciant functionem, ita dando de vna moneta sicut de alia per not.in proposito in d.l.cum quid, quia considerato genere successit variatio in bonitate intrinseca, & mutatio in materia, quo casu attenditur tempus contractus, vt per Doct.in locis prædictis, & Bar.in d.l res in dotem. & ita tenet Calca.consil.14. pen.col. & fi. & est de mente Mari.d.consil.6. & Benedicti Capræ consi.29.incip.cum viso 2.col.2.dubio, & ita distinguit etiam Cornius consi.321.incip.de pluribus, vlt. col.3.vol.& consi.181.incip.visis 27.col.ver.restat.2.volum.& Franc.de Are.d.cons.112dum ponderat solam variationem in bonitate extrinseca etiam hoc sentit, & rectè intuenti hoc volunt Zaba.in d.Cle.si beneficiorum, in 13.q.ac etiam Petr. de Anch.in 2.col.& aperte Old.in d.consi.31.& Ro.in d.consi.123. inci.circa primum, & Bald.in d.c.quanto, loco prælleg. & in addi.Spec.in titu.de fol.§ nunc aliqua in fi.in addi.inci.no.hic cum concor. in prin. huius conclusionis adductis iunctis his, quæ dixi in 1.decla. huius conclu. & quæ dicam infr.8.limi.3. quæst. Et ita sæpè consului, & obtinui.

7 Quomodo autem commensuretur † æquiualentia alterius monetæ, quæ loco antiquæ præstatur declaratum fuit supra in præced.decl.scilicet in 5.videlicet secundum tempus solutionis per l.certum, per illum text.cum gl.ibi notatis per Bal. ff.de aur.& arg.leg.cum concor.ibi alle.videlicet dando tantũ de alia quæ tempore solutionis æquiualeat antiquæ si de antiqua daretur, vt ibi dixi, & ita est intelligendũ quod dixit Ang. in l.fi.C.de vet.nu.po.li.11.dũ dicit, q in dubio potest quis soluere de moneta aurea, vel argentea aut minuta currente tempore solutionis iuxta Cle.præalle.videlicet fin.de deci.& nota

per Bar.in l,quæ extrinsecus, ff.de verb.oblig.Et ad commensurandum valorem pecuniæ qui sit incertus cum valore alterius pecuniæ qui sit certus ponit exemplum Ioã.And.in addi. Specin rub.de concess.preb.circa fi.dixi aliquid supra hac eadem concl.in 3.decl.Et prædicta procedunt nisi dicatur quod fieri debeat solutio librarum florenorum Mediolani aut Sabaudiæ de moneta currente tempore solutionis per ea,quę dicentur infra ea concl.3.limi.maximè in 3.q.in fi.cum seq.quęstio, vbi materia ista plenius examinabitur.

SVMMARIVM.

1 *Canon emphyteusis ad quam pecuniæ æstimationem soluendus.*
2 *Solidi nuui ad æstimationem antiquorum reducendi.*
3 *Dies in vsufructu anuuo,& alimentorum cedit in princ, cuiuslibet anni.*
4 *Annua pecuniæ præstatio p Principē quo pacto solutionē cōsideret.*
5 *Salaria de publico deputata de qua pecunia soluenda.*

SEPTIMA PARTICVLA.

1 Septimò prædicta conclusio procedit etiam si obligatio habeat tractum in futurum, vt est obligatio pecuniaria annua, vel vbi singulis aut certis annis præstanda est certa quantitas pecuniarum,quia attendimus valorem temporis contractæ à principio obligationis, licet singuli anni propriam habeant solutionem:vt patet in censu vel emphyteusi,& eius canone c.olim,& c.cū canonicis,de cens.vbi census singulo anno debitus dēt solui de antiqua moneta,vel de noua ad ęstimationē antiquæ,& hoc procedit nō obstante q in his,q̄ habēt tractū in futurū futura debeantur,& veniant futura augmēta vel futurū rēpus inspiciatur,vt per Bal.in l.si ita cū concor. ff.de au. & arg.le.Et dixi latè supra in 15.conc.& seq.quia illud procedit quo ad corpora videlicet quantum sit venditum vel legatum,vel in pecunijs quantam summam quis promiserit,puta 10.duca vel 20.lib.nō autē quantū ad valorē rerū,vel ducatorum:quia illæ commensurantur secundum tempus obligationis iuribus prædictis, & l.cum quid iunctis notatis, in l.vtrū, ff.si cer.

ff.si certum petatur, & patet in l.res in dotem, vbi Bartol.ff.de iur.do.cum concor.quæ adduxi in prima, tertia, quarta, & 5. declaratione.

Et de hoc est gloss.in cap.conquerente, in verbo solidos, de offic.ord. quæ loquitur de solidis duobus, qui præstantur singulis annis Episcopo pro synodicato, seu cathedratico: prout et
2 dicitur in cap.olim. † Nam de antiquis intelligi debet, vel de nouis ad æstimationem antiquorum.

Et cum hac opin. transit Host in summa, in tit.de censib.§. ex quibus, vet.quid ergo si rei mondini. & Alber.de Rosa.in l. cum quid, ff.si certum petatur, & in l.2.penult.colum. C.de iu emphyt. dum se remittit ad prædicta, vt refert Dyn. qui in Canone emphyteutico tenuit inspiciendum tempus contractus. Et in proposito isto latè consuluit Panorm.in consil. 56. incip. quod solutio, n. volum facit, quod consuluit Oldr.in cõsil. 250. incip. factum tale est, vbi consuluit, quod si ex declaratione Pontificis vnum monasterium teneatur alteri ad annuã pensionem, intelligitur de pecunia secundum tempus ordinationis. Sequitur Franc.de Are.in consil.incip. 12. considerantis, vbi breuiter, & fundamentaliter loquitur more suo.

2 Hinc bene dixit Bald.in cap.quanto, vltim.colum. versicul. quæro quod in annua de iureiuran. quod si dos in pecunia annua promittatur, puta in mille lib. præstandis in annis 10. dando centum pro singulo anno, vel si alicui fiat annuum in pecunia, legatum quantum ad obligationem ipsam in genere formatam, inspicitur principium, & valor pecuniæ secundum
3 illud tempus, quia vna est obligatio pro omni tempore, licet quantum ad obligationem secundam inspiciatur principium cuiuslibet anni, ff. Stichum, § stipulatio, de verborum oblig. taliter quod semel cedit dies pro omni tempore, & reliqua non habet secundum omnes, si in vsufructu annuo, & alimentis, quia in eis cedit dies in principio cuiuslibet anni, & non simul, & semel adeo quotquot sunt anni, tot sunt obligationes l.1. in fin. C. quando dies cedit & habent per Bart.in l. Titia in annos, & in l. Falcid. & per Bald. & Doctor. in l. in annalibus. Cod. legat.

Vltimo vt in omni obligatione, seu legato, & dote vt supra, semper solutio ad originem se refert secundum
2 Bald.in dicto cap. quanto, quia inde sumit vniformem certi-

& inuariabilem formam: & subdit ibi Bald. quod hæc colligi
tur ex quæst. Butr. in quæst. veterum Pisanorum, quam exami
nat Signor. in suis consilijs, num. 74. incip. quæstio talis propo
nitur quidam colonus. Et dicebat iuxta prædicta, Bal. in cap.
ex conquestione de off. ord. quod si noua impositio concurrat
cum antiqua, solutio antiquæ fiet secundum antiquam mone
tam, & noua secundum nouam.

Prædicta temperant Anton. de Butr. & Panorm. in c. quan-
to, vbi Panorm. in vltim. colum. de iureiurand. vt non proce-
4 dant † in Principe ex gratia concedente alicui aliquam annuã
præstationem pecuniæ: quando Princeps ignoraret valorem
pecuniæ: quia si mutetur qualitas pecuniæ, intelligetur de mo
neta currente tempore cuiuslibet solutionis per Clemen. si be
neficiorum, cum gloss. & nota. ibi per Guil. de Monte Lau. de
decimis, quam ita intelligunt, secus quando sciebat qualita-
tem, & valorem pecuniæ promissæ, vel currentis tẽpore pro-
missionis, dict. cap. olim, secundum eos.

Item prædicta intelligenda sunt, nisi in casibus, in quibus
ius vult solui secundum monetam currentem tempore solu-
tionis limitando, vt in casu dict. Clem. si beneficio. de decim.
secundum intellectum aliquorum ibi, licet Panorm. & plures
alij, in cap. quanto, in vltim. colum. de iureiuran. aliter dicãt.
Item prædicta limitantur secundum Spec. in tit. de solu. §. nũc
aliqua, in fine, vt non procedat in salarijs de publico debitis:
prout est si cõmunitas sit obligata dare potestatibus, vel alijs
personis salarium v. num. puta librarum mille, quia fiet solu-
tio secundum cursum monetæ temporis, quo debebitur sala- 3
rium. Sequuntur Zaba. Pet. de Anchar. & Ioan. de Imol. in Cle
men. si beneficiorum, alias si post plures alios Doctor. per eos
relatos de decim.

Et facit ad hoc ille text. sed melius facit, quia hoc casu obli
gatio non contrahitur, nisi cum quolibet potestate: quo casu
credo attendi valorem monetæ tempore, quo quilibet pote-
stas conducitur, & ingreditur officium, nisi consuetudo ali-
ter se haberet, vt tempus solutionis foret attendendum, quia
potest esse variatio valoris intra tempus ingressus, & solutio-
nis, & ita tenet Bald. in consil. 132. incip. super eodem 1. volu.
5 secundum penult. impres. † vbi loquitur in salario potestatis
Albæ dominationis Montisferrati, in qua Ciuitate didici ma-

ximam

ximam partem eorum, quæ sciui, quando exiui scholas Grãmaticales, & ingressus fui scholas Legales. Idem tenet Pet. de Anchar in dicta Clem. si beneficiorum, vltim. col. motus, quia eadem est ratio, quæ in alia obligatione, l. omnem, ff. de iudic. de qua materia dicam infra 17. declarat. dum tangam de obligatione, quæ ex Statuto descendit, an in ea inspiciatur valor secundum tempus statuti.

Quid autem sit in contractu conditionali, an inspiciatur valor, & qualitas pecuniæ secundum tempus contractus dicã in seq. declar. vbi dicam de obligat. in diem concepta. Reliqua autem dicam infra in 6. limitatione.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio conditionalis pecuniæ, ad quam æstimationem referenda.*
2 *Relictum annuum in vltimis voluntatibus est conditionale.*
3 *Solutionis tempus in vltimis voluntatibus inspicitur.*
4 *Legatum conditionale nunquid respiciat solutionem secundum futurum euentum pecuniæ.*
5 *Dotis restitutio habet dilationem temporis.*
6 *Tempus contractus in pœna conuentionali attenditur.*

OCTAVA PARTICVLA.

1 OCtauò prædicta conclusio procedit etiam in obligatione pecuniæ conditionaliter, vel in diem concepta, † quia intelliguntur partes sensisse de moneta, & valore secundum tempus contractæ obligationis, seu formatæ, non autem solutionis, seu purificatæ conditionis, vel aduentus diei, vt dixit Franc. de Are. in consil. 11. incip. procedendum est breuiter in 1. & 2. colum. licet Oldrad. in consil. 168. incip. ad primam, 2. dubio, aliter senserit, videlicet, quòd in gratia, per quam aliquid est præstandum, sit inspiciendum tempus, quo gratia sumit robur, non autem datæ, quasi talis gratia conditionem habeat, in quibus conditionibus secundum eum tempus existentis cõditionis inspicitur, l. eum, qui post apertum, cum concord. ibi

signatis, ff. de condi. & demon. pro quo facit secundum Aret. in consil. præalleg. quod dixit Bartol. in l. Titio, in annos. ff. ad le. Falcid. & Bald. in l. animalibus, C. de leg. dum voluit, quod si
2 † ex forma Statuti pro relicto debet solui gabella non soluetur pro relicto annuo simul, sed in principio cuiuslibet anni: quia in vltimis voluntatibus relictum annum est conditionale: ad idem facit, quod dixit Bald. in authen. eo decurſum in fine commen. C. de donat. ante nupt. dum voluit, quod si ex forma Statuti quælibet donatio debet insinuari non intelligetur donatio facta, ex qua transfertur ius post mortem: quia interea contractus non est purus.

Et cum hac opin. videtur transire Alber. de Ros in l. 2. penult. colum. vers. deinde quæro, si emphyteuta. C. de iure emphyt. per iura per eum allega. Pro concordia. Aretin. in dicto consilio 11. videtur sentire, quod in contractibus, in quibus conditio retrotrahitur, iuxta l. si alius. cum ibi nota. ff. de verborum oblig. & not. in l. vxorem, C. de condi. inser. & in l. quæ legata. ff. de reg. iur. & late in l. pecuniam, la. ff. si certum petatur, inspiciendum sit tempus contractus, & quod secus sit
3 in vltimis voluntatibus, † in quibus inspicitur tempus solutionis per prædicta, & per not. per Bald. in l. 1. in fin. C. de nūdi. dum voluit, quod si de contractu facto in nundinis non debet solui gabella, pariter solui non debebit de contractu facto in nūdinis: ex quo dominij translatio post nundinas trāsfertur, ad idem facit, quod dixit Bartol. in l. sancimus, C. de consul. libr. 12. dum vult, quod si de contractu, ex forma Statuti solui debeat gabella, pariter sit soluenda, de contractu, ex quo dominij translatio post mortem contrahentium differtur.

Et quod in contractibus tenendum sit pro opin. Franc. de Are probatur ex cap. olim iunctis his, quæ dixi in præced. declar. de censibus, dum concluſi, quod valor, & qualitas pecuniæ pro Canone, vel annuo censu debitæ consideretur secundum tempus contractus, licet obligatio annua in princip. cuiuslibet anni, vel in singulo anno sumat effectum. Et maxime quia etiam in contractu conditionali licet effectus obligationis suspendatur, vel deferatur: nihilominus tamen mens contrahentium est certa de corpore, vel re, & quantitate rei, & corporis, quæ continentur in dispositione conditionali; prout

dicam

dicam in ſequen. declaratione, vbi tangam quid ſit de pecu-
4. nia debita ex vltima voluntate, vel teſtamento. † Et ibi decla rabitur quid de legato conditionali, facit quia ſecundum Bal dum in l. 2. §. ſi duobus, 1 colum. verſic. item quæro, C. commu. de leg. in contractibus inſpicitur conſenſus tempore contra ctus, & conſequenter moneta ſecundum diem contractus, non ſecundum futurum euentum.

Et in hac ſententia fuit Iacob. de Are. in l. quoties in diem, ff. de verborum oblig. per l. Titia in fin. ff. de condi. & demon. Ex prædictis apparet quod non eſt vera deciſio Mart. de Lau. in l. cum quid, ff. ſi certum petatur, iunctis notatis per Corneum conſil. 109. incip. viſo. poſt princip. 4. colum. qui Marti. prout aliqui eum referunt, ibi dixit quod quando dies eſt adiecta ſo lutioni, debet inſpici valor pecuniæ ſecundum illud tempus: ſeu quod debet inſpici tempus, in quo eſt collata ſolutio, q videtur approbare Corneus in conſil. præalleg. ar. l. contra xiſſe, ff. de act. & oblig. & l. vinum, ff. ſi certum petatur, & l. eum, qui Kalendis, § 1. ff. de verborum oblig. licet melius faciat, l. quoties in diem, ff. eodem titul. de verborum oblig. & contra Marti. facit, l. res in dotem. Cum ibi not. per Bart. ff. de iure do.

5. Nam certum eſt, quod † reſtitutio dotis habet dilationem temporis, ſecundum quam fit reſtitutio. Et nihilominus attẽditur tempus conſtitutæ, & datæ dotis. vt ibi per Bartol. & di xi ſupra in quarta, & quinta declaratione: & contra Martin. de Lau. conſuluit do Mart. in conſil. 6 incip. prædicta conſultatio: vbi voluit quod in granato ex teſtamento ſoluere infra diem certam ſummam pecuniæ attendatur valor pecuniæ va riatæ ſecundum tempus teſtamenti, vel mortis, non autem tempus diei ſolutionis: quod conſilium non eſt per omnia tenendum, vt dixi in quarta concluſ. & ſeq. & ipſe Mart. de Lau. in tractat. de Moneta, in decimaquinta quæſt. in fine. Aliter dixit volens in obligatione in diem cõcepta inſpici valorem pecuniæ promiſſæ ſecundum tempus contractus, & ſi mora interueniat, inſpici tempus quanti plurimi valuit a tempore moræ, iuxta l. vinum, quod eſt intelligendum iuxta ea, quę di xi in tertia declaratione.

6. Et ſecundum hoc † in pœna conuentionali attenditur tempus contractus, idcirco ſi promiſiſti aliquid facere infra certum

tum tempus, & indefectum dare pœnam pecuniariam, attendemus qualitatem pecuniæ, ſecundum tempus obligationis, vult Bald. in additio. Specul. in titul. de oblig. & ſolut. in antepenul. additio. incip nota hic volens aliud eſſe in pœna a ſtatuto impoſita, quia attenditur valor monetæ ſecundum tempus conuentionis, & hoc de pœna ſtatuti voluit Specu. in dicto titul. de actio. & oblig. §. nunc aliqua in fine, de qua pœna ſtatuti, vel legis dicam, quoad propoſitum infra in duodecima declaratione.

Eſt tamen circa prædicta aduertendum, ad id, quod conſuluit Dom. Philip. Corn. conſil. 109. incip. viſo. 4. volum. vbi voluit, quod ſi confeſſus ſum recepiſſe dotem ſpe futuræ numerationis, attenditur tempus numerationis, vel quo in effectu obligatio contrahitur, vt quia ſecuta confeſsione pater filiæ, vel alius pro ea promittat illam ſoluere, nam nomen foceri dicitur datum inſolutum, & confeſsio dicitur facta ſpe futuræ promiſsionis, non numerationis, vt ibi per no. in l. penult. §. ſi vir. ff. ſolut. matrim.

SVMMARIVM.

1 *TEſtator, & contrahentes non videntur de futuro tempore cogitaſſe.*
2 *Teſtamentum a quo tempore ſumat vires.*
3 *Tempus quale inſpiciendum in legatis, & fideicommiſſis.*
4 *Pecuniæ qualitas tempus teſtamenti reſpicit.*
5 *Differentia, quæ ſit inter relictum purum, & conditionale.*
6 *Tempus petitionis, vel moræ, quod inſpiciendum in ſolutione.*

NONA PARTICVLA.

1 NOnò prædicta concluſio procedit etiam in obligatione, & debito cauſatis ex teſtamẽto, vel vltima voluntate: & † ſic etiam in obligatione contrahenda non tantum contracta, & eo caſu dixit Alberi. de Ro. poſt Guil. de Cu & in l. vinum. vlti. col. ff. ſi cert. pet. eſſe inſpiciendum tempus teſtamenti. Non autem quo legatum petitur quia teſtator, & contrahentes

Digitized by

tes non videntur de futuro tempore cogitasse l.3. & l. Rutilia polla.ff.de contrahen.emp.Et in proposito l.vxorem, §.testamento, ff.de le.3.& l.vxori,§. 1.iuncta l.nomen eo.tit.& l.fin.in prin.de aur.& arg.leg. Et facit l.damni infecti, §. 1. ff.de dam. infec.& in hac opinio fuit Old.in consi. 13.incip.quidam condens. vbi tenuit in legato 200. libra. facto per testatorem qui superuixit annis 10. cum moneta fuisset mutata fuisse inspiciendum tempus testamenti, vt sic testator senserit de 20.lib. monetæ vsualis tempore testamenti,nō autem tempore mor-
2 tis, esto quod † testamentum sumat vires à tempore mortis testatoris l.omnium, C.de testam.c.cum Mart.de celeb.Mis.& cum hac opinio.transit.Pan.in d.c.olim de cēsi.facit, l.si ita,ff. de aur.& arg.leg.sequitur idem Alb.de Ro.in d.l.cum quid.vl. col.ff.si cer.pet.Et fuit de mente Bald. ibi post Dyn.in d.§.testamento: voluit Paul.de Castr.in l.2.in prin.C.commu.de leg. & dixit Marti. de Lauden.in tractat.de monet. 16.quæst. quod omnes Doct.tenent prædictam opin.sequuntur Moderni in d. l.cum quid,vbi dom.Franc.Curt.in 4.q.allegat gl.singularem & approbatam in le.pen. ff.de fund. instru. quæ decidit quod in legatis particularibus siue rerum, siue pecuniarum semper attendamus tempus testamenti, & quod in vniuersalibus legatis, & fideicommissis debemus attendere tempus mortis testatoris licet tempus mortis prima facie videatur omni casu inspiciendum per no.per Bald.& Bart.Ang.& Doct.in l.si seruus legatus, §.quicunq;. ff.de leg. 1.& per Bar.in l.fin.§. 1.ff.de
3 leg & in l.fi.§. 1.ff.de fun.instruct.dum dicit, quod † si maritus legat vxori frumentum in suo horreo, vel sua domo existens & testator superueniens illud consumpserit,& aliud imposuerit,veniat in legato illud,quod reperitur tempore mortis,quę iura, & decisio non faciunt ad propositum, quia loquuntur in diuerso casu, & secundum Ange.post Bald.in d.§.quicunq; istud non est ex vi verborum,sed ex præsumpta mente testantis, vt præsumatur testator voluisse corpora subrogata recedere à lega o, de qua materia habentur l.filiæ, in fi.ff.de condi.demon. & at in ca'u præsuppositio pecunia non ponitur, vt species, cuius loco alia præsumptiuè subrogetur,nam si legata esset pecunia existens in arca, quæ consumpta esset, & alia ibi esset posita, quæ tempore mortis, testatoris ibi esset, benè esset idem casus, qui non conuenit ad propositum, ita

vt etiam

vt etiam non conueniat d.gl. sed benè conuenit d.§.testamento, qui loquitur de qualitate rei relictæ, vt inspiciamus qualitatem temporis testamenti: & non mortis testatoris vel alterius temporis: † nam idem est de qualitate pecuniæ, facit d.l. fin.in prin.ff.de aur.& arg.leg nec huic dicto obstat d.l.pen.ff. de fun.inst.quæ disputat,an quando legatur fundus instructus intelligatur legatum,prout est instructus tempore testamenti, an verò mortis, an verò legati petiti, an dies legati cedit, & concludit inspici tempus legati cedentis, quia instrumenta fundi non capiuntur tanquam qualitas, sed tanquam substantiæ, & corpora accessoria, vel fundo cohærentia quo casu benè fit distinctio inter legatum vniuersale, & singulare, vel indefinitum, vt ibi notatur, & in d.§.testamento. Non sic est in d.§.testamento, & in pecunia simpliciter legata. Nam quærimus de qualitate senserit testator, & § testamento, voluit inspici qualitatem temporis testamenti in tantum, vt non sit quæstio, an ad pecuniam præsentem tempore testamenti hæres teneatur vel ad aliam post fabricatam: quia de hoc est vis, sed an ad pecuniam illius bonitatis vel valoris sen qualitatis? 4 5

Cæterum circa prædicta est aduertendum: † quia vt refert Albe.de Ro.in l.2 penul.col.C.de iure emphy.aliqui fecerunt differentiam in præmisso casu inter relictum purum, & conditionale, volentes in relicto conditionali non attendi tempus testamenti: quod non video iure probari. Nam si consideremus quod conditio suspendit effectum relicti, dicamus quod propter hoc inspici debeat tempus purificatæ conditionis, ea ratione nunquam inspiceremus tempus testamenti: contra d.§.testamento: cum testamentum sumat vires a morte testatoris, & non ante l omnium, C.de testa.c.cum Marchet. de celeb.miss.vnde omni casu est dicendum, quod qualitas reperitur intelligatur secundum tempus testamenti. In dubio designata d.§.testamento, licet Ro.in cons.123.incip. circa primum, li. 2.colu. dixerit inspiciendam qualitatem pecuniæ secundum tempus petitionis, per l.cum certum, vbi Bar.ff.de aur.& arg. leg. quia non obstat cum ibi tractetur de precio ponderis argenti relicti: cuius pretium est in facultate soluendi, vt ibi, † & non mirum si tempus petitionis, vel moræ inspiciatur, vt ibi notatur, & in l.vnum, ff. si certum pet. At in proposito quærimus: cuius bonitatis pecuniam testator reliquisse videatur, ad 6

dicimus

dicimus ſecundum ius teſtamenti: vnde hæres de illa moneta ſoluet legatum in quantitate relicta prout ſi ibi ſolueret pondus argenti legatum,& ſi velit ſoluere in alia moneta æſtimationem illius monetæ currentis tempore teſtamenti non negatur, quin illa æſtimatio ad tempus ſolutionis referatur, vt declaraui latè ſupra eo in 5. declarat. dum dixi quod ſatis eſt ſoluere tantam de noua pecunia: quæ æquiualeat antiquæ.

SVMMARIVM.

1 *TEmpus condemnationis etiam in debito per ſententiam Iudicis inſpicitur.*
2 *Obligationis tempus inſpicitur vbi ſententia fit ex antecedenti obligatione pecuniæ.*
3 *Præcepti, vel ordinationis tempus numquid inſpiciendum in præcepto ſuperioris aut ordinatione iudicis.*

DECIMA PARTICVLA.

1 DEcimò prædicta etiam concluſio procedit in debito per ſententiam, † ſeu ex iudicis condemnatione contracto: quia attendimus tempus condemnationis: cuius prætextu obligatur condemnatus: & idem in debito ex Laudo.vt declarat Old.in conſil. 31. incip. cum quæſt. cum quo tranſit Ro. in conſil.123.incip.circa primum 1.col. dum loquitur de ſententia iudicis: & eſt gl.notabilis in c.olim, de iureiur. no.Alb. de Ro.in l.cum quid, vlt.col.ff.ſi cert.peta.ſequitur Pano.in c. olim, in pe.notab.de cenſi.& eſt de mente Spec.in tit.de ſolut. §.nunc aliqua in fi.facit quod conſuluit Oldr.in conſi.250.incip.factum tale eſt dum loquitur de quadam declaratione facta per ſummum Pontificem, vt vnum monaſterium alteri ad
a certam annuam penſionem teneretur: † quia intelligitur de moneta ſecundum tempus ordinationis: quod intelligc, niſi condemnatio fieret ex aliqua antecedente obligatione eo caſu, quo tempus obligationis ſolet inſpici, iuxta l.vinum, ff.ſi cer.pet.cum vulg.Nec mirum, quia vt declarat Pet. de Anch. in Cle.ſi beneficio.vlt.col.de dec.ad obligationem,& tempus obli-

obligationis ſententia ſe refert, quod an procedat, vbi quis eō demnatur ad pœnam à ſtatuto impoſitam, dicam in duodecima declaratio. Ex quibus ibi dicendis ampliabitur præſens declaratio: & non obſtat quod dixit Ro. in d. conſi. 123. in ver. ſi autem dicamus, 2. colum. dum vult in Principis donatione
3 † quæ habet vim præcepti, eſſe inſpiciendum tempus ſolutionis per dictam Cle. ſi beneficiorum ſecundum intellectum Paul. de Lea. de deci. quia veritas eſt in contrarium, vel loquitur in præcepto: quia habet vim placiti Principis, & gratiæ, & ſic meri reſcripti quo caſu, vt dicam in declaratione ſeq. inſpicitur tempus ſolutionis, & non datæ prout etiam declarat Millus in repertorio in verbo pecunia.

SVMMARIVM.

1 *TEmpus datę reſcripti attenditur vbi pecunia eſt debita ex reſcripto Principis 3.*
Decima aſſignata ſuper beneficio, an debeat ſolui ſecundum vſum monetę currentis tempore ſolutionis.
2 *Statutum, & reſcriptum æquiparantur.*
3 *Moneta expreſſa in expectatiuis, an ſit intelligenda ad tempus datæ vel vacationis.*
4 *Intellectus ad Cle. ſi beneficiorum de deci.*

VNDECIMA PARTICVLA.

1 VNdecimò predicta concluſio procedit etiã in eo, quod eſt debitum ex reſcripto, vel gratia, & præcepto ſeu mandato Principis, † quia inſpicitur moneta, & eius qualitas, & valor ſecundum tempus datæ reſcripti, ſeu mandati, & ſic cauſatæ obligationis ſecundum Pan. in c. quanto, vlt. col. de iureiu. vbi hoc intelligit, quando Princeps habebat notitiam qualitatis, & valoris pecuniæ, alias autem ſecundum eum intelligitur de moneta currente ſecundum tempus ſolutionis per tex. cum glo. in Cle. ſi beneficiorum de deci. dum ibi dicitur decimã alicui aſsignatam ſuper aliquo beneficio debere ſolui ſecundum vſum monetæ currentis tempore ſolutionis, quam

Cle.

Digitized by Google

Cle.ita Pan.vbi ſupra intelligit poſt Gui.de monte Lau. ibi,& hæc procedunt, etiam ſi Princeps ordinet præſtari inter tertias perſonas,vt ibi,vel quia Papa mandet quod vnum monaſterium, ſeu abbas vnius monaſterij perpetuò teneatur dare alteri monaſterio certam penſionem: quia intelligitur de moneta ſecundum tempus ordinationis, vt conſuluit Old.in conſi.250. iucip.factum eſt tale, &c. & latius Panorm.in conſilio 250.incip.quod ſolutio.2.volum.quod non placet Ro.in conſil.223.incip. circa primum 2.col. per text.in dicta Clemen.ſi beneficiorum iunctis ibi dictis per Paul. de Leaz. & quia Statutum, † & reſcriptum æquiparantur,vt patet ex not. per Innoc.in cap.cauſamque de reſcrip.& videtur ſentire gloſſ. in l. ſi procuratorem, §.ſi ignorantes,in verſ.igitur,ff.manda. cum pecunia ex ſtatuto debita conſideretur ſecundum tempus ſolutionis,vt ibi per eum, & dicam in ſequen.declaratione, vbi eum improbabo. Eſto, quod Ioan.Andr.in additio.ad Specu. in rub.de conceſſ.præben.propè finem, poſt Oldrad.in conſil. 168.incip. ad primam dicat in expectatiuis monetam expreſſam eſſe æſtimandam, & intelligendam ſecundum valorem currentem tempore vacationis: quod dictum non videtur cõtrariari huic ampliationi,& declaratio.quia tunc incipit obligatio ex conceſsione, & expectatiua contrahi, vt inf. dicam. Et quia illa Clement. ſi beneficiorum, videtur a Doctoribus multipliciter,& diuerſimodè intelligi dum dicit ad antiquam taxam,& monetam currentem tempore ſolutionis eſſe faciẽdam ſolutionem decimæ ſuper beneficio ex reſcripto,vel priuileglo, alicui debitæ.

Eſt aduertendum, quia,vt dixit Paul.de Leaz. quem ſequitur Petr.de Anch. voluit illum textum velle quod eſto† quod pecunia ſit debilior, & minorata tempore ſolutionis ſufficiat ſecundum illam ſoluere, & quod hoc ſit ſpeciale in debito ex gratia, vel reſcripto, vel decimis a ſuperiore taxatis eò, quia fuit ita prouiſum, & in hoc poteſt verſari intereſſe: quia ſi taxa eſſet facta, vel conſtituta in libris, puta centum ſoluẽdo de Turonenſibus,vel ſolidis Mediolani debilioribus,nunc currẽtibus minus ſolueretur, ſed ſi eſſet in ducatis,ſeu florenis aureis non ſolueretur minus: quia quanto debilior eſt moneta, tantum plus dari debet pro ducato, l.2.C.de vet.numiſm.pot. libr. 11. ſecundum vnum ſenſum,& ſecundum iſtum intellectum

ctum loquitur Panor.in dicto cap.quanto, in quæſt. præalleg. vbi limitat, niſi Princeps habeat notitiam qualitatis pecuniæ currentis tempore reſcripti: quia intelligitur de ea ſentire, iſte intellectus videtur magis communis, vt per Millum in repertorio in verbo pecunia.

Alius intellectus, qui in puncto iuris videtur mihi verior fuit, quod licet in dicta Clemen. ſi beneficiorum, dicatur ſolui debere de moneta currente propter hoc non velit ille textus ſolui minus taxa: quòd fieret ſi ſoluendum eſſet de moneta debiliore ſecundum tempus ſolutionis: ſed hoc ideò ita velit ille text. ne collector poſſet compellere cambiri monetam currentem, vnde ſoluet debitor de currente pecunia, vſq; ad ſummam taxæ ſoluendo tanto plus de noua ſi ſit, vt debilior,

4 † & illum ſenſum meo iudicio amplectitur gloſſ. in verbo cõſuetam. & Zaba. ac Imol. ibidem, ac Panorm. in dicto capit. quanto, in quæſt. de moneta ex ſtatuto debita, in fin. & ſecundũ prædicta puto intelligendum, quod conſuluit Alexan. in cõſ. 21. incip. viſis, 2. volum. niſi conſuetudini verba ſtatuti repugnarent, vt ibi per eum.

Eſt tamen aduertendum ad id, quod dixi poſt Oldr. in dict. conſil. 168. quem tacito auctore refert, & ſequitur Io. Andr. in loco præallegã. quòd quando gratia refert ſe ad beneficium vacaturum, debeamus conſiderare pecuniam ſecundum tempus vacationis, & quo gratia ſortitur effectum: nam ſecundũ eos multi dicebant contrarium, volentes tempus datæ conſiderari, arg. cap. conſtitutus, & cap. eam te. de reſcrip. de quo per Doctor. maximè Zabar. Petr. de Anchar. & Imol. in dicta Clemen. ſi beneficiorum. Nam potuit Oldrad. benè dixiſſe non ratione conditionis, vt ipſe dicit propterea, quæ dicta ſunt ſupra in octaua declaratione.

Sed eo, quia in gratia ſe referente ad beneficium vacaturum qualitas adiecta, verbo ſit reſtringenda ad tempus verbi, & quo beneficium vacabit, leg. in delictis, §. ſi detracta. ff. de noxal. & latè notatur in l. ex facto, & in princ. ff. de vulgar. & pupil.

S P M-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 OBligatio pecuniaria ad quod tempus referat monetæ valorem, & qualitatem, 3.
2 Pœnæ legales monetam quomodo considerent.
3 Obligationes ciuiles qualiter ad pecuniæ valorem se habeant.
4 Solidi debiti pro Cathedratico, vel ex constitutione Canonis, an debeantur de antiquis.
5 Differentia inter debitum ex lege, vel statuto vnquid sit.
6 Salaria in solutione quomodo pecuniæ valorem considerent.
7 Donatio vltra quingentos aureos insinuata, de quibus aureis intelligi debeat.

DVODECIMA PARTICVLA.

1 DVodecimò prædicta Conclusio † procedit etiam in obligatione causata ex lege, vel constitutione aut statuto: inspicitur enim tempus, quo obligatio contrahitur ex statuto; & secundum illud tempus consideratur pecunia, de qua in lege, vel Statuto per ea, quæ dixi supra in prædicti declaratione, post Oldrad. in consil. 230. incip. factum tale est, cum concord. sequitur Cornæus consilio 321. incip. de pluribus in vltima colum. 3. volum.

Et iuxta prædicta dixit Specul. in titul. de solu. §. nunc aliqua in fin. quod si statutum imponit certam pœnam pro maleficio, vel mandat dari certum salarium potestati, & post cõditum statutum contingat mutari monetam, siue in bonitate intrinseca, fieri solutio debebit pœnæ de moneta currente tempore condemnationis, vel salarij præstandi, quo tempore condemnatus, dicitur obligatus ad pœnam; quod etiam voluit ibi in addi. incip. no. hic, dicens in pœnis † legalibus inspici monetam currentem tempore contrauentionis, quod inducit ad condemnationes statutorum, & in conuentionalibus tempus obligationis.

† Vide idem Bald. in l. illud, in fin. commen. C. de sacrosanct. Eccles. & in l. 2. 1. colum. C. commun. de le. & Zabar. Petr. de Anchar. & Imol. post Zenze. & Matth. in Clemen. beneficio-

rum, de decim. But. in cap. quanto, de iureiuran. cum quo trā-
sit Aret. in l. quod te, 3. colum. & si certum petatur, ac Mart. de
Lau. in l. cum quid illo, eodem titulo, vbi Dom. Franc. Curt. in
quinta quæst. Paul. de Castr. in dicta l. 2 in princ. C. commu. de
l. facit. c. olim de iureiuran. cum gloss. & text. cum gloss. in cap.
fin. de maled. quod secundum Petr. de Anchar. in d. Clem. vlt.
colum. de decim. Debet intelligi, si delictum fuit commissū
post mutationem monetæ, vel potestas conductus. Nam cum
ex commissione delicti quis eo tempore obligetur ad pœnam
insti. de oblig. quæ ex male in princ. & l. ex maleficijs, in princ.
ff de act. & oblig. licet sententia declaratiua, & condemnato-
ria sequatur, iuxta l. eius qui delatorem cum ibi nota. ff. de iu.
fin. Non propterea desinit ex maleficio, & tempore maleficij
fuisset obligatus, vnde secundum Petr. de Anchar. vbi supra
3 debet considerari pecunia, & qualitas, ac valor pecuniæ: quæ
tunc currebant sicut in ciuilibus obligationibus: & probatur
in dicta l. ex maleficijs in princ. & l. omnem, cum ibi not. per
gloss. & Doct. ff. de iudi. Et idem esse debet in salario per Sta-
tutum debito secundum Petr. de Anch. quia si potestas fuit cō
ductus ante mutationem monetæ, debebit considerari illa mo
neta, & secundum illā, & eius valorem fieri solutio salarij. Et
si post mutationem monetæ fuerit conductus, præstabitur sa-
larium secundum monetam mutatam, vt sic attendamus tem
pus obligationis contractæ, & ita reperio consultum fuisse in
salario potestatis Alberic. Marchionatus Montisferrati per
Bald. in cons. 37. incip. super eodem primo volum. secundum
penult. impress. & dixi in 7. declarat. in fin. sequitur Ioan. de
Ana. in c. fin. pen. col. de maled. & Millus in repertorio in ver-
bo pecunia, quod est limitandum secundum Bald. in cōs. præ-
allega. nisi consuetudo se haberet, vt secundum monetam cur
rentem tempore solutionis, & eius æstimationem fieri debe-
ret solutio; vt etiam dixi in præced. declar. circa finē, post Ale.
consil. 21. 2. volu. rationes autem, quare in debito ex lege, vel
statuto consideretur non tempus statuti, vel legis, sed aliud
4 † & in contractibus consideretur tempus contractus, multas
assignat Bald. in dicta l. 2. C. commu. de le. quem sequitur Ioā.
de Ana. in cap. fin. ante penult. colu. de maledi. Sed melior illa
videtur, quam supra retuli ex mente Petri de Anch. in d. Clem.
si beneficiorum, videlicet, vt vtroque casu inspiciatur tēpus,

quo obligatio formatur: ita vt non sit attendendum, an statuta magis æquiparentur vltimis voluntatibus, quam contractibus; prout dixit Rom. in consil. 223. infra alleg. 1. col. & dom. Franc. Curt. in d. l. cum quid, 5. quæst. & istam rationem, quod inspiciatur ortus obligationis, assignat Bald. in dicta l. illud in fin. commen. intelligendo, an formatio obligationis, an ortus inspiciatur, vt declarauit, 7. declarat. Et secundum prædicta est intelligenda glos. in verbo solidos cum nota. per Bald. Butr. Panor. Imol. & Doctor. in c. conquerente de offic. ordin. dum dicit, quod solidi qui debentur pro Cathedratico ex constitutione Canonis debentur secundum antiquos solidos: quoniam illa procedunt eo, quia vsque a principio constitutio obligauit Clerum Episcopis ad Cathedraticum, vel synodaticum: non sic est in leg. vel statuto imponente pœnam, quia non habet quem obliget ante delictum commissum, vnde quando constitutio, vel lex tempore statuti, vel legis habet, quem obliget non simpliciter, † sed erga alium, vel tendit ad æstimationem alicuius rei; puta serui fugitiui in perpetuum de moneta secundum tempus statuti legis, vel constitutionis, & ita posset procedere decisio Bal. in l. quicunque, vlt. col. C. de seru. fugit. cum aliquibus concor. infra alleg. Et ita in effectu saluatur consil. Oldrad. num. 250. incip. factum tale est: dum voluit quod si ex constitutione summi Pontificis vna Ecclesia, alteri obligetur ad annuam pensionem reddituum, vel censuum, intelligi debet de moneta currente tempore constitutionis; quæ consideratio fuit de mente Panorm. in consil. 56. infra allegando, licet Roman. in consil. 223. incip. circa primum aliter tenuerit: videlicet quod eo casu, & etiam generaliter vbi ex constitutione, vel statuto debetur certa summa pecuniarum, debeat attendi tempus solutionis, & non bene per prædicta.

Item secundum prædicta etiam intelligendum est, quod voluit Butr. in dicto cap. quanto, cum quo transit Aret. in dicta l. quid te. 3. col. ff. si certum petatur: volens in obligatione legis, vel statuti si antiqua pecunia reprobetur, vel non sit in vsu, attendi moneram currentem, licet etiam Panorm in dicto ca. quanto, vlt. col. de iureiuran. vers. quid autem in statuto. & in consil. 56. incip. quod solutio, 2 vol. dubitauerit dicens: sibi videri quod debeat attendi moneta currens tempore legis, vel

ſtatuti eo maximè, quia quando imponunt pœnam, videntur
6 illam velle commenſurare ad delictum. † Et ſi debiliteur pecunia, vel valor, debilitatur commenſuratio dicēs ſimile in ſalarijs: quam opin. tenuit Bald. in l. quicunque, vlt. col. poſt glo. ibi, C. de ſeru. fugit. vbi etiam Salic. & Paul. de Caſt. & in dict. l. quoties, C. de ſuſce. & Arch. lib. 10. & in l. fin. ff. de in ius vocā. cum concord. ibi alleg. maximè per dom. præceptorem meū, & Panor. in conſ. præalleg. Sed propter hoc non eſt recedendum a communi ſententia per fundamenta alleg. & quia, vt dictum fuit ſupra proxi. poſſunt multæ ex iſtis deciſionib. concordari, nec placet diſtinctio Paul. de Caſt. qui fecit differentiam inter legem, & ſtatutum, in d. l. 2. in princ. C. de commu. de le. volens quod in legibus attendatur tempus legis conditę & in Statutis moneta vſualis: quia iſta differentia eſt verbalis. Eſt benè verum ſecundum Bal. in l. illud, in fin. commen. C. de ſacroſanct. Eccle. quod vbi pecunia non eſt in obligatione, vel ſolutione, ſed in ſolemnitate, inſpicitur tempus ſtatuti, vel le-
7 gis conditæ: puta quando lex dicit quod † donatio vltra quingentos aureos non valeat, niſi inſinuetur; quia intelligimus de aureis, & ſolidis legalibus ſecundū tēpus legis conditæ: quorū 72. faciunt libram, iuxta l. quoties, C. de ſuſce. & Arch. libr. 10. ſequitur notabiliter Paul. de Caſt. in l. 2. in prin. C. cōmu. de le. Idē eſſet vbi pecunia eſſet in obligatione, & lex, vel ſtatutum vltra procederent determinando perpetuam taxationem pecuniæ, de qua in lege, vel ſtatuto ſecundum Bal. in d. l. 2. 1. colu. C. cōm. de leg qui ita intelligit l. ſi aliud, C. de ſuſce. & Archa. lib. 10 voluit alleg. d l. quoties, & ſi non eſſet certa moneta, de qua in l. vel ſtatuto, quod iuris ſit declarat Sal. in l. fin. C. ſi cer. pet. & dixi in prima declaratione.

Reliqua in materia prædicta videri poſſunt per Cyn. in l. ſi quis pro redemptione, C. de dona. per Spec. in tit. de inſtrum. edi. §. porrò in fin. Bald. & Salyc. in l. quicunque circa fin. commen. C. de ſeru. fugit. per gloſſ. & Doct. in l. fin. ff. de in ius vocā. per Bald. in addi Spec. tit. de ſolut. in verbo obligatio legalis, & per Millum in reper. in verbo pecunia, cum concor. An autem mutata moneta per ſtatutum videatur etiam mutatum ſtatutum, quod diſponebat fieri deberi ſolutiones ad certam monetam taliter quod ſecundum mutatam monetam ſolutio fit facienda, dicetur infra 7. fallen. 1. col.

SVM-

SVMMARIVM.

1 OBligationis tempus conſideratur etiam ſi debitor ex induſtria pro pluri expenderit.

2 Pecuniæ valor æſtimatur iuxta pondus, & conſuetudinem Cambij, quæ communiter eſſe ſolet.

DECIMATERTIA PARTICVLA.

DEcimotertio prædicta concluſio, quod inſpiciatur qualitas, & valor pecuniæ ſecundum tempus obligationis, prout in quarta, quinta, & alijs declarationib. adeò procedit, vt ſi debitor ex induſtria pro pluri expenderit, non poſsit peti, vt fiat ſolutio ſecundum quod fuit expenſa: quia lucrum ex induſtria eſt ipſius debitoris per ea, quæ dixit Albe. de Roſ. poſt Iac. de Aret. in l. cum quid, ff. ſi certum petatur, dum dicit, quod ſi quis mihi mutuaſſet pecuniam reprobatã, & ego mea induſtria illam expenderim pro bona, non tenear ad reſolutionem bonæ, per l. 3. ff. ad l. Falci. iuncta l. eleganter, §. qui probos, ff. de pigno. actio. ſequitur Mar. de Lau. in dict. l. cum quid. Facit optimè gloſſ. in Clem. ſi beneficiorum, in verbo conſuetam de decimis, quæ dixit, quod valor pecuniæ æſtimatur iuxta pondus, & conſuetudinem Cambij, quæ communiter eſſe ſolet, non autem iuxta caſualem cariſtiam, vel vtilitatem, quæ caſualiter accideret; & quòd dixit Bald. in l. acceptã 17. quæſt. de vſur, æquum eſſe: vt pro quanto expendi tuam pecuniam, pro tanto illam tibi ſoluam, procedit in æſtimatione communi, licet eius dictum non ſequar ſupra in tertia declaratione. vnde ſiue a caſu, ſiue ex induſtria pro pluri fuerit pecunia expenſa non eſt curãndum, ſed attenditur tempus obligationis declarando, vt dixi in dicta declaratio. cum duabus ſequen.

Et ad prædicta videri poteſt, quod dixit Alberic. de Roſa. in dicto §. qui reprobos, 2. quæſtio. & quod ibi alij dicunt.

SUMMARIUM.

1 *Tempus contractus inspicitur, si supernenientaugmentum, vel moneta variatio modico tempore duranit etiam in moroso. Modicum tempus quid dicatur.*

2 *Valor pecuniæ communis attenditur non certarum personarum.*

DECIMAQVARTA PARTICVLA.

1 DEcimoquarto, tunc maxime attenditur valor, & qualitas pecuniæ debitæ tempore obligationis declarando hoc: † vt in alijs declarationibus dictum fuit, quando augmentum, vel variatio eius modico tempore duranit, esto quod essemus in casu, vbi alias inspiciendus esset valor secundum tempus solutionis, vt in moroso iuxta ea, quæ dicam infra in prima limitatione. Et ita voluit Bartol. in l. Paulus, 6. quæst. in fin ff. de solut. per l. pretia rerum. ff. ad l. Falcid. cum ibi notat. Dicens modicum tempus esse forte duorum, trium, vel quinque dierum. Sequitur Imol. in cap. quanto, de iureiuran. penult. colu. vbi etiam Panorm. in penult. colum. dicens quod quando est spes, quod de proximo pecunia sit reditura ad priorem valorem, vel quando valor mutatus non est perpetuus, vt communiter accidit in ducatis, & alijs monetis grossis, tunc non attendimus talem valorem variatum etiam in morosis. Secus si non est spes, quod de proximo talis mutatio tollatur, vel si est perpetua; quod dictum Panorm. est restringendum iuxta not. in dicta l. pretia rerum, dum de tempore loquitur indeterminatè, & sicut non attenditur variatio, quæ modico tempore

2 duranit, † ita non attenditur valor aliquarum personarum, puta camporum, sed communis secundum glos. in Clemen. si beneficiorum. in verbo consuetam de decimis, & dixi supra in secunda colu. & si debitor sciens quod pecunia est de proximo capturæ diminutionem soluat creditori ignoranti, non liberatur sequuta diminutione, quin teneatur ad supplementum secundum valorem temporis contractus, & obligationis per not. per Bald. in l. acceptam 17. cum præced. C. de vsur. &

per

per no. per Bart. in l. contra, in fin. commen. ff. de leg. & in l. 1. §. 1. ff. si quis testi. esse iuſſus & per Bald. in l. 2. C. de pe & cõmo. rei ven. & in l. vina, la 2. ff. eodem titul. iunctis his, quæ dicuntur de deſtinatis ac de proximè futuris in l. cætera, §. fin ff. de l. 1. & in l. divortio. † interdum, ff. ſoluto matrim. de qua materia Deo dante abbi latè dicam, & conſequenter debitor ſciẽs diminutionem de proximo futuram poteſt recuſare capere per prædicta: maximè quia non dicitur ſoluere ſecundum valorem temporis obligationis, quando non eſt duraturus, ſed de proximo mutandus per prædicta, & d. l. pretia rerum. 1

SVMMARIVM. 2

1 OBligationis tempus etiam in moroſo aſpicitur, ſi pecunia debita eſt, adò minuta, vt per aliam æſtimari non poſſit.
2 Intereſſe lucri in pecunia non poteſt peti a debitore moroſo.
Pecunia minuta non recipit æſtimationem per aliam pecuniam.

DECIMAQVINTA PARTICVLA.

1 DEcimoquinto prædicta concluſio' procedit etiam moroſo debitore in † pecunia adeò minuta, vt non poſsit per aliam æſtimari: quia in eo attenditur valor pecuniæ ſecundum tempus obligationis, eſto quod moroſus teneatur ad intereſſe quanti plurimi a tempore moræ iuxta l. vinum, ff. ſi certum petatur. & non obſtante quod creditor poſſet dicere ſi habuiſſem pecunias ante moram ex eis plures ducatos habuiſſem, quam nunc habere poſsit, cum fortè ducatus tunc minus valerent. 2

Nam ſecundum Bart. ibi cum quo magis communiter trãſeunt Scribentes, non poteſt peti tale intereſſe † lucri, quod non debetur per moroſum, l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem, ff. de act. em. cum pecunia minuta, prout ſupra non recipiat æſtimationem per aliam pecuniam, de qua materia plenius dicam infra in 1. limit.

Et eſt aduertendum ad aliud, quia debitor pecuniæ moroſus poteſt teneri etiam ad aliud intereſſe, puta aliquis debebat in emptione prædiorum infra certum tempus conſequentere

pecuniam, & distulit certè si pecunia varietur, tenetur ad interesse considerato, an in emptione prædij sit interesse pecuniam mutare per prædicta.

Item tenetur ad interesse fructuum, qui percipi potuissent si mora in emendo non interuenisset, vt latè per Dominum Socinum, in consilio 147. incip. circa primum, vltim. col.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ valor ad tempus obligationis respicitur, quando ita est actum.*

2 *Consilium pro creditoribus ad euitandam pecuniæ variationem.*

DECIMASEXTA PARTICVLA.

1 DEcimosexto prædicta conclusio, quod † inspiciatur qualitas, & valor pecuniæ secundum tempus obligationis maximè procedit, vbi hoc actum esset, vt de se patet, & notant Zabar. Petr. de Anchar. & Imol. in Clemen. fr beneficiorum, post Host. & antiquos per eos ibi relatos de decim. & Frãcisc. de Aret. in cons. 111. incip. consideratis, & idem est econtra, vt dicam infra in 7. limitatione. vbi idem dicam de consuetudine videlicet in tertia limitat. & quod dixit Francis. de Are. de statuto in cons. 11. 3. colum. vsque in finem, quæ declaratio videtur superflua tanquam de indubitabili, quia, vt dixit Imol. in l. Paulus, ff. de solut. post Ioan. Andr. & Hostien. in cap. quanto de iureiuran. † vtile est ad auferendas dubitationes, apponi in contractibus, quod pecunia reddatur in eodem pondere, in eadem materia, & in eodem cursu, vnde quãdo datur æstimatio, illa est tenenda, licet secundum Barto. ibi in fine, si dicatur quod debeat fieri solutio in eadem æstimatione sufficiat, notat Panormitan. in dicto capit. quanto, in fine comment. de iureiurand. Facit quod dicam infra in octaua limitatione.

2 Et quid si statutum mandet fieri solutiones certo modo, vel secundum monetam temporis contractus, quod non obseruetur, videatur Francisc. de Aret. consilio vndecimo prælle-

allegato, & quod dixi supra in duodecima declaratione circa medium.

SVMMARIVM.

1 *OBligationis tempus inspicitur etiamsi fuerit dictum quod solutio fieri possit de moneta currente tempore solutionis.*
2 *Pecunia minuta quanto plus vilescit, tantò crescit grossa.*

DECIMASEPTIMA PARTICVLA.

1 DEcimoseptimò prædicta conclusio, quod †inspiciatur valor, & qualitas pecuniæ temporis obligationis procedit, etiamsi dictum fuerit, quod solutio fieri possit de moneta currente tempore solutionis; quia hoc intelligitur, vt de illa fiat solutio, si sit vilior ad æstimationem antiquæ secundum Panorm. in dicto cap. quanco, vltim. col. vers. quid autem in statuto in fine cum concord. quæ adduxi supra in sexta declarat. maximè circa finem. Et erit sensus, vt ibi dixi, quod iste debitor non cogatur perquirere antiquam pecuniam, aut nouam in aliam commutare, iuxta gloss. in Clemen. fin. de decim. facit quod dicam in seq declarat. Puto tamen, quod vbi obligatio esset in genere concepta, puta in libris 20. vel floren. 20. Mediol. vel Sabaud. cum nulla petia sit, quæ ita vocetur eo casu, ne illa verba sint superflua, intelligemus de libris, vel florenis ad monetam temporis solutionis, etiam viliorem, vel debiliorem.

Nam ita verificatur florenus Mediolani in 32. solidis minoris ligæ, sicut fortioris, & libra in 20. solidis, adeò quod nisi
2 sic † diceremus, illa verba monetæ currentis redderentur superflua contra no. in simili per Bartol. in l. si stipulatus fim, decem in melle, ff. de solu. vbi dicit, quod si promisi tibi cētum libras in pecunia minuta, non potero etiam secundum consuetudinem soluere in grossa moneta: quia cum minuta omninò essent in obligatione, l. nummis, ff. de leg. 3. l. semper in stipulationibus cum ibi nota. ff. de regul. iur. illa verba in moneta minuta, censentur adiecta ad hunc finem, vt de alia solui

non

non posſit: non ſic eſt in florenis aureis, ſeu ducatis: quia eſto quod promiſeris mihi centum ducatos auri ſolnendos de moneta currente tempore ſolutionis, licet inſpiciamus quãtum de illa moneta nouã faciat ducatum, licet ſit vilior, tamen plus dabitur cum quanto magis vileſcit moneta argentea, tãto plus creſcat moneta aurea, vt demonſtrat experientia, & facit l. 2. ſecundum vnum ſenſum. C. de vete, numiſm. pot. libro vndecimo.

Fateor tamen, quod eo caſu dabitur noua moneta ſecundum proprium curſum. In ſumma æquiualẽte ducato, de quo etiam dixi in quinta declaratione. Et de hac materia contingit dicere in octaua limitatione, in tertia, & quarta queſtio. vbi dicetur, quod ſit, quando ſimpliciter dicitur Monetæ currentis.

SVMMARIVM.

1 *Obligationis tempus ampliatur etiam ſi Princeps ſtatuit, quòd ſolutiones fieri debeant de noua pecunia.*

DECIMAOCTAVA PARTICVLA.

1 DEcimooctauo prædicta Concluſio procedit etiam ſi Princeps ſtatuat, quod ſolutiones penſionum debeant fieri de noua moneta, forte quod tempore conſtitutarum penſionum in Francia fiebant Turonen. debiliores, & tempore ſolutionum factæ ſint ſolutiones, & Sereniſſimus Rex ſtatuerit ſolui penſiones Turonen. ſecundum nouam monetam. Nam debet haberi ratio quanti plurimi valent noui antiquis ſecundum Oldradum in conſilio 250. incip. factum tale eſt. Et faciunt, quæ dixi in præceden. declaratione, de qua conſtitutione dicam infra in ſexta limitatione, not. Ioan. Andr. in additio. Specul. in titul. de ſolut. §. nunc aliqua in fine, in additio. incip. olim, &c.

SVM-

SUMMARIUM

1 DEbitor morosus tenetur ad solutionem pecuniæ quanti plurimi valuit a tempore morę. 3
2 Creditor morosus nunquid teneatur recipere pecuniam, quę a tempore morę diminuta est.
4 Interesse lucri intrinseci ratione non debet haberi, & an semper verum. 5
6 Mercatores soliti possunt in foro conscientię petere interesse lucri.
7 Pecuniam ninutam posse per grossam æstimari, Canonistę communiter tenent.

PRIMA LIMITATIO.

1 PRædicta conclusio quod attenderetur valor, & qualitas pecuniæ secundum tempus obl. esto quod valor fuerit postmodũ variatus declarando, vt in 1.& 3. declar. & alijs, de quibus supra dictum fuit limitatur, vt non procedat in debitore morosо: quia in eo attenditur tempus moræ,& sequens secundum Bart.Ang.Im.Cum.& Paul.de Cast. in l.Paulus.la.1. ff.de solut.& Alb,Bart.Bal.& Ang Sal.Paul.de Cast.& communiter Doct.in d.l.cum quid, ff.si cer.pet. notatur etiam in l.quod te. eo. tit; dum dicitur de pecunia promissa reprobata post moram debitoris, & in l.creditor in princ.ff.de sol.per Zab. Pet. de Anch.& Io.de Imo.in Cle.si beneficiorum de decim. Bart.in
,hres in dotem.ff.de iure dot. Alber.de Ro.post Gui.de Cu. in l. vinum, vlt.col.ff.si cer.pet.Doct.communiter in l.nummis, ff. de in lit.iur.Buc.Imo.Pan & Cano.in c.quanto, de iureiurand. Bal.in consi.137.incip.super.eo, & in cons.339.incip.,puncto quæstionis 2.vol.secundum pen.impressio.Socin.in consil.6 & melius in consi.298.inci.incip.pro fundamento.Ex quo infertur quod si debitor in florenis aureis seu ducat. tempore,quo
2 valebant 4.libr. & solidos 24. soluat lapso termino solutionis seu dudum post interpellationem seu post tempus moræ, & contingat valorem ducati decrevisse post tempus,quo solutio fieri debeat, videliset ad libr.4.cum dimidia talis debitor si erit

si erit debitor 100.duca.tenebatur dare ipsos 100.duca.& vltra quanti plurimi valebant ante moram, id est 400. solidos Mediolani in totum, seu 4.solidos pro singulo duca.& sic dabit 100.& 4.duca.& lib.2. Mediolani loco c.ducatorum per l. vinum, cum ibi not.ff.si cer.pe.& l.in hac, cum ibi etiam notatis,ff.de triti, † quod est intelligendum quoad extrinsecam 2 bonitatem. Nam si plures lib. requirantur ad ducatum quam antiquitus propter bonitatem intrinsecam mutatam in moneta,considerabitur valor duc.secundum lib.monetæ temporis contractus etiam in morosis cum istud non sit interesse motæ, vt de se pater, & ex notatis per Barto. d.l.Paulus, 6.q.iunctis his quæ dixi latè in 1.decl.& quæ dicam infra in 8.limita. 3.& 4.quęst.quod posset restringi,nisi Princeps mandaret post moram monetam debilem solui pro tanto,quantum bona expendebatur ante moram, & in hoc creditor non esset passurus interesse, vt quia esset campsor per inf.dicenda. Et quod dictum est in debitore morosо: procedit etiam contrà in creditore morosо, vt per Bal.in c.quanto, vlt.col.ver.extra quæro, de iureiur.& clarius per Pau.de Cast.in l.Paulus, ff.de solu. & in d.l. cum quid, post quosdam alios scribentes, sequitur Marti.de Laud.in tract.de moneta in 14.q.ver.circa quartum.

3 Ex quo sequitur † quòd si debebam tibi 100.duca.tempore quo valebant 4.lib.cum dimidia, quos volui soluere,& noluisti, & post moram tuam in nolendo accipere commissam ducatus creuit ad lib.4.& 14.soli.Mediolani non cogor soluere 100.ducatos quia plus solverem, quam esset in obligatione, vel quam valeret ducatus ante moram propter quod de singulo ducato detrahantur 4.solidi, & de tota summa 400. solidi, & sic non tenebor si velim soluere in duca. aureis dare, 95.duc.& 28.soli.per ea, quæ habentur in d.l.vinum, & facit l. creditor in prin.cum ibi not. ff.de sol.quod dicebat Paulus de Cast.in d.l.Paulus se habere de facto, & sunt notabilia.Et prędicta procedunt secundum Bar.& Doctor. communiter in d.l. Paulus maximè Ange.Imol.Paul.de Cast.glo. ac communiter Doct.in l.nummis.ff.de in lit.iur.vbi Ale. & Moder.& Alex.in l.cum quid pe.col ff.si cer.pet.in pecunia grossa quæ per aliam æstimatur, seu cui non subsit alia magis minuta. Hinc si debebas mihi 20.libr. monetę minutæ seu imperialis, tempore quo duc.valebat 4.lib.& post moram creuerit duca.ad 4.lib.& 14. solidos,

Digitized by Google

14.ſolidos, non potero petere, niſi 20.libras, nec potero dicere, quod ante moram pro 20. libr. de imperialibus potuiſſem habere ducatos 5. auri, & quod videlicet hoc tempore quo vis ſoluere ex 20.lib. non poſſem habere niſi ducatos 4. auri, & 18. ſolidos taliter, quod patior intereſſe librarum 3. & ſolidorum 6. quæ ſumma defecit ad complementum ducato. 5. Ratio ſe-
4 cundum Bart. & Doct. in d.l. Paulus cum concor. præalle. †quia iſtud intereſſe in hac pecunia minuta non eſt intereſſe damni, ſed lucri extrinſeci, de quo intereſſe lucri extrinſeci ratio haberi non debet. l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem, ff. de actio. emp. Et quod non ſit intereſſe damni, ſed lucri, probant Bar. & ſequaces in d.l. Paulus, quia tunc eſt intereſſe damni, quando creſcit, & decreſcit æſtimatio eius quod debetur d.l. vinum & nota in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo, qđ intereſt, ſed æſtimatio pecuniæ taliter minutæ non creſcit, nec decreſcit, & pariter non creſcit, vel decreſcit æſtimatio: & valor librarum quæ conſiſtunt, & debentur ex pecunia taliter minuta, & hoc ideo eſt, quia pecunia taliter minuta per aliam non æſtimatur, id eſt, per groſſam, ſed benè contracta: quia groſſa per minutam æſtimatur. Nam licet aceruus paruorum nummorum poſsit æſtimari per pecuniam groſſam, tamen vnus nummus adeò paruus, & ſinguli tales nummi non recipiunt æſtimationem à groſſa, cum non ſint permutabiles, & conuertibiles in groſſam, & pro tanto non poteſt pecunia taliter minuta dici à groſſa eſtimari: quia illud dicitur eſtimare rem aliquam, quod eſt in illud permutabile, & conuertibile. l. 1. ff. de contrahend. emp. non ſic in pecunia groſſa, quæ eſt in minutam permutabilis: vt de ſe patet ſicut in aliis rebus euenit, quæ per pecuniam æſtimantur: l. ſi ita, ff. de fideiuſſ. & hæc opi. eſt apud Legiſtas magis communis, vt patet ex nota. in d.l. nummis, vbi Alex. & Moder. in d.l. Paulus, & per Alex. in d.l. cum quid, pen. col. & hæc limitatio, vt dixi, procedit in intereſſe extrinſeco quod eſt damni, puta quando valor pecuniæ etiam groſſæ debitæ eſt diminutus: vt ſupra figuraui exemplum: ſecus ſi eſſet auctus cum tunc peteretur intereſſe lucri, quod non deberetur, niſi perſonæ ſolitæ negotiari ſecundum Imol. in d.l. Paulus, & Doct. in d.l. nummis vbi Alex. in fi. commen. & infra di-
5 cetur. Hinc ſi debes mihi centum lib. & ducatus creuiſſet poſt moram non potero dicere quod ex 100. lib. ante moram potuiſſem

tuiſſem habere plures duca. & quod plures libras volo vel tot ducatos, quot potuiſſem habere ex 100.libris, niſi ſim perſona ſolita lucrari: vt infr.dicetur.

Et tenendo hanc opini. quod intereſſe lucri peti non poſſit, & quod in pecunia minuta non ſubſit intereſſe damni, ſed lucri, eſſet limitanda ſecundum Alex.in locis præalleg.niſi talis moneta minuta eſſet in valore diminuta: quia eſto quod debitor non teneretur ad augmentum monetæ groſſæ eo caſu quod eſt debitor in moneta minuta tanquam pro lucro teneretur tamen pro decremento minutæ pecuniæ tanquã pro damno emergenti, per ea, quæ ſupra ad propoſitum allegata fuerunt:& idem ſi moneta minuta,de qua in promiſsione aucta fuiſſet, vt quia non eſſet adeo minuta quin reciperet variationem: quia tunc de ea eſt dicendum proportionabiliter idem, quod de groſsiore per prædict. & l.3.in fi.cum glo. ff.de eo quod cer.lo.

Item ſecundo limitatur prædicta opi. ſecundum Ale. in lo. præalleg.poſt Cuma.& Imol.in d.l.Paul & Guil.de Cug.in d.l. nummis, & no.per glo. & Cyn.& Bar.In l.1.C.de ſent. quæ pro
6 eo quod intereſt.† vt non procedat quando lucrum eſſet quaſi certum, vt quia creditor eſſet perſona ſolita negotiari cum pecunijs prout ſunt campſores,& hi qui ex permutatione pecuniarum ſolent lucrari:ita quod veriſimiliter ſi pecunias minutas ſibi debitas ante moram habuiſſet, illam in maiorem permutaſſet, & idem de alio lucro per d.l.3 §.fi. ff.de eo quod cer.lo.iunctis no.in d.l.1.per Barto.& alios, C.de ſent.quæ pro eo, quod intereſt, facit quod voluit gloſ.& Bald. in l.curabit, ff.de actio.emp.Pan in c.conqueſtus, de vſur.& in c.venerabilis, de excep.& in c.pe.& gl.de off.dele.& Bald.in l.in contraria.ff.de vſur.& l.ſi verò, §.vſuras, ff.mand.dum dicunt ſolitos mercari poſſe de iure canonico, & in foro conſcientiæ peteré intereſſe lucri, circa quod aliquid facit Fran. de Are.in conſi. 9.in fin.& licet Angel.prædictam limita. intelligat in arbitrijs tantum procedere, vt per eum in d.l.Paulus,tamen veritas eſt quod etiam in nõ arbitrarijs procedat, quãdo perſona ſolita eſt negotiari: vt per Bart.& Doctor.in d.l.3.§.fi.& Imol.in d.l. Paulus cum concord. præalleg.

Et licet prædicta procedant ſecundum cõmunem opinionem Legiſtarum, tamen Butr.Panorm. & Imol. in dicto capi-

quanto,

quanto, & communiter Canoniſtæ videntur tenere contra-
7 rium negando fundamentum Bart. dicentis, quod † pecunia minuta non poteſt per groſſam æſtimari, ſicut econtra, quia ſecundum eos, veritas eſt in contrarium. Nam ſicut florenus auri valet tot Imperiales, ita tot Imperiales valent florenum, & hoc patet ex text. in l. 1. C. de ar. præci. lib. 10. vbi hoc no. maximè per Io. de Pla. & hoc vī verius, quia illi, qui cudũt monetã, cudunt eã videlicet minutã reſpectiuè ad groſſam, & è contra alias eſſet incertitudo, ita quod intereſſe ſuccedens in pecunia minuta poſſet dici intereſſe damni, ſicut illud quod ſuccedit in pecunia groſſa. Sicut enim vnus ſolidus Mediolani valet 12 dena, pariter 12. denarij valent vnum ſolidum, vnde idem eſſe debet iudicium de vna, quod de alia. Sequitur Martin. de Lau. in tracta. de moneta, 14. quæſt. in fin. poſt Cyn. in l. minorum. C. de iniqu. cau. in integ. reſti non eſt neceſſaria, & Dom. Franciſc. Curt. in dicta l. cum quid, in 2. quæſt. Et eſto, quod minuta pecunia etiam æſtimetur per groſſam, prout videtur verius, & dixi ſupra eadem concluſio. circa 2. colum. Et ſi quæratur quomodo conſiſtat intereſſe damni, formo exẽplum tempore, quo groſſonus valebat viginti tantum ſolidos 240. parui denarij Imperiales valebant groſſonum, nunc aunus valeat 23. ſolidos, non poſſunt ipſi 240. denarij vnũ groſſonum valere. Sed exiguntur 276. denarij, & ſic erit intereſſe damni, quia perinde eſt, ac ſi decreuiſſet valor denariorum cum tantum non valeat de pecunia groſſa, prout alias valebant, & iſtud eſt intereſſe damni, ſecundum Doctor. prædict. quod Bartol. vult appellare intereſſe lucri, tam in d. l. nummis in fin. quam in d. l. Paulus, 6. quæſt.

SVMMARIVM.

1 *DEbitor ſoluere volens de pecunia non promiſſa, an poſſit recurrere ad valorem temporis contractus.*
Debitori ante moram nihil imputandum eſt.
2 *Conſuetudo quod poſſit ſolui moneta argentea etiam ære contaminata, pro aurea eſt ſeruanda.*
3 *Fiſcus in duobus caſibus non tenetur, æs, & argentũ pro auro capere*
4 *Solutio fieri poteſt de pecunia diuerſæ formæ, modo ſit eiuſdem materiæ.*

SECVN-

SECVNDA LIMITATIO.

SEcundò limitatur concluſio prælegata, vt non procedat, quando ſecundum conſuetudinem, quæ permittit vnam monetam ſolui pro alia, quis non vult ſoluere de pecunia promiſſa, ſed de alia: † nam attenditur valor pecuniæ, quæ ſoluitur loco promiſſæ ſecũdum tempus ſolutionis ſi de promiſſa reperitur, cuius æſtimatio ſit variata per tex. cũ gloſſ. & ibi not. per Bar. in l. cum aurum. ff. de auro, & argento leg. & latè declaraui ſupra in 5. declarat. cum præceden. Nam ſufficit creditori quando nulla interuenit mora, quod habeat æquiualentiam pecuniæ promiſſæ, vbi poteſt ſolui æquiualentia conſideranda eſt tempore ſolutionis, dict. l. cum certum, cum concord. alle. copioſè in 5. decla. alias, vel plus, vel minus acciperet quàm eſſet promiſſa pecunia, ſi aliud tempus inſpiceremus, facit quia ante moram nil eſt imputandum debitori, l. vinum, cum materia. ff. ſi cer. pet. poterit enim creditor ducatorum auri ex illa æquiualentia tot ducatos habere, quot ſint in obligatione conſiderato tempore ſolutionis. Et ſi conſideraremus tempus obligationis poſtquam fuiſſet variatus ducatorum valor, vel plures ducati haberentur aucto valore, vel minuto diminuto, quod eſſet abſurdum. 1

Et quod illa conſuetudo † ſit ſeruanda in locis vbi viget taliter, quod poſsit moneta argentea etiàm ære contaminata ſolui pro aurea, not. glo. in l. ſi quis argentum, C. de dona. vbi Bald. & communiter ſcribentes, Bar. Imo. & cõmuniter ſcribentes in l. Paulus. ff. de ſol. Barto. in d. l. cum aurum, & clarius in l. 1. ff. de aur. & arg. leg. & Bald. in l. libera, C. de ſent. & inter. omn. iud. Doct. in l. 2. §. 1. ff. ſi cer. pet. vbi dicunt poſt gl. ceſſante conſuetudine non poſſe ſolui de moneta vnius, vel deterioris metalli pro alia. Pan. in c. quanto. in fi. commen. de iureiur. vbi Bur. & Imol. Barto. in l. ſi ſtipulatus ſim 10. in melle. 2. col. ver. ſed pone, ff. de ſol. & in l diuortio, §. ob donationes. ff. ſol. matri. Mart. de Lau. in d. l. cum quid, & in tract. de moneta, & Fran. Aret. in conſi. 11. 1. col. & ſecundum plures ex Doct. prælleg. & Bald. in d. l. libera 2. col. C. de ſent. & interlo. omn. iud. 2

Iſta conſuetudo eſt vniuerſalis not. Ioan de Pla. in l. 1. C. de ar. pretio. lib. 5. vbi dicit ſpeciale in fiſco, vt cogatur capere æs, & argentum pro auro: not. Ro. in l. diuortio. §. ob donat. ff. ſolu. matrimo.

Quod ſecundum eum poſt Bart. in l. 1. C. de collat. æris eod. lib. limitatur dupliciter: primò † niſi fiſcus damnũ paſſurus ſit ex hoc l. Paulus. ff. de ſol. Secundò, niſi publicæ vtilitatis cauſa fiſcus vellet in certa pecunia ſibi ſolui: primam tum limitationem habeo pro tuta, per l. 1. C. de argent. preci. Et vt dixi ceſſante conſuetudine non poteſt ſolui in moneta diuerſę ligę quod procedit etiam ſi quis vellet ſoluere de precioſior, re puta de auro pro argento ſecundum Bart. in d. l. 1. in fin. ff. de aur. & arg. leg & Imo. poſt Ange. in d. l. Paulus, vbi dixit Imol. quod debitor in pecunia ære contaminata hoc non obſtante poſsit ſoluere in pecunia puri argenti, quia comparatiuum præſupponit poſitiuum, l. vbi autem non apparet in princ. ff. de verborum obliga. bonum argentum conſequenter, compræhendit vilius tanquam de eadem materia exiſtat, licet minus de argenti bonitate habeat vilius, quòd non approbo in euidentialibus huius concluſ. vbi latius loquor, alias autem benè poteſt fieri ſolutio de moneta vnius formæ, dummodo eiuſdem materiæ pro alia moneta alterius formæ, puta in groſſonis Mediolani pro Ianuenſibus, quando ſunt æquè boni, vel pro Papalibus, Ferrarienſibus, aut Mantuanis, & ducatis Mediolani, pro Venetis, niſi ex hoc creditor eſſet damnũ paſſurus, l. Paulus, cũ ibi not. ff. de ſol. & dicitur, quis pati poſſe dammum, quando debitor Venetorum ducatorum vellet ſoluere de Mediolanenſibus creditori volenti ire ad partes Orientales, vbi ducati Mediolani fortè non ſunt in vſu, vel ita cogniti, vel tanti valoris. Vel ſi quis vellet dare pro ſcutis ducatos mercatori volenti ire ad partes Vltramontanas, vbi ducati non ſunt tanti valoris, prout in Italia, vel vbi ego promiſiſſem ſub pœna dare alicui ducatos Ianuenſes, & debitor meus ducatorum Ianuenſium vellet mihi dare de Venetis, vel Mediolanenſibus, vt declarant Angelus, & Imol. in d. l. Paul. & Ioan. de Ana. in cap. 2 de maledi. & Mart. de Laud. in locis alleg. † Quare autem ceſſante damno liceat de iure communi ſoluere de pecunia eiuſdem ligæ pro alia licet diuerſæ formæ, ideò eſt, quia iuris fictione non dicitur aliud ſolui ſecun-

dum gloſſ. Bartol. & communiter Doctor. in dicta l. Paulus, ar gum. illius, l & dicta, l. ſi quis argentum, cum ibi nota. & dict. l. 1. in fin. & l. Titia, ff. de aur. & argen. lega. quod eſt intelligendum, niſi forma pecuniæ, quæ ſolueretur, eſſe reprobata per ea, quæ dixi in ſecunda declaratione. Ratio autem, quare nõ dicatur aliud iuris fictione ſolui, eſt, quia forma nihil dat in valore ſaltem plus in vna, quàm in alia, maximè cum pecunia debeat eſſe talis de iure, vt tantã vtilitatẽ prębeat in forma, ſicut in materia, & non plus l. 1. ff. de contrahen æmpt. & not. in dicta l. 1. in fin. ff. de aur. & argen. l. in cap. quanto, de iureiuran. licet hoc non ſeruetur.

SVMMARIVM.

1 *Tempus conſuetudinis ad faciendam ſolutionem attendendum.*
2 *Conſuetudo faciendæ ſolutionis ſecundum pecuniam currentem qualis eſſe debeat, & quanti temporis, & an liget Forenſes vel ignoratnes,*

TERTIA LIMITATIO.

1 FAllit tertio prædicta concluſio vbi conſuetudo eſſet, vt fieret ſolutio pecuniæ debitæ ſecundum valorem, & curſum temporis ſolutionis: quia † illud tempus eſſet attendendum, vt per Bal. in conſil. 38. incip. ſuper eodem primo volum. & hoc etiam innuit in conſil. 423. ſecund. volumin. ſecundum penultimam impreſsionem. & eſt de mente Hoſtienſis, in titul. de cenſi. §. ex quibus, in princ. ver. quid ſi moneta. declarat, & conſuluit Ro. in conſ. 123. incip. circa primam, prope finem primi dubij. Facit l. Imperatores, ff. de cõtrahen. emp. vult Alexan. conſil. 21. incip. viſis his, 2. volum. vult etiam Cornęus in conſilio 181. incip. viſis nonnullis, 29. colum. ſecund. volumin. vbi loquitur in conſuetudine particularium perſonarum, dicẽs, quod longa eorum conſuetudo ſoluendi vim habet conſenſus, & quod ita actum ſit inter partes, vt ſolueretur ſecundum monetam currentem tempore ſolutionis.
2 Qualis † autem debeat eſſe iſta conſuetudo, patet ex notatis in cap.

Digitized by Google

in cap.fin.de conſuetud.& in leg.de quibus,ff.de legi.& in l.2. C.quæ ſit longa conſuet. faciunt, quæ dicam in ſequen.limitatio. & videatur dom.Franciſc.de Aret.in conſ.11.incip.procedendum,penul.& vltim.colum.vbi declarat quantum tempus & quid conſideretur in hac conſuetudine, & quid ſi ſtatutum ſit in loco contrarium conſuetudini, quæ non ſit adhuc præſcripta ſpacio annorum decem, & an tale ſtatutum, vel conſuetudo ligent forenſes,vel ignorantes,reliqua dicentur in fine huius tractatus, & in materia illa ſi adſit ſtatutum declarans æſtimationem monetæ, & ſuperueniat conſuetudo præſcripta alterius æſtimationis,& quis contrahat in tempore cõſuetudinis,miſpiciendus erit valor ſecundum tempus conſuetudinis, vt dixit Bald. in l.ſi quis argentum, in princ. penult. colum. C. de dona.

SVMMARIVM.

1 *DEbitor longo tempore ſoluens de pecunia minorata, an poſſit ſe præſcriptione defendere.*

2 *Præſcriptio ſoluentis in minutiore pecunia quanti temporis ſit, & quando incipiat currere. Et an per creditoris proteſtationem interrumpi poſſit. 3 4. 6.*

3 *Proteſtatio contraria nonniſi in certis caſibus interrumpit præſcriptionem, 5.*

Bona fides in præſcribente regulariter, præſumitur.

4 *Deberi ſibi plus ſciens, an ſibi præiudicet minus recipiendo.*

7 *Solutio per quam præſcriptum eſt poſſe ſolui de alia moneta poteſt effectum operari pro vtraque parte.*

8 *Præſcriptio habet vim diſpoſitionis, & conuentionis.*

9 *Promiſſio talis præſumitur proceſſiſſe qualis apparet ſolutio.*

QVARTA LIMITATIO.

1 Vartò fallit, quando longo † tempore aliquis debitor certæ pecuniæ ſoluiſſet de pecunia minoris valoris, vel ſoluiſſet ſecundum valorem temporis ſolutionis,cap.olim a contrario ſenſu, cum ibi not. de cenſi.Solet notari in cap.cum Canonicis,& tit.gloſſ.& Doctor.in cap.conquerente de offic.ordi.no. Signo. in conſil.74.

ſeu quæſt. incip. quæſtio talis proponitur: Quidam colonus, 2. col. verſ. ex poteſtate præſcriptionis, not. latè Fran. de Are. in conſil. 112. incip. conſideratis vbi dixit, quod ca. cum olim, & cap. cum Canonicis loquuntur quando moneta, ſecundum quam eſt ſolutum, fuit in bonitate intrinſeca, & pretioſitate metalli variata, & no. Signo. vbi ſupra. & Franc. de Are. loquitur quando variata fuit in bonitate extrinſeca. Et iſta præſcriptio in foro Eccleſiaſtico eſt annorum, 40. & Cæſareo 30. vt habetur in dicto cap. olim, & in locis præalleg. & in l. is, qui, ff. qui mo. vſufru. ami. & l. cum notiſsimi, cum ibi nota. de præſcrip. trig. an. not. Franciſ. de Aret. in conſil. præalleg. licet in
2 vſuris minoribus ſolutis aliter ſit, l. qui ſemeſſes in princ. cum glo. & l. cum quidam, §. diuus. ff. de vſur.

Et hæc præſcriptio taliter commenſuratur, vt non conſideremus, an quandoque puta duobus, vel tribus annis ſit ſolutum de meliore moneta. Sed an verum ſit, quod præſcriptio ſit completa in minore moneta, ſeu minoris valoris. Et quod dictum eſt de eo, qui longo tempore ſoluit de minori moneta, ſeu minoris valoris, procedit etiam contra eum, qui ſoluiſſet de meliore per tempora prædicta, vt notatur in dicto cap. cum Canonicis, & ſecundum Ioan. Andr. in nouella, in dicto cap. olim, ac Panorm. & communiter ſcribentes, & Franciſ. de Aret. in conſil. præalleg.

Iſta præſcriptio incipit currere, cum primum quis incipit ſoluere de alia moneta, ſeu ad aliam æſtimationem, quàm teneretur tempore obligationis reprobata opinione illorum, qui dicebant in annuis præſtationibus neceſſe eſſe, vt contra quamlibet præſtationem de nouo inchoaretur præſcriptio. quo caſu exigeretur tempus duplicatum per no. per glo. Bar. & Doct. in dicta l. cum notiſsimi, §. illud cum ſequ. C. de præ-
3 ſcrip. trig. an. no. Signor. in loco præalleg. † Et ita etiam tenuit Cornæus conſil. 189. incip. viſis 28. colum. 2. volum. & non interrumpitur per præſtationem, puta ſi creditor recipe ret cum proteſtatione, quod quatenus plus, vel de meliore moneta ſibi deberetur non intendit iuri ſuo præiudicare ſecundum Innoc. Ioan. An. Abba. antiquum, & magis communiter ſcribentes in dicto cap. olim, poſt gloſſ. primam ibi: qa proteſtatio contraria non niſi in certis caſibus interrumpit præſcriptionem, l. vt perfectius, C. de anna. excep. & cap. paſtoralis,

ſtoralis,ad finem, de off.ord. & 16.quæſt. §.3.poteſt.verſicul. his autem.

Dicit tamen Ioan.Andr.in dicto cap. olim , circa fin. comment. in nouella , & ante eum Hoſtienſ. cum quibus tranſeũt communiter Doctor. quod exiſtens in mala fide non præſcriberet per not.in cap. fin. de præſcrip. & in regula poſſeſſor de reg. iur.in 6. Quod puto verum, quando ea conſtaret, cũ bona fides in præſcribente regulariter præſumatur ſecundum communem ſententiam , de qua per Bartol.in l. Celſus, ff.de vſufru.& per Bald.in l.fin.C.de long.temp.præſcription. cum
4 concor. not. Franc. de Aret. in conſil. prælleg. † & hæc præſcriptio maximè procedit inter ignorantes,ideſt,credétes ita eſſe obligationem, prout fit ſolutio ſecundum Bartol. & Doctor. in l.is, qui vſumfruct. per illum textum cum gloſſ.ff.qui mo. vſufruct. amit. & not. Signorol. in loco ſupra allegato, vbi figurat exemplum in hæredibus ſoluentibus.

Si quis autem ſciens ſibi plus deberi minus recipiat , videretur, quod ſibi non præiudicet, nec currat præſcriptio,quia vſu,& receptione partis a ſciente retinetur ius totius , vt not. Bart. Bald. Alber. & communiter Scribentes in dicta l. is, qui vſumfruct. traditur per gloſ. in l.ſi quis exemptionis titul. C. de præſcript. prædicto.

Ita ſecundum eum oportet conſtare trig. ann. quod etiam in propoſito voluit Bartol. in l.ſi prius,in princip. ff. de aqua plu,arcen.no. Franc.de Aret. in conſilio præallegato contrarium innuit gloſſ. prima , quam ſequuntur ibi Innoc. Ioan. Andr. & communiter Doctor.in dict.cap.olim per illum textum, dum dicunt, quod ſi recepta fuerit pecunia minoris valoris cum proteſtatione iuris ſui . Talis proteſtatio non interrumpit præſcriptionem,& non eſt veriſimile, quod quis proteſtetur de iure ſuo,niſi cauſam proteſtationis notam habeat & ſic ſciat ſibi plus deberi.

5 Circa quod dici poteſt † quod neceſſe ſit dicere,vt talis proteſtans dubitaret , non autem certus eſſet ſibi plus deberi, vel quod deciſio Barto.& ſequacium procedat in eo quo ſcienter recipiebat minus volens reliquum donaret aut recipiebat in parte ſolutionis. Et prout ſentit Sign.ſi certum eſſet quem ſcire ex ſimplici receptione, & quittatione creditor ceſſeretur reliquum donare. facit l. cum quidem. §.diuus, ff. de vſur.

Est tamen aduertendum prout Corneus declarat in conſ. 181. incip. viſis nonnullis, in 27. colum. & ſeq. 2. vol. quod talis præſcriptio non currit ſcienti indebitum ſoluere, quoniam malæfidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit, niſi vt prædixi ſolutio fiat ſcienter minùs recipienti qui videtur donare: & hoc latius declarat Cornæus in eo conſi. 29. col. ver. nec obſtat ſupra de mutatione, & variatione monetæ hodiernæ ab antiqua, & ſolutionum Item ſecundum eum ibi eſt aduertendum, an præſcriptio ſit interrupta.

6 Item eſt aduertendum ſecundum Inno. & Io. And & communiter Docto. in d. cap. olim, quòd † talis ſolutio, per quam præſcriptum eſt poſſe ſolui de alia moneta operari poteſt pro vtraque parte duplicem præſcriptionem, puta ſi debitor Papienſium ſoluerit per 40. annos in terris Eccleſiæ, vel 30. in terris imperij Lucenſes pro Papien. non conſtito aliter de obligatione Papienſ. nam ex parte creditoris erit præſcriptum; quod debeantur Papienſes ex parte debitoris quando liceat ei ſoluere Lucenſes pro Papienſibus ſecundum modum ſolutionis, licet Butr. hoc reprehendat per l. malè agitur, C. de præſcrip. trig. an. quam inducit ad hoc quòd præſcriptio mei cauſa inducta non debet operari effectum contra me. Sed poteſt vtraque opinio concordari, vt ſcilicet præſcriptio iſta ſit qualificata, & quod qualitas reſpiciat fauorem debitoris: licet obligatio reſpiciat fauorem creditoris, dum autem Inno. & Io. And. eo caſu dicunt præſcriptionem vnius anni poſt prædictam præſcriptionem 30. vel 40. an. operari, vt debitor non teneatur de alia pecunia, quàm præſcripta ſoluere. non benè inteligo quando pro vtroque preſcriptio vno contextu curriſſet, prout ipſi præſupponunt: quod autem dicunt ibi Doct. quod quando vna pecunia eſt in obligatione, & alia in facultate ſoluendi, libellus, & condemnatio fieri debeant de ea, quæ eſt in obligatione aliter non refero.

7 Sed in hac materia inuenio vnum dubium, videlicet † ſi ſæpè mutata eſt pecunia intra tempus præſcriptionis, & ſecundum mutationem facta ſolutio, ita quod non poſsit dici ſecundum vnam mutationem facta ſolutio, per ann. 30. vel 40. An facienda erit ſolutio ſecundum antiquam monetam quaſi non currerit præſcriptio completa de aliqua contraria noua moneta. In quo paſſu Hoſti. in tit. de cenſi. §. ex quibus,

circa

circa primum tenuit, quod sic, vt fit solutio faciendæ secundum antiquam monetam. Signor. autem consil. seu quæstione prælegat. vlt. colu. in concus. sua dixit cucurisse præscriptionem aduersus antiquam monetam: & solutionem esse faciendam de moneta, quæ plus valuit intra tempus præscriptionis, & solutionis, & ad eius æstimationem, seu de ea, quæ fuit maioris valoris, dummodo non excedat valorem pecuniæ, quæ currebat tempore obligationis contractæ. per d.l.is, qui vsufru. §. fin. cum gl. in verbo, sed an habeat, ff. qui mo. vsufr. amit. Breuibus puto præscriptum esse, vt, prout fuit per tempora solutum, soluatur. Nam si fuit de vsuali moneta solutum, id est, de ea, quæ currebat tempore cuiuslibet solutionis seu secundū valorem qui currebat in singula solutione erit ita præscriptum: & licet solutiones indiuiduo fuerint diuersimodè factæ, in hoc tamen dicitur esse vniformitas solutionum, & cucurrisset tempus præscriptionis, quòd secundum currentē monetam, & vsualem tempore faciendæ solutionis solutum fuerit: & sic præscriptum erit, vt possit solui, & debeat secundum vsualem monetam tempore faciendarum solutionum, & secundum valorem monetarum eo tempore sic soluendum
8 in futurum quasi ita foret conuentum, vel dispositum † cùm præscriptio habeat vim dispositionis, & conuentionis, arg. l. si certis an. C. de pact. & l. cum de in rem verso. cum vtrobiq; nota ff. de vsur. & faciunt, quæ dixi sup. circa prin. huius fallentiæ, & istam opinionem sensisse videtur, & tenuisse Franc. de Aret. in d. consil. 112. colu. ibi, incipit autem. Et inueni post hæc scripta mea, quod ita tenet do. Cornæus d. consi. 181. inci. visis nonnullis 29. col. 2. vol. Quod autem dixi 30. vel. 40. annis præscribi de qua moneta seu secundum quam æstimationem sit soluendum limitat Marti. de Lau. in tract. de moneta, prope fin. vt procedat quando certa est pecunia promissa, sed si esset incerta, dicit se confuluisse, & quod per præstationem decennalem inducitur declaratio, vt secundum quòd solutum fuit annis 10. intelligatur ita promissum, & stare obligationem secundum Ange. in d.l. si certis annis. C. de pactis. per d.l. cum de in rem verso. ff. de vsur. alias secundum eum intelligeretur de nummis inter l. nummis. ff. de leg. 3. de quo latius dixi supra in 1. declaratio. & videatur quod dixit Franc. de Aret consil. 11. incip. procedendum penul. col. & not. D. Franc. Cur. in tractat.

de moneta, ſeu in l.cum quid, vltim.quæſt.ff.ſi cer pet.& pro-
9 pterea Bal.in d.l.fin.certis annis.3.colu.dixit quodꝺ qualis apparet ſolutio, talis præſumitur præceſsiſſe promiſsio. Vltimò eſt in hac materia aduertendum, quod ſi quis de meliore pecunia per plures annos ſoluiſſet ignoranter nó completa prę-ſcriptione,poſſet repetere plus ſolutum,aut cum futuris fictibus compenſare, ſecundum Old.in conſi.250.incip.factum tale eſt, iunctis notat.in d.l.cum canonicis, ſubdit Oldr. quod creditor eo caſu non poterit allegare ſe eſſe in poſſeſsione ita exigendi,& recipiendi,nec iuuari remedio poſſeſſorio,de quo in ca.peruenit.de cenſi.& in cap.querelam, de elect.& in d.l.ſi certis annis, vbi Bal.& Ange.vbi tradunt, an in præſtationib. ſit dare poſſeſſorium. Et prædicta præſcriptio procedit etiam ſi de vna pecunia æquè bona loco promiſſæ ſoluatur.Bal. in d.l.is qui vſumfru.in fi.com.ff.qui mo.vſu.amit.facit.d.c.olim, & d.c.cum canonicis, cum ibi notatis.

SVMMARIVM.

1 *PEcuniæ valor ſecundum ſolutionis tempus inſpicitur in eo, quod ratione vſuræ præſtatur.*
2 *Vſuras nunquid petere poſſit, qui fructus percipit.*
3 *Sors, & vſura qualiter differant in temporis ſolutione.*

QVINTA LIMITATIO.

1

Vintò fallit ſecundum aliquos in eoꝺ quod præſtatur ratione vſuræ, quia non inſpicitur tempus contractus, vt dixit Pileus in queſtione ſua 35.quem refert Ioannes Andreę in ti.de iol.§.nunc aliqua, in fi.in add. incipit.olim.vbi refert Pileum in quæſtione prællegat.dixiſſe quod licet in contractibus, & debito ſortis variato valore pecuniæ debeat attendi antiqua æſtimatio:tamen quidam nobilis habens ſententiam arbitramentalem, ſeu laudum ferre pronunciauit ſecus eſſe in debito vſurario, & ſubdit Ioan.Andr.quod aliqualis æquitas ineſt huic dicto: & poteſt eſſe ratio, quia cùm vſura accedat ſorti tanquam lucrum ac loco fructuum, & emolumenti

l.vſurę.

Digitized by Google

l. vſuræ. ff. de vſur. non eſt æquum, vt duplici onere grauaretur illam præſtans, videlicet ſoluendi ad æſtimationem antiquæ pecuniæ, & ad ſoluendum lucrum, argum. d. vſuræ, ſecundum
2 vnum intellectum, dum ibi dicitur, † quod percipiens fructus, non debet etiam vſuras petere. quinimo ſecundum Bart. in l. Paulus, 6. q. ff. de ſol. cuius opinio eſt communis, vt dixi ſupra in 1. limitat. quando tractatur de intereſſe lucri ceſſantis, non habetur ratio augmenti pecuniæ: & iſta potuit eſſe mens illius nobilis. poſſet etiam attentari, quod hæc non ſit ſallentia. Nam vt dixi in princ. huius concluſionis, & ferè in omni declaratione inſpicitur tempus contractæ obligationis, & quia vſurarum obligatio ante moram non contingit, l. mora, & l. ſi deicommiſſi, ff. de vſur. cum concordant. fruſtra quærin. u3 an inſpiciendum ſit tempus ſortis in eo, quod pro vſura præſtatur. Et hoc modo æſtimatio, & valor pecuniæ inſpiceretur a tempore moræ, argum. l. vnum, ff. ſi certum petatur, de quo eſt dicendum iuxta ea, quæ latius dixi 10. & 12. declara. cum ſeq.

3 Et ſic † concludendum puto ſortem ſolui debere ſecúdum tempus obligationis, & contractus, ſeu mutui, & vſuram ſecundum tempus, quo quis ad vſuram obligatur efficaciter. Facit quod dixit Bald. in cap. ex conquæſtione, de offic. ordin. quod quando concurrunt antiqua, & noua præſtatio, ſolutio antiquæ præſtationis eſt facienda ſecundum antiquam monetam, & nouæ ſecundum nouam.

SVMMARIVM.

1 *DEbitor non cogitur ad ſolutionem antiquæ monetæ cum Princeps iubet numerari de noua.*

2 *Decretum Principis ſuper ſolutione ſecundum nouam pecuniam nũquid perſonas Eccleſiaſticas liget.*
Et quid de ignorantibus.

SEXTA LIMITATIO.

1 SExtò fallit, quando Princeps † mandaret facta debiliore, vel meliore moneta ſolui debita contracta antiquitus, vel cenſus, aut antiquas præſtationes ſecundum nouam monetã,

vt per

vt per Ioan. Andr. in addition. Specul. in titul. de solut. §. nunc aliqua, in fin. in addit. incip. olim, & Alberic. de Rosa in l. cum quid, circa finem commentar. ff. si certum petatur, vbi tangunt, an tale mandatum ligaret personas Ecclesiasticas, de quo etiam per Oldradum in consil. infra allegan. de qua materia etiam aliquid dixi in prima declaratione, & quid iuris si de vtraque pecunia reperiatur, vel si antiqua non sit reprobata, & omisso illo articulo, an Princeps possit iuri tertij præiudicare. Dicendum est, quod talis Princeps si hoc faceret sine cõ sensu subditorum, teneretur ad restitutionem, vt notat Innoc. Panorm. & Scribentes in cap. quanto, de iureiur.

Etiam valeret statutum, vel decretum, potest videri Bald. in consil. 423. cum præcedent. 2. parte, secundum penultimam impressionem, & videatur Aretia consil. 111. in penult. & vlt. colum. vbi dicit † quid iuris si tale statutum non obseruetur, & ambigetur ignorantes. Dixit tamen Old. in consil. 250. incip. Factum tale est, quod simpliciter statuto mandante fieri solutiones de noua moneta per hoc non censetur statutum, quo minus fieri debeant ad æstimationem antiquam, vt dixi supra in 17. declaratione, facit gloss. in capit. quis ignoret. 32. quæstio. quarta.

SUMMARIUM.

1 *Tributa, & decimæ respiciunt pecuniam ad tempus solutionis.*

2 *Pecuniæ variatio est Principibus imputanda, quibus debentur tributa.*

3 *Statutum de certa pecunia soluenda mutatum videtur mutata pecunia.*

SEPTIMA LIMITATIO.

1 Allit septimò in decimis, & tributis, † & alias vbicunque lex, vel statutum dicerent fieri debere solutiones secundum monetam currentem tempore solutionis. Clement. si beneficiorum, secundum vnum in. Clectum de decimis, & est de mente Bald. in l. is, qui vsumfruct. §. fin. in fin. commen. ff. qui mo. vsufruct. amit. post gloss. in dicta Cle. si beneficiorum. & Paul. de Leaz ibi. & Roma in consil.

in consil. 123. incip. circa primum, 2. colum. & clarè vult Millus in reperto, in verbo pecunia; verum quia illa Clem. habet varios intellectus, & communis sententia est, vt dixi supra in 11. declara. in fin. Quod esto, quod detur facultas solvendi de moneta vsuali, per hoc non dicitur quod solutio fieri non debeat ad æstimationem antiquæ pecuniæ, ideirco posset fortè dici, & in decimis attendatur consuetudo taxæ, iuxta gloss. in d. Cle. in verbo taxatione; & quod si sit consuetudo, vt singulis annis valor inspiciatur, solutio fiat secundum valorem cuiuslibet anni ad illã æstimationem pecuniæ, quæ tunc curret, alias fiat secundum antiquæ pecuniæ æstimationem, videlicet eius temporis, quo taxa fuit facta. de quo plenius dixi in 17. de-
2 claratione. In tributis autem quæ principibus præstantur † credo indubitanter inspici tempus cuiuslibet solutionis: & moueor vltra prædicta ex tex. & not. in l. creditor. in prin. ff. de sol. iunctis not. in d. Clt. si beneficiorum. maximè per Zab. & Pet. de Ancha. & Imol. dum dicunt, quod si creditor fuit in causa vel culpa deteriorationis, vel reprobationis pecuniæ, habet sibi imputare, & pro tanto si Principes habentes potestatem cudendi, & variandi monetam, illam varient, vel variari mandent aut permittant variari, vel in variationem expendi sibi imputent, quod maximè verum puto, quando tributum est debitum per statutum, vt in eo attendam us monetam currentem tempore solutionis, & vt trahatur ad monetam prout currit, vt dixi supra, in 12. ampliatio. idem si tributum debeatur ex ordinatione, & mandato Principis, vt per Millum in loco supra allèg. vbi contrarium innuit si debeatur ex mero contractu: volens tunc attendi pecuniam quæ currebat tempore contractus, & hæc intelligo, quando variatio tendit ad præiudicium Principis cui tributum debetur, & non sub-
3 ditorum, vt † quia debilior, vel vilioris valoris sit moneta tẽpore quo soluitur tributum. facit ad hæc quod dixit Antonius de Butrio in d. cap. quanto, de iureiuran. quod statuto loquente de certa moneta, si contingat mutari monetam, censetur mutatum statutum, & ad nouam monetam per iura allega. per eum. facit. c. translato. de consti.

S V M-

SVMMARIVM.

1 Pecunia æstimatio, & declaratio a partibus facta attendenda est.
2 Æstimationis pecunia per partium conuentionem materia examinabitur, 3. 4. 5. 8. 10.
5 Ducati mutuò dati, quomodo veniant æstimandi ex partium conuentione. 9.
6 Pactum quod soluatur ducatus ad certam æstimationem valet. 11.
7 Solutionem fieri in moneta æquè bona semper videtur actum inter partes.
12 Monetæ currentis expressio, an excludat monetam currentem tempore contractus, si tempus solutionis non fuerit nominatum.

OCTAVA LIMITATIO.

1 OCtauò fallit in pecunia declarata, vel æstimata † ex conuentione vsque a principio qa attẽditur declaratio, & æstimatio a partibus facta secundum Bartol. in l. Paul. in fine. ff. de solu. vbi loquitur tam de dote, quã de alia obligatione. & in l. si stipulatus sim, decem in melle. ff. eodem tit. & in l. sed addes, § si dominus, ff. loca. & per Doctor. in l. penult. §. mancipia. ff. solut. matrim. per Petr. de Anchar. in Clem. si beneficiorum, circa finem commen. vbi etiam Imol. de decim. post Bal. in consil. suo 339. incip. punctus quæstionis, 2. volum. secundum penultimam impressionem, per Martin. de Laud. in tracta. suo de moneta, circa finem. & per Dom. Barthol. Socin. in cons. 298. incip. pro fundamento. sequitur Ioan. And. de Ana. in cap. fi. vltim. char. de maled. Ioan. And. in cap. quanto, in penult. colum. in fin. de iureiuran. Et no. Andr. de Iser. in vsi. feudorum, in tit. quæ sint regalia, in 8. colum. versic. & sic videtur, vbi dicit, quod negotiatores dubitantes de augmento, vel diminutione solent expresse conuenire de æstimatione pecuniæ debitæ.

Et quia hæc materia est vtilis, & quotidiana, & malè examinata, ac peius intellecta, illam tradam per quæstiones. Primò

Digitized by Google

mò igitur quæro post Bartol. in l. Paulus, vltim. quæst ff. de sol.
2 † si mutuem, vel in dotē dem aut deponam centum libras. Dicendo hoc modo: Albertus Brunus dedit mutuò Sempronio, vel in dotem, vel deposuit centum libras in tot ducatis auri largis, vel in tot grossonis Mediolani, & hoc factum sit tempore, quo ducatus auri largus valebat 4. libr. præsuppositō quod nunc valeat 4. libr. cum dimidia, vel tempore, quo grossonus Mediolani valebat vnam libram, præsuppositō, quod nunc valeat 22. solidos, an debitor liberabitur soluendo ducatos, vel grossonos ad valorem temporis solutionis: & sic dando pro centum lib. 22. ducatos auri largos, & libram vnam, vel monetam æquiualentem liberetur cum a me habuerit 25. ducatos auri largos pro cētum libris, & quid ècontra si ducatus decreuisset stante casu præmisso, puta quia tempore solutionis non valebat, nisi tres libras cum dimidia, an ipso volente mihi dare 25. ducat. loco cētum librarum, prout a me habuit, potero dicere quod tempore solutionis ad faciendum cētum libras plures ducati 25. exiguntur, videlicet in summa 28. ducati, & 2. libræ, reperio quod difficultas huius quæst. residet in hoc, an ducati sint in obligōne an tantum in facultate soluēdi; & esto quod sint in obligatione; an sint in obligatione secundum æstimationem, & valorem temporis contractus, an verò temporis solutionis, in quo casu Bart. in dicta l. si stipulatus sim decem in melle, in 2. colum. quem ibi sequitur Paul. de
3 Cast. tenuit, quòd † ducati, vel grossoni sint non tantum in facultate soluendi, sed etiam in obligatione: & quod in eis consideretur valor secundum tempus contractus, per illum textum cum gloss. dum ibi dicitur, quod si promisero decem ducat. in melle: mel est in facultate soluendi, non autem in obligatione, nisi mel æstimetur, puta ad rationem vnius ducati pro cado.

Nam secundum eos, quando do tibi centum libras in florenis, seu ducatis, licet non detur æstimatio ducato. Non est hoc necessarium, quia suam habet æstimationem, quæ dependet ab eo, pro quo communiter expenditur, vel taxatione superioris iuxta no. in d. l. fin. cum præced. C. de vet. numism. po. non sic in melle, cuius æstimatio est voluntaria, & a partium potestate dependet, & variatur, & sicut in melle consideratur æstimatio temporis contractus a partibus limitata, ita in du-

catis

catis in casu prædicto consideratur æstimatio: & valor à superiore taxatus, & communiter tunc tempore contractus currens, & cum hac opinione, tanquam veriore tenuit Mart. de Laud. in tractat. de moneta, penult. & antepenult colum. vtilitas autem secundum Bartolum, est quia de æstimatione limitata etiam in pecunia contingit, quandoque lucrari, prout supra declaraui..

4 Contrarium tenet Angel. in dicta l. si stipulatus, † dicens, quod cum valor ducati, & pecuniæ promisse sit variabilis, pro vt in dies videmus nō possit cuius æstimatio magis dici certa, quam æstimatio mellis, eius pretium non sit a partibus limitatum, & quod sicut mel eo casu non erit in obligatione, ita nec ducati in casu prædicto: & quod tantummodo centum libræ sint in obligatione, & ducati in facultate soluendi: & hanc opinionem firmat Bartol. in l. Paulus, vltim. quæst. ff. de solu. cuius opinio ibi est magis communis.

Nam cum eo transit Bald. in consilio præallegato, & Petr. de Anchar. in Clemen. si beneficiorum, penult. colum. de decimis, & Ioan de Ana. in cap. fin. penulti. colum. de maledic. & Bald. in cap. quanto, versic. extra quæro, de iureiuran. & Fran. de Aret. in consil. 11. & Panorm. in dicto cap. quanto, circa finem com. nent. de iureiuran. vbi etiam alij mouentur, Bartol. in dicta l. Paulus, quia dando centum libras in tot ducatis, puta 25. ducatos pro centum libris, ita quod dicendum sit, sicut de alia re æstimata, & de dote, quæ datur æstimata, l. cum dotem, C. de iure dot. l. æstimatis, ff. solut. matrimo. & secundum Bartol. illa verba in tot ducatis nihil operantur, & damnum, & lucrum contingens in variatione valoris ducati, seu floreni pertinebit ad debitorem, & in depositō videbuntur ducati venditi pro illis libris, ita quod æstimatiō duc. videlicet libræ centum, & non floreni, censeatur deponi. l. certi cond. §. final. cum sequent. ff. si certum petatur, & l. si ex pretio, C. eodem, & credo, quod hæc 2. opinio, quæ est magis communis, sit verior taliter, quod debitor tenebitur, & poterit dare duca. ad æstimationem temporis solutionis, vel monetam æquivalentem centum libris secūdum valorem temporis solutionis, pro qua facit, quia esto, quod ducati solummodo essent in obligatione, nihilominus in eorum æstimatione attenderemus tempus solutionis, secundum communem, & veram sententiam tradi-

traditam ſupra in quinta ampliatione. Vnde idem eſſe debet, quando dantur centum libræ in tot ducatis, quia per hoc non concluditur, quòd reddi debeant vigintiquinque ducat. pro centum libris, ſed totum oppoſitum, ita quod ducati nō ſint in obligatione reſpectiuè ad libras cētum, ſed ſecundū ſuam propriam æſtimationem, præſuppoſito quod eſſent in obligatione, licet putem verius, quod non ſint in obligatione, ſed tantum in facultate ſoluendi, & quod ſolum libræ centū ſint in obligatione, prout dixit Bartol. in dicta l. Paulus, in fine, & Angel. in dicta l. ſi ſtipulatus ſim decem in melle, cum concordan. ſupra allega. & facit, quod dixit Paul. de Caſt. in l. ſed addes, §. ſi dominus, ff. loca, ex cuius dictis prædicta multum declarantur, & ampliantur, vt ſciamus, an poſsit creditor cogi capere de ducatis, vel alia monera.

5 Et per † prædicta teneo: quòd ſi dictum fuiſſet, do tibi centum libras in tot ducatis largis, vel groſſonis, hoc acto, quod reddas in ducat. largis, vel groſſonis, quo caſu ducati, vel groſſoni indubitanter eſſent in obligatione, nihilominus ſolutio ducat. debebit fieri ſecundum valorem ſuum tempore ſolutionis pro prædicta iunctis his, quæ dixi in dicta quinta ampliatione cum ſequent. & hoc eſt, quod voluit Alexan. in dict. l. penult. §. mancipia ff. ſolut. matrim. vbi malè intelligit Bart, quia etiam hoc caſu non intelliguntur dati 25. ducat. Taliter quod reddi debeant 25. ducat. pro centum libris, ſed totum oppoſitum: vnde ducati reddentur ſecundum propriam æſtimationem temporis ſolutionis. & vult Bartol. in dicta l. Paulus, cum concordan. ſupra allegat. dum dicit attendi tempus ſolutionis, niſi dictum ſit ſub eadem æſtimatione, de quo in ſequent. quæſt. dicetur.

Sunt tamen prædicta intelligenda, niſi augmentum ducat. euen iſſet propter pecuniam argenteam ære contaminatam. Nam ſicut non poſſent dari centum libræ de pecunia ære contaminata loco centum librarum antiquarum pretioſioris metalli, ita non poſſent dari ducati cum augmento eorum, tali occaſione cauſato, vt dixi ſupra in 6. declar. & infra hac eadē limit. 3. quæſt. Secundò quæritur quod iuris erit ſi dicunt ſic, do in dotem, vel mutuò, aut depono penes te libras centum in tot ducat. hoc acto, quod reddas ducat. ad æſtimationem prædictam, vel in eadem æſtimatione,

Reſpon-

Respondeo, quod iste est propriè casus præsentis limitationis, & quod hoc casu sint ducati soluendi secundum valorem temporis contractus: quia tunc libræ censentur æstimatio ducat. ita quod dixi 25. duc. dati pro centum libr. vt dixi in præceden. q. sint restituendi in tanto numero qui comprehendat centum libras considerato tempore contractus: & sic restituendi sunt 25. ducati numero prout fuerunt traditi, & damnum decrementi, & lucrum augmenti valoris eorum cedet commodo mei creditoris. ita voluit Bar. in d. l. 1. Paulus. in fi. cum quo communiter transeunt Doc. & maximè Bal. in cons. præallega. & in c. quanto. vers. extra quæro. de iureiur. & idem Barto. in l. sed addes. §. si Dominus. vbi etiam Fulg. & Paulus de Cast. ff. loca. & in l. pen. §. mancip. vbi etiam Paulus. de Castr. ff. solu. matrim. pen. col. de deci. & Ioan. de Anà. in d c. fin. penult. col. de malefi. & Fran. d. consi. 11. & do. Bartol. Soci. in d. consil. 298. & do. Fran. Curt. in d. l. cum quid. 11. q. & Mart. de Lau. in in d. tractat. de moneta pen. col. seu antepen. & iuxta prædicta
6 dicebat Fulgo. in d. §. si dominus pactum. quod † solui debeat certa summa librarum in florenis, seu ducatis ad rationem 5. libra. & 4. solidorum pro singulo ducato valere, & esse seruandum, & licet Imol. in d. §. mancip. dicat, quòd stante casu, de quo in quæstione, si contingat ducatum decreuisse, non esset verisimile, quòd creditor voluerit tale damnum pati, per leg. cum de indebito. in princ. ff. de probat. tamen sua opinio non est tenenda, ex quo creditor acquieuit æstimationi ducati, & sicut lucrum consequeretur casu, quo creuisset damnum patiatur ex diminutione, arg. l. pen. C. de solut. & eius quod not. glos. in c. cum canonicis de censi. & dixi in 2. declaratione sup. eo & quod dixi valere pactum super æstimatione pecuniæ, est intelligendum quando communis cursus ita se habebat, cum non sit nostrum mutare æstimationem duca. vel monetæ sine authoritate superioris, imò mutans aut aliter expendens posset puniri, vt notatur in l. 1. seu 2. C. de vet. nu. pot. lib. 11. quod intelligo, nisi donationis gratia quando ratione cursus quis vellet pro pluri capere vel minore cursu, quam valeat expendere, per not. per Alb. in l. eleganter. §. qui reprobos, ff. de pigno. act.

Tertiò quæro, quid iuris si fit simpliciter dictum, do in dotem mutuò, vel depono centum duc. ad rationem 4. librarum

pro

pro ducato, quomodo fiet reſtitutio: vel ſi dictum ſit, do tibi centum ducatos in dotem ad rationem ſolidorum,94.pro ſingulo ducato non expreſſo,quod debeat fieri reſtitutio in duc. cum de conſuetudine liceat ſoluere monetam pro auro,vt dixi ſupra latè in 2. limitatio. breuib. ſi fiat reſtitutio in eadem pecunia in genere, puta in duc.debebunt dari tot ducati, qui ſecundum valorem eorum tempore ſolutionis faciunt tot libras, quot erant in promiſsione,ita quod ſi erant centum ducati ad rationem librarum 4 debeant ſolui tot ducati,qui tẽpore ſolutionis valeant 4. libr.& ſi ducatus creuerit in valore, dabuntur minus, & ſi decreuerit, dabuntur plures figurando exemplum,prout ſupra dixi in 1.quæſt.huius limitationis per ea, quæ ibi dixi, & in præceden.q.vbi hoc deciditur : & ſi ducatus creuiſſet propter deteriorationem monetæ,prout communiter fit, debent dari tot ducati, qui valeant 4.centum lib. monetæ æquè bonæ in bonitate intrinſeca, & æquè precioſi metalli, & eiuſdem ponderis, ſicut erant tempore contractus, vt voluit Martinus de Laud.in dict.tracta.de moneta, pen. & antepen.colum.& pulchr d.Bartol.Socin.in d.conſi.298.incip. pro fundamento, iunctis his, quæ latè dixi in 1. declaratione,
7 poſt Oldr.conſil.31.& concord.ibi alleg. † cum ſemper actum cenſeatur inter partes, vt ſolutio fieri debeat de moneta eiuſdem bonitatis, cuius eſt ea, de qua in obligatione tempore quo data fuit, ſeu tempore obligationis. l.cum quid, ff.ſi cer. pet.& prout ibi latius dixi, niſi aliter actum ſit inter partes,vt dicetur in q. ſequ. & ſi talis debitor velit ſoluere in moneta, puta libras vel ſolidos, prout in exemplo figurato, tenebitur ſoluere centum de antiqua moneta currente tempore obligationis quod faciat 4. libras, aut de illis antiquis ſolidis ſi reperiantur vel de noua moneta ad æſtimationem antiquæ, vt dixi in d. 1.& 4.declara.poſt Oldr.in conſil.præallega.cum concord.ibi ſignandis declarando, vt ibi latius dixi. & vltra Doc. 1
prædictos in propoſito dotis hoc eſt de mente Aret.in conſil. 11.incip.procedendum, & ſecundum prædicta intelligendum eſt quod conſuluit Bal.in d.conſil.339.incip.punctus quæſtio-
8 nis: † & prædicta procedunt quando nulla interueniſſet mora in reſtitutione, vel ſolutione per ea, quæ dixi ſupra in 1. & 2. limitatio. nam ſi interueniſſet mora, haberetur ratio valoris mutati in pecunia durante eadem bonitate, quæ erat tẽpore

contractus a tempore moræ vsque ad tempus solutionis secũdum Mart. Laud. in dicto tractat.de monet. penultim.colum. & Socin. in consilio prælegato. & ideò dixi durante eadem bonitate intrinseca, quia, vt dixi in prima limitat. ac Concl. mora nihil facit ad mutationem valoris causati ex mutatione bonitatis intrinsecæ, seu preciositatis metalli, & prædicta procedunt,nisi dictum sit ad rationem librarum quatuor pro singulo ducato monetæ currentis tempore solutionis, vt dicam infra in seq. quæstione.

9 . Quartò quæro, † aliquis dedit mille ducatos dotis nomine, vel mutuò, vel depositi ad æstimationem librarum quatuor pro singulo ducato monetæ currentis tempore solutionis. Quomodo soluentur isti ducati, vel eorum valor? dico, quod si consideremus mutationem valoris non mutata preciositate metalli, res est clara, vt inspiciamus libras secũdum quod valent tempore solutionis, quia ita placuit contrahentibus iuxta notat.in dicta l.Paulus,per Bartol.in fine,cum concordan. supra allegat. in præcedentibus quæstionibus. Idem dico si contingeret monetam esse factam de metallo debilione, & viliore, vel diminutam in pondere cũ libra,ita vt valeat viginti solidos monetæ debilioris ponderis,& vilioris metalli, sicut pretiosioris metalli, & fortioris ponderis: nam verba prædicta præferunt taxationem, & limitationem valoris ducati in libris, & vlterius declarant, quod libræ sint soluendæ de moneta currente tempore solutionis. Clement.si beneficiorum secundum vnum intellectum, quem tenuit Paul. de Leaz. ibi, & plures alij de decimis, quod potest fieri per contrahentes, sicut posset, & multo magis per contrahentes fieri, quòd pecunia reproba liberaret soluentem,vt Zabar.Petr. de Anchar. & Imol. ibi per Alberic.de Ros. & nonnullos scribentes in l.elegantet.§.qui reprobos.ff.de act.

10 Ex quo concludendum est, quòd † debitor soluendo quatuor centum libr. monetæ currentis tempore solutionis fiendæ, licet debilioris liberabitur, & si tempore solutionis curreret fortior, & pretiosior moneta, è conuerso teneretur debitor soluere quatuor centum libras illius monetæ, licet melioris,aut ducatos soluat secundum æstimationem prædictam librarum quatuor, considerato cursu monetarum secundum tempus solutionis fiendæ,& si mora interueniisset, inspicimus tem-

Digitized by Google

tempus, quo ſolutio fieri debuiſſet, & illam monetam, ac iſtú curſum, vt dixi in præceden. quæſtio. & in prima limit. vnde præſuppoſito, quòd ducati valeant nunc libr. 4. cum dimidia, & debitor occaſione mille ducatorum velit ſoluere in ducatis; non conſiderabimus, an ducatus creuerit ratione mutationis pretioſitatis metalli monetarum, nec quòd tempore promiſsionis valeret quatuor libr. illius monetæ, quæ forſan nunc valerent, quatuor cum dimidia monetę prę ſentis debilioris, ſed ſolum conſiderabimus, quòd dentur tot ducati, qui faciant quatuor millia libr. æſtimando ducatum, prout nunc valet, & erit debitor in lucro de libris 500. quia mille ducati nunc valebunt libras 4500. & tanto minus de mille ducatis dabit, quantum capiunt libræ 400. & ſic dabit ſolum ducatos 889. ſolidos decem, qui faciunt mediam libram, & idem proportionabiliter eſt dicendum, ſi ducatus decreuiſſet.

11 Vbi autem non interueniſſet † aliqua æſtimatio, licet dictum eſſet, promitto centum ducatos largos monetæ currentis tempore ſolutionis, tunc ſolutio eſſet fienda de moneta currente tempore ſolutionis habito reſpectu ad antiquam, ideſt, vt tanto plus de noua detur, quantum valet, vel valeret illa, quæ currebat tempore promiſsionis ſecundum communem intellectum, qui datur ad Clementin. ſi beneficiorum de decimis, per Panormit. in cap. quanto, vltim. colum. de iureiurand. cum concordan. quæ adduxi in vndecima declaratione, & in quinta limitatione, poſt Oldrad. in conſilio 250. incip. factum tale eſt.

Quod intelligo, niſi promiſsio eſſet facta in tali ſpecie, quæ non habet nomen, & formam pecuniæ, ſed eſt nomen collectiuum, quòd ita ſuam determinationem habet in bona moneta, ſicut in debiliore, vt ſunt libræ, quæ valent viginti ſolidos, tam fortis monetæ quàm debilis, & ducati in moneta in ducatu Mediolani, qui valent quatuor libr. qualiſcunque ſit moneta, & in florenis Mediolani, qui valent triginta duos ſolidos fortis, vel debilis monetæ: & in florenis Sabaudiæ, qui valent duodecim groſſos Sabaudiæ, vel Papæ, ſiue currat bona moneta, ſiue debilis, & non reperitur aliqua petia pecuniæ, quæ talis ducatus, moneta, vel libra, aut talis florenus appelletur, nam ſi quis promittat mihi decem ex talibus

libus ducatis, vel florenis, aut libris, intelligitur de moneta temporis contractus, vt dixi in prima declaratione. Tamen si addatur monetæ currentis tempore solutionis, ex hoc excludetur moneta currens tempore contractus, l. maritus, C. de procurator l. cum prætor in princip. cum vulg. ff. de iudic. & aliud hoc ideò est in isto casu, quam in præcedenti,
12 † quia ista denominatio pecuniæ se habet, tam ad fortem, quàm debilem, & tam ad currentem tempore contractus, quàm solutionis, & quia eligitur vnum tempus, scilicet solutionis, & aliquid dixi in sexta declaratione, & latius in decim septima declaratione.

Si autem dictum fuerit simpliciter monetæ currentis non appositis illis verbis tempore solutionis, an intelligatur de moneta currente tempore obligationis, seu dispositionis, an verò contractus, habui in facto, & teneo, quòd debeant intelligi de currente tempore contractus, vt interpretemur verba secundum regulas iuris communis iuxta nota. per Bartolum, & alios in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebel. & in l. Gall. §. primo. ff. de lib. & posthum. cum concordant. Et quia verba interpretanda sũt contra illũ, qui sẽ fundat super eis, l. veteribus, ff. de pactis, & l. quicquid astringendæ in princip. cum ibi not ff. de verborum obligat. & quia verba intelliguntur secundum tempus contractus, & dispositionis iuxta notat. in l. si ita. ff. de auro, & argento leg. per Bartol. cum concordan. Non obstante, quòd in contrarium faciat, quod verba debent ita sumi, vt aliquid operentur, l. si quando, in princip. ff. de leg. primo.

Puto tamen distinguendum, an verba, Monetæ currentis, ponantur simpliciter, vel referantur ad actum obligationis, & tunc procedant prædicta, an verò referantur ad factum solutionis, & tunc debeant intelligi de currente, secundum tempus solutionis, quia qualitas adiecta verbo, regulatur secundum tempus verbi. l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxal. l. ex facto, in princip. ff. de vulg. & pupil. puta promisit soluere de moneta currente, quia intelligitur tempore solutionis.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *VAlor pecuniæ an attendi debeat tempore contractus stante statuto, quod debeat attendi tempus solutionis.*

NONA LIMITATIO.

1 NONO fallit, quum adest Statutum † declarans attendi debere monetam, & cursum temporis solutionis per ea, quæ dixi supra in præcedent. fallentia penult. & vltim. quæstio. 6. & latius 17. declaratio. faciunt not. per Alexand. in consilio 21. incip. visis his 2. vel per Aretin. consilio 10. tertia columna, cum sequent. dicam infra in sequent. limitatione, in fine.

SVMMARIVM.

1 *SOlutio fieri debet secundum valorem tempore solutionis, mutata tantum pecuniæ bonitate extrinseca.*

DECIMA LIMITATIO.

1 DECIMO, & vltimò secundum † aliquos fallit, quoad bonitatem intrinsecam, seu quo ad variationem, quæ contingit durante bonitate intrinseca, & non mutata in moneta, in pondere, vel pretiositate; quia tũc debet fieri solutio secundum valorem temporis solutionis, vt latè dixi supra in quinta, & sexta ampliatione, seu declaratione, iunctis his, quæ dixi in tertia, quæ limitatio videtur recipere debere distinctionem secundum vtrobique dicta, videlicet, quod nõ curemus de bonitate extrinseca, quando promissa est certa species pecuniæ, puta centum ducati, vt dixi in tertia declaratione.

Sed quando est promissa pecunia in genere, puta in libris,

niſi cõtingat auctum fuiſſe valorem monetarum magis groſſarum, vel pretioſarum propter aliam magis ære contaminatam, quàm tempore contractus, vt dixi in ipſa quinta,& ſexta declaratione.

Item hæc limitatio reſtringitur, & declaratur ex alijs ampliationibus, & declarationibus, ac limitationibus, vt ſi quis eſſet in mora, vel ſpecialem promiſsionem feciſſet, vel aliter vt per diſcurſum totius huius materiæ.

Laus Deo Omnipotenti, ac Glorioſiſſimæ Virgini Mariæ eius Matri.

Finitum fuit hoc Opus ad DEI Omnipotentis gloriam, & publicam vtilitatem, per me Albertum Brunum, Iuriſconſultorum minimum, Ciuem Aſtenſem. Anno Domini M. D. VI. die XV. Iulij.

SEQVI-

Digitized by Google

SEQVITVR

CONSILIVM IN MATERIA AVGMENTI MONET.

Factum per Excelsum Collegium Papiense.

SVMMARIVM.

1 *CIuitas debens annuum censum an potuit præscribere solutionem ad monetam currentem per totum.*
2 *Solutio quem pecuniæ cursum attendere debeat.*
3 *Solutio ad monetam currentem nunquid sit præscriptibilis.* 3.
4 *Census vtrum præscribi possit. Item de subiecto.* 11.
5 *Solutiones subsequentes longissimo tempore tollunt dubium, de qua pecunia senserunt contrahentes.*
6 *Decimæ de qua pecunia soluende.*
7 *Consuetudo tantum habet de effectu, quantum de vsu, nec vltrà pregreditur.*
8 *Præscriptio contra Ecclesiam est quadragenaria.* 10.
9 *Titulus obligationis ex diuturna præstatione ex cursu temporis immemorialis præsumitur sine alia allegatione.* 12.
13 *Alexandrum Macedonem monuit Aristoteles conuentorum observationem.*
14 *Ciuitati per ciues quandò afferri potest præiudicium in non obseruandis conuentis.*
15 *Dominus recipiens pensionem censetur remisisse emphyteutæ omnem pœnam, & moram præcedentem.*

1

Asus sic in facto proponitur † iam supra annos centum, & tanto tẽpore, quòd in contrarium non extat hominum memoria, ciuitas Casalis præstare consueuit singulis annis Illustriss. Montisferrati Marchionibus: qui per tempora fuerunt, certam summam florenorum ad computum solidorũ 34. cum dimidio pro singulo floreno pro compositione census debiti Marchionatus ipsis, nec non summam alteram pro salario præstando prætori ipsius ciuitatis singulis annis, quos flor. omnes tempore prædicto communitas ipsa persoluit de moneta currente tempore cuiuslibet solutionis nulla vnquã habita ratione bonitatis monetæ antiquioris. Nouissimè autem Illustriss. Marchio sub prætextu, quod propter in obseruantiam proclamationum diuersis temporibus factarum super cursu monetæ plurimum sint excellentiæ suæ redditus diminuti ordinauit, quod in solutionib. fiendis cameræ suæ de cætero soluatur aureus pro floren. tribus, vel si solutio fiet in moneta quod soluantur floreni quatuor cum dimidio monetę nunc currentis pro florenis tribus, quod reincidit in idem licet in toto dominio suo, etiam secundum taxationem excellentiæ suæ nunc expendatur aureus pro florenis quatuor cum dimidio, quæritur, an iuridica sit prædicta ordinatio.

Christi, & glorioſissimæ eiusque Virginis matris præsidio ex corde inuocato, omissis leuibus argutiuis, superfluisque resecatis, & veris conclusionibus, ac solidis fundamentis tantùm inhærendo: vt moris semper nostri in consulendo fuit: primò, quæ in fauorem Principis adduci posse videbuntur, referemus: mox his, quæ in fauorem communitatis stringere existimabimus, in medium deductis, in ipsius fauorem concludemus: postremo, ad obiecta respondebimus.

Videbatur igitur nobis prima consideratione dicendum, validam, & iuridicam esse ordinationem prædictam, quia cũ debeatur summa florenorum, de qua in themate ex conuentione antiqua, solutio fienda esset de moneta antiqua, quæ currebat tempore contractus, si de ea reperiretur, sed quia moneta talis non reperitur, fienda est solutio de moneta noua, & currenti, habita ratione bonitatis illius monetę antiquę, cum moneta noua sit mutata in bonitate intrinseca, vt

notiſsi-

notiſsimum eſt † & deterior ſit. Ita concludunt apertè Hoſt. & Ioan.Andr.Ant.de But.Cardi.Imo.& Pano.in c.quanto.extra de iureiur. per text. apertum in cap.olim cauſam de cenſi. quem ad hoc etiam notat Anton.de Butr.& Abb ibi in penu. notabili, idem tenet Spec.in tit de oblig.& ſol.§.1.ad fin.Oldrad.conſi.13.incip.cum quæſtio eſſet,& 31.incip.thema tale eſt, & 250.incip. factum tale eſt, vbi dicit idem in quacunque obligatione proueniente ex vltima voluntate, vel ex ſententia, vel ordinatione ſuperioris, quem in hoc etiam ſequitur Panorm.in dicto cap.olim cauſam in penult.notabili.& Albe. & Roman.in l.cum quid. ff.ſi certum petatur, & ibi moderni. idem firmat clarè Bartol.in l.Paulus, colum.2.ff.de ſolu.quem ſequitur Imol.Paulus de Caſtro. & cæteri ibi in conſi. & Barr. in d.l.cum quid, colum.vltim.ff.ſi cert.pet. in leg.res in dotem datæ.ff.de iure dotium.Card.in Clemen.fin.de decimis,quæſt. 13.& ibi etiam latè in hoc concludit Petrus de Ancha. colum. 2.poſt Panor.& eſt communis opinio, vt atteſtatur Alex.in d. l.cum quid.col.pen.& alij moder.ibi.& addit Soci. conſi.218. ita tenere communiter legiſtas,& canoniſtas,& procedit præmiſſa concluſio non ſolùm in conuentione facta ſuper certa ſumma ſemel tantùm præſtan. ſed etiam in ſolutione annua, prout eſt in præſenti caſu: quia in ſuis terminis loquitur text. in d.c.olim cauſam, de cenſi.& ita in ſpecie determinat Bald. in d.c.quanto.colum.vlt.verſ.quæro,quid in annua obligatione, de iureiur.& ita etiam loquitur Oldrad.in d.conſi.250 & Spec.in tit.de oblig & ſolu.§.1.ad fin.dum loquitur de ſalario præſtando poteſtati ſingulo anno. In his terminis etiam ita concludit Bald.conſi.penu.& vlti.vol.1.ſecundùm nouam impreſsionem. ita etiam tenet Paul.de Caſt.in l.fin.ad fin.principij.C.communia. de le.idem Alb.de Roſa.in l.2.C.de iure emphyte.colum.12. dum loquitur de canone debito ſingulis annis per emphyteutam, de qua moneta ſolui debeat,& ibi etiã ponunt Moder.& ita etiam tenet in ſpecie, quod ſit fienda ſolutio de moneta antiqua in obligatione annua, licet per triginta annos, & vltra facta fuiſſet ſolutio de moneta noua deteriore. conſuluit d.Sígno. de home. conſil.74. incip. quæſtio talis proponitur per totum. quinimò etiam ſi obligatio prædicta non proceſsiſſet ex conuentione, vt præſupponitur in themate, ſed ex legis,vel decreti diſpoſitione,idem dicendum videre-

videretur: quia, licet Spec.in d.titul.de oblig. & solu.§.1.ad fi. fuerit in opinione, quod in obligatione causata à lege, vel statuto, attendatur cursus monetę solum tempore solutionis, cuius opinionem secuti sunt multi, præcipuè Anton. de Butr. & Imol.in dicto cap.quanto, Petr.de Ancharan. Card. & Clem. fin. de decim. Alber. de Rosa.& Ludo.Rom. in d.l.cum quid. & Bald. in l.illud, ad finem. C.de sacrosanct. Eccles. Ro. 123. tamen contrarium tenuit Panorm. latè consulendo, consil.56. incip.quod solutio fieri debeat, volum.2.cuius opinio optimè probatur ex illa cõmuni opinione, quæ est, quod leges loquentes de solidis, etiam hodie intelliguntur de solidis aureis legalibus, quorum 72. libram auri constituunt, vt est gloss. ordinaria, in cap. conquerente, vbi Alber. notat de off.ord.& in cap.fin.de iud.Bartol.in l.quoties, de suscept. lib. 19. & propterea dixit singulariter Paul.de Cast.in l.fi.in prin. C.communia de leg. quod ex quo donatio de iure communi valet sine insinuatione vsque ad quingentos aureos, l.sancimus, de dona. & hodie 72. auri currentes, & vsuales non faciunt lib. auri, sed 96. vt dicit Bartol.in l.quoties. C. de suscep. Valebit donatio vltra quingentos aureos: quia d. l.sancimus, debet intelligi de solidis, seu aureis legalibus. Et idem dicit Alexand.consil.40. colum.penult.volum.1.Alexan. & Moder. in l.fin. ff. de in ius vocan. Felyn. in dicto cap. conquerente, & dicit Bald. in dicta l.illud, circa finem, C.de sacrosanct.Eccles. hoc procedere quo ad solemnitatem adhibendã in actu, prout est insinuatio.

Secus sit, quoad necessitatem soluendi. Hæc responsio confunditur manifestè ex eo, quod dicit gloss.ordin.in l.quicunque, in versic. vel viginti solidis.C.de seruis fugitiuis, quæ loquitur de pœna viginti soldorum, de qua ibi soluen. Et illam gloss. sequitur ibi ipse Bald.colum.vltim.versicul.deinde conuerte ad notabile. Et Salicet.ibi colum.2. & Paul.de Cast. col.3.Patet etiam ex his, quæ dicuntur in dicta l. fina. ff. de in ius vocan. & per Abba.in dicto cap. fin. de iud. super veritat tamen istius difficultatis vlterius non progredimur, quia no multum expedit ad casum præsentem, cum præsupponatu obligationem processisse a conuentione: quo casu omnes cõcludunt fiendam esse solutionem secundum bonitatem, & v lorem antiquæ monetæ.

Etis videtur manifestè iustificari prædicta Prin-
, quia tempore conuentionis aureus forsitan
florem. tres, quia moneta tunc currens melior
assu respectu bonitatis intrinsecæ non censeretur
en. quatuor cum dimidio de moneta nunc currē-
ient floren. tres illius monetæ antiquæ, quod satis
pparet, quia aureus, qui eiusdem ponderis, & bo-
tempore prædicto semper fuit nunc, videlicet flo
or cum dimidio, & tempore conuentionis, solum
es valebat. Et hac ratione putamus esse motum Il-
chio. in hac sua ordinatione.

dò † contra Communitatem adduci potest, quod re-
nclusione, de qua supra, quod solutio faciēda sit secū-
nitatem monetæ antiquæ, non videtur communiter,
ngo tempore solueret de moneta currenti se posse ali-
æscriptione iuuare: quia, vt decidit eleganter Bartol.
, qui vsumfructum, ff. qui mo. vsufruct. amit. creditor,
lutio fieri debet de moneta antiqua, si longo tempore
itur de moneta noua deteriore recepisse, conseruat sibi
rdin. petendo antiquam, quasi recipiendo nouam dica-
parteṁ antiquæ recepisse, vt dicit textus ibi de eo, qui ha-
vsumfructum, si solum vsum percipiat, & idem tenet Bal.
. Idem concludit Bartol. in l. si prius in princip. ff. de aqua
arcend. cum quo transit ibi Angel. & sequitur Aret. con-
92. incip. consideratis, colum. 2. vers. 2. est præmittendum.
t ita etiam firmat Signo. in dicto consilio 74. & licet Bartol.
distinguat inter creditorem scienter recipientem, quòd tunc
us conseruat in toto. Si verò ignoranter, secus sit, quo ad ef-
fectum præscriptionis, hoc nullius videtur esse effectus: quia
si dicimus Illustrissimos Dominos Marchiones recepisse mo-
netam nouam deteriorem, scientes deberi antiquam, nulla
cucurrisset præscriptio, vt dicit Bartol. Si verò dicamus eos
ignoranter recepisse, licet cucurrisset præscriptio, videretur
saltem concedenda restitutio in integrum ex capite ignoran
tiæ, vt declarat Bartolus in l. 1. §. si quid autem. ff. de iti. actu-
que priuato.

Et licet super hoc sint variæ opiniones, præcipuè in præ-
scriptione quadraginta annorum; tamen magis communis
videtur opinio, quòd concedatur aduersus eum restitutio, vt

latè

latè prosequitur Alexand.consil. 149. incip. viso themate,colum. penultim. & fin. volum. 2. & consil. 84. volum. 1. & alibi sæpè, prout refert latè Felyn.in cap.vigilanti,colum. 1.& seq. extra de præscript. Et tanto minus videtur in casu præsenti militare præscriptio: quia aut fuit quidem census, qui debetur Principi in signum recognitionis, & nullo tempore videtur posse præscribi, vt est casus in l.comperit, vbi omnes Doctores notant, C.de præscript. quadraginta annorum, declarat Panormit. in cap. ad audientiam, colum.vltim.de præscr. cum concordan.adductis ibi per Felyn. in sexta colum. ad fin. & sequenti. Quia sicuti non potest præscribi subiectio, capit.
4 cùm non liceat,eodem titulo: † ita nec census, qui præstatur in signum subiectionis, vt ibi nō. per Abbat. in cap. cum nobis, colum.4. eodem titul.

Póstremò,videtur ex alio posse iustificari ordinatio prædicta, quia ad Principem spectat limitatum censum ponere, vt vnusquisque teneatur soluere, & recipere secundum limitationem datum a Principe, vt est text. in l fin. C.de vet. numis. potest.libro vndecimo, quem citat Bart. in l. qui falsi.ff.de falsis.Ad Principē enim pertinet approbare, vel reprobare monetam, capit. quanto, de iureiuran. vbi Hostiens.Ioan.Andr. & alij.

Prædictis non obstantibus, veram esse arbitramur contrariam sententiam, pro cuius fundamento est in primis aduertendum diligenter in prẽsenti casu non constare de aliqua cō uentione, ex cuius forma percipi possit,an conuentum fuerit de soluendo florenos, de quibus in themate de moneta currẽte tempore cuiuslibet solutionis fiendæ, an verò conuentum fuerit de soluendo monetam,quæ currebat tempore conuentionis, vel simpliciter, quod idem esset.

Cum igitur solutiones semper subsequutæ fuerint in moneta currente tempore solutionis, nulla habita ratione bonitatis monetæ antiquioris,præsumitur cōuentio talis fuisse,quales sunt subsecutæ solutiones, & consequenter præsumitur cō uentum de soluendo monetā currentẽ tempore cuiuslibet solutionis, pro qua conclusione mouemur in primis ex illa decisione famosa, Bàld. in l.si certis annis, colu.tertia, versic. aut non constat de origine causæ, C.de pactis, vbi dixit,quod talis præsumitur causa, qualis per effectum solutionis demonstratur

s apparet ſolutio, talis præſumitur præceſsiſ-
iouemur per textum in l.cum de in rem verſo:
cum illa deciſione Bald. tranſeunt cæteri Scri-
eam commendat Alexand. conſilio 107. incip.
: vertente, volum.1.in princip. Felyn. in capit.
s,colum.penult.de re iud.vbi alia ſimilia addu-
deciſione eſt bonus text. in cap.cum veniſſent,
i quia non conſtabat de aliqua conceſsione, du-
ſet perſonalis, vel realis. Et deciditur ibi, quòd
ealis obſeruabatur, & poſsidebatur, & propte-
e præſumitur, qualis demonſtratur per vſum, &
, vt ibi declarat Anton. de Butr. in not. & latius
ſ.oppono ſecundo, col.8. verſ.oppono, cum gloſ.
colum.3.

, pro iſta opinione † adducimus deciſionem Do.
en.quem refert, & ſequitur excellens tunc Doctor.
ſtri D.Fran.Cur.in ſuo tracta. monetarum impreſ-
.vbi concludit cum D.Mart.Laud.quod vbicunque
ſet de qua pecunia ſoluenda ſenſerint contrahen-
atio iſta ſubleuatur, & declaratur per ſolutiones
ites longiſsimo tempore;adducebat doctrinam An-
.d.l.ſi certis annis, col.5.dum ponit intellectum no-
cùm de in rem verſo.ff.de vſu.& voluit, quòd in ca-
ex diuturna præſtatione non præſumatur cauſa, &
a obligationis, ſed ſolum obligationis qualitas, quæ
ercipitur, quam ſubſtantia, vt eſt gloſ.ordi. in l.talis
.§.fin.ff.de legat.1.in verſi.vniuerſa.ad fin. & licet il-
Ange.quantum ad intellectum l.cum de in rem ver-
nuiter reprobatur, vt declarat Alexan.in d.l.ſi certis
ol.4.& ſeq.quia communis eſt ſententia, quod ex diu-
ræſtatione præſumatur non ſolum qualitas obligatio-
etiam tota obligatio, & ſubſtantia, tamen in ſe vera,
bitata eſt illa deciſio Ang. quod talis præſumitur obli-
qualis demonſtratur ex diuturna præſtatione, & hoc
quod ponderatur deciſio prædicta per d.Mart.Lauden.
à diximus, & per eandem deciſionem Ange. conſuluit.
excellens Doctor d.Socin.cõſi.145.incip. circa primum
ltationis articulum, colum.pe.ibi enim quia ex contra-
n conſtabat clarè, qualis eſſet fienda ſolutio, conſuluit,

quòd

quòd diuturna ſolutione certo modo facta præſumendum eſt, contrahentes ſic voluiſſe, & intelexiſſe, prout in ſolutionibus poſteà factis fuit obſeruatum, vt ibi latius per eum.

6 Tertiò, pro iſta concluſione adducitur † quod in terminis iſtis conſuluit excel. Doct. Moder. d. Philippus Cor. conſil. 181. incip. viſis nonnullis actis, in vltima char. 2. volu. vbi mouetur potiſsimùm iſta ratione: quòd ex longa præſtatione facta in moneta deteriore declaratur voluntas contrahentium ita fuiſſe. Cùm igitur præſumatur conuentio prædicta fuiſſe de ſoluendo in moneta vſuali, & currente tempore cuiuslibet ſolutionis, ceſſat omnis difficultas: quia ſi à principio conuentum fuiſſet de ſoluendo in moneta currente tempore ſolutionis, nulla haberetur ratio bonitatis monetæ antiquæ, vt probat text. in Cle. fi. de decimis, ſecundum verum intellectum: quia dum dicitur ibi, quòd ille, qui habet conceſsionem percipiendi decimas, tenetur recipere ſecundum monetam currentem, iſtud procedit, quia ita ibi in textu fuit expreſſum, vt ibi declarat Pet. de Ancha. in col. pen poſt Zenze. & Paul. & ita eſt in caſu, c. 2. ext. de maledict. & in ca. olim. ext. de iureiur. vt dicit Panorm. in d. conſil. 56. ſecundo volum. conuentio enim circa modum ſoluendi ſine dubio in primis eſt attendenda: quia contractus ex conuentione legem accipiunt, leg. 1. §. ſi conuenerit. ff. depo. & notat Bar. in materia monetæ in d. l. Paulus, ad fin. ff. de ſolut. & hoc etiam voluit Bald. præallegato conſil. penulti. vol. 1. ad finem, dum ponderat, quòd ordinatio, de qua ibi dicebat ſoluendum eſſe ſalarium poteſtati de moneta, quę currit, non autem dixerat de moneta, quæ in futurum curreret, vbi per eum.

7 Confirmantur prædicta ex alio: † quia ſi Illuſtriſsimus Marchio petere velit à communitate Caſalis cenſum, de quo in themate cũ non appareat de alia certa forma cõuentionis circa cenſum ipſum, & ſe fundaret in antiqua, & iam dudũ præſcripta, & obſeruata conſuetudine ſic præſtandi: conſuetudo añ, & præſcriptio ſunt ſtrictiſsimi iuris, & tm̃ dicitur præſcriptum quantum poſſeſſum, & non vltrà vt declarat Bartol. in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. ff. de itiner. actuque priua. Et dicit eleganter Barto. in l. fin. colu. 3. ver. vnum aliquid quæritur. C. communia vtr. iudi. quod conſuetudo tantum habet de potentia, & effectu, quantum de vſu, & proprios facti terminos

non

icit notanter Ange. in l. vna est via. ff. de seruit.
cquisitio, quæ fit per vsum, non sit, in illo tan-
s est vsus, & vltrà non extenditur: ponit etiam
in cap. quoad translationem. in vltimo nota-
g. Bald. in cap. 1. circa fin. de feu cogni. & latè
: Roma. consil. 368. incip. præsens consultatio.
x propterea dixit Bar. in auten. qui rem, prope
anct. Eccles. quod consuetudo dandi in emphy-
nodo non potest exerceri alio modo. similiter
t. in cap. literas circa medium in versi. credimus
tut. spol. quod consuetudo faciendi instillatio-
do, vel certo loco non extenditur ad alium mo-
m etiam similem, & posset hæc conclusio infini-
comprobari, quæ super omnes cumulatissimè
, per Feli. in c. auditis. col. 6. cum seq. de præscrip.
consueuerint Illustrissi. Marchiones semper reci-
i in moneta currente tempore solutionis nulla ha
: bonitatis monetę. non poterit Illustriss. Marchio
e, quam consuetum fuerit semper præstari: quia
ta consuetudine præstandi nihil esset, super quo
tio sua fundari in petendo eam certam summam
n, de qua in themate.

ò principaliter pro eadem opinione mouemur, † q
onstare posset de aliqua certa conuentione certo tẽ
i, & constaret quod de eo tempore melior fuisset mo
:aret Illustriss. Marchioni tam longi temporis præ-

nunis enim est sententia, quod per triginta annos,
ticum, vel quadraginta contra Ecclesiam currit pra-
, si debitor in antiqua moneta soluat per triginta, vel
ginta annos in moneta noua deteriore, vt probat tex.
cap. olim causam, & ibi Panorm. ad finem, qui dicit,
ta communiter tenetur quicquid dixerit Hostiens. ibi
nen Hostien. loquitur, quando debitor erat in mala fi-
ciebat se debere de alia moneta, quod non cadit in ca-
senti: quia semper solutio facta fuit de moneta curren-
c constare potest communitatem sciuisse se soluere de-
n alia moneta, & ideò præsumitur in præscriptione ta-
nporis bona fides, vt declarat Aretin. in terminis istis in

dicto

dicto consil.111.colum.2. & istam opinionem, quòd præscriptio currat in terminis,in dicto cap.olim.Tenuit gloss.ordin. in cap.quodque,colum.1.17.quæst.7.in gloss.magna ad finem. Cardin.Florent.in dicto cap. olim,in quarta oppositione eandem opinionem tenet Ioan.de Imol.in l.si prius,in princip.ff. de aqua pluu arcen. vbi reprehendit Bartol.dicentem, quòd vbi creditor scit deberi sibi de moneta antiqua,conseruat ius recipiendo nouam, per dict. l.is, qui vsumfructũ, quibus mo. vsufruct.amit.quia dicit Imol.quòd ille textus loquitur,quãdo quis vtitur parte iuris sibi debiti, videlicet vbi moneta est variata, dicitur recipere aliud pro alio, ideò currit præscriptio contra etiam scientem, & quod moneta mutata in bonitate intrinseca dicitur omninò alia,& diuersa moneta antiqua. Dixit clarè Bartol. in dicta l.cum quid, prope finem, cũ quo transeunt alij. Istam opin. etiam contra Bartol.tenuit Rom. in dicta l.si prius, quem legit,cum l.post venditionem eodem titulo. Et idem vult Paul. de Cast. in dicta l. si prius, in princip. Et istam opinionem veriorem esse putamus præcipuè in casu præsenti, in quo non solum per annos triginta, vel quadraginta facta fuit solutio semper de moneta vsuali, & currẽti tempore cuiuslibet solutionis,sed tanto tempore,cuius initij memoria non extat in contrarium, vt in themate præsupponitur, cuius temporis cursum non tam præscriptionis, quã tituli, & concessionis obtinet,l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidia.& æsti. cap. super quibus, §. præterea de verborum signific. Et propterea dicit Cyn. in dicta l.si certis annis, in penult.quæst.C.de pactis,† quod licet non præsumatur 9 causa, vel titulus obligationis ex diuturna præstatione, nisi allegetur, vt ibi notant omnes; ex cursu tamen temporis,cuius initij memoria hominis non exstitit, præsumitur sine alia allegatione.

Et ita dicunt Angel. & Paul. de Castro. ibi. Et sequuntur Moder. Idem sequitur Felyn. in cap.cum ex offic.colu.1. verſ. limita.quarto,& in cap. causam, consil.3.& in cap.antecedẽte, colum.5. de præscriptionibus, & idem concludit pulchrè Alex. in consil. 6. incip. viso themate,volum.1.colum.penult. & sequent.

Et propterea ex cursu tanti temporis acquirũtur etiam ea, quæ præscribi non possunt, vt patet ex his, quæ scribit Felyn.

post

causam, col. 3. & in d.c.cũ ex offic. de præscripto tempore, cuius initij memoria non extat, utio de moneta currente, etiam si constaret de positione, & conuentione antiquæ præsumere- on allegetur de solutione talis monetæ. Et per ducimus id, quod dixit singulariter Anton. de . c. peruenit, in vltimis verbis, extra de censi. vbi i quis deberet singulo anno ducentum, & solueret pore solum centum potest allegare se liberatum tum supra, & hanc liberationem poterit probare turna solutione facta solum in centum, & idem diter Raphael Cuma. in d.l. si prius in prin. ff. de aqua. quia sicut pro solutione 10. annorum præsupponigatio, de qua non constaret iuxta d. l. de in rem versi. certis annis. quanto fortius est præsumenda liberatio. Arrianus, ff. de actio. & obligat. ita formaliter inquit ibi. Ex quibus omnibus concludendo in fauorem cõatis, dicimus eam cogi non posse ad soluendum summã orum, de qua in themate eo modo, quo fuit ordinatũ ustris. Marchionem, sed solutiones ipsas fiendas esse eam communem cursum soluendo aureum pro florenis out pſupponitur valere in vniuerso dominio Montisferr. apereſt vt ad allegata in oppositum respondeamus. Ad num igitur fundamentum pro contraria opin. adductum ltiplex ex prædictis colligitur solutio. Primò quod alleta in oppositum loquuntur, vbi constat de aliqua certa cõntione certo tempore inita, & etiam constet qualis esset onitas monetæ eo tempore, sed in casu præsenti, nec obstat e conuentione, nec de tempore ipsius, nisi eatenus quatenus ppareat solutio vetustissima, propterea succedunt ea, quæ dicta sunt in primo fundamento facto in fauorem communitatis, quòd talis præsumitur fuisse conuentio, quales sunt subsecutæ solutiones. Similiter succedunt ea, quæ dicta sunt in secundo fundamento, quod ex quo non constat, quo tẽpore facta fuerit conuentio, & consequenter constare non posset, an moneta tunc currens esset melior vel deterior, non potest intentio Illustris. Marchionis probari, nec fundamentũ aliqd assumere super bonitate monetę, vt latius supra deduximus.

10 Ad secundum principale fundamentum respondeẽ: † primò, quod

mò, quod ſtantibus deductis in primo, & ſecundo fundamẽto adducto in fauorem communitatis non eſt opus, quod communitas vtatur aliquo ſuffragio præſcriptionis. Secundò reſpondetur, q̃ vbi opus eſſet ſuffragio præſcriptionis, verior & communis eſt ſententia, quod ſoluens de alia moneta per annos 30. contra laicos, vel 40. contra eccleſ. præſcribit, vt non teneatur de cætero ſoluere de alia moneta antiquiore, vt eſt caſus in d.c. olim cauſam. ſecundum cõmunem intellectum. vt ſupra diximus, etiam ſi creditor recipiens ſciret ſibi deberi moneta antiqua. Et ad illud q̃ dictum fuit in ſecundo fundamento partis contrariæ de reſti. in integr. concedenda aduerſus præſcriptionẽ. Reſpondemus primò: q̃ etiã ſi dici poſſet primò ius competijſſe Principi petẽdi monetam antiquã, nulla ſubeſſet iuſta cauſa ignorantiæ pp quam concedenda eſſet reſtitutio. Cùm Illuſtriſs. Marchio, & prædeceſſores ſui ſcientiam habuerint obligationis, & conſuetudinis antiquiſſimæ, cuius vigore ſoluit communitas Caſalis cenſum, de quo in themate: ſi ergo vigore ipſius conſuetudinis potuiſſent petere hoc, vtique ſciebant temporibus retroactis, & ab annis 40. citra ſicuti nunc, nec aliquid noui in facto deuenit in notitia Principis, quod prius non intellexerit, ideo ceſſat fundamentum concedendi reſtitutionem in integrum aduerſus p̃ſcriptionem: quia requiritur iuſta ignorantia facti ad hoc, vt concedatur, vt declarat Ioan. de Imo. in repet. c. fin. colum. 40. verſ. ſed hic eſt aduertendum. extra de præſcrip. Roman. cõſ. 127. incip. poſito quod dicut ad finem. vbi dixit quod ex ignorantia iniuſta, atque ſupina conceditur reſtitutio in integrum, nec excuſat ignorantia eorum, quæ publicè apud omnes nota ſunt, & ſequitur Felin. in c. vigilanti. colum. 2. verſ. limit. tertio de præſcriptio.

11 Secundò reſpondetur, quòd † ſtante curſu tanti temporis cuius initij memoria hominis non exiſtat qui obtinet vim cõceſſionis, & cuius vigore præſumitur conuentum cum Illuſtr. Marchione de ſoluendo centum de moneta currente tẽpore ſolutionis, vt ſupra larè probauimus; fruſtrà diſputetur de reſtitutione cõcedenda aduerſus præſcriptionem, cùm iſta non ſit præſcriptio, ſed potius p̃ſcripta conciſio, & cõuentio. Ad illud, quòd dictũ fuit, quòd ſolutio cenſus præſcribi non poteſt. iuxta l. competit. C. de præſcript. 30. vel 40. anno.

Reſpon-

imò, quod ille textus loquitur in censu seu tri
:tur supremo principi in signum supremę po-
rsitatis dominij, secus si debeatur alicui infe-
at Panor. in d.c. ad audientiam, col. vlt.

pondetur, quod hic non agitur de præscriben-
d solum de declarando modum solutionis fien-
etiam vbi non habet locum præscriptio, admit-
odum præstandi præscriptio, vt voluit Specu. in
.supereſt. vers. illud quoque quærit, sequitur An-
i cap. cum ex officij. prope fin. de præscrip. vbi di-
licet procuratio quæ debetur ordinario visitanti
ion possit, vt ibi est tex. etiam tanto tempore cu-
nemoria non existat secundum veram opinionem,
'cribi potest modus soluendi ipsam procurationem,
: eum, quem etiam refert, & sequitur in hoc Pa-
dict. capit. cum ex officij. colum. 3. & sequitur Felyn.
m. 5. versic. limita primò. quinimò si tenderet præscri-
aliquam diminutionem census propter deteriorationo-
onetæ valida esset per illud quod voluit gloss. ordin. in
:pitu. quicunque 16. quæstio. 7. per text. in d. capit. olim
n. de censi. vbi licet cathedraticum prę scribi non possit,
nec subiecto, capit. cum non liceat, de præscr. potest ta-
prę scribi modo prędicto soluendo monetam nouam de-
)rem, vt est text. in d. ca. olim causam. quem etiam ad hoc
Panor. ibi in primo notabili. & idem voluit Arch. in capit.
d. de cens. lib. 6. Innocen. Butr. & Imol. in d.c. cum ex officij.
ibi refert Fel. col. 7. vers. limita septimò.

Tertiò respondetur, † quod cum simus in cursu tanti tem-
)ris, cuius initij memoria non existit, admitteretur præscri-
tio saltem in vim præsumptæ concessionis, quæ ex tanto
:ursu temporis præsumitur, vt latè probat Fel. in d.c. cum ex
officij. colu. 5. vers. limita quartò, & in c. accedentes. colum. 5.
eod. titu.

* Ad tertium principale fundamentũ respondetur, quod ibi allegata procederent, si princeps limitasset cursum monetæ quoad omnes in dominio suo, sed quoad subditos cursum, & valorem taxauit vno modo. Et ad solutionem fiendam camerę suæ aliter, vt ex themate colligitur, quo casu cum vigore compositionis Communitas Casalis non tenetur solu-

tionem facere , nisi secundum communem cursum & valorem monetæ tempore fiendæ solutionis , vt probauimus non potest excellentia eos aliter cogere : quia diceretur conuentioni antiquæ contrauenire exigendo plus , quam illius vigore communitas teneatur . certum autem est , quod etiam princeps ligatur ex contractu , nec ei contrauenire potest , vt decidunt Cyn. Bartol. & alij in l. digna vox. C. de legi. est tex. in capit. 1. de proba. quem notat Abb. ibi in 1. & 2. notabili. & Anton. de Butr. & Imol. & latè hoc concludit, & prosequitur Felin. ibi colum. 1. & 2. & ideo Bald. in l. 1. in princip. ff. de
13 pact † refert Aristotelem admonuisse Alexand. regem, quod conuenta obseruaret , aliàs malus finis sequeretur. Et ita concludunt Moderni ibi . & multa etiam ad hoc cumulárunt Barba. in consil. 1. volum. 1. in 1. charta & Alexand. in consil. 1. volum. 2. colum. 4. & sequen. & consil. vlt. volum. 4. colum. 5. cano. Moder. in c. nouit. de iudi. post Aret. & alibi sæpè, & propterea in materia monetarũ dicit text. in d. cap. quãto de iure. iurán. quem not. Hostien. Anto. de But. & alij ibi, quòd in perniciem, & iacturam populi non potest princeps monetam approbare, vel reprobare sine consensu populi qui ex hoc lederetur .

Nec nos mouet vnum, quod allegatur in ordinatione prædicta, quod propter inobseruantiam proclamationum plurimum sint redditus Marchionales diminuti: quia respondemus primò , quod ex quo proclamationes non fuerunt obseruatæ sciente, & patiente Principe: videtur Princeps tali contrauentioni acquieuisse . Et propterea de his non potest fieri fundamentum contra communitatem, vt est gloss. ord. & famosa in cap. in verbo , frangere. ad fin. de treu. & pac. quam ibi notat , & summè commendat Cardi. Imol. & Pano. & quem latè multis authoritatibus exornat ibid. Felin. col. 3. & sequen. & propterea consuluit in terminis monetæ d. Fran. de Aret. cons. 1 incip. procedendum est breuiter. colu. 3. quod ordinatio fac super cursu monetę nõ ꝓiudicat nec ligat subditos si nõ f obseruata sciente, & patiente Principe, qui eam facit per præallega. & ibi etiam concludit Areti. quod non requi inobseruãtia longa, & prescripta per anno 10. sed sufficit plex inobseruantia. allega. Ant. de But. & Panorm. in c. qi ca, de consanguinitate, & affinitate, vt latius per eum

ſpondemus, quòd ex quo agitur de præiudicio
i Communitati, quæ tenetur ad cenſum prædi-
ientio, vel inobſeruantia ſubditorum, & ciuium
tatis, etiam ſi omnes homines partitulariter con-
, nullum afferret præiudicium Ciuitati, niſi vni-
ſilio conuocato deliberaſſet ſimiliter non obſer-
doctrina Bartol. in l. aut facta, §. final. colum. vlti.
Ioan. Andr. in Nouella, & Gemin. in cap. felicis, §.
ɔe. li. 6. Panormit. in cap. dilectus, vbi eleganter de
m alijs concord. de quibus per Felyn. in capit. cum
columna decimaquinta, de conſtitution. & in dicto
lectis, de ſimon. & per Modern. in l. Ciuitas, ff. ſi cer-
atur.

ıò reſpondemus, quod ex quo non obſtantibus procla-
ibus prædictis ſemper recepit ſolutiones ſecundum
ı monetę, cenſetur remiſiſſe omnem pœnam, moram
ereſſe, quod ob talem inobſeruantiam poſſet prętende-
: colligitur ex doctrina Bartol. in l. Aemilius, in prima
ſitione, ff. de minori. & declarat latius Aretin. conſilio
incip. viſis diligenter, colum. penultim. vbi allegatur
n idem, quod voluit Bald. in capit. primo, circa princip.
o tempore miles, quod ſi poſt annum Dominus recepit
ıallum ad obedientiam, videtur remiſiſſe omnem moram,
ıngratitudinem, per quam potuiſſet vaſſallus feudo priua-
ad idem benè facit, quod notant Salycet. & alij in dicta l.
cunda. C. de iure emphyt. contra Bartolum ibi, vbi conclu-
unt, † quòd Dominus recipiens penſionem, cenſetur remi-
iſſe emphyteutæ omnem pœnam, & moram prędecedentem,
le quo etiam ponit Alexand. conſilio 113. incip. viſo, & dili
genter conſiderato, volum. 4. col. 1. & ponunt Moder. latè in
d. l. 2. col. 7. de iure emphyt.

Præterea ſi non fuerunt proclamationes obſeruatæ, id po-
tius adhibendum eſt culpæ Principis, ad quẽ pertinebat ob-
ſeruari facere iuxta notat. in dicto capit. quanto. Et in dicta
l. fin. C. de veter. numiſm. pot. ſed credimus proclamationes ip
ſas non fuiſſe obſeruatas, quia moneta in dies deterior fiebat,
& magis arroſa, vt verbo vtamur Iureconſult. in l. creditor in
princip. ff. de ſolut. quem ita intelligit Hoſtienſ. Ioan. Andr.
& communiter alij in dicto cap. quanto. Et iſtud ſatis aperte

CONS. IN MATERIA

onſtratur: quia poſtremò Illuſtriſſ. Marchio limitauit vt
n aurei in libras ſeptem, & ſolidos quatuor. Quod non ſe-
, ſi monetæ currentes tunc eſſent eiuſdem bonitatis, cu-
rant tempore, quo aureus longè minus valebat.
æc ſunt, quæ nos, & iuſtè, & æquè in propoſito caſu exi-
æmus.
ita diximus, & conſuli mus ſæpiſsimè re ipſa inter nos di
ſa, & accuratiſsimè exa minata, iuris eſſe nos Ticinen. Col
ſ Iuriſtarum Doctores, in fidem per Scribam noſtrum
ſcribi, ſolitoque ſigillo m gno ſubſignari iuſsimus: & hoc
o ſemper, & ſaniori cor filio. Ex Papiæ, die 16. Ianuarij.
1. Inditione 14.

DEO.

LAVS

SEQVI

EQVITVR NISILIVM MATERIA NONETARVM.

Iam per Dom. Aymonem Crauettam.

Signif. Domina Anna Dalbigni domina Vallis,

CONTRA

Nobilem MERANDVM du Fay.

SVMMARIVM.

1 PEcunia quando *solui debet in genere, puta in libris, aut florenis,*
an debeatur valor *extrinsecus, seu an debeat fieri solutio se-*
cundum valorem, qui erat *tempore contractus.*

Interpretatio cessat in re clara, *nec indigemus glo. vbi text. habemus*
& vbi verba sunt clara, *cessare debent cauillationes aduocatorū.*

Similitudinis vbi generaliter *fit mētio, generaliter intelligi debet si-*
militudo quo ad omnia.

4 Relatiuum debet intelligi *respectu substantiæ actus, & omnium eius*
qualitatum, & relatio in *dubio vera fieri debet.*

5 Vbi aliqua pecunia est in *obligatione non in facultate soluendi, sine*
dubio debetur augmentum *monetæ.*

6 Pecunia quando variatur in *valore ob deteriorationem intrinsecę bo*
nitatis monetæ, solutio *fieri debet, aut de antiqua moneta æqui-*
bona, aut de nona ad *æstimationem antiquæ.*

7 Vsura suspicio cessat ratione *dubij euentus.*

DIVINO gnificus Castrum Fay, pre sex mille lis. Deinde tori reuen tuendo per eundem vendito dictam summam duodecim simi. sex scutis auri Regis ad quibus ipsa summa soluta fu dendo facta fuit 19. Maij. 15 re ipsum Castrum, sed quia vellet soluere illas duodecim tempore solutionis, quæritur partis aduersæ consuluerunt uere scutum ad rationem val nis, seu quòd sufficiat vendito le, allegant Bartol. in l. Paulu quasdam solutiones ad verba precium debere in similibus s debeat sumi respectu valoris cium in libris duodecim mille intelligantur, sequeretur quò rarium, quia in effectu conse decim mille, quia nunc scuti titatem. ¶ Quibus tamen non nionem arbitror de iure verio sionem Bartol. in dict. l. Paul. i aut pecunia in libris, debetur norum, seu scutorum, quand pecunia in eadem æstimatione, & sic opinio alia procedit, nisi in casu nostro pactum ipsum s reddantur illæ libræ duodecim matione multipliciter consider simi. sex mille scutis, quæ verba quia dominus emptor expresse quòd reddatur precium in eade

sub sidio ex corde postulato. Ma-
Domin. Karolus Allamandi emit
Terraciæ, a nobili Merando du-
cio librarum duodecim mille, in
scutis Regis auri ad marcham So-
de promisit Castrum illud vendi-
rem dere, soluendo tamen, & resti-
mille librarum Turonensium in
marcham, seu signum Solis, in
l. 1. &c. Quæ promissio de reuen-
§. 6. Modo venditor vult redime-
scutus creuit de solidis quinque,
mille libras ad valorem scuti a
Quid iuris? ¶ Domini aduocati
Solutionis venditore, quòd possit sol-
currentis, tempore solutio-
soluere libras duodecim mil-
ff. de solutio. & tituntur dare
ti, quibus cautum est restitui
mille scutis, quòd similitudo
correspondentis ad dictum pre
Turonensibus, & quòd nisi it
emptor faceret quæstum vsu
ueretur vltra ipsas libras duo
mille faciunt maiorē quan
Obstantibus contrariam opi
nem, & pro ea † dico esse dec
sin. vbi si constituatur preci
men valor extrinsecus flor
fuit actum, quòd redderet
Quæ erat tempore contractu
stat pactum in contrariū, s
mille, & clarè loquitur, qu
modo in scutis, & in eadē æ
non verba pacti. Primò ibi
& clarissimè sibi prouid
æstimatione, dum dixit
mill

oluit non ſolum, quòd fieret reſtitutio in ſcu
aòd ſumma ſcutorum eſſe ſex mille. Profectò
rentur, ſicuti ſex mille ſecundum conditionẽ
hodie libræ duodecim mille non conſtituunt
s, dicant quæſo, qui contrarium ſentiunt, quid
e reſtituas mihi ſex mille ſcutos a tempore re-
quàm dicere reſtituas mihi duodecim mille li-
um eandem æſtimationem ſcutorum, quos ſolui
i emptæ? Mihi ſanè videtur, quòd iſta verba, re-
ille ſcutos, ſint magis clara, quàm illa, reſtituas
cim mille libras ſecũdum eandem æſtimationem.
verba † ſint adeò clara, non videtur præſupponi
ibus coniecturis, l. continuus, §. cum ita, ff. de verb.
, aut ille. §. cum in verbis, ff. de lega. 3. l. fin. C. de in-
oll. cap. eſtote miſericordes, de regul. iur. Nec indi-
oſſ. vbi textum habemus Bald. in conſilio 343. exami
nt. colum. 2 circa finem, lib. 1. & dicit idem Baldus
io 174. Caſus eſt talis quoddam fœnile. ad fin. libr. 2.
i verba ſunt clara, cauillationes aduocatorum nõ de-
bere locum, etiam ſi lex ſit dura, in dubio enim me-
verbis contrahentium deſeruire, l. 1. §. ſi is, qui nauem,
xercito, verborum enim certitudo declarat certitudi-
ntellectus. Baldus in conſilio 452. Duo fratres, libr. 3.
us igitur certitudini, & expreſsioni verborum, quòd de-
tur ſcuti ſex mille non minor ſumma. ¶ Secundò conſi-
, & pondero illa verba, in ſimilibus ſex mille ſcutis, &c.
† ſimilitudo cum generaliter debet intelligi. l. de precio,
e publica. l. 1. §. generaliter, ff. de lega. præſtan. ſed ſimilitu-
generalis non eſſet, ſi ſcuti, qui reſtituuntur ſint maioris
loris, quàm illi, qui ab initio ſoluti fuerunt. Quinimò di-
, quòd iſtud verbum ſimilibus, eſſet ſuperfluum, & nihil
peraretur, niſi referatur ad ſimilitudinem æſtimationis, &
aloris, & ad identitatem numeri, quòd totidem in numero
eſtituerentur. Dicere enim, quod referatur ſimilitudo ad
marcham, ſeu ſignum tantum, eſſet dicere, quòd partes ha-
buerint affectionem ad figuram nummorum, contra l. num-
mis. ff. de in lite iura. Dicere etiam quod referatur ſimilitudo
ad precium, ita quod reſtituantur duodecim mille libræ. Iſtud
videtur ridiculũ, quia ſatis intelligebatur, quod minor ſum-

ma

poterat, itaque vt ſimilitudo ſit bona, & gen
lligi, quòd fit ſimilitudo reſpectu bonitatis va
i. ¶ Tertiò pondero illud relatiuum, in quibu
lutè fuit, &c. quod † relatiuum debet intellig
antiæ actus, & omnium eius qualitatum, l. a fili
alimen. leg. Paul. de Caſtr. in conſilio 283. Viſi
dictis ordinamentis. colum. 6. ad finem, libr
io in dubio vera fieri debet. l. Iulianus, vbi Ba
nſtitut. Itaque vt relatio ſit vera, & fiat quo a
ntelligi, quod fiat reſtitutio precij in ſimilibu
us ſolutum fuit reſpectu bonitatis, qualitatis, &
u numeri, vt totidem numero reſtituatur, & ſi
ias enim relatio vera non eſſet ſi ſcuti numer
ituerentur. ¶ Quartò dico, quòd reſpectu pa
ndo, & reſpectu precij, quòd ob redemption
oſi ſcuti ſex mille ſunt, †in obligatione, quia ex
uit ſe venditor ad reſtituendum precium in ſ
ſcutis, in quibus ſolutum fuit, nec eſt verum,
nt in facultate ſoluendi, quia ſi non eſſent in obli
olum in facultate ſoluendi, poſſet venditor pre
n alia pecunia, quàm in ſcutis, contra verba ex
bligationis, imò cum ſint in obligatione ad cer
um numerum, in eodem, & ſimili numero reſti
ſſet enim abſurdum, quod ſi teneris ad ſoluendũ
x mille, libereris ſoluendo quinque mille, & iſto
tetur dominus aduocatus partis aduerſæ, quòd
cio habito reſpectu ad augmentum valoris ex
egat præſuppoſitum, quòd ſicuti ſint in obliga
amen contrarium apparet ex verbis contractus.
co, † quòd etiam ceſſante iſto pacto expreſſo, q
i reſtitui debeant, adhuc teneretur venditor ad
m extrinſecum, nam quòd ſcutus creuerit in va
eco de ſolidis quinque, iſtud factum eſt, vt ſæpius
terioratione̅m bonitatis intrinſecæ monetarum,
eſtoni, & ſolidi, & aliæ monetæ non ſiunt, neque
argento ita bono, & precioſo cuiuſmodi erat
æterito, vnde eſſet abſurdum, quòd duæ tibræ te
vel ſolidorum deterioris argenti; ita valerent ho
cutum boni auri, ſicut olim valebant duæ libræ

melio-

Sed quando variatur valor extrinsecus seu deteriorationis monetarum conclusio Doct. quod debeat solui precium, vel de pecunia de noua ad æstimationem antiquæ, ita no. cõentes in l. cum quid: ff. si certum petatur, vbi suratus. Oldrad. in cons. 250. Factum tale est, Boquæst. Aret. in cons. 11. Corn. in cons. 181. colu. cons. 321. col. penul. li. 3. Dec. in l. quòd te, colu. 3. et. Calcan. in cons. 15. per totum, sed maximè col. nouissimè Alexandrin. in consil. 148. Idem esset hodie cuduntur, non sint de liga ita bona, cuius pore contractus, quia posset emptor dicere, restiçutos de auro ita bono cuiusmodi erant illi, quos ta clarè sentit Curt. Iun. in consil. 24. colu. 3. vers. pendum in consideratione, super quibus relatio hait a magistris monetarum, aut alijs expertis. ¶ Rentraria respondere, & ad primum, quod precium in libris duodecim mille; imò quòd satis videtur, si idem restituantur. Respondeo, quòd est fallacia in ti: nam argumentum procederet, si in pacto postea , de retrouendendo non fuissent conuentum de aureis as, quia, vt supra dixi, respectu retrouenditionis non nuentum de libris, sed de scutis. ¶ Secundò respondeo icet precium consisteret in tot libris, tamen solutę fuen tot scutis Solis, & conuentum fuit, quod in casum retionis scuti totidem restituãtur quot soluti fuerãt, ideò actus ex conuentione legem accipiunt, l. 1. §. si cõueniat. positi. & quòd tale pactum, allegauimus supra decisio, Bartol. in d. l. Paulus. ¶ Non obstat quod emptor faceret stum illicitum si scuti restituantur secundum valorem a pore contractus, quia non dicitur quæstus illicitus ratiiubij euentus, cap. in ciuitate, de vsuris, vbi Doct. no. Doct. de fideicommisso, C. de transact. Iaf. in l. si pater puellæ. C. inoff. testam. quod sine dubio videtur procedere. Quoties n agitur contractus mutui. Dec. in l. rogasti. §. si tibi, in fin. si certum peta. Fieri enim poterat, quod decreuissetvalor uti, & sic in damno fuisset dominus emptor, in qua re consilero, quòd si valor scuti fuisset diminutus, adeò quod scuti ex mille non facerẽt libras duodecim mille, profectò noluisset.

set venditor redimens restituere pro precio redemptionis vltra ipsos scutos sex mille, & diceret verba pacti esse clara, ideò non debet petere nunc illud, cuius contrarium postulaturus non fuisset, l.penult. C. de solutio. ¶ Secundò respõdeo, quòd imò vsura posset considerari contra partem, seu quæstus illicitos. Quæ enim honestas suadet, vt acceptis scutis sex mille, non eos totos restituat, sed longè minorem quantitatem, & si dicatur, dominus emptor loco istius incommodi percepit commodum fructuum. Respõdeo quòd etiam ipse venditor percepit vtilitatem ex pecunijs, & si dominus emptor nõ emisset istud castrum, potuisset alia bona emere, & ex eis commodum percipere. Ex quibus concludo in fauorem Magnificæ Dominæ Annæ Dalbignì Dominæ Vallis relictæ præfati Magnifici Domini Karoli Allamandi, & commatris meæ Gratianopolis, 27. Aprilis. 1549. Aymo Crauetta.

LAVS DEO.

QVAE-

ESTIONES
N DECIM,
ia Augmenti Monetarum, incerti Auctoris.

V M M A R I V M.

s inter debitorem, & creditorem ſeruanda.
lecrementi ſpectat ad debitorem, ergo ad eum quoque ſpe-
gmenti lucrum.
Auctoris ad facti ſpeciem propoſitam in Senatu Pariſien
probata.
auctor ſimilib. facti ſpecib. ſuam ſnīam cōprobatā. & nn. 6.
:ciſionis, principalis quæſtionis, duplex.
decidendi ratio. Ne duplex cōmodum ſequatur creditorem.
a data ad negociationem attenditur, vt quantitas.
nentum, vel decrementum monetæ ſuperueniens, an attenden
m.
s variæ monetæ ſpecies conferēdibus, quantitas non ſpecies ſpe
anda Extenditur numero 12. 13.
ula, in eiſdem, veltotidem ſpeciebus, quid notet.
ponſio ad rationem dubitandi. 16.
ureo ſpecificè debito non a valore, augmentum, et decrementum
debetur.

DRimò quæro, Anno ſeſquimilleſimo quinto cum aureus ſolaris exponeretur pro triginta ſex ſolidis Turonenſibus tantum, quidam pro bis mille quingentis Francicis, ſibi numeratis in mille trecentis octoginta, & octo ſolaris, & triginta duobus ſolidis Turonenſibus, vendidit, & conſtituit ducentos Francicos Turonenſes reditus annui redimibilis pro eadem ſumma 2500. Francicorum in eiſdem ſpeciebus ſoluenda

uenda: tandem post triginta annos, videlicet anno 1525. cùm solaris aureus quadraginta quinque solidis Turonensibus indicaretur, debitor redimere volens offert nongentos quinquaginta quatuor solatos cum viginti solidis Turonensibus pro sorte creditor recusat, nisi trecenti septaginta octo solares aurei cum sexdecim solidis Turonensibus addantur: quoniam ex lege contractus fors in eisdem, & sic totidem speciebus reddi debet.

Replicat debitor de eisdem quidem speciebus, non autem de totidem corporibus conueniisse: quandoquidem non de certa specie monetæ, & multò minùs de certis corporibus, vel certo nummorum numero actum sit, sed de certa pecuniæ quantitate duntaxat, quam quantitatem reddi sufficiat. Vnde licet eadem quantitas in eisdem speciebus ex pacto reddi debeat, ita tamen accipiendum, & deducendum, ne ea quantitas excedatur, alioquin non eadem, sed maior fors reddi dicetur: quod cùm absurdum, tum impossibile est in obligationem deduci.

Ad hanc bicipitem replicationem dupliciter duplicat creditor: primò, ad primum caput, quod non sit actum de totidem corporibus, respondet, quòd ex hypotesi non solùm quãtitas conuenta, sed species numeratæ sunt in obligatione, saltem in dispositione, si debitor redimere velit. Patet, quia dictæ species non sunt hic in simplici solutione seu facultate soluendi, sed in necessitate præcisa, & de forma redemptionis, quæ variari nequit, cùm certos suos, & specificos limites semel ex ipsa reali numeratione tempore contractus acceperit. Et sic non inspicitur quid postea siue augmenti siue decremẽti accidat. l. Rutilia Polla. de contrahen. emp. & ven. Ad secundum verò caput, fieri non posse, vt maior fors deberi possit, respondet, nec hodiè etiam totidem speciebus aureorum redditis maiorem sortem, vel summam reddi: quia è tempore contractus minuta, & vsitata moneta maiori æris perfusione tanti, vel pluris deteriorata fuit, quanti solatorum iudicatura creuit, & verum est, vt ex multis monetalium præfectorum relationibus cognoui: & sic in effectu non dicitur creuisse, sed potiùs imminuta esse indicatura solatorum aureorum: quia licet tempore contractus non valeret nisi triginta sex, nunc autem quadraginta quinque solidis, tamẽ quadraginta quinque

.s, qui currunt tempore redemptionis, non va-
nta ſex ex eis, quæ currebant tempore contra-
ic minus valent. Aurei autem ipſi non ſunt exin-
:liori, ſed nec de eodem, vel æquali, imò dete-
i tantum quòd aurei dicti temporis valerent lo-
n quadraginta quinque, ſed plures ſolidos huius
ſi cum augmentum extrinſecum precioſioris pe-
ia debet fieri ſolutio, proceſſerit ob deterioratio-
oris monetæ, non eſt illud augmentum deduccu-
a ſi aurei non ſint principaliter in obligatione, nec
numerum, ſed acceſſoriè ad quantitatem librarum
ter debitam, vel refundendam, vt latè decidit Al-
.ttracta. de augment. concluſ. vltim. declaratio. 6. &

matur, † quia alioquin non ſeruaretur æqualitas,
tor haberet omne, & multiplex damnum, debitor,
lum damnum, ſed omne lucrum, & commodum ſe-
terioratio nis intrinſecæ, & augmenti extrinſeci. Patet,
hypoteſi referendo ad ſolidos, & ſtatum, qui erat tem-
ontractus, mille auri hodierni non plus valent, quàm
x illis, qui tempore contractus numerati ſunt: imò mi-
lent intrinſecus, vt in confeſſo eſt: nec etiam plus va-
xtrinſecus; ſed potius minus: quia non valent maiorem
rum ſolidorum, referendo ad antiquos, ſed minorem:
raginta enim ſolidi hodierni non valent triginta ſex de
quis. Si igitur creditor cogatur hodie non ſolùm recipe-
ureos nouos, ſed etiam ſub minori numero, habebit du-
x in commodum: quia primò cogeretur recipere aureos
noris probitatis quàm dederit: ſecundò, non tot, ſed mino-
numero, & deducetur creditori augmentum extrinſecum
peruentum, nec tamen ſatis fiet de decremento extrinſeco,
& ſic vtrunque extremum mutationis, & intrinſecæ, & ex-
rinſecæ cederet lucro, & commodo debitoris, vtrunque ve-
ò damno creditoris: quod non ſolùm videtur iniquum ob
inæqualitatem, ſed exorbitans contra regulam iuris commu-
nis, qua periculum ſpectat ad debitorem. l. incendium. C. ſi
cert. pet.

Quid dicendum? Breuiter longiore diſputatione omiſſa
(multa enim hinc inde occurrunt in hac argumentoſiſſima

quæ-

4 quæstione) cum super ea lite consultus fuissem, † respondi pro debitore, licet non ignorarem non diu contrarium à quibusdam *duplo sinatoris* pro creditore iudicatum fuisse in pari causa, contra quam consulueram, sed tam firmis, & solidis legalis æquitatis (quæ mihi peculiaris est) rationibus sententiam meam niti sentiebam, vt non cederem: tandem re in supremo hoc Senatu maturius discussa, vicit æquitas, & veritas, & pro debitore pronunciatum est.

5 † Et cursus est in simili causa: cum Francisca *de Ferrieres* vellet redimere remedium huiusmodi ducentarum librarum constitutum pro mille ducentis solatis, tempore quo solatus valebat 40. solidos tantùm, & tempore quo agebat ad redemptionem, valebat quadraginta quinque solidos, per sententiam præfectorum libellorum supplicum Palatij in sequendo oblationem Do. Ioannis *Hennequin*, & Anna *Mole* eius vxoris reorum, & creditorum, iuxta clausulam contractus, quod ita pactum fuerat: dictum est quòd actrix posset redimere soluendo mille ducentos solatos præcisè, sine deductione augmenti: reliqua verò reditus in moneta vsuali, & actrix in expensis litis condemnata: quæ appellauit, & per arestum, latum die decimoquarto Februarij, anno 1539. dictum fuit malè iudicatum, & quod posset redimi reddendo mille quadringentas libras Turonenses, in eisdem speciebus solatorum, vsque ad currentiam duntaxat dictæ summæ. 2400. librarum Turonen, & inspecto valore solatorum nunc currenti (id est, deducto augmento extrinseco) creditores verò damnati expensas tam causæ principalis, quàm causæ appellationis, & bene.

6 † Idem in simili causa fuit iudicatum per aliud arestum die prima Martij. anno. 2538. inter Iacobum *Raoul* Doctorem medicinæ, & dominum Ioann. *de la Haye* consiliarium eiusdem Senatus, non obstante forma, & clausula contractus contraria & bene. Sed in quantum in præcedenti aresto vidua actrix cõdemnata fuit ad reliqua reditus vsque ad diem redemptionis, vel consignationis realis dictarum 1400. librarum Turonensium sortis, in dictis speciebus cum reliquis tempore consignationis realis debitis, error fuit ex communi Doctorum sententia, quæ falsa est, & erronea, sed deinceps etiam in iudicijs cedere debet cõmunis error veritati per nos detectę. Redeundo ad decis. q. nostræ ratio, & probatio decis. est duplex.

Prima

cum ab eadem contrariorum disciplina. l. se-
a de reg. iur. quoniam casu conuerso, si tem-
ris diminuti essent aurei, nec valerent, nisi
ta solidis Turonensib. tamen teneretur debi-
aureos, vt conficerent summam sortis, vide-
uingentos francicos, nec sufficeret dare tot
cepit: alioquin non redderet sortem integram.
rueniens decrementum aureorum non debet
creditoris, nec minorem, quàm tempore nume-
&o re vera dedit, sortem recipere cogàtur: ita
tempore redemptionis augmentum aureorum
dere lucro creditoris, vt maiorem quàm dedit
re possit, sed sicut iustè peteret suppleri decre-
debet pati deductionem augmenti, vt nec minua-
edatur, sed eadem seruetur sors: & pariter debi-
bet hoc casu in damno, nec priore casu in lucro
vtrobique seruanda æqualitas.
a ratio, quia creditor non debet ex eadem negocia-
lex commodum, vel lucrum habere: sed hic credi-
t quotannis summum ferè lucrum duodecimæ, cùm
is sit inter duodecimam, & decimam tertiam: igitur
t habere lucrum augmenti aureorum, vel eiusdem
qua fructum percepit. Ita decidit Claudius de Seys-
l. si ex legati causa. col. 1. de verb. oblig. sequitur Fran.
in l. cùm quid, num. 168. de re credi.
s, & radicitus declaro, quia ex quo certi aurei, seu
t certa species monetæ datur ad negociandum, & lu-
vel commodum saltua sorte, necesse est, quòd ea species
rum, vel monetæ deducatur in dispositionem principa-
on tanquam certa species monetæ, nec sub ratione cer-
n corporum, sed tãquam quantitas, & sub ratione vnius
summæ pecuniæ, quæ ex corporibus, vel speciebus nu-
tis resultat, tempore numerationis inspecto. Et sic ea
semel limitata, & determinata non potest amplius auge-
el minui in se, prætextu augmenti, vel decrementi specie-
numeratarum ex interuallo superuenientis † Cùm enim
geretur ab vtraque parte, vt species numeratæ darentur
statim negociandum, vtque mox in negociationem expen
rentur (quod fieri non potest, nisi sub ratione, & mensura

valoris tempore numerationis currentis) sequitur quòd augmentum.vel decrementum earũdem specierum ex intervallo superveniẽs prorsus impertinens est: quia nõ facit plus vel minus retrò numeratum fuisse,nec negociationem ipsam pinguiorem,vel minutiorem retrò fuisse:& sic semper inspicitur & retinetur eadem ipsa sors, quæ fuit ab initio.

11 † Vnde si plures mercatores contraxerint societatem certæ negociationis,& certas quisque summas sub varijs speciebus contulerint , alter in solaribus, alter in coronatis,alius in alia specie monetæ,tempore diuisionis societatis , quo quisq. sortẽ suam seu capitale ante super lucri distributionem percipere debet , inspiciendus est valor duntaxat,qui erat tempore collationis: quia ille demum valor, illa tantum quantitas,quæ tunc erat collata,est posita,& conuersa in commune, cùm statim tanti , quanti tunc erat in negociationem communem expensa fuerit : & sic siue postea tempore diuisionis creuerit,vel decreuerit valor,seu cursus collatæ monetæ , non debet quod superuenit attendi,sed solus cursus,qui erat tempore collationis.idem in similibus.

12 † Et quod dixi de societate,amplio primò , etiam , si expressum sit,quod finita societate , quisque percipiet capitale
13 suum,vel quantitatem à se datam in eisdem spiecibus.† Amplio secundò,etiam si collatio non inceperit à nominib.quantitatis,putat tot librarum,sed nominibus corporum, vel specierum:puta si actum sit quod conferrent tot aureos, & totidem præciperent: vel si vnus simpliciter contulit centum aureos,ita vt finito anno, vel finita societate perciperet centum aureos , & interim multum excreuerit æstimatio , seu cursus aurei,non momentaneus,(qui non attenderetur,) sed stabilis, etiam si non publica expressa authoritate,sed inter mercatores,& cõmercijs similis societatis,vt p Ang.in l.æris.C. de colla.æris.li.10.debet illud incrementũ de capitali deduci, & inter socios diuidi,q̃uis in hoc nominatim contrariũ consulue-rit Philip. Cor. 279. consului.lib.1.& pessimè,vbi solũ fundatur in vulgata illa opinione,de qua per Doct.in l.cum quid in l.vinum si cer.pet. quæ etiam si esset vera,non põt habere locum in hoc casu, & similibus, & eam discutiemus infr.q.196. Et contra,si non ad momentum,sed longam durationẽ decreuerit cursus aurei,debebit de cõmuni suppleri , & reddi in ea æstima-

curſu, in quo erat tempore collationis, & con-
communem. Non enim hic tanquam ſpecies,
antitas conferuntur: nec cedunt in ſocietatē,
cietati, & communi negocio, in quantum illa
es, ſed in quantum tanta quantitas, meritò hęc
malis, & propter ſe, ſeu finalis, debet attendi,
ateria, ſpecies, vel forma particularis ipſius mo-
: caſu accidentalis eſt remota, & impertinens.
tant dictæ clauſulæ (in eiſdem, vel totidem ſpe-
debent intelligi rebus ſic ſtantibus, & ſecundum
abiectā: prout etiam ſecundum ius intelliguntur,
utione pro rata in caſum dāni. Et in prædictis in-
ariatione, quæ accidit, non immediatè poſt nudā
m, ſed poſt collationem actu efficacē, videlicet poſt
tercitationem ſocietatis, alioquin ſi calendis Ianua
ierit de ſocietate inchoanda, & exercenda à calēdis
qi ad annum, vel aliud tempus, non dēt attēdi valor,
ante calendas Aprilis, ſi quis ab initio pacti, vel inte-
culerit: ſed curſus qui erat calendis Aprilis, tempore
erit exerceri communis negociatio, & in communem
ecunia conuerti. † Redeundo ad principalem quæſtio-
ſtram, non obſtat, quòd ex hypotheſi non ſolum quan
mmæ reſultantis, ſed etiam ſpecies ipſæ nummeratæ,
um qualitas ſunt in diſpoſitione. quia verum eſt, quòd
diſpoſitione, quantum ad hoc, vt ſors non debeat red-
qualibet cuiuſuis vilis monetæ materia, vel etiā in æquè
materia, ſed ſpecie forma vè exotica, vel quæ non ita de
expendi poſsit in præiudicium creditoris, ſed vt ſors de
reddi in ſimilibus, & æquè commodis, & permutabilibus
iebus, non autem certus earum numerus in diſpoſitione
nec vllo modo hic eſſe poteſt in præiudicium debitoris, vt
nius in quæſtione ſequenti. † Vltimò, non obſtat quòd di-
n eſt augmentum extrinſecum prouenire ob detetiora-
nem hodiernæ monetæ, & quod iniuria fieret creditori, ſi
imputaretur augmentum extrinſecum, detrahendo de nu-
ero antiquo aureorum, non ſupplendo intrinſecum eorum
alorem antiquum.

† Quia poſſet procedere, ſi aurei deberentur p ſe abſolutè,
non aūt quando ſub ratione certæ quantitatis, & ſummę, quā

tempore contractus conficiebant, & quæ postea excedi non potest, vt hic, & in sortioribus terminis infr. q. 92.

Ex his deciditur quæstio quam nuper vidi in facto. Debēs huiusmodi reditum quinquaginta aureorum solatorum redimibilem, & constitutū olim pro 700. aureis solaris, aureo tunc valente triginta sex solidos tantum, passus est fundū suū subhastari, & vendi per decretum. executor imperitus distribuēs precium creditoribus anno 1054. soluit creditori huius reditus reliqua in aureis solatis, quin etiam sexcentos solatos pro sorte principali, sine aliqua diminutione extrinseci augmenti aureorū, idq; in præsentia, & de consensu procuratoris debitoris, qui post quatuor annos habet rescriptum restitutionis ad repetendum augmentum aureorum tam de reliquis, quàm de sorte. Respond. clarissimum per prædicta rectè agi: plus dico non opus esse rescripto, nec aliqua restitutione, per ea, quæ dixi de condictione indebiti, sup. q. 18. ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Clausula de redimendo in ijsdem speciebus, an valeat.*
2 *Reditus annui redimibiles an ad certam monetam constringi possint & num. 3. 4. 5.*
6 *Fœnerator summe lucrosum reditum recipiens non est audiendus.*
7 *Sorte existente in specie rara, vel minus frequenti reluitio fieri potest in alia proba moneta.*
8 *Idem si ipsi contractus essent frequentes, ipsæ reluitiones raræ.*
9 *Data sorte in multiplici specie, pacto non fit, vt non alia proba fiat reluitio.*
10 *Creditor si nihil eius interest, recipit necessario aliam probam monetam.*

1 SEcundo quæro, an in hmōi reditu valeat ea vulgata clausula de redimēdo in eisdē speciebus tantaxat? Videt q; nō, quia primū necesse est certā quantitatē sortis ad vsum debitoris puenire, vt in rē eius cōuertatur: deinde reditū annuum nō excedere duodecimam dictæ sortis ad summum. arg. d. l. eos. Tertiò, necesse est debitorē perpetuam, & liberā facultatē habere luēdi, seq; liberandi, eadem quātitate sortis cū reliquis, si quæ

r, oblata. Ex quibus neceſſe eſt pecuniam, quę
:atur, deduci hic, & numerari ſub ratione ſim-
s. non autem ſub ratione certorum corporum
monetæ.

arium videtur debitorem ſemper liberari poſ.
uantitatem ſub qualibet approbata moneta re-
: poſſe aſtringi ad certas, etiam numeratas, dun-
reſtituendũ: quia hoc modo facultas redimendi
a, ſed coarctata, quod eſt contra ſubſtantiam ho.
ım, vt ſup. q. 50. Confirmo quia fœnerator, q vult
conceſſum fœnus exercere, tenetur ſortẽ congruã
,non in certa quadam ſpecie monetæ, ſed in quali-
a, & approbata, & ea prærogatio ſortis in qualibet
& approbata moneta eſt de ſubſtantia. Igitur ſicut
s habent facultatem de qualibet congrua, & proba
ic fœnerandi, ita debitores debent habere liberã fa-
n luendi de qualibet congrua, & proba moneta. Cre-
:rò volens hoc reſtringere, certare videtur, aut de cõ-
ltra rationem ſimplicis duodecimæ, aut de arctanda
te luitionis, quorum vtrumque illicitum eſt. † Quibus
ſtantibus puto dictam clauſulam non eſſe exceſsiuam;
lidam ſub temperamento boni, & æqui poteſt enim
& ſæpe vſu venit, quòd creditor non erat fortem nume-
us in pecunia, ſed in argentea, vel minuta moneta: de-
r autem ſiue profecturus ſiue prædium auitum redemptu
, quod non poterat redimi, niſi in aureis ſolaribus, ſpecia-
illis indigebat: ideo noluit vendere reditum, niſi habe-
ſortem in aureis. Ex eiſdem autem cauſis iuſtè creditoris
ereſſe poteſt, ſolares potius aureos retinere, vel recupe-
re, quàm aliam ſpeciem monetæ, eo quòd facilius aureis
enerabitur, vel fundos acquiret, quam alia ſpecie mo-
etæ.

Cùm ergo non ſolùm creditorum interſit (alioquin hoc
olum non ſufficeret per no. ſupra,) ſed etiam debitorum, qui-
bus, vt plurimum præſertim in magnis ſummis, vtilius eſt in
huiuſmodi aureis ſortem accipere, quàm in alia viliori mo-
neta, iuſtum eſt pactum: non ſolum enim vſus ſimplicis quã-
titatis æris alieni in genere neceſſarius eſt, ſed etiã quandoq;
vſus certæ ſpeciei monetæ. † Et ſic dicta clauſula nõ eſt repro-

banda, sed cum æquitatis temperamento accipienda, velut primo, quod propter defectū vnius aurei tantum, si debitor suppleat in proba moneta æquivalenti, non debet reprobari oblatio. Idē de tribus aut quatuor aureis in magnis summis, quia propter tam modicum defectum non dicitur probabiliter interesse creditoris, nec detam leui defectu curandum est. l. quamuis de condit. & demonst. Bal. in l. pro hæreditarijs. colum. 2. de hære. act. Anton. Corset. in tract. de minimis. Idque eo magis, quo reditus est grauior, & quo diutius persenerabit, & maximè si creditor nihil de reliquis remittit, sed vel
6 cum pulusculo certat exigere. † Fœnerator enim præsertim qui summum hunc, & lucrosum duodecimæ reditum recepit nō est audiendus, si nimis onerosus esse pergat, vel nimis acerbus exactor. l. si seruos. C. de pign. actio. l. si bene. de vsur. quod esset, si propter vnum vel alterum aureum deficientē, vel paulo leuiorem, vellet totam oblationem cauillari, nec admittere debitorem, qui fortè prædia redemptionis causa vendit, vel eius procuratorem ad supplendum quod deest in proba moneta, sed vt semper totus reditus currat. Huiusmodi nimis sordidas, & infestas scrupulositates spernere iudices debent, dicta leg. si seruos dict. l. si benè facit. l. sicut. §. si debitori. qui. mo. pigno. vel hypoth. sol.

7 † Secundò, si creditor sortem numerauit in specie rara, minusque frequenti, puta in antiquis aureis, vel desideratis, vt difficile sit debitori tēpore redemptionis tot similes species simul congregare: tunc enim sufficit in alia proba, & frequēti specie aurea sortem restituere, nec valebit pactum quantum ad illam speciem raram, minusq; frequētem: quia facultas redimendi esset minus angusta, & sic non esset libera, quod est
8 contra substantiam horum redituum: † Idem si tempore contractus species numeratæ frequentes erant, sed postea successu temporis raræ: tunc enim sufficit in alia frequenti specie similis materiæ sortem reddere, quemadmodum si interim reprobatus esset cursus specierum aurearum numeratarum: tunc enim sufficit in alijs tempore redemptionis vsitatis speciebus aureis sortem reddere: & hactenus valebit illud pactum, prout etiam ipsa rei æquitas suggerit, quæ in his attendi debet. l. in omnibus. de reg. iuris.

9 Tertiò, † si sors sit numerata in multifarijs speciebus, puta

mille

centum solatis, centum coronatis, centum ducatis, solatis; &c. Sufficiet enim totam reddere in vna spe- dmittendum pactum contrarium, tanquam nimis ca , & oneri sim.

tò, si constet, quòd creditoris nullo modo interfit: ob id aliàs admittitur solutio in alia proba specie au si constet, quod tunc creditor volebat cum effectu an- rmutare cum minore moneta, ita quod non recusat nem debitoris pro maiori parte in minore moneta cō m, nisi vt officiat, non erit audiendus, sed fide hoc t iudicanda erit oblatio valida, quoniam non licet cre- dicto pacto, vel etiam alio iure sibi competenti vti ad ndum, & non ad seruandum quod sua interest. tex. in l. do. §. constituimus. de rei vend.

rca hæc occurrit quæstio quotidiana, si ambigitur de pō- & probitate monetæ, vt ab aurifice probanda sit, cuius nsis id fieri debeat? Et Bart. quem omnes in hoc sequun- n l. Paul. col. 1. nu. 4. respondet, communibus impensis, per . 1. fi. regundo. & placet, nisi iam constaret pecuniam esse bam, & creditorem non: nisi causa vexationis hoc petere. quandoq; audisse recordor reclamantes monetales, quasi e solos spectet probare, & reprobare monetā sicut, & cude † Arqui duplex est probatio, vel reprobatio, altera iudicia & definitiua, quæ ad dom. præfectos monetarum spectat, ra extraiudicialis, & probabilis, quę ad quemlibet eius rei ritū spectat, vt ad quos suis campsores, & numularios, quos ræci τραπεζίτας vocant, & est mos antiquus, vt ostendit ristoteles Rhet. lib. 1. cap. 37. dicens: ὥσπερ ἐν τοῖς ἀργυραμοιβοῖς ἐστὶν ἡ πρὸς τοὺς τραπεζίτας. Confert enim iudi em à genuina, vt sigillum aureum adulterinum à probo, ta hic instum, & verū à fuco. & iniusto discernat. Cæterum i non agitur de simplici probitate vsuali monetæ, sed de con- ctura, non ad ornamenta, vel vasa per artificem conficienda sed ad penitissimè expurgandam, vel probandam puritatem materiæ, monetales id sibi apprimè vendicant, & ab eis fieri visi, tam per aquam chrysulcam per ignem, qualis sit auru obrizum, & excoctissimum: ita si quòd 1. fin. lib. 33. cap. 4. re- fert exactionem purgandi monetam, per auripigmentum, qui non est in vsu ob nimium damnum, & idcirca timentur aurifi-

Aquā chrysulcā Modi purgādi auri.

† Sed

† Sed quod ad ſimplicem probationem attinet, citra conflaturam non eſt certius experimentum, quàm Heraclio ſiue Lydio lapide: quoniam ſemper vniformiter ſe habet, & æquale præſtat experimentum, quod non eſt in igne, qui quandoque intenſioris, quandoque remiſsioris eſt caliditatis pariter nec in aqua chryſulca, quæ etiam quandoque acrioris, aut lenioris eſt temperaturæ: ſed lapis ſemper idem. Hinc ait Plin. libr. 33. cap. 8 his coticulis peritos cùm è vena, aut lima tapuerint experimentum protinus dicere quantum auri ſit in ea, quantum argenti, vel æris, ſcrupulati differentia, mirabili ratione, non fallente.

SVMMARIVM.

MVtuum in qua moneta refundendum.

Mutuum redditur in eadem ſubſtantia, quantitate, menſura & pondere.

Valor tempore contractꝰ mutui in redditione attendendus, quod probatur aliquot rationib. num. 34. & ſeqq.

Materia, & forma monetæ in quantum moneta ipſius monetæ, forma, & materia non eſt.

Mutuum certæ ſpeciei monetæ, valorem non maſſam continet, & num. 62.

Pecunia non eſt merx.

Numiſma vnde.

Explicatur l. ff. de contrah. empt.

Monetæ curſus, & inſtitutio Iuriſgentis.

Pecunia ſine Principis authoritate non cuditur, & num. 13.

Nummus an mutari poſſit.

Nummi leges figere, & refigere ſuadentes nocentiſſimi Reipub.

Nummi æſtimatio publica eſt bonitas intrinſeca.

Antiquorum diſtinctio intrinſecꝰ, & extrinſecæ bonitatis.

Bonitas intrinſeca.

Bonitas extrinſeca.

Moneta habebit ſemper vnum valorem vſualem etiam vbique.

Recedere à publica æſtimatione ſub pœna capitali non licet.

Obligatio ad pecuniam ſemper certa dicitur.

Stipulatio pecuniæ quare certa.

Pecunia numerata ſemper petitur conditione certi.

Conditione triticaria quæ petantur.

ab Accursio tradita ridetu
non petitur triticaria actione.
autem, ff de verb.oblig.contra. Accurs.
ff. de triticaria.
. scrupulositas in actionibus.
igo vera quæ.
Pit functionem in alia etiam alterius speciei.
charios an respondere liceat aureos eiusdē quantitatis.
mutuo, & venditione, vt quantitas.
lans, & accipiens, respicit valorem vsu alieni.
ete mutuata cuius periculo decrescat.
utuanti redditur eiusdem bonitatis.
atum ab intrinseca bonitate vini ad extrinsecam pecunia

mutuata reprobata, debetur eius valor.
um est locupletari cum alterius damno.
ti ad oppositum eadem, quæ propositi ad propositum ratio.
tione ad certam monetæ speciem concepta, solnitur etiam
ia minori.
tum an solui possit in alia moneta iuxta valorem tempore
tractus negatiuè.
itas, & materia magis, quàm forma monetæ attenditur.
rostates quis sit.
bstantialia legitimæ monetæ quæ sint.
oneta in contractibus deducitur, vt simplex valor.
reditor, si actum sit de certa specie monetæ, aliam inuitus non
recipit.
Valor extrinsecus an verè augeatur.
Æstimatio aurei crescit propter deteriorationem minutæ monetę.
Commodum superueniens non debetur ei, cuius ope non fit.
Lex communiter lata in omnes, respicere debet omnes.
Augmentum certæ monetæ superueniens debetur, cui ipsa species.
2 Creditor florenorum non debet damnificari per deteriorationem
minutæ monetæ.
53 Creditori obsequioso magis, quàm debitori tenaci fauendum.
54 Obligatio ad certam quantitatem, & ad certam speciem dicunt.
55 Decem dolia vini in eadem bonitate, & numero, mutuans solnit
neque precium ascendens quid mutat.
56 Variatio valoris monetæ adscribitur casui fortuito, & quare

Vniformem

57 *Vniformem debere esse omnium totius orbis bonitatem, & æstimationem monetæ.*
58 *Monetæ cudendi ius an soli Imperatori quandoque reseruatum.*
59 *Monetæ species vna tantum duplici modo mutatur.*
60 *Mutatio veræ materiæ, & indicaturæ non nocebit creditori, & num. 52 63.*
61 *Aureus intrinsecè mutatus, aureus non est.*
64 *Consuetudo ex eo, quod communiter accidere solet, non probatur, contra Dd.*
65 *Obligatione contracta in certa monetæ specie in ea solui debet.*
66 *Applicatio ad casum, & decisionem, vel responsionem, & vide 8.*
67 *Moneta minuta solito semper impunior.*
69 *Obligatio certæ speciei, & certi numeri cuius effectus.*
70 *Bonitas intrinseca vini, & similis speciei, a bonitate pecuniæ diuersa sunt.*
71 *Idem in bonitate vini extrinseca.*
72 *Vini bonitas extrinseca venit tantum mero Iudicis officio.*
73 *In mutuo vini non petur æstimatio.*

TErtio, † ad maiorem præcedentium, & sequentium declarationem expedit hanc nõ minus controuersam, quam tritam quæst. ἀναλυτικὴν excutere de mutuo, per millo aureorum solatorum, facto anno sesquimillesimo vicesimo sexto, quo solatus valebat quadraginta solidos tantum: sed dũ repetitur, puta anno sesquimillesimo tricesimo secundo, valet quadraginta quinque solidos. An debitor deducere possit incrementum valoris, & sic solnere 889. aureos tantum cum quinque solidis Turonensibus? Et contra si decreuerit, an teneatur supplere valorem tempore mutui currentem?

† Videtur, quòd non, quia mutuum debet reddi in eadem substantia, & quantitate, numero vel mensura, & in eadem bonitate intrinseca, hoc est bonitate substantiæ, quæ mutata fuit. Cæterum extrinsecus valor non attenditur, nisi post moram. l. 3. in fin. de actio. empt. & not. in l. vinum. si certo pet. Igitur sive valor extrinsecus citra moram auctus fuerit, non poterit debitor hoc augmentum deducere, nec minorem numerum

offerre, quia non redderet tantundem in
recto, prout accepit, & tenetur: siue valor il-
tenetur plus reddere in substantia, & mu-
cepit, nec tenetur deterioratione extrinseca,
am suam, & moram contigit. Et ita tenet Bar.
l.cùm aurum de auro, & argen.lega. l.cùm quid
Paulus de solutio. Alberi. Bald. Alex. Fulg. Paul.
Omnes ferè in d.l.cùm quid. Marti. Laud. in tract.
.5. Iaco. de Puteo. in dispositione de mutatio. mo-
Calc. concl. 14. Alb. Brun. in tract. de aug. colu. 83.
Buttrig. in rep. di. l. cùm quid. col. 10. nu. 13. & est cre-
tentia.

contrarium, quòd indistinctè debeat inspici tempus
tus, quantum ad hunc valorem extrinsecum de quo
, & expressim, quod debitor posit istud augmentum
deducere, decidit Francis. Curt. senior, in tract. mo-
per d.l.cum quid. colu. 3. Idem sentit de decremento,
eatur debitor supplere vsque ad valorem currentem
ore contractus. Sed aduertendum, quòd Curt. ibi falso
Alberi. & plures alios in suam sententiam, qui tamen
a communi: cùmque ibi de solo valòre extrinseco diffe-
citat pro se Oldra. consi 31. & alios, qui loquuntur de va-
ntrinseco. Facit etiam iniuriam Bald. in l. acceptam. q.
de vsur. quem citat in casum augmenti, & tamen loqui-
n casu conuerso decrementi: nec triuola (vt inquit Cur.)
optima ratione monetur, vt mox dicetur. Multum etiam
iusè, & perplexè loquuntur doct. in materia. dum sæpè
uolutis distinctionibus suis non semper aperiunt de quo
ore intrinseco, vel extrinseco singula membra distinctio-
n suarum intelligant, vt Henric. Bohic. & alij in cap. quá-
de iureiur. & alibi. Nos ergo omissa opinionum turba, per
neta rationis singulatim procedemus tam exacta perspi-
itate, & methodo, vt nil ambiguitatis, & nihil obscuri su-
rsit.

† Et primò pro secunda parte contra communem adduco vel xj. fortes, & vivas rationes. Prima, quia forma ipsa, & substantia monetæ, in quantum moneta, non est materia, vel forma naturalis ipsius corporis monetæ, sed valor ipse impositicius. vnde quælibet moneta, in quantum talis, non deducitur

Prima ratio.

ducitur in contractum, vel quamcunque diſpoſitionem niſi ſub ratione valoris, vel quantitatis impoſititiæ tunc currentis. Et hoc quidem indubitatum eſt quando diſpoſitio incipit, & conſiſtit in nomine quantitatis in genere, nulla certa ſpecie monetæ expreſſa, vel deducta, vt quando quis fortè emptor promittit 10. vel 100. libras.

† Sed idem videtur, ſi incipiat, & conſiſtat in nomine certe ſpeciei monetæ, vt ſi promittam 10. ducatos, aureos ſolares, vel ſi certa ſpecies monetæ etiam precioſæ deducatur, vt in mutuo, de quo in themate. Patet, quia illi aurei non numerantur tanquam maſſa, nec tanquam ſpecies, ſed tanquam moneta, & quantitas, & ſic ſub ratione valoris, & quantitatis. Fatentur etiam communiter Docto. quod moneta, etiam precioſa, magis conſideratur reſpectu curſus, quàm reſpectu materiæ, vt tradit Oldrad. quæſtione 168. ad primam colum 2. Ioann. Fabr. auth. hoc ni8. C. de ſolutio. & Inſtitut. quibus modis tol. oblig. §. 1. in fin. Anton. Butr. Panorm. & alij in dicto capitul. quanto. col. vigeſima ſecunda.

† Hin de iure pecunia, in quantum pecunia, non eſt merx, nec venit appellatione mercium, vel ſimilium rerum, nec per eas æſtimatur, ſed omnes res æſtimat πάντα γὰρ μετρεῖ, inquit Ariſt. Ethi. 5. capit. 5. & eſt text. l. fideiuſſorem. de fideiuſſo. & in pecunia non corpora excogitantur, ſed quãtitas, l. ſi is cui. in prin. de ſolutio. Probatur etiam ab origine. & inſtitutione ipſius monetæ, dicente Ariſtot. in loco nuper allegato, οὕτως ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε κατὰ συνθήκην. κατὰ δὲ τοῦτο τὸ ὄνομα ἐ χαιρόμισμα, ὅτι οὐ φύσει ἀλλὰ νόμῳ ἐστί, κατ' ἐφ' ἡμῖν μεταβάλλειν καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον, ideſt, κατὰ τὸ ῥᾴδιον † tanquam ſubſidiarium quoddam, & ſuccedaneum rerum neceſſariarum numiſma factum eſt ex conpacto, ſiue ex communi quodã fœdere, & propter hoc nomen iſtud numiſma habet: quia nõ eſt a natura, ſed à νόμῳ id eſt lege, & in nobis eſt mutare, vel inutilem facere. Hæc Ariſtot. qui ſimlia ferè tradit politicor libr. 1. cap. † Idem teſtatur Iureconſul. l. 1. de contrahen. emp. dicens, commerciorum expediendorum gratia electam eſſe materiam, cuius publica, & perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis ſubueniret, eaq; materia forma publica percuſſa vſum dominiumq; non tam ex ſubſtantia probet, quam ex quantitate, ideſt, iam non ſubſtantia

materialis consideratur in numis, sed quantitas,
imposititius publicè, & perpetuo compactus, quá
blicam, & perpetuam æstimationem vocauit. Quod
dixit certam ad hoc materiam delectam, non eo
od ipsa materia consideranda sit, vel per se æstimā-
bricationem nūmi, in vsu ipsius numi, sed quòd ad
dum nūmum idonea ad hoc materia deligenda fuit,
neduum Aristot. d.c.6. scribit initio ad compositio-
ni electum ferrum, argentum, & simile metallum,
i soliditate in parua quātitate publicam formam se-
ressam conseruaret, nec de facili vsu inuerteretur,
one aurum propter peculiarem soliditatem trāsmu-
minus cæteris obnoxiam (vt ait Leonard. Portius. de
ib.1.in princip) præstantius ad hoc inuentum est.
: quibus duo corollaria colliguntur: primum, quod in-
, & institutio monetæ publicaq; illa, & perpetua (ve-
communi fœdere, vt Aristot. ait. κατὰ συθήκην) æstima-
: de iure gentium, vt probat Aristot. lib. 1. c. 6. & Iure-
l. in d.l. 1. de contrah. emp. & omnia iura, quæ dicunt de
gentium esse contractum emptionis, & venditionis er-
pecunia signata æstimatio, & fides. Et ita rectè decidit
in l. 1. de contrah. emp. dicens nummum nō esse introdu-
de iure ciuili, sed de iure gentium. Vt enim gentes in-
erunt, & approbauerunt primum vsum rudis pecuniæ nō
iatæ, pro quantitate, & pondere pecuniæ, ita mox inue-
unt, & probauerunt vsum pecuniæ signatæ. Quin etiam
cunscripta inuentione benè sequitur, omnes gentes vtun-
: pecunia publicè signata, ergo compactum illud, & fides
cuniæ, semel publico suo caractere signatæ, est de iure gē-
um per locum à definitione. l. 1. in fin. omnes populi. in fin.
e iusti. & iure. Ita etiam tenet Anton. Burgos extra de emp.
t vend. in rub. num. 13. num. 14. & est veritas, licet Barb. ibi
riuolis rationibus controuertat.

† Non obstat, quòd obijcit pecuniam sine principis autho-
ritate cudi non posse, quia idipsum iure gentium introdu-
ctum est, ne cuius priuato liceat pecuniam cudere, sed so-
lum in communi, & de publico per communitatē ipsam, vel
Remp. vel eius publicū, & legitimum administratorē, siue sit
Princeps, siue alius legitimus magistratus, qui in hoc non
est nisi

est nisi minister iuris gentium, quiq; si in hoc malè versetur non solum subditos, & commissam sibi Remp. prodit, sed etiam iuris gentium violat.

11 † Minus obstat si alius diceret Iura gentium esse immutabilia, sed numos mutabiles esse, dicente etiam Aristo. Ethico. 5. in nobis esse mutare, vel inutiles facere: hoc enim non magis concludit, quam si quis colligeret contractuum fidem, authoritatem, & virtutem ideò non esse iure gentium, quòd contrario pacisentium consensu mutari, vel resolui possunt. Sic si aliqui tantum populi certo numismate vtantur, non est dubium, quin eorundem consensu possit idem nūmisma mutari, vel aboleri, & ita loquitur Aristote. Non autem sufficeret consensus illius solius populi, apud quem nūmus ille fabricatus est, postquam in alias quoque gentes dimanauit, & cumpactim illud, & fœdus publicum ad eos extensum est, sicut nec publicam conuentionem aut iuris gentium vni partium rescindere licet. l. conuentionem de pactis quanto minus sufficeret libido vnius, vel alterius, qui quæstui habeat.

12 Rempu. † Ex quibus liquet quanta sit vecordia, imò perfidia, & in patriam, & in Rempub. impietas perditissimorum quorundam, qui sui quæstus, & ambitionis gratia principibus suadent, & nummos, & leges ab ijs, prout libitum fuerit, figi, & refigi posse: neque enim minus nocent, quàm qui publicum ciuitatis fontem veneno inficiunt.

13 † Præterea, quod institutio, probitas, & authoratio monetæ, & fœdus illud publicum compacti valoris, æstimationis, & cursus monetæ sit de iure gentium, ostendit vetus sacra pagina Gen. 23. vbi Abraham emit ab Hephron agrum Abraham. spelunceæ duplicis, & soluit ei pecuniam quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ, vt habet Hebræus; id est (vt etiam Santes vertit) transeuntes per mercatores. Erat igitur publicus, & probatus ille cursus de iure gentium, tum, quia generalis, tum quia nondum tunc erat certum statutum ius ciuile: nec etiam ad vsum certæ ciuitatis referetur ea probitas, & æstimatio, sed ad vsum mercatorum, qui per diuersas prouincias negociari tunc quoq; solebant, vt etiam patet Gen. 37. Sed ad rem.

14 † Secundum corollarium, quòd propriè loquendo publica illa æstimatio, seu valor impositiuus, & publicus pecuniæ

strictè

eu monetæ, non eſt ipſius bonitas extrinſe- *Bonitas*
cant, ſed bonitas intrinſeca, patet, quia eſt *intrinſeca*
cifica, ſubſtantialis, & formalis bonitas, & *monetæ eſt*
at ei eſſe: quia ſublata (publica videlicet ap- *valor cur-*
iota) neceſſario deſinit eſſe pecunia, vel mo- *rens.*
er. §. qui reprobos. de pignora. action. & tan-
forma interit ſubſtantia. l. Iulianus. §. ſi quis.
a ſenſerunt antiqui, vt Azo. in Brocar. Iacob. *Opinio*
fred. vt refert Cy. in minorum. col. 4. C. qui cau. *Antiq.*
t. non eſt neceſſaria.

qui iam tribus ferè ſeculis inualuit, & receptus
is ille modus loquendi, quo ſubſtantiam ipſam
tam in puritate, quàm in quantitate, ſeu pon-
bonitatem intrinſecam pecuniæ, valorem autem
im vocant bonitatem extrinſecam, non mutabo,
bſcuritatem aut confuſionē inducam in doctrina,
taxat elucidare, & quā parabilem, & expeditam
otis viribus adnitor. Libenter igitur receptis voci-
odo loquendi vtar ſeruata tñ ſemper veritatis ſen-
ui etiam modus ille loquendi non ineptè ſubſeruire
rectè intelligendo. e Bonitas enim ipſius materiæ, tā
qualitatis, & ipſius puritatis (quam monetarij Gal-
ant *alloy*) quā exterior quantitatis, ſeu ponderis, re-
ntrinſeca, quia eſt ab initio, & vi ipſa naturæ. † Boni-
valoris, ſeu curſus impoſiti, rectè vocatur extrinſeca,
xtrinſecus accedit. † Secunda rō, quia de iure pecunia, *Secunda*
libet ſpecies monetę debet ſemper eiuſdē eſſe poteſta- *ratio.*
eandē vniformem indicaturā, ſeu valorem vſualē ſem-
& vbiq; habere. tex. in Lideò. de eo, quod cert. lo. in l. 1.
erpetua æſtimat. de contrah. emp. in l. fin. C. de vet. nu. po-
l. lib. 11. vbi hoc ſub pœna capitali ſancitur. Ex quo ſe-
ur quamcunq; pecuniam non deduci in contractum, niſi
ratione publicæ, & perpetuæ indicaturæ, valoris impo-
i. † Ad quid enim attenderetur bonitas materiæ, vel pon-
s, ſi deducitur non vt maſſa, ſed vt pecunia, cū tunc (pœ-
etiam capitali imminente) non liceat vllo modo à publi-
æſtimatione recedere, nec quicquā addere, nec detrahere?
t hoc innuere videtur Ariſt. li. 1. Politicōr, dicēs, ꝙ initio pe-
unia ſimpliciter, & ruditer efingiebat, certa magnitudine,
& pondere

& pondere metalli, postmodũ verò propter nimiam incommoditatem probandæ,& expendendę materiæ pecunia signata est,publico chactere impresso,quo à dicto onere τῶ μετρῆσαι, ideſt, mensurationis,& probationis defungeremur.Hinc nouissimè scripsit Hieronym.Butigel.in rep.d.l.eumquid, col. 8. nume. 22. quod in pecunia signata ex quo forma trahit ad se materiam, materia non est amplius consideranda.

Tertia ratio.

20 † Tertia ratio, quia de iure obligatio ad pecuniam semper dicitur certa,imo certissima text. in l. nũmis de in lit. iurand. vbi ideo negatur iuramentum in litem habere locum in pecunia, quia semper certum est, quæ & quanta sit eius æstimatio, & in incertis, non certis, locus est dicto iuramento, vel alij cuicunque probationi ordinariæ, vel subsidiarię:sed non dicitur certa, nisi per æstimationem extrinsecam,quæ est vera propria eius indicatura.Igitur prȩcipuè hæc æstimatio attenditur, & consequenter necessario procedit ad tempus cõtractus, vel dispositionis, & ad certitudinem,quæ tunc erat: aliàs nunquam esset hæc obligatio certa, sed modo maior, modo minor esse posset: prout extrinsecus valor variaretur.

21 † Secundò probat tex.in l.stipulationum quædam, de verbo. obl.vbi stipulatio,vel obligatio pecuniæ, puta decem aureorum, dicitur omnino certa: quia ex ipsa pronunciatione apparet, quid, quale, quantumque stipuletur, vel in obligationem deducatur, quod non potest esse nisi per æstimationẽ extrinsecam: ipsius enim materiæ alia est alio tempore æstimatio, vt probat text.in l.cùm certum.de auro,& argento legato. Igitur in pecunia ipsa æstimatio extrinseca principaliter consideratur, & de ea principaliter actum pensatur:alioquin obligatio pecuniæ non esset semper certa.

22 † Tertiò, probatur tex.in l. 1.de condic.tritica.vbi dicitur, ꝙ pecunia numerata (non intelligas mutuata,quia verbum numerata refertur ad aptitudinem, & solùm apponitur ad designandum,quod verbum [pecunia] stat strictissimè, videlicet pro numis (semper petitur illa actione, si certum petatur. Et hoc ideo, quia semper certa est d.lex.si stipulationum

23 quædam d.l.numis.† Vnde licet omnes res siue consten in re solida (puta species,vel corpora, siue ῥυχικὰ siue τιχικὰ, de quibus in l.rerum mistura.de vsucap.quæ Volusius vocat solida) siue in mensura, vel pondere,(vt quantitates,& res fungibiles,

dæ, ſiue liquidæ) per condictionem triticaria
men ſolæ pecunia excipitur. & omnino nega-
ticaria peti poſſe, quia ſemper, & perpetuo
aduertendum, quia glo. & Doc. cõmuniter ma- Cur condi
& aberrantes à ſcopo ad ſua ſomnia, & quædã ctio trit-
tunt. vt dum cum Accur. fingunt eã condictio- caria.
n eſſe à Tritico authore eumq; nugantur ruſti-
el factæ Minoritarum, quibus non licet tangere
Alber. Bar. ibi: quinetiã ſenſum legis peruertunt,
tres omnes ſingulas, pecunia excepta, hac ratio-
ſe, quũ dicta l. prima, ibi (omnes res) non de ſin-
um, ſed de generibus ſingulorum loquatur, ſcili-
omnes res, ideſt, ex omni genere rerũ, excepta pe-
ſſunt peti, & cadere in hanc actionem: non autem,
gulæ aliæ res præter pecuniam. † Patet, quia certus
uta Tuſculanus, vel ſtichus, non petitur condictio-
pia, ſed certi condictione ſicut pecunia. tex. in d. l. ſti-
tum quædam. Imo etiã frumentum, vel triticũ, ſi ipſa
ciatione apparet certum, vt tritici Aphrici optimi
centũ, non petetur condictione triticaria, ſed certi
ione tex. d. l. ſtipulationẽ. l. vbi autem non apparet. in
de verb. oblig facit l. certum. ſi certum peta. tota enim
fferentia meram formulam actionis reſpicit. Vnde cũ
prima exẽplificant in fundo, non debet vniuerſaliter,
fractè intelligi, vt ibi malè Accur. in verb. quare: ſed
fundi quoq; petitio in hac actione cedere poteſt, vide-
quoties ipſa prolatione, vel libelli editione non apparet
quale, quantumque debeatur, vel petatur, vt quando
tur, vel petitur fundus ſine propria appellatione, vt in-
t idẽ Vlpianus, in d. l. vbi autẽ non apparet. † Vbi Accur.
ignorans mentem, & ſcopum, non explanat, ſed more
deprauat, & obſcurat textum ſatis alioquin planum, di-
ndo ibi ſtipulationem nullam: quod eſt falſum: quia totus
e tex. nõ tractat de nullis, ſed de validis tantũ ſtipulationib.
uarum quædam certæ, quædam incertæ ſunt, vt fundi ſine
ropria appellatione, ideſt, quando non certum corpus, ſed
certa quantitas, puta centum iugera terræ debentur, quæ
non eſt obligatio penitus certa: quia poſſunt menſurari, &
tradi in varijs locis, & confinibus, quæ varient æſtimationem,

& ſic

& sic quandam incertitudinem futuræ æstimationis induc ſũt.

27 † Non obstat l. 2. de condic. triti. vbi etiam certum corpus fundi, puta à quo quis vi deiectus est, hac actione triticaria petitur, quia facilius est responsio. Primò, quod ibi condictio de genere contra violentum, sicut, & contra furem l. 1. in fi. eo. ti. Secundò, q propter æstimationem quanti plurimi, vel deteriorationis, & aliorum damnorum expulsionis, quæ accedunt, petito non est pœnitus certa, & sic cadere potest in triticariã quæ sic dicta est, non ab authore (vt inepte fabulá-

28 tur) sed ab euentu. † Fuerunt enim veteres Romani morosissimi, & superstitiosissimi in actionibus iudicialibus, vt non agerent, nisi ex præscripto formulæ, à qua qui, vel caderet

29 syllaba, caderet à causa. † Cum autem frequentissimæ essent actiones ob triticum, (quod est verbum generale, vt not. in l. triticũ, de verb. oblig. & per Collumellam de re iustica, lib. 2. c. 6.) frequens erat reorũ cauillatio, quod actor sine actione ageret, aut certi conductionem malè intentaret eo, quod triticum petitum non esset pœnitus certum, nisi (quod rarũ est) contingeret deberi, & peti certæ regionis optimum. Quare prætores hanc ineptã morositatem sua æquitate emendantes (cum nondũ latæ essent leges generales Constantij, & Theodosij. C. de formul. & impet. actio sub) concedebant actoribus condictionem triticariam. Cùm autem in cæteris rebus actores passim eadẽ ratione idẽ remedium flagitarent, q datum erat in tritico, & Prætores concederent ad similitudinem triticariæ, hoc iusta occasione factũ est, vt ea condictione passim vsurparetur, & retento nomine originis, & primitiuæ institutiõnis extenderetur, vbicunq; quod peteretur non esset penitus certum, vt sub ea formula si cert. petat. tuto includi, & peti posset stricto veteri iure ciuili: quod prætorium subsidium non fuit necessarium, sed impertinens in pecunia numerata, cumsemper, & perpetuo certa sit omniumque rerum certissima.

Quarta ratio. 30 † Quarta ratio, quia pecunia recepit functionem etiã formalem, & identificam cum alia pecunia, etiam diuersæ speciei, vel materiæ. tex. in l. quæ extrinsecus de verb. obli. vbi licet non solum diuersitas rei, vel substantiæ, sed etiam qualitatis inter interrogationem, & responsionem, stipulationem vitiet, l. 1. §. si quis simpliciter, de verb. oblig. §. præterea. §. si

de

inutil.ſtip.† tũ ſtipulanti denarios alter eiuſ-
aureos ſpondendo obligatur, & contra: quia
a videtur, & cenſetur omnimodo conformi-
igit, & decidit Bal.in l.ſingularia, col.4.in 10.
.pet.& bene, licet Alexan.ibi col 6.diuerſum
anctio, & æquipollentia non poteſt conſiſtere
æ non ſolet eſſe eadem, ſed diuerſa in denarijs
ſe aurei, vel argentei,) & aureis, ſed in ſola bo-
ſeca, ſeu valore impoſititio conſiſtit. Cũ igit in
uãtitas,† quæ ex valore impoſititio reſultat, ſo-
ipaliter conſideretur in ℨctibus, non ſolũ reſpe-
ibus fit appreciato alterius rei ad pecuniam, non
:cedit numeratio pecuniæ, vt in mutuo, ſed vbi-
liciter pecunia ſtipulatur, vt probat, d.l.quæ ex-
ſequitur præcisè attendi bonitatem illã extrinſecã
empore contractus, tanquam ſolum ſaltem princi-
tentam,& in obligationem deductam. Verũ eſt,q
ir.Ang.Rapha.Cum.Alex.& cæteri communiter ibi
int,& intelligunt, quando denarij erant aurei,& ſic
n materia, ſed vt inquit laſ.col.1. hæc eſt diuinatio.
quod non ſufficeret, quia ſupplendum eſſet etiam de
a æque pura, quòd vulgo dicunt de eadem liga, quod
otum: quia text.loquitur de denarijs in genere, & ſic
buſcunq; nec requirit, quod ſint eiuſdẽ qualitatis, vel
iæ, ſed ſolum, quòd eadem quantitatem conficiant: q
oteſt referri niſi ad valorẽ impoſititiũ, & extrinſecum.
e diuinatio, & reſtrictio glo.& Doct.reijciẽda eſt iuxta.
.de contrahend.empt.l.ſi putator.ad legem Aquil. *Quinta ratio.*
Quinta ratio, quia in contractib.præſertim in venditione,
mutuo, pecunia deducitur, non tanquam maſſa, nec tanquã
cies, nec tanquam quantitas metalli, ſed tanquam mone-
etiam ſi de certa ſpecie monetæ agatur, puta de tot aureis
aris, ex quo tanquam moneta deducitur: ergo ſequitur,
iod deducitur ſub ratione valoris impoſititij,& ſic reſpectu
aloris, tunc currentis,& quantitatis tunc confectæ.l.Rutilia
olla, de contrah.empt. Et ſic ſemper requiritur, & ſufficit
d eundem extrinſecum valorem reddere, qui erat tempore
contractus,& præſertim in mutuo, quod petitur ab indigea-
tibus temporario vſu aris alieni, tunc expendit.† Et tam
mutuans,

mutuans, quàm accipiens videntur respexisse ad ipsum valorem vsualem, & quantitatem tunc resultantem duntaxat, prout tanta quantitas, quæ tunc petebatur, verè mutuata est, & conuersa in rem debitoris, & non alia maior, nec minor mutuum autem re contrahitur. Cum autem res de qua tempore mutui agitur, esset ea quantitas tunc currentis valoris, qua debitor indigebat, verè (in quibuscunque speciebus non refert) mutuata peruenta, & conuersa in manus, & rem debitoris, sequitur, quod ad eam quantitatem principaliter contracta intelligitur obligatio, & quod omnino tanta quantitas postea reddi debèt siue interim valor imposititius monetæ creuerit, vel decreuerit, quia tota ratio, vis, & finis mutui ad eam quantitatem, seu valorem, qui erat tempore contractus, refertur ergo ad illam obligatio metitur. Et hanc rationem aliqualiter attigit solus Bald. in l. acceptam. quæst. 17. C. de vsur. vbi melius, quàm alibi loquitur, licèt alij so-
34 leant eum inepte reprehendere.† Dicit enim, si creditor mutuauit florenos quorum postea valor decreuit, distinguendum, aut illud accidit repente, antequam verisimiliter debitor impedisset, & consulendum est debitori, vt sufficiat soluere tot florenos, nec teneatur supplere ad valorem, qui erat tempore mutui, cùm non habuerit commodum antiqui valoris. Aut accidit ex interuallo, & sic postquam debitor iam impederat, & vsus fuerat in maiori valore antiquo: & debet ad illum valorem supplere, cuius commodum habuit nec debet cum aliena iactura locupletari. Hæc distinctio verissima est, & ipsa legali æquitate fundata, in ratione præcedenti. Hinc emergunt reliquæ probationes, & efficaces demonstrationes, videlicet.

Sexta. Sexta, quia si creditor non mutuasset, tanti tunc in rebus suis impedisset, quanti valebat, debitor etiam tanti in rebus suis impendit. ergo debet reddere in eodem valore in casum secuti decrementi, aliàs non redderet æquale, nec mutuum integrum, sed diminutum, quod esse iniquum, &
Septima. contra iustitiam commutatiuam.

35 † Septima, quia si quis vinum mutuo accepit, deinde fortè illud idem, vel mala custodia, vel casu fortuito, vel etiam vini natura deterioratum reddere velit, non auditur, sed debet reddere æquè bonum, vt erat tempore mutui. l. cum quid.

at. Quòd si hoc habet locum vino eodem, is vtilitate, seruato igitur multo fortius eo vtiliter consumpto. Ergo si pecunia mutuo valere cœperit, omnino suppleri debet vsque ad si erat tempore contractus. † Valet enim argumentum intrinseca vini mutuati ad valorem imnitate intrinseca pecuniæ mutuatitiæ: quia valor imposititius est cuniæ mutuatitiæ: quia valor imposititius est ntrinseca pecuniæ signatæ, in quantum talis, liudi metallo non natura, sed extrinsecus ex como accedat. Igitur multo magis suppleri debet, do debitor pecuniam iuxta priorem bonitatem suos conuertit, deinde valor minutus fuit, vt hic dditur æquale recepto, & in rem conuerso.

Octaua. a, quia si pecunia mutuo recepta post cōsumptiorum reprobaretur, deberet solui alia adæstimatiatæ, tempore mutui inspecto secundum omnes circobetur in parte, vel quatenus reprobatur, puta per onem valoris, deberet reddi, & suppleri in valore, tempore mutui, per locum de toto ad partem. l. quæ de rei vendi c. & ita arguunt, & tenent Anto. Butr. Pap. quanto. colum 5. quod sequitur ibi. Ioan. de Vico- o col. fin.

Nona. ona, per locum ab absurdo, quia alias debitor haberet lucrum maioris valoris, in quo pecuniam impendit: do lucrum negociationis, & interusurij temporis medij, tionem eiusdem valoris, semel in rem suam versi: & sic iciter locupletaretur, idque cum iactura, & iniuria creris, qui minus reciperet quam dederit, nempè in minori ore, & sic minorem quantitatem.

Decima. Decima, quia si suppleri debet à debitore valor imminupost consumptionem, ergo deduci debet creditori valor utus post consumptionem, per locum ab eadem contrarum disciplina: & quia quod operatur propositum in proosito, operatur oppositum in opposito. Lex duobus. l. & si ontra tabul. de vul. & pupil. l. si ex toto in prin. de leg. 2. l. fin. n fin. de leg. 3. & per locum à vicissitudine commodi, & incommodi. l. secundum naturam, de reg. iur. Et sic clarissimis demonstrationibus euincitur pars affirmatiua in vtroq; mēbro. Vlterius probatur.

Vndecimò,

Vndecima. 40 † Vndecimò, quia ſupponitur conſuetudo, quod licet obligatio concepta ſit ſub certa ſpecie monetæ, puta ad tot ducatos, vel aureos, tamen liceat ſoluere in qualibet alia proba etiam minuta moneta ad æſtimationem ducatorum, vel aureorum. Et ſic tempore mutui, & paulo poſt debitor habebit ius, & facultatem ſe liberandi, ſoluendo bis milles libras in qualibet proba moneta: igitur eandem facultatem habet hodie, nec auferri potuit per ſuperuentum augmentum valoris ducatorum, vt in ſimili arguit Soci. conſ. 6. col. 2. lib. 1. quẽ ſequitur Curt. Iunior in conſ. 24. Et de prædicta conſuetudine atteſtantur Bart. in l. Paulus. col. 1. & ibi Imol. & alij de ſolu. Bart. in l. 1. in fin. de auro. & argent. lega. Bal. in l. ſi quis argẽti. in princ. C. de donat. in l. libera. C. de ſenten. & interloc. omnium iudic. Bart. Alex. Socin. Aret. Purpura, in l. 2. §. ſi cert. per. Anto. But. Parmo. Io. de Vico. mercea. in c. quanto. in fin. de iurei. ur. Clauſ. in verſ. pecunia. in fin. Nico. Boerij. Deci. Burdeg. 1. 327. colu. 3. ad hanc partem affirmatiuam nonnulli ſequuntur, & videtur indubitata per prædicta.

Primum. 41 † Sed nunc fortius in contrarium argumentor pro parte negatiua, primò, quia vtcunque pecunia ſignata tantùm vtamur, tamen non ſolus caracter, ſed etiam bonitas materiæ, & pondus attenditur, ſaltem in monetis pretioſis, videlicet 42 aureis, & argentis. † Imò videmus in illis màgis bonitatem, & quantitatem materiæ attendi, quam formam, ſeu charactere: & ita de facto in tota Europa, quæ ditionis Chriſtianorum eſt, obſeruatur: & à tẽpore immemorialis conſtat ſemper obſeruatum fuiſſe, etiam florente Romano Imperio, ſub quo ſancitum erat vniformem eſſe æſtimationem monetæ, vt ſup. nu. 18. ſeq. q. tex. in l. 1. C. de vet. nummi. poteſta. lib. 11. vbi non tenetur quis recipere ſolidos aureos etiam Impefatorũ figura ſignatos, niſi ſint debiti põderis, & ſpeciei, hoc eſt, materiæ: & in l. 1. de ponder. lib. 10. vbi non tenetur etiã quæſtor Imperatoris, qui cudi fecit, recipere pecuniã auream, nilegitimo pondere expenſam: imo non ſolũ quantitaté, ſed etiam qualitatem, ideſt, bonitatem, & puritatem materiæ probare 43 licet, l. 2. eo. tit. † vbi Iuſtin. ad hunc finem iuſsit per ſingulas

Zygoſtatem. ciuitates ſtare publicũ zygoſtatem. Scio, quod hæc vox Græca ſignificat libripendẽ publicè ponderibus, & ſtateris negociatorũ præfectũ. ſed puto, quod per d. l. 2. in verbo qualitate,

deputatus

etiam ad puritatem materiæ aureorum pro-
cur non ſola forma, & quinis valor impoſiti- *Secundum.*
ſimum ipſa materia legitima, & pondus ſunt
ſtantia, eſſentia veræ, & legitimæ monetæ.
nſequitur ſecundum, quod in commercijs, &
tu licet pecunia aurea, & argentea non dedu-
ſitionem tamquam maſſa, nec tanquam rudis
talli, ſed tanquam pecunia ſignata: tamen non
ratione ſimplicis ualoris impoſitiuij ſiue extrin-
ulis tantum, nec tanquam ſimplex quantitas ge-
bſtracta, puta tot librarum tantum, ſed etiam
aliter tanquam ſpecies ſub ratione valoris intrin
icet bonitatis materiæ, & ponderis illius ſpeciei
quæ in diſpoſitionem deducitur.
ceſt, quòd ſi actu ſit de certa ſpecie monetæ, non
reditor recipere in alia ſpecie, vel forma, niſi con-
d ſua non intereſſit, text. in l. Paul. de ſolutio. quod nõ
pecunijs non haberetur reſpectus ad ſpeciem, ſed ad
quantitatem abſtractam valoris currentis. † Tertiò, *Tertium.*
themate non videtur verè, & in effectu auctus valor
ecus aureorum: quoniam quanto fuerunt aucti aurei
ore, ſeu numero ſolidorum, tanto idem ſolidi diminu-
intrinſecus, & deteriores effecti in materia, & ponde-
licet in veteri manſerint æſtimatione, Et ſic neceſſe fuit
ortionaliter augeri indicaturam aurei de huiuſmodi
is, alioquin cenſerentur diminuti: ſed deterioratis ſoli-
non valerent maiorem huiuſmodi ſolidorum numerum.
ioceſt, quod dicit Imol. in d. l. Paul. Phil. Cor. conſ. 279. in
conſ. 287. in fil. lib. 1. † q æſtimatio aurei creſcit propter
eriorationem minutæ monetæ. Et ſic hoc modo propor-
naliter augendo non dicitur augeri curſus aurei, ſeu valor
poſitiuus, ſed ſtare, & conſeruari: quia quadraginta ſoli-
rex his, qui cudebantur, & currebant tempore dicti con-
ractus, valent quadraginta quinque ex his, qui poſtea cæ-
ſerunt fabricari.

Multas autem interim artes callent monetales, & deſpoti-
carum rerum adminiſtri, ad veterem, & fortiorem omnem
monetam explicandam, & adcauendum ne priuatis veteré,
& fortiorem monetam habentibus liceat exportare, com-
mutare,

mutare, vel aliter expendere maiori valore, vel meliori, cō-
ditione, quam sit noua, & deteriorata moneta.

Quartum. 49 †Quartò, quia etiam si in veritate censeretur auctus va-
lor extrinsecus aurei, tamen iustum, & æquum videtur in dicto themate creditorem habere commodum, vel excessum, si quod sit, huius augmenti. Patet, quia istud augmentum hodie superueniens non superuenit facto, nec impensa, nec dāno debitoris, sed generali prouidentia, seu lege superioris: ergo non debet illud commodum inuidere creditori, præsertim beneficio, qui gratis, & sine vsuris mutuauit. Et sic cum illud commodum non proueniat de re debitoris, sed facto superioris, & lege communi, non debet à debitore deduci: quiæ non deduceret, quod est suum, sed quòd est alienum, cùm sit obligatus ad speciem monetæ.

Quintum. 50 †Quintò, quia cùm istud augmentum procedat à lege communi, ad vtilitatem omnium communiter, & æqualiter facta, debet æqualiter prodesse. Et sic sicut prodest debitori, vt possit de suis aureis soluere aureos ad rationem quadraginta quinque solidorum illis, quibus obligatus est ad solidos, vel sub nomine quantitatis in genere: ita debet prodesse creditori, cui debentur aurei in specie, scilicet in illa moneta aurei alioquin lex communiter, & æqualiter in omnes lata nou respiceret omnes æqualiter, sed debitoribus tm̄ prodesset̄, solis autem creditoribus noceret, quod est absurdum.

Sextum. 51 †Sexto, quia noua lex huius augmēti cadit directo, & immediate super certa specie monetæ, idq; absolutè: ergo sicut prodest habentibus de huiusmodi specie in dominio, ita dēt prodesse his, quibus huiusmodi species debetur. Facit, q̄ qui habet actionem ad tot aureos; vt hic mille debentur, censet̄ tot aureos habere. l. qui actionē, de regulis iuris, ergo non debet minus aureorum recipere per dictam deductionem.

Septimū. 52 †Septimò, quia alias damnificarentur creditor ex improuiso, & hoc propter deteriorationem minutioris monetæ sine facto, & culpa sua superuentam, quod est absurdum: in debitore verò duo specialia concurrerent: primum, quod posset deducere de augmento numero solidorum, & restringere creditorem ad numerum solidorum, qui erat tempore contractus. Secundum, quod hæc deductio, & restitutio fieret, non habita ratione, quod veteres solidi

superua-

nouis in materia, & pondere: & sic esset re-
erum antiquum solidorum, non tamen ad ra-
orum meliorum, sed nouorum deteriorum: &
atio solidorum veterum, quantum ad commo-
. duntaxat, non autem quantum ad commodú
uæ inæqualitas absurda, & iniqua est.
quia sequeretur quod durius ageretur cum cre- Octauum.
aiosо, & benigniori, quàm creditore tenaciori,
ardum. §. fin. vers. sed cùm pessimum. Instit. de do-
tet, quia si creditor maturasset exigere mutuum
augmenti latam, recepisset omnino mille aureos,
um augmenti habuisset: non autem æquum vide-
terioris conditionis, ex eo, quod diutius mutua-
gratiam debitoris exigere distulit: nec debet in-
incommodum referre ex liberalitate sua: nec
esset debitor imputans creditori dilationem, ex
um sensit. leg. cùm in fundo. §. quod si mulier. de iur.

idy, quia aliàs non esset differentia inter obligatum ad Nonum.
speciem monetæ, & obligatum ad meram quantita-
genere de qua uis moneta: quod est absurdum, quia est
ius in dicta l. Paulus, & contra rationem, & vsum con-
r. Non obstat, si dicatur quod immo remanebit: quia
obligatus ad speciem monetæ deducat superuentum au-
ntum valoris extrinseci, tamen tenetur soluere in ea-
pecie monetæ: quoniam hoc modo esset destruere ob-
ionem creatam in specie, & certo numero monetæ, de
agitur, & reducere ad obligationem certæ quantitatis
tricæ, & abstractæ, soluendam in certa specie monetæ,
autem ad certum numerum eiusdem speciei: veluti cum
s promitteret centum libras in florenis, quæ obligatio
fert ab ea, in qua debetur certus numerus florenorum, vt
adit Bartol. & omnes in dict. l. Paulus, & vbique. Sed in the-
ate obligatio non est contracta ad summam, vel quantita-
m in genere soluendam in aureis, sed ad certum numerum
ureorum, & sic multum refert, quia certus numerus æquè
principaliter in obligatione censetur, atque certa species
monetæ.

† Decimo, quia obligatus ad decem dolia vini ex mu- Decimò.
tuo,

tuo, nil possit deducere quantumcunque prætextu maioris indicaturæ, seu valoris extrinseci superuenti, puta si tempore mutui dolium talis vini veniebat decem libr.s, nunc autem dolium æquè boni vini vænit quindecim, vel viginti librismec attenditur illa casualis, & fortuita indicatura extrinsecus accidens prout nec superuenta precij vilitas citra mo-
56 ram †Igitur nec debet attendi in nummis citra moram, quia vtrobique eadem est species contractus eiusdem naturæ, videlicet mutui, eadem ratio, & habitudo indicaturæ, seu valoris extrinseci: quia cum de facto sola libidine principis augeri, vel minui possit, debet ea variatio casui fortuito ascribi, per not. in l. si per imprudentiam de euicto, & sic idem indicandum, quod de indicatura vini mutuati, cùm vtrobique indicatura sit valor extrinsecus, & fortuitus, qui potest quo ad contrahentes in alterutrumque æquè se habere, vel contingere: & sic neuter lædi videbitur, si neutra dx parte eius ratio habeatur. argum. l. de fideicommisso. C. de transact. l. si pater pu pillæ. C. de inoffic. donatio.

57 †Ex his elisa videntur primùm tria prima, & potissima fundamenta partis affirmatiuæ à quibus reliqua dependent, & ad leges citatas in 2. ratione, & authoritatem Aristot. de vbique vniformi, & perpetua semper æstimatione signo designata, responderi posset, hoc est verum de iure, sed nõ de facto: ita enim & dicebat, & expediebat in toto orbe omniũ, quibus, vel iura gentium communia sunt, vt esset eadem saltem vniformis æstimatio, & proportio, quæ etiam est de iure gentium, & inuentione, & authoritate: vt supra. nume. 39.
58 re quod licet nunquam vniuersaliter factum legatur tamen in Romano constat districtè sancitum. † Vnde verisimile est sub imperio Romano, & florente, hoc executum fuisse, & diligenter obseruatum, quanquam ius cudendæ monetæ non esset soli Imperatori, nec Senatui, nec populo quidem Romano reseruatum, sed etiam particulares Respublic. per loca monetam cudebant. & verisimiliter suam certam quæque speciem, hoc est proprio charactere, materia, & pondere, vt patet in l. creditor in princip. de solutionibus vt tam in bonitate, & quãtitate, seu pondere materiæ, quàm in indicatura deberent ad eandem proportionem, & æstimationem reduci in toto imperio definitam.

Non

etiam distinctio Bald. & æquitas, de qua su-
ationc num. 62. quia dictum Bald. in 1. mem-
ttota difficultas, potest procedere (prout etiã
circunstantijs iustificatiuis circumscriptis in-
t) quando esset mera, propria & effectualis di-
sine causa iustæ proportionis ad alias monetas.
item contingit certam speciem monetæ solam *Dup'ex di*
uo manentibus diminui. primò minus propriè, *minutio rei.*
is à tempore contractus fuerit intrinsecus, & ex
aliter apertè diminutus. Secundò propriè, si non
tus intrinsecus, sed extrinsecus tantum siue ex iu-
uta quia (quod nunquam audiui, nec legi) prius
& tolerabatur in maiori valore extrinseco, quàm
:spectu minorum monetarum, quæ non mutantur
, & indicatura, siue ex alia causa iusta, vel iniusta,
: vel etiamsi non solùm extrinsecus apertè diminu-
ed etiam intrinsecus, nõ apertè nec iusta proportio-
ccultè, vt fit ita, quod populus putat eundem esse au
Hæc enim est vera & effectualis diminutio materiæ,
aturæ, vel solius indicaturæ, quæ non debet nocere
ri, nec ansam dare debitori, qui bona moneta, & in ma
lore vsus fuit, vt cum iactura creditoris locupletetur,
ebet supplere ad valorem antiquum, hoc est ad pristi-
numerum solidorum: secus si non est vera, & effectua-
minutio, vt si contingeret aureum valere minorem soli-
merum solidorum, quia minutior moneta cœpit meliot
rtior cudi, quia tunc non potest habere locum dictum.
l. sed sufficiet debitori totidem aureos restituere, nec te-
ietur supplere numerum solidorum nunc deficiẽtem: quia
idi præsentes sunt meliores, & aureus etiam hodie valeret
adem antiquum numerum solidorum, si cum antiquis illis
idis permutandus esset: & sic non offenditur hoc casu, sed
communis, & negatiua sententia.

Nec casus etiam offenditur in primo minus proprio casu, in
quo procedit dictum Bal. quia ibi aureus præsens, ex quo aper
te minus intrinsecè, quàm extrinsecè minutus est non est inte-
gra aureus, sed pars aliquota veteris aurei: quemadmodum
si cudi desijsset contractum desijsset cudi, & haberi integri aurei, sed se
miaurei, vel besses, aut dextantes veteris aurei cuderentur.

Non

Non enim liceret supplere In nummis, sed oporteret in semiaureis, vel alijs speciebus auri supplere numerum receptorũ aureorum: quia tunc non dicitur facta vera diminutio monetæ aureæ nec in materia, nec in indicatura, sed solùm sectio corporum ipsius monetæ manente eadem proportione, & cursu in vtroque valore, tam intrinseco, quàm extrinseco.

62 †In secundo autem casu, in quo solo propriè dicitur facta vera, & effectualis diminutio indicaturæ, seu valoris extrinseci, & in quo solo propriè loquitur, & procedit dictum Bald. specialis ratio concurrit, ex qua communis sententia limitanda est: quia ex qualitate actus, & contrahentium constat, quod mutuabatur non solùm contemplatione speciei, sed principaliter, saltem æquè principaliter contemplatione valoris tunc currentis. Et sic cùm valor ille in rem debitoris versus sit, & postea de facto verè, & effectualiter contigit diminutio, debet debitor supplere, etiam stante dicta communi sententia: non tamen tenetur in auro, sed sufficit in minuta moneta supplere, quia satis est creditorem indemnem reddere.

63 †Eodem modo respondetur ad tertium, quartum, quintum, sextum, & septimum adducta pro parte affirmatiua: quia in effectu fundantur super illa æquitate, ne creditor inopinatè damnificetur, debitor autem indebitè cum illius iactura lucraretur: quæ ratio non habet locũ, nisi in dicto secundo casu, in quo ex interuallo superuenit vera, & effectualis indicaturæ diminutio, qui est casus specialis limitationis sententiæ communis, & negatiuæ, quæ etiam si aliàs esset regulariter vera & firma, tamen non obesset conclusioni nostræ, & sententiæ Bal. in d.l. acceptam.

64 †Non obstat nonum, quia friuolum est, quod comminiscuntur præfati Docto. de consuetudine: quia non dicunt solitum fieri solutionem in qualibet moneta inuito creditori, sed quòd communiter solet recipi in qualibet proba moneta quod consuetudinem non arguit, sed meram contingentiam facti, quæ vel ex mera ciuilitate creditoris accidere potest, vel effectu, & compendio præsentis qualiscunque solutionis, nemque ne debitor alioquin postea frustretur, vel etiam mero iure, ex quo tunc fortè non intererat creditoris in priori

moneta

l.Paul. ex quibus quantocunq; tempore nulla
onfuetus do, vel neceſsitas generalis, per ea, quæ
a.Pariſ. §. 1.glo.4.num. 11. dicendum enim fuiſ-
itos creditores cogi ad recipiẽdum ſolutionem
neta, etiam ſi eorum intererat, quod nunquam
m, nedum probatum. † Et in veritate nihil eſt de
tudine, ſed oppoſitum notoriè obſeruatur, quòd
gatio contracta eſt ad certam ſpeciem monetæ,
creditor recipere in alia diuerſa deterioris mate-
an conſtet, quòd ſua non interſit. Verum eſt, quòd
uiſcua, & ſolita contingentia inducit, vt creditor
& præfractè in eadem ſpecie exigens, dicatur acer-
eroſus, tanquam ſummo iure vtens, nullo benigni-
peramento admiſto, contra.l. ſi ſeruos. in fin. de pi-
.l. ſi bene. de vſur. quòd non ſemper, & vbique tole-
ſupra.num.266.

Solutio.

o applicando hæc ad hypotheſin. q. noſtræ conſtat,
os ſumus in hoc ſecundo caſu, ſaltem in ſuo caſu con-
ui vt eiuſdem contrariæ rationis, & diſcipliną per iu-
ata. Notum eſt enim aureos non eſſe auctos intrinſe-
d extrinſecus tantùm de quinque ſolidis, & ſic de octa-
te, ideque per ſe, & abſolutè: non autem propter mo-
n minorem intrinſecus, vel extrinſecus diminutam tem-
dicti augmenti, † quia licet ab eo tempore cœperint,
otius ferè ſim à plus centum ab hinc annis continuatum
more ſolito) minutam monetam impuriorem cudi, (vt
æus in aſſe, & Leonard. Por. tract. de feſter. conqueruntur,
dum Pli. lib. 33. cap. 3.) tamen hoc non obſtat duplici ratio-
. Prima, quia etiam aurei ſemper ſenſim fuerunt aucti in
lore extrinſeco, vſque ad quadraginta ſolidos tempore di
i augmenti. Secunda quia etiam aurei ſemper impuriores
andrubuli more excuſi ſunt, ita quòd tempore dicti augmẽ
i non erat neceſſe nouum augmentum indicaturæ aureorum
addere, propter deteriorationem monetæ excuſæ, vel excudẽ
dæ. Vnde quamuis extunc deterior parua moneta excuſa ſit
tamen non fuit auctus valor extrinſecus prioris, & fortioris
paruæ monetæ, ſed in eodem veteri curſu remanſit: & ſic no-
uum illud augmentum aureorum de quinque ſolidis, fuit ve-
rum, & effectuale augmentum indicaturæ. † Et ſic in q. præ-

ſenti

senti concludendum pro parte affirmatiua, etiam absque eo quòd abrogetur, communis sententia, sed limitatur hoc casu propter prædictam æquitatem, quæ est de facto euidens, in hoc, quòd aureus non extrinsecus auctus, sed potius diminutus, valet hodiè 45. solidos, de illis etiam solidis, qui tempore mutui currebant, & currunt, licet tunc aureus non valeret nisi 40. Ex quibus quantum ad hanc q. patet solutio ad primum, secundum, tertium, & septimum, adducta pro parte negatiua: breuitatis enim causa nolo super singulis, (quæ studiosus indidem supplere potest) immorari. Ad quartum autem, quintum, sextum, & octauum respondetur, quod ex quo debitor tenetur soluere in aureis, & sic de pecunia sua minuta, vel de labore suo acquirere aureos, & aurei pluris sibi hodie constant, quia oportet eum pro singulis acquirendis, vel seruandis dare, vel expendere 45. solidos, vel lucrum, solarium 45. solidorum, vbi sufficiebant 40. solùm, idq; etiam de solidis, qui currebant tempore mutui, quia non sunt vllo modo aucti, apparet, quòd istud nouum, & merum augmentum aureorum extrinsecum directò cadit in incommodum, & damnum eorum, qui erant obligati in aureis, & in commodum, & lucrum eorum, qui erant obligati in genere quantitatis. Et sic in proposito cùm debitor non custodierit, sed expenderit singulos aureos mutuatos pro 40. solidis, valdè damnificatur, si oporteret eam pro singulo aureo comparando dare 45. solidos, vel æquipollens. Et sic debitor non certat de lucro augmenti retinendo (cum eosdem aureos ante augmentum pro veteri precio expenderit) sedde damno vitãdo: creditor autem nihil volens deducere, non certat de damno vitando, quia verisimiliter eosdem aureos aliàs expẽsurus erat precio tunc currente: nec etiam certat de fortuito, vel legali commodo, sine damno debitoris, sed de lucro, & de maiori summa quàm dederit recipienda damno debitoris, & contra naturam mutui.

69 †Ad nonum, fateor quòd hic debitor obligatus est præcisè ad certam speciem monetæ, videlicet ad solares aureos, & etiam ad certũ numerum, videlicet ad mille: sed dico, quod in quãtum est obligatus ad vtrumque simul, videlicet ad certam speciem, & certum numerum, ea obligatio intelligitur rebus sic stantibus. Imo dico, quod non solùm quando ta-

citè

emate.) sed etiam si expressè conuentum sit de
plicitèr in eisdem speciebus, & eodem numero,
sio alio, non concurrente, non censetur conuen-
supplendo nec deducendo vero extrinseco aug-
decremento, nisi specialiter expressum sit, vel nisi
e contractus periculum mutationis immineret, vt
.infr.q.sequent. Tunc enim censetur ea pactio spe
ceri causa tacitæ transactionis periculi imminentis
non censetur facta, nisi ad maiorem expressionem,
licebit eandem summam in diuersa specie monetę
ripollenti reddere, non autem referenda est ad mu-
, vel deteriorationem monetæ, quæ non imminebat,
mendaest. Et sic ea pactio debet in dubio intelli-
sic stantibus, prout etiam est de natura omnium con
n. Et sic censetur actum de aureis eiusdem bonitatis,
s extrinseci, vel indicaturæ, cuius erant tempore mu-
a autem maioris, nec maiorem summam conficienti-
iàm debitor receperit, & in vsus suos conuerterit. l.
iid, si cert. petat. l. Rutilia Polla. de contraben. emp. sed
erè, & effectualiter plus valent, etiam habito respectu
netam paruam currentem tempore mutui, quia tunc
nuiusmodi aurei valebant quadraginta millia solidorũ,
urrentium: sed nunc valent quadraginta quinque mil-
lidorum etiam de solidis currentibus tempore mutui,
solidi illius temporis manserunt, & manent de facto in
m indicatura, & eodem cursu cum nouis, licet nouiter
isi deteriores sint intrinsecus. Et sic nisi debitor deduce-
uperuentum bonitatis augmentum, damnificaretur cum
ctu quinquies mille solidis, in quibus creditor locupleta-
ur, ergo deductio facienda. Patet, quia si vere & effectua-
r diminuti essent aurei, supplendum esset, vt nuper con-
sum est, ergo verum, & effectuale augmentum deducen-
am.

† Non obstat decimum, quia respondeo, quod bonitas in-
rinseca pecuniæ, non sunt similis nec eiusdem habitudinis,
erationis: quia in vino, & similibus est merè extrinseca ni-
il commune habens cum substantia rei mutuatæ: imo etiam
st impertinens, nec est in consideratione in mutuo: aliàs nõ
diceretur vinum mutuari, sed vendi: sed in nummis bonitas

extrinseca

extrinseca est consubstantialis, & de essentia pecuniæ, vt sup. in princip. 92. huius. quæst. Et dato quòd hodie etiam bonitas interu furij considerabilis est de substantia, saltem in moneta preciosa, tamen etiam bonitas extrinseca æquè consubstantialis est, æquè principalis, & etiam tempore dispositionis (præsertim in numero, quod temporarij vsus pecuniæ gratia fit) principaliter intenta, & considerata, & sic in eadem bonitate extrinseca reddi debet. ergo casu conuerso verum, & effectuale augmentum bonitatis extrinsecæ deducendum:

71 †Vlterius non valere augmentum d.l.cum quid, & de bonitate extrinseca vini ad pecuniam, probatur: primò, quia bonitas extrinseca vini vel similis speciei non est certa, sed de se variabilis, prout est benè accidentalis, & sic variatio non est in opinata, nec contra naturam rei: sed in pecunia, prout de ratione, & substantia pecuniæ est certa perpetua æstimatio, ita eius variatio est contra naturam pecuniæ, & contra

72 ius. per iura supr. num. 18. cum sequent. quæst. †Secundò, quia in vino bonitas extrinseca nō venit iure actionis, sed mero iudicis officio, vt no. omnes Doctor. in d.l. sed in pecunia, cùm bonitas extrinseca veniat æquè principaliter, vt supra. quæst. 1. venit ab initio iuris obligationis, & actionis: igitur in pecunia inspicitur tantum æstimatio, quę erat tempore cōtractus, per tex. in l. fundum Cornelianum. de nouatio. vbi Bar. & omnes, & in d.l. vinum, & vbique.

73 †Tertiò, quia in vino vinum tantum peti potest, non autem æstimatio, vt not. Bartol. & omnes in d.l. cùm quid: sed in pecunia, si decem aurei mutuati sunt, possunt peti denarij, vel libræ eiusdem quantitatis imposititiciæ: quia de iure tantam fictionem, & æquipollentiam recipiunt, vt nec stipulationis quidem forma offendatur, si quis interroget de denarijs, & alter respondeat de aureis, vel contra ad eandem æstimationem. text. in l. quæ extrinsecus de verbor. oblig. Si igitur ab initio inest æstimatio iure actionis, & ab initio peti potest, igitur eadem æstimatio, quæ erat tempore contractus, poste a peti potest, siue interim creuerit, siue decreuerit, saluo æquitatis temperamento, de quo sup. num. 33. Item cùm mutuum re contrahatur, & valor imposititicius tunc currens sit res principalis, saltem æquè principalis, quæ deducitur in contractum mutui pecuniæ, sequitur quod mutuum ad eundem valorem

lorem

arum,& contractum intelligitur,prædicta æquita
r ſic iam nec communis opinio ſubſiſtere poteſt,
lem prætextu quaſi neuter lædatur:quia imò ſtan-
ri, alteruter lædi poteſt, & vtrique periculum im-
ſecundum nos,tempus contractus inſpiciendo neu
oteſt,ſed vtriq; ſeruatur quantum dedit,vel habe-
t,& debuit. Habes quæſt.ab imis ipſis rerum funda-
dicitus erutis nouiter excuſſam, & deciſam, nec ta-
rgumenta tanto molimine digeſſi ad hanc ſolã quæ
decidendam, in qua ſufficiebat æquitatis diſtinctio,
ap.nu.33.ſed ad vniuerſam materiam aperiẽdam,vt-
rius defungi liceret in quęſtionibus ſequentibus,prę-
n concluſione totius materiæ quæſt. fi.

SVMMARIVM.

Hypotheſis huius quartæ quæſtionis.
Perpetua, & vniformis nummorum æſtimatio.
ratio ad certam ſpeciem, & certum numerum an ſtringat.
tum vnum efficax tantum valet,quantum mille.
i augmentum,vel decrementum ſequuntur precia rerum.
ractus,& diſtractus eodem iure regulantur, & nu.11.
ei bonitas extrinſeca ferè magis,quam intrinſeca inſpicitur.
ei valor in emptione rei, non materia attenditur.
tor debitor generis eſt.
lor pretij in examine deceptionis vltra dimidium attenditur à
empore contractus.
pplementum læſionis fiet ad æſtimationem pretij tempore con-
tractus.
era reſolutio quæſtionis propoſitæ cum refutatione argumentorũ
contrariorum.
pntrahentes ſe ſubiecisſe aleæ non eſt præſumendum.
gatio eadem cum quæſtione,vel dicto non valet, & nu. 17.
Explicatio.l.2.C.de veteris nummiſma.poteſtate.
Valor impoſititius eſt etiam bonitas intrinſeca.
Ratio quare plurimi, quandoque graviter in facto errent.
Paradigma authoris pro reſolutione q.præſentis.
Aureorum ſimplex expreſſio ſufficit ad obligandum in ſpecie.
Paradigma aliud.
Variatio modico tempore duratura non eſt attendenda.

24 *Modus vtri quæ parti tolerabiliter eligendus.*
25 *Æstimatione publica sublata debitum tamen soluendum.*
26 *Angelica lues prodigiosa circa moneram.*
27 *Aneli Carolum sextum Regem Galliæ mente captum detinent ope Philippi Burgandiavi, & nu.28.*
29 *Consilium malum consulori pessimum.*
30 *Ioannis Vicomercatus Ticini iura pontificia docuit.*
31 *Valor monetæ vbi crebrò mutatur, bonitas extrinseca non attenditur.*
32 *Quæstionis præsentis conclusio.*
33 *Medici indocti vno collyrio omnes morbos curant.*

QVartò, æquè necesse est excutere, qd in alijs contractibus, & obligationibus, puta in vēditione, retractu redemptione, dote, depositō, legato, & alijs infinitis. Vt autem infinitas disputationis vitetur, & hæc quantū fieri potest, certa nouā, & methodica ratione decidantur, exactè discutiemus casum vnū deductis vtrinque quam breuius licebit, & inuicem collatis radicalibus argumentis, vt sic reliqui quoque casus plani fiant.

Vendidit. 1 †Capio ergo casum venditionis, vtpote frequentiorem, & latius patentem. Fac domum venditam pro mille aureis solatis, traditam, & nihilominus locatam emptori pro 30. vel quadraginta aureis solatis, donec precium soluerit, iuxta no. in l. sicut emptio loca. tempore verò contractus aureus solaris valebat tantum 40. solidis: cùm autem post aliquot annos cœpisset valere 45. solidis, emptor obtulit 889. aureos tantum, cùm quinque Turonensibus, & sic deducēdo augmentum, an potuerit? Et communis est sententia, quòd non, sed quod præcisè teneatur mille aureos soluere absque deductione augmēti, & suppletione decrementi, & quod citra moram non attēditur variatio valoris, siue creuerit, siue decreuerit. Sed hæc communis sententia refellitur, primò, quia est absq; lege: quippe iura nunquam præuiderunt, nec deciderunt hanc quæstiō. cùm de iure non possit esse locus huic variationi, sed sancitū
2 sit. † vt perpetua, & vniformis sit nūmorum æstimatio. l. ideo de eo, quod certo loco. l. 1. de contrah. emp. l. fi. C. de vete. nūm. f. potest.

Secundò, dicta communis opinio fundatur in l. i cert. peta. & in eo, quod valor imposititicius nummas extrinseca, sicut æstimatio casualis vini mutuavel aliter debiti. Sed istud fundamentum est falot. in fi. q. præcedenti: quia in vino, & similibus æsti merum accidens, nihil habens commune cum subi: in nummis verò huiusmodi valor impositicius est i substantiale ipsius nummi, & sic non propriè bonisseca, sed intrinseca. Duo enim substantialia nummi, legitima materia in qualitate, & pondere, & publinpacta æstimatio.

s ergo inquirenda veritas. † In primis pro venditore, numi sententia arguitur, primo quia venditio facta est :a specie monetæ, videlicet aureorum solatorum, & to numero, videlicet mille, ita quod obligatio precij re est, & determinata (prout fieri potuit) ad certam spe- & numerum, ita quod emptor præcisè obligatus est ad m, & ad numerum nummorum conuentum. Igitur otest deducere augmentum superuentum, quia esset de- re numero conuento, qui non minus est in obligatione i species conuenta, vt patet ex tenore verborum conus cui standum est. Neque enim dubium est, quin vendi ierit, vt pro summa librarum cuiusuis monetæ ita pro libet certa moneta, & certo numero, & quin præcisè (si ltet) standum sit, nec melius constare, quam ex verbis exsis. l. non aliter. §. 1. de lega. 1. nec est aptius mentis nostræ imonium. Bald. l. ad recognoscendos. C. de inge. manu. Et oquin non referret dicere, vendo pro mille aureis, vel pro ata summa, quantum valent mille aurei, soluenda in aureis, sic detracta obligatione certi numeri aureorum, quod est sturdum, & etiam astringerentur contrahentes ad exprimêm tot aureos præcisè debitum iri, siue plus, siue minus tem ore solutionis valeant, quod est absurdum, † quia tãtum va- et vnum verbum efficax, quãtum mille, nec est superflua ver orum expressio exigenda. l. fi. C. de donatio. licet nõ officiat. testamentum. C. de test. igitur ea breui pactione videnẽ parres de futuro incerto augmento, vel decremento transegisse ex quo & ad certam speciem, & ad certum numerum se limitauerunt. Et præsertim vbi non est inuicta huiusmodi monetarum

tarum mutatio, & variatio, vt sub hac despotia: & sic videtur contrahentes satis præuidisse, & nihilominus, imò eo magis ita conuenisse: & hæc est potissima ratio. Secunda huic dependes, q̃ neuter vī lædi, ex quo illa species monetæ æquè se habet ad diminutionem, sicut ad augmentū, no. in l. si pater. C. de inof-
5 fic. donat. † Tertia, quia aucta, vel minuta æstimatione aurei, rerum quoq; precia proportionaliter augentur, vel minuunt, l. 2. C. de vet. nūmis. potest. lib. 11. ad hoc Ang. in d. l. Paulus. Purpur. in l. cū quid. nu. 171. si cer. pet. Quartò, quia si emptor soluisset, & postea ex pacto redimere vellet, deberet reddere similes, & totidē species, nec posset deducere incrementū valoris extrinseci. ex quo nō est concessa facultas redimendi, nisi totidem species restituendo. Et ita de cōsuetudine obseruat, vt test at Nicola. Boer. decis. Burdeg. 327. nu. 4. Et in fortiorib. terminis decidit Aym. cons. 47. Igitur ab initio etiā citra morā soluere tenet, nō deducto dicto augmēto, qa ꝯ, & distractus eo dē iure regulant, no. in l. de tutela. C. de in integ. restit.
6 † In contrarium arguitur, primò quia hi mille aurei sunt promissi pro precio domus, & pro eius appreciatione ad quā finaliter post multas nonnunquam contentiones deuētum est, vt inquit text. in l. si voluntate. C. de rescinden. vend. Et sic constat, vt ad valorem, & æstimationem domus, qui erat tempore contractus, ita ad valorem, & æstimationem aureorum, qui erat tempore contractus, respectum habitum: igitur de bet in dubio ille tātum valor attendi, nisi aliud expressè cautum sit. Igitur si citra moram augeatur, detrahendum
7 erit: si verò minuatur, supplendum. † Secundò, quia mille aurei non sunt deducti in dispositionem, inspecta sola bonitate intrinseca, imò multo magis saltem æquè principaliter inspecta, & expressa bonitate extrinseca, igitur si bonitas intrinseca debet attendi secundum tempus contractus dunta-xat, vt omnes tenent in d. l. Paulus, & in d. c. quanto, & vbique, igitur multò magis saltem æquè attendi debet tempus cōtractus, quantum ad bonitatem extrinsecam.
8 † Tertiò, quia mille aurei non sunt æquales domui per solam materiam, sed præcipuè per eorum valorem currentem: ergo præcipuè debet attendi valor currens, & sic temporis contractus. l. Rutilia. de contrab. empt. Alioquin non seruaretur æqualitas cōuēta subsecuta variatione, sed vel vēditor exi-

geret

, auctò auro eo videlicet maiorem ſummam libra-
i quę ex pretio conuento tempore contractus reſul
ninus diminuto aureo: quod eſſet abſurdum, & con-
tatem naturalem, & intentam contractus.
ò emptor eſt debitor generis, & ſic ad eùm ſpectat
n, & in totum, & in parte: igitur ſicut in totum
ſolutionis in habitus eſſet curſus dictorum aureorum
in alia proba moneta ſoluere, vſque ad æſtimationé,
ipore contractus currebat, etiam ſecundum commu-
gitur ſi valor diminutus ſit, debet eſſe periculo empto-
ſuppleat vſque ad dictum valorem: ergo ſi auctus ſit;
uo, non venditoris commodo. l. g. ſecundum naturam
ıl. iuris, & ſupr. num. 702. Et alioquin ſi communis opi-
ıet vera, ſequeretur maximum inconueniens, ſcilicet,
emptor, dum continuat mercedem conductionis, ta-
:t tempus, quo valor aureorum imminutus eſſet, vt de
i poteſt contingere, & tunc precium offerret longè di-
ıtum, quod cogeretur venditor recipere, quod eſt ini-
m: & ſi communis ſententia neutro caſu augmenti, vel
ıinutionis ſtare poteſt.

Quintò, quia ad ſciendum an emptor, vel venditor ſit
ceptus vltra dimidiam iuſti precij in dicto contractu, non
piceretur quantum valebant aurei tempore ſolutionis, vel
ſciſsionis, ſed duntaxat quanti valebant tempore contra-
us. l. ſi voluntate. C. de reſcind. vendit. vnde, ſi tempore con-
ractus domus valebat quater mille, & centum libras, & ſic
ris mille quinquaginta ſolatos ſecundum æſtimationem ſo-
atorum eiuſdem temporis; & ſic læſus fuerit venditor vltra
dimidiam, ſi antequam agat augeatur valor ad 45. ſolidos,
non deſinit eſſe læſus vltra dimidiam, & agere poſſe ex l. 2.
quanquam ſi tempore contractus valuiſſent aurei quadragin-
ta quinque ſolidos, non fuiſſet læſio vltra, ſed infra dimidiam
i & contra in emptore læſo. † Igitur ſic ad reſcindendum con-
tractum attenditur valor extrinſecus monetæ, qui erat tępo-
re contractus; ita ad obſeruandum, & exequendum contractũ
in ſolutione precij.

† Sextò, quia eodem themate retento de venditore decc-
pto, ſi emptor eligat ſupplere iuſtum precium, debet il-
lud ſupplementũ facere, & ſoluere habito reſpectu ad æſtima-
tionem,

tionem, quę erat tempore contractus non ad augmentum aureorum superuentum: vnde non tenebitur hodie supplere vsque ad bis mille. 50. solatos (licet illud esset iustum precium tempore contractus,) sed sufficiet vltra mille, tempore contractus solutos soluere alios mille solatos, & sic computato, & deducto augmento valoris, qui est tempore solutionis, vel supplementi, quòd supplementum est vera pars precij eiusdem naturæ, vt scripsi in Consuetud. Parisi. §. 22. quæst. 9. in princ. Igitur et si nil fuisset solutum ab initio, sed totum precium restaret hodie soluendum, posset soluere precium, & supplementum secundum valorem contractus, & sic facta deductione augmenti superuenti: quia vnum, & idem precium non debet diuerso iure censeri. l. eum qui in fi. de vsu capio. Quid dicemus?

13 † Expendamus, & conferamus vtriusque partis rationes, vim & energiam. Et certè pro venditore sola prima ratio vrget, & subsistit, videlicet, quòd precium limitatum fuit, & computatum non solùm ad certam monetæ speciẽ, sed ad certum numerum nummorum dictæ speciei: & consequenter nõ spectando augmentum, vel decrementum extrinsecum dictæ speciei monetæ, sed de incerto euentu augmenti, vel decrementi transactum per expressionem, & taxationem certi numeri.

14 † Secunda enim ratio est pars primæ, nec alioquin per se subsisteret: quia regulariter non est præsumendum, quòd contrahentes velint se subijcere alicui aleæ. Hæc nota. supra num. 63. Imo hoc ipsum principaliter in quæstione versatur, An contrahentes intenderint præcidere ad summam, quam tunc mille solati conficiebant: an vero intenderint transigere de alea.

15 † Et non valet ratio, quę est eadem cum quæstione, vel d. l. qui interrogatus, vbi Bar. de petitio. hæred. non in l. fin. de offic. procura. Cæsar.

16 Minus valet tertia ratio, † quia d. l. de vet. nũmis. potest. non loquitur de imminutione valoris nummi, quæ fit ex tyrannide per auaritiam, vel abusum Principis, hoc enim iura ignorant: sed de ea, quę fit ex iusta causa, & proportione ad reliquas monetas. Aut enim omnes monetæ pari proportione minuuntur, vel augentur, & tunc procedit d. l. generaliter respectu omnium monetarum: quia precium diminutum, vel auctum, cum sic vniformiter variatum, æquipollet generaliter

l. 1. de vet. num. potest. lib. 11. C.

recio, Aurei verò vna tantum ſpecies aurei minuit
a monetis manentibus in ſtatu ſuo, & non poteſt di-
re: quia imo tunc precia rerum remanent in ſtatu
tu aliarum monetarum ſtantium, reſpectu autem
uti non imminuuntur, ſed augentur rerum precia, vt
mmunis, & rerum experientia oſtendit. Itaque in
cum reliquis monetis manentibus in curſu ſuo ſola-
s de quadraginta ſolidis auctus ſit ad 45. non poteſt
ocum d.l. 2. quia propter hoc ſolum res, quę valebat 20.
on incipit valere 22. cum dimidia, ſed vbi valebat de-
res, nō valet niſi octo ſolares, & quadraginta ſolidos,
d precium rerum reſpectu dicti aurei ralitor auctі de-
quia valent minorem numerum aureorum, & ſic d.l. 2.
ntellecta militat pro ſecunda parte, videlicet pro em-
contra venditorem.

ſinus etiam obſtat quarta ratio, quia eadem eſt dubi-
cum quæſtione principali: igitur vt de ſecunda ratione
m eſt. Rationes autem adductæ pro ſecunda parte, quā-
numero ſex non ſunt in effectu niſi vna, videlicet quòd
aurei ſunt promiſsi tanquam precium appreciatum
us, & tanquam certa conuenta æqualitas domus, & con-
uenter reſpectu valoris dictorum aureorum tunc curren-
& ſummæ ſeu æſtimationis librarum ex eis tunc reſultan-
prout ſecundum omnes poſt Bart. in d.l. Pau. maior mone-
er minutam æſtimatur.

†Super eſt videre, vtra ratio potior ſit, & vincat in hac quę
o. Certum eſt autem ex prædictis, ſecundam regulariter
itinere, cùm valor impoſititius ſit etiam intrinſeca bonitas
ratione pecuniæ, & ſaltem æquè principaliter cōſideretur,
on obſtante communi ſententia, quam ſatis conuincimus
x not. ſuprà. Modò punctus eſt, an huic regulæ ſufficienter
ppareat derogatum eſſe, eo ipſo, quod ſimpliciter conuenit
le mille aureis, & ſic de certa ſpecie, & certo numero num-
morum. † Et ſic hæc quæſtio, & ſimiles magis ſunt facti, &
voluntatis, quàm iuris: quo minus mirum eſt, ſi Docto. hacte-
nus in his quæſt. multum dubitauerunt, tantoque longius
errauerunt, & intricauerunt, quanto partim falſis fundamē-
tis inhærendo, partim dicta aliorum perperam, & præpoſte-
rè accipiendo, partim rerum, & factorum circunſtantias ne-
gligen-

gligentius expendendo, vniuersam hanc facti magis, quàm iuris materiam ad certas commentitias regulas astringere conati sunt, vt Martin. Lauden. Iacob. Pur. Cur. sen. & alij in tractatu monetarum. Alber. Brun. in tract. de augmento,

20 †Hanc ergo quæstionem, quam semel, vt sit methodus omnium similium, δραστικῶς excutimus breuiter, realiter & naturaliter hoc sensibili paradigmate oculis obiecto soluimus.

Solutio: Felix resp.

Fac liberam esse rempubu. & rectè constitutam, puta sub optima aristocratia, & ibi communi decreto, & ex iustis causis statutum fuisse, vt aureus qui valebat 40. solidos, deinceps perpetuò valeret 45. manentibus tamen solidis in valore, & cursu solito. Nemo certè candidi ingenij, cuiq; non pleonexia nec sophistica, sed bonum, & æquum præstat, dubitabit quin si pridiè decreti facta erat venditio pro mille aureis, liberetur emptor soluendo 889. aureos cum quinque solidis, & sic deducto augmento. Cùm enim simus in terminis veri, & esse actualis augmenti, & istud augmentum in iusta Repub. perpetuò duraturum sit, nec vnquam speretur, vel timeatur mutatio: quia si fortè fieret mutatio, non solùm ex iusta causa fieret, sed etiam iusta proportione ad reliquas omnes monetas, vt nec ciues nec exteri læderentur: quia locus esset. d. leg. 2. de veter. nummism. potestat. sequitur attento efficaci, & perpetuo augmento, quòd summa oblata æquipollet perpetuò summæ conuentæ, & sic quòd non tenetur emptor plus soluere. Idem si decretum factum fuit eadem die, vel etiam pridiè venditionis, sed nondum publicatum, vel constet, quòd contrahentes, saltem emptor, iustam habet causam ignorantiæ. Cùm enim intenderet se obligare in effectu ad bis mille libras tantum, non est verisimile, quòd se obligasset ad mille aureos, si sciuisset tot aureos iam valere bis mille ducentas quinquaginta libras, nec expressio certæ speciei, & numeri aureorum, sufficiens est argumentum, aliam fuisse intentionem: quia verisimiliter ideò expressit, & promisit emptor mille aureos, quia brevior erat sermo, quàm dicere bis mille libras.

21 †Fateor, quod simplex expressio aureorum sufficit ad obligandum precisè in speciebus aureorum, vtique non possit inuito venditore solui in minus preciosa moneta: sed non

sufficit

obligandum ad maiorem ſummam notabiliter,
tabat emptor, & communiter putaretur aureos va-
e hoc caſu dici poteſt numerum aureorum expreſ-
e adtranſigendum de incerto futuro, vel impendenti
to, vel decremento valoris, cùm tunc nullum peri-
mutationis huiuſmodi ſubeſſet, nec ſolitum eſſet, nec
ur. Et conſequenter numerus non fuit expreſſus, niſi
ndam certam ſummam, non autem ad tranſigendum
inata, & non veriſimili mutatione: & ſic prorſus ceſ-
o primæ partis. Quod ſi ita eſt, etiamſi iam tempore
& augmentum ſupervenerat, igitur multo fortius ſi
ruallo ſuperueniat. argum. l. Rutilia Polla de contra-
mptio. Idem ſi à vero, & politico Rege ſimile decremē
at, quod non ſperetur mutari.

ontra fac miſeram Ciuitatem vnius, vel plurium tyran- *Lapſa. Reſtab.*
n libidini expoſitam, & ibi inter cæteras calamitates,
eptiones crebrò monetas variari, & reprobari, tunc
diu ea durat, locum habet ratio primæ partis. Verùm eſt
. dicere, imminere periculum mutationis monetæ, &
ſe cauſam tranſigendi de numero earundem ſpecierum,
rſus incertitudinem augmenti, vel decrementi. Item ſu-
ento augmento, ſi emptor vellet illud deducere, non of-
t ſummam æquipollentem ſummæ conuentæ, & debitæ,
periculum eſt non ſolum ne mox augmentum illud ca-
, ſed etiam ne moneta vilior fiat. Et pari ratione venditor,
non patitur deductionem augmenti, nō poteſt petere ſup
mentum decrementi: quia ſpes eſt pecuniam mox actum
† Facit quod variatio modico tempore duratura non de-
t attendi. l. precia rerum. ad fi. ad l. Falcid. Tum cùm euentus
gmenti, & decrementi ſit in dubio, non pōt iuſtior, æquior,
medio propinquior via eligi, quam in eiſdem ſpeciebus, &
umero reſtituendo. † Igitur hoc caſu hæc via non ſolùm
inquam media, ſed etiam tanquam æquabilior, & vtrique
artium minus onerosa, ſed vtrique vtilior, eligenda eſt. l. 1.
& ibi Paulus. ſi quis cautio. † Probatur etiam, quia ſi ſublata,
& abrogata eſſet æſtimatio publica, & impoſititia omnis pe-
cuniæ, nihilominus reddendum eſſet debitum, ſaltem ad
quantitatem, & qualitatem prioris materiæ, ſicut initio ante
pecuniam ſignatā definiebatur, & in vſu verſabatur pecunia,

Digitized by Google

μεγέθει καὶ ὄγκῳ, vt inquit Arist. 1. Politicōn, c. 6. id est, magnitudine, & pondere ipsius materiæ duntaxat. Ita per huiusmodi crebras, & incertas mutationes sublato saltem incerto, & inutili reddito signo, seu valore imposititio pecuniæ, reddi, & solui debet in eadem materia, magnitudine, & pondere: & sic sub eodem numero, & bonitate intrinseco, de quibus conuenit, non inspecta bonitate extrinseca, quæ iam nulla est, sicut ab initio aut dubia, captiosa, & incerta.

Anglica lues. 26 † Nunquam autem prodigiosiores monetarum mutationes legi nec audiui præ illis, quæ post hanc vrbem anno millesimo quadringentesimo, 18. à Burg. & Anglis captam, quadriennio proximo factæ sunt, ita vt marca, seu libra argenti, quæ nouem tantum libras tempore vrbis captæ valebat, sensim ob crebras huiusmodi depraua tiones, & mutationes cœperit infra quadriennium anno millesimo quadringentesimo vigesimo secundo, mense Iulio, vsque ad diem decimum Nouembris eiusdem anni, valere octoginta libras Turonenses, vt 27 ex re gestis præfectorum monetalium comperi. † Interim autem inter cætera huiusmodi facinora, Angli regiam hanc vrbem occupantes, Carolum quoque Sextum dudum mente captum detinentes, eiusque nomine, & authoritate ad fœdera, populumque conciliandum, Francorumque regnum in Henricum sextum Regem suum transferendum abutentes, pretium monetæ auxerunt anno millesimo quadringentesimo vicesimo, mense Iulio, publicato prædicti Caroli Sexti edicto, quo aureus valeret sexaginta solidos Turonenses. certa vero moneta aurea, cui aries exaratus erat, quadraginta solidos, & alia moneta aurea Anglica (Nobiles vocant) septem libras Turonenses, valeret. Anno vero sequenti millesimo primo imminuerunt, publicato eiusdem Caroli sexti edicto, quo gressus pecuniæ, qui valebat sexdecim denarios Turonenses, iussus est quatuor tantùm denarios Turonenses valere, aureus autem triginta tantùm solidos Turonenses, & nummus aureus, cui aries exaratus est, viginti tantùm solidos 28 Turonenses. † Et extant adhuc hæc duo edicta transcripta in libro nigro Carthophylaciæ procuratoris regij in Castell. Parisiensi, quorum palam est authores fuisse Anglos: tunc enim dictus Carolus sextus mente quidam iam dudum captus corporaliter ab Anglis ope Philipp. Burgundi, cum cō-

iuge,

ſiá captus detinebatur. Et ex contractu, ſeu potius , vtpote cum mente, & corpore capto celebrato, fi- regi ſuo Hen ricо ſponſam dederunt, eundemque n regni Franciæ Viceregem (regentē vocant) quan- lus (extus viueret, conſtituerunt, poſt eius obitum ijs præteritis-) regnaturum, proutque de facto mor- olo mox Pari ſijs coronauerunt. † Sed illæ Reipub. di- es in eorum tandem caput redundarunt. Cùm enim, ofis his actibus diu populum eluſiſſent, omnique ſpe olitiæ fruſtraſſent, & hinc tandem populi contemptū, n incurriſſent, facile breui tempore, leuiori præſidio (ſi ſuperiores) totius regni finibus expulſi ſunt, quod accidiſſet, ſi ϛ'ιτηρίαν, ſi politicas artes (quæ non ſunt l, quàm Reipublicæ charitas, & ϛ'υταξία) ſciuiſſent, & iſſent.

rędictorum autem abuſuum, & Reip. expilationum no- im meminit Io. de Vicomercato, qui eo tempore Tici- ebat, & ſcribit in iure pontifi. d. c. quanto. colu. 4. dum tur de principibus cauponatoribus monetarū, qui pe- tm ſubinde reprobant, & expendi vetant, ſine cauſa, niſi li redemptam conflent, & nouam debiliorem cudant. Vt n fuit (inquit) noſtris temporibus de illis Billonis repro- s vltra montes: quia non poterant expendi, emebantur ondus, & hinc multi ditati, ſed quam plurimis expilatis. d ad rem, quacunque cauſa contingat, & immineat dicta ra monetæ mutatio, etiam ſi non ex mera libidine, tyrā- e Principis, ſed fortè propter alias clades, & neceſſitates ipublicæ incuitabiles (non refert) idem eſt dicendum, vt ic bonitas extrinſeca, quæ nulla eſt, vel inutilis, vtpote in- rta, & nugatoria, quippe quotidie à poſſeſſore auferibilis, n poſſit nec debeat in ratione commertiorum, quæ ſuper rta, & efficaci compenſatione fundari debeat, attendi, ſed idem ſpecies, & idem conuentus numerus numerum reddi, cut in debita magnitudine, & pondere, antequam pecunia gnata eſſet: ſecus ceſſante periculo huiuſmodi crebræ, & ſordidæ variationis. † Vnde cùm in terminis quæſtionis no- ſtra ceſſauerit illud periculum, & augmentum iſtud iuſtis de cauſis (vt auguror) factum, non fuerit momentaneum, nec nugatorium, ſed efficax, & durabile, prout adhuc in effectu di-

durat

dnrat, cessant omnes rationes adductæ pro creditore, & communi sententia, & habet locum omnes rationes adductæ pro debitore, & sententia nostra & sic concludo, oblationem
33 emptoris validam, & sufficientem. † Ex his nouiter per nos excussis apparet clara, æquabilis, & solida decisio omni tam infinitarum id genus quæstionum: sed ad maiorem elucidationem tum, quia quotidiana, & vtilia sunt, tum vt clarius appareat quã in singulis casibus peculiaris sua ratio, & quites diligenter expendenda sit, non autem generaliter omnes, & indiscriminatim ad vnius instár statim decidendi, more imperitorum medicorum, qui vno collyrio morbos omnes sanari volunt, insigniores aliquot quæstiones singulatim disputatione remota discutiemus.

SVMMARIVM.

1 EMptore non soluente si retrahitur res nihil interest quomodo precium soluatur.
2 Emptor solutione facta quomodo in retractu precium recuperet aucto valore aurei.
Fundamentum huius decisionis quodnam sit.
3 Emptor in retractu indemnis seruandus est, & num. 9.
4 Emptor si breui retrahatur non dicitur considerabilem vtilitatem percepisse.
5 Emptor augmenti recentis detractionem nõ patitur etiam præstita cautione si breui diminuatur de refundendo.
6 Augmenti inopinati lucrum emptorem respicere debet.
7 Retrahens contra ius venit commune.
8 Interpretatio in dubio contra retrahentem facienda.
Retrahens certat de commodo.
10 Retrahens post multos annos soluit secundum valorem temporis contractus.
11 Aureo tempore retractus diminuto quid iuris.
12 Imminutio recens non nocet emptori.
13 Emptor an ex breuitate temporis cõtractus indemnis dici possit.
14 Commodum contractus an retrahentem respiciat.
15 Aurei eidem non reddantur, nisi, & in bonitate extrinsecare-dantur.
16 Temporis vicinitas in retractu damno emptorum non erit.

Extensio

tract. proximitatis, ad dominicalem, & alios re-

aleri. post moram emptoris emptori nocet.

ipti- e super augmento, vel diminutione adiecto fian-

t, num. 20.

Vinta quæstio est de retractu proximitatis. In retra-
† Et siquidem emptor nondùm soluerit pre- ctu.
cium (vt in præcedentis quæstionis the-
mate) non supereſt quæstio, quia empto-
ris, à quo retrahitur, non interest, quo-
modo precium soluatur, dummodo libe-
retur erga vēditorem: & sic retrahens eo-
do debet soluere venditori, sicut ab emptore soluen-
. Consequenter idem omninò dicendum, quod in
ne præcedenti, siue de augmento, siue de diminutio-
ur. † Si verò emptor initio soluit dictos mille sola-
nde infra annum forsan inuestituræ, venit proximus
oris, & vult deducere augmentum illud post venditio
e solutionem precij superuentum, tunc quæstio est, an
, sicut in quæstione præcedenti, eodem in cæteris the-
-cento, videlicet, quod sit augmentum efficax, & sta-
Hanc quæstionem expressim format Do. And. Tiraq. in
retra. & proximi. §. 7. glo. 18. nu. 26. vbi non decidit, sed
iter citat omnes ordine, & nuncupatim, qui de diminu-
e monetæ tractant, in quo multum commodat, & occur-
aboribus studiosorum.

Vt ergo partes nostras circa decisionem exequamur si-
l, & dispositionis prolixitatem vitemus, dicimus, quod
sis, & punctualis ratio decisionis in hac quæstione est, quod
aptor à quo retrahitur, debet indemnis seruari per retra-
entem, vt diximus in Consuetudin. Parisi. §. 13. glo. 8. quæst.
. q. 5. Aut ergo retrahens venit infra annum contractus, cū
nterim superueniſſet illud augmentum, & non potest illud
deducere, sed præcisè tenetur mille aureos refundere. Ratio
decisiua, quia emptor nuper totidem solares numerauit hu-
ius emptionis occasione: ergo totidem debet retrahens re-
fundere, quia debet indemnem reddere emptorem, & redin-
tegrare cū in statu suo in quo erat ante emptionem. Sed nisi

Addatur

reddantur similles mille aurei, emptor non redintegratur: eos enim verisimiliter adhuc haberet, si non emisset, vel si fol-
4 uere distulisset. † Nec potest iustè dici, quòd in aliam domũ, vel in alias merces impendissent, propter breuitatem temporis, ob quam non dicitur emptor fructus fundo, nec aliquã
5 considerabilem vtilitatem percepisse. † Tum istud augmentum nimis calens, & recens nondum est satis tutum, sed dubitari potest de imminutione: & sic siue nunc certò, & absolutè deducatur, emptor relinquitur in præsenti periculo dimi, quod non est tolerandum. siue offeratur deduci data cautione restituendi, si infra non multum tempus, puta trium annorum, cõtingat valorem huiusmodi aureorum diminui, adhuc non redditur emptor indemnis: quia cogeretur stare in suspenso, & venire per actionem, & litem in futurum,
6 cũ ius retentionis, & dominij habeat. † Tum si propter istud inopinatum augmentum oporteat alterutrum lucrari, vel damnificari in aliquo, iustius, & æquius est in hoc damnificari, retrahentem, quam emptorem: tum quia retrahens voluntariè venit ad retractum, qui ab emptore inuito exigitur. Regulariter autem magis subueniendum ei, qui ex necessitate inopinata, quàm qui ex voluntate impeditur vel grauatur, lege secunda. §. fin. si quis cautio. † Tum quia retrahens
7 venit contra ius commune, contra emptorem aliàs tutum iure communi. l. dudum. C. de contrahend. emptio.

8 † Et sic in dubio facienda interpretatio contra retrahentem: tum quia actor, sed emptor vtpote reus, fauorabilior. l. fauorabiliores. de regul. iur. tũ quia retrahens certat de quodam lucro, videlicet de auferendo ab emptore, & transferendo in se omni lucro, effectu, & commodo contractus, industria emptoris acquisito. Igitur in dubio potius faueudum est emptori, quam retrahenti etiamsi emptor contra eũ age-
9 ret. l. non debet actori. §. 1. de reg. iur. † Siue igitur oporteat alterutrum lucrari, vel damnificari, etiam in casu claro, siue non oporteat in casu claro, sed dubium sit alterum lucrari, alterum damnificari, melius est omni casu emptorem esse tutum, vt indemnis omninò recedat, damnum verò siue certũ
10 siue incertum remanere retrahenti. † Aut verò retrahens venit post multos, puta quinque, vel decem annos, post contractum, quia fortè emptor nondum inuestitus erat, & ap-

parer

durabile esse illud augmentum, quod non est
an, & tunc poterit illud deducere: quia propter
mporis, ex quo apparet illud augmentum esse
emptor interim fruitus est, & multorum an-
suos fecit, sumus in casu claro, quòd emptor
annum pati, quia non soluit nisi bis mille li-
ndem illi offerunt in eiusdem speciebus auri,
ata omnino, & tuto hodie æquipollet summæ
& solutæ tempore contractus, & solutionis inspe-

casu conuerso, si tempore venditionis, & solu-
at maioris æstimationis, quæ dum venitur ad
interim decreuerat? Et videretur distinguen-
re membro, per locum ab eadem contrario.
. Sed illud argumentum non habet locum in
non est contraria, & opposita respectiuè ratio
imò semper manet eadem punctualis ratio
ris indemnis seruandi. Ideò indistinctè sup-
crementum, cùm sit vera, & effectualis immi-
m not. supr. alioquin emptor reciperet minus,
quod esset iniquissimum. † Nec audiendus re-
tur imminutionem esse recentem, & quod ve-
ri poterit: quia non debet emptor certo pre-
ttere acquisitionem certam, & remanere in
precij: quia non seruaretur indemnis. † Nec
s & retrahens, si vellet dicere, quod ob bre-
em temporis satis est emptor indemnis, ex quo reddun-
i sui mille aurei solares, licet postridiè fortè emptionis,
lutionis in valore, & cursu diminuti, ex eo, quod verisi-
fit, quod si emptor non emisset, vel non soluisset, adhuc
dem pecuniam haberet, nec in tam breui tempore pro
eri valore impendisset, & quod cùm incontinenti venia-
ad retractum, & restituantur similes mille solati, satis vi-
tur emptor omnino in pristinum statum restitui. † Cæte-
m, quod omne commodum contractus spectat ad retrahē-
m, ita quòd non potest emptor causari sua interesse non
osse amplius retrahi pro mille solatis tantum, quasi sua de-
cat esse commodum fortunæ, & diligentiæ suæ, quæ proue-
at ex solutione precij antequam aurei diminuerentur. Et ℣

istud

istud commodum est pars commodi contractus, & spectat ad retrahentem, sicut commodum vtilitatis precij, & omnium bonarum conditionum emptoris debet ad eum spectare.

15 † Quia ad hæc omnia respondetur, quod non est verũ reddi similes aureos, nisi etiam in eadẽ extrinseca bonitate, quæ æque principalis est, reddantur: quia si tempore contractus, & solutionis aurei valebant. 45. solidos, & mox cùm retrahitur, non valent nisi 40. semper verum est dicere, quòd emptor in effectu soluit bis mille ducentas quinquaginta libras, & tamen nõ redderetur ei nisi bis mille, quod esset iniquum.

16 † Et quanquam sit magna temporis vicinitas, tamen satis est, quod est aliquod interuallum, puta trium, vel octo dierum: & quòd emptor aliàs potuisset eadem die qua soluit postridie vtiliter aliud emendo, vel reditum super se currentem redimendo, impendere dictos mille aureos pro bis mille ducentis quinquaginta, & sic omnino tenetur retrahens supplere, alias iustè causatur emptor se damnificari: nec tenetur causas exprimere: quia variæ, & infinitæ esse possunt: & sufficit, quod interim fortunam, vel occasionem, pro mille

17 ducentis quinquaginta impendendi amisit. † Et quæ dixi de retractu proximitatis, idẽ de retractu dominicali, puta feudali, vel censuali. Et quomodocunq; tertius pro eodem precio retrahere possit, puta ex legato sub hac cõditione facto, vel pacto, re ad hoc hypothecata, vt dixi in consuetu. Parisi.

18 titu. 16. in Rub. † Quod autem dixi de supplendo decremento, limitandum, nisi illud decrementum superuenerit post moram emptoris: quia tunc illi debet imputari, non autem offerenti. Et hoc generale in omni moratore, per l. 3. in fin. de action. empt.

19 † Sed quid in venditione pactum fuit, quod præcisè mille aurei soluerentur, & expressum, quod nec plus, nec minus, nõ obstante quacunque mutatione monetæ, siue in augmento, siue in decremento? Respond. tunc cessare disputationem, & distinctionem quæstionis præcedentis, & omnino standum pacto non solum inter emptorem, & venditorem, sed etiã inter emptorem, & tertium retrahentem, siue iure proximi-

20 tatis, siue iure dominicali, vel simili. † Fallit inter emptorẽ, & venditorem, si locus esset l. 2. C. de rescind. vend. quia tunc necessario inspicienda esset æstimatio, non ad certam speciẽ monetæ,

eius mutationem ſubſecutam, ſed ad ſolidum,
eſt, ſecundum curſum qui erat tempore con-
ra, numero 715. Secundo loco currit ſequens

SVMMARIVM.

emptionе rei venditæ gratioſæ, qui valor attendendus.
ptio nihil aliud, quàm retractus limitatio 8. & nu. 11.
o an in eadem ſpecie, & numero monetæ fiat.
um mutatio à iure communi tam incognita, quam repro-
exo bitans.
r ſent ens augmenti commodum auctam monetam refun-
da, & recipiente commodum augmenti quid iuris in re
dimin num. 7.
diſtinct to quomodo redemptio facienda diſtinguitur.
onis præmiſſæ.
tor, ſi ies appoſita non ſit, quæcunque redimit nec dicitur
i pacto.
itor com nodum diminutionis ſentire non debet, & quare

EXto quæro, Quid in redemptione? Puta ſi vendens domum mille ſolatis ſtatim eos recepit, & ſibi cauit de facultate redimendi. Vtque quæſtio ſit dubitabilis, ſupponitur venditio facta non vili precio, vt recideret in fraudem reditus duodecimæ, & eſſet dicendum, vt dicto reditu, vt c. ſup. q. 56. ſed precio iuſto puta ad rationem octodecim, viginti pro vno, vel etiam integro precio, vt ea facultas merè gratioſa. † Et videretur omnino idem dicendum, iod nuper diximus in retractu: quia redemptio nihil aliud t, quàm retractus conuentionalis, in quo æquè iuſtum eſt mptorem reddi indemnem, ſicut in retractu legali: & ſic idetur, eadem baſis, & punctualis ratio decidendi. † In di- uerſum videtur, quod indiſtinctè poſsit, & debeat fieri re- demptio in eadem ſpecie, & numero monetæ: de quibus conuenit, & ſic reddendo præcisè mille ſolares aureos. patet, quia venditor ſibi cauit de facultate redimendi

In redemptione.

restituendo mille solares. igitur etiam si imminuta sit in posterum eorum æstimatio, iure suo tamen vtitur redimendo pro mille aureis: & sic non tenetur supplere decremẽtum. Et pariter si interim auctus sit valor aureorum, quod nõ possit augmentum deducere prædicta, & sequenti ratione: quia emptor non consensit pacto, vel gratiæ redimendi, nisi sub eo onere conditione, vel modo reddendo mille aureos, Igitur præcisè debent reddi, quia venditor non potest ea gratia, vel pacto vti, nisi cũ suis modis, & conditionibus, q probat, & de consuetudine esse testatur Nicol. Boer. decis. Burdeg. 327. nu. 4. verũ eam consuetudinem non probat, nec verum est ita obseruari ex necessitate specialis super hoc iuris consuetudinarij. Videmus enim, & fatemur ita frequentius obseruari in redimendo, non tamẽ ex certo positiuo iure cõsuetudinario: sed quia vel ita suggerit æquitas casus subiecti, vel partes ita consentiunt liberaliter, scrupulosiorem subductionem fastidiosis auaris aut infestis relinquentes: & sic ea non est consuetudo iuris, sed auetudo, seu frequẽtia facti, vt in simili supr.

Solutio. 4 † Soluendo dicimus hanc quæstionẽ (quæ tã à iure cõi exorbitat, quàm eodem iure huiusmodi barbarica monetarum mutatio incognita est, imo reprobata, & damnata) ex bono, & æquo absque alterutrius captione decidendam. Aut ergo interim creuit æstimatio, & tunc ferè dicendum, prout supra in retractu in casu augmenti: quia eadem propemodum est ratio: tamen quia paululum diuersitatis est in circũstantijs, non grauabor præsius distinguere. † Aut augmentum superuenit incontinenti, vel paulo post solutionem precij ante illius vsum, ita quòd venditor sensit commodum augmenti: & tunc non debet illud deducere quandocunque postea redimendo, tum quia bis idem perciperet, contra æquitatem, & bonam fidem l. bona fides. de regu. iuris tum quia debet paria in effectu reddere, qualin recepit, sed in effectu recepit precium cum augmento. Et licet non acceperit illud augmentum immediatè de manu emptoris, quia nondum superuenerat augmentum, tamen superuenit re non integra, & percepit illud de pecunia immediatè recepta ab emptore: ergo illud idem augmentum non debet deducere. † Aut vero augmentum superuenit, postquam venditor iam consumpserat precium in valore antiquo: & tunc aut staim, &

infra

cum tempus, puta infra annum, vel ſeſquiannum
me, vult redimere, & non debet deducere, quia æ-
ſuggerit, ne tum propter breuitatem temporis,
em redemptionis, & dubium mutationis, cùm au-
ndum appareat firmum, emptor damnificetur,
or interim locupletior factus ſit, & negocia ſua
er confecerit de vſu pecuniæ, vt mox redimere

ó venditor poſt plures annos venit ad redẽptio-
cùm ceſſet damnum emptoris, tum quia plu-
am fructus interim percepit, & ſuos fecit: tum
tum apparet ſtabile, & efficax, poterit deduci,
u fieri poſsit ſine damno emptoris, & etiam ex
oris æquitas ſuggerat: quia non habuit commu-
gmenti.
o æſtimatio decreuit, & non eſt idem dicendum,
ahente retractu legali, vel etiam ex alia ſepara-
ori diſpoſitione hominis ad hoc efficaci, quia li-
rahens indiſtinctè ſiue incontinenti, ſiue ex in-
eat decremẽtum ſupplere, niſi poſt moram eius,
it ſuperuentum. † tamen in eo, qui ex prouiſio-
ditione ſua reſeruata redimit diſtinguendum,
enti ſiue in breue tempus poſt precium rece-
r, & ſic antequam vſus ſit, & vti probabiliter po-
e antiquo, & non tenetur ſupplere: aut vero ex
eruallo, poſtquam precio vſus eſt, vel potuit, & debuit vti,
tenetur ſupplere.

† Ratio primi mẽbri eſt, quia ex quo in venditione reſerua
t ſibi puram, & liberam redimendi facultatem, ſiue poſtea
d tempus limitatam, ſiue non, & emptor conſenſit, clarum
ſt, quamuis partes non habuerint precisè reſpectum ad ſpe-
iem, & numerum aureorum, ſed potius veriſimiliter ad ſum-
nam ex eis tunc reſultantem, tamen id actum eſſe, vt vendi-
or, quamprimum venditio ſibi diſpliceret, vel aliter ſibi
commodum videretur, poſſet eodem die, vel poſtridie re-
ceptos aureos reſtituendo rem ſuam recuperare: & ſic ſi fortè
eadem, vel poſtero die, vel infra paucos dies, antequam po-
ruerit vti precio, & illud in res ſuas conuertere, ſuperuene-
rit inopinata diminutio curſus ſeu valoris aureorum, reſti-

tuendo eosdem quos recepit, iure suo vtitur, cumque incontinenti, seu post illud breue tempus redimat non dicitur abuti pacto, nec iniuriam facere emptori; nec captasse occasionē, vt tum eius damno locupletaretur, sed tantùm sibi cauet ne damnificetur: quia precium receptum statim incipit esse minus quàm sperabat, suisq; necessitatibus minus sufficiens & idoneum, ad quod incommodum euitandum iustè vtitur dicta facultate, quæ ad hunc finem reseruata censetur. † Secus in tertio retrahente, qui nullum negocium gessit cū emptore, cui emptor non consensit, sed inuitus euincitur. Ideo ille retrahens, qui venit ad lucrū aduentitium ex negocio alieno, debet omnino seruare emptorem indemnem, vel cum suo retrahentis incommodo, vt diximus. Et sic clarè vides rationem differentiæ.

Ratio secundi mēbri manifesta est, quia si postquam vsus est, & in res suas conuertit pro valore antiquo, & superuenerit diminutio efficax, & durabilis, mox redimeret non supplendo diminutionē locupletaretur cum iactura aliena: quia recuperaret integrum fundum, & tamen minus redderet in effectu, quam effectualiter receperit, & in rem suam conuerterit. Igitur tunc suppleri debet per eandem æquitatem, de qua supr. q. 3. etiam si incontinenti superuenerit mutatio, & redemptio: dummodo constaret, quod iam venditor in rem suam efficaciter conuerterat ad valorem antiquum puta ad reditum super se currentem, mox à receptione precij inde redimendo. Tertio loco videndum, quando obligatio concipitur in summa in certis speciebus soluenda.

SVMMARIVM.

1 *CAsus præsentius quæstionis ex Consilijs Cranetta.*
2 *RAtiones Cranetta pro emptore.*
Verbum similibus *non refertur ad precium, seu summam integrā.*
3 *Cessante pacto de precio simili reddendo ad quid teneatur vēditor.*
4 *Deteriorata moneta soluenda est antiqua vel æque bona ratione intrinseca bonitatis.*
5 *Cranetta rationes in d. Consilio refutatur, & num. 6. 7.*
Aurei certa species, & numerus accessione sunt in obligatione.
8 *Accessorium obligationis accommodari debet ad principalem.*

Accessorium

corrigere aut reſtringere principale non debet.
æſtimatio (ſi principaliter in obligatione ſunt) ad tem-
ius reſtringenda.
opinio de bonitate intrinſeca reijcitur per rationes, &
14. & 15.

Eptimo occurrit pulcher caſus, in quo conſuluit Aymo Crauetta. † Quidam anno ſeſquimilleſimo viceſimo ſexto vendidit cvrtam precio duodecim mille librarum Turonenſium, ſolutarum in ſex mille aureis ſolaribus, ſub pacto redimendi ſoluendi dictam ſummam duodecim mille

am in
at 40.
rideſic
valet q
olens r
icere illi
ptis reſu
s, cum q
nptionis
rarum Tu
mille ſol
ſimilibus ſex mille aureis: & tunc aureus ſolaris
olidos Turonenſes: poſt annos vero quatuorde-
anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo, quo au-
adraginta quinque ſolidos Turonenſes, vendi-
dimere in ſimilib. ſpeciebus prout tenetur, vult
d augmentum, & ſic pro ſex mille aureis dudum
dere quinquies mille trecentos triginta ſex ſo-
indecim ſolidis Turonenſibus, quæ tempore re-
inſpecto conficiunt ſummam duodecim mille
ronenſium. Emptor autem contendit præcisè
os ſine vlla deductione reſtituendos eſſe, alio-
ſe redimi.

Aymo con ſ. 47 incipien. Carolus allemandi conſuluit latè
ro emptore, & mouetur principaliter quadruplici ratione.
rima, quia ſex mille ſcuti ſunt in obligationem. † Secunda,
quia verbum (ſimilibus) non refertur ad precium, ſeu ad
ummam integram, quę reſtabat ex dictis, ſex mille aureis tē-
pore contractus, nec ad ſignum, ſeu characterem aureorum,
ſed ad æſtimationem intrinſecam, bonitatem, qualitatem, &
numerum, vt ſit per omnia ſimilitudo inter precium vendi-
tionis, & redemptionis. † Quinetiam ceſſante dicto pacto
de precio reddendo in ſimilibus ſex mille aureis, cenſet
venditorem teneri ad ſuperuentum valorem extrinſecum,
nec poſſe illum deducere. Et mouetur (& hæc tertia ſua ra-
tio) quia quòd aureus poſtmodum creuit in valore extrin-

seco de quinque solidis pro singulo aureo factum est propter deteriorationem bonitatis intrinsecæ monetarum: quia (inquit) hodie testoni solidi, & aliæ monetæ non fiunt nec cudantur de argento ita bono, & præciso, vt erant tempore præterito. Vnde esset absurdum, quod duę libræ testonorum, vel solidorum deterioris argenti ita valerēt hodie scutum boni
4 auri, sicut olim valebant duæ librę melioris argenti. † Addit, quod quando variatur valor extrinsecus scutorum respectu deteriorationis monetarum, communem esse sententiam, quod debeat solui, vel de pecunia antiqua æque bona, vel de noua ad æstimationem antiquæ. Citat Docto. in l. cum quid, si cert. pet. Oldrad. q. 249. Areti. cons. 11. Corn. cons. 181. col. 25. lib. 2. cons. 322. col. pen. lib. 3. Idem dicit si scuti, qui hodie cuduntur, non essent de liga ita bona, ut ius erant tempore contractus: quia secundum eum posset emptor dicere, restitue mihi scutos de auro ita bono, vt illi quos solui, vt per Cur. iunior. cons. 24. col. 3. 4. quia, (& hæc quarta sua ratio) si valor aurei fuisset diminutus, noluisset redimēs supplere, nec reddere vltra sex mille aureos.

Contra Aymo.

5 † Hæc est summa sententiæ, & rationum Aymonis. Sed ex prædictis clarum est, quod malè consuluit, quia ex hypothesi liquet, quod sumus in terminis veri, efficacis, & stabilis augmenti, & constat, quod illud augmentum non superuenit statim post venditionem, & solutionem precij, sed ex longo interuallo, videlicet circiter post sex annos, siquidem anno sesquimillesimo tricentesimo secundo regio edicto aucti sunt dicti aurei ad 45. solidos Turonenses. Verū est, quod interim cœperunt sensim augeri, sed modicè, & longo interuallo post venditionem, ita quod anno sesquimillesimo vicesimo nono, & sic tribus annis post venditionem, non exponebatur huiusmodi aureus nisi pro quadraginta vno solidis. Consequenter liquet, quod illi sex mille aurei per se non valuerunt venditori vndecim mille libras Turonenses, nec maiorem rei summam attulerunt. † Cùm igitur augmentum postea superuenerit, & stabile sit, & emptor castro fruitus sit, & quatuordecim annorum fructus suos fecerit, non debet illud augmentum lucrari nec recipere aureos maioris valoris, quàm dederit: sed satis est in eodem valore, & sic deducto augmento, etiam si venditio non fuisset facta ad libras, nec inciperet à

certa

n ſumma in genere, ſed concepta fuiſſet ſub cer-
numero aureorum dum taxat: quia nihilominus
actu vbi aurei veniunt tanquam appreciatio, &
ſatio in pecunia; cenſetur principaliter, ſaltem
paliter deduci ſub ratione valoris currentis ex-
nimæ, quam tunc conficiunt, vt latè probatum
ſcil. 3. & 4. faciunt ſingula adducta in retractu ſu-
Igitur idem multo magis ſi eſſet facta mentio
antis, vel valoris currentis tempore contractus,
dit eam pro ſex mille aureis tot libras conficientibus,
ete m 40. ſolidorum Turonenſium pro quolibet au-
ha multo fortius, ſi non ſolùm facta ſit mentio de
ate, vel ſumma librarum reſultante, ſed etiam ſi
ditio a certa quantitate librarum principaliter
em deducta, & in tot aureis ſoluenda, vel ſolu-
mate. Et ſic Aymo nimis aberrauit. † Non ob-
a ratio, quod ſex mille ſcuti ſunt in obligatio-
ſolum certa ſpecies aureorum, ſed etiam certus
ia reſpondeo primo, quòd non ſunt in obliga-
eſſorie, & ad qualificandam ſolutionem debiti

aliter autem duodecim mille libræ ſunt in obliga-
t in ipſum precium conuentum, & adæquatum
intentum. Igitur acceſſoria obligatio, ſeu po-
tio ſex mille aureorum, debet intelligi, & regu-
m principalem, & ipſius principalis taxationem
mites, quos non debet vltra nec citra tranſgredi. Item
n duodecim mille libræ ſine verum principale, & exequa-
m precium, non cenſetur ab illo receſſum per adiectionem
orum verborum (in ſex mille aureis) niſi in quantum ne-
ſſario ex illis verbis infertur. Sed ex his verbis nullo modo
ferri poteſt nec debet receſſum à dicta principali taxatio-
e duodecim mille librarum, ſed tantum infertur, quòd ea
umma debet ſolui emendo, & redimendo in dictis aureis, &
ic in tot aureis, qui dictam exequatam ſummam conficiant.
† Non enim acceſſorium debet corrigere, nec ad ſe retrahe-
re principale, ſed principale acceſſorium, etiam alioquin pre-
ciolius. Ita etiam ſi non ſunt §. perueniamus. de auro, & ar-
gen. leg. ex pupillari. de vulg. & pupilla, cum vulga. † Secun-

dò respondeo, quòd etiam si soli sex mille aurei essent in obligatione, & dispositione, adhuc in hoc contractu non censentur deducti, nisi (saltem æquè principaliter) sub ratione valoris, & summæ, quam tempore contractus conficiebant, vt latè supra quæst. 4. nisi aliud expressum sit, puta quod non haberetur ratio mutationis, nec augmenti nec decrementi.

11 † Non obstat secunda, & tertia ratio, & dicta communis opinio de bonitate intrinseca, quia non est vera, vt latè probabimus, infra qvltim. & dato, quòd esset vera, non quadrat, sed caret minori in casu præsenti: quia augmentum istud extrinsecum de 40. solidis ad 45. non est factum propter deterio-

12 rationem bonitatis intrinsecæ reliquarum monetarum. † Patet primò, quia tempore augmenti valor currens aurei satis, vel nimis ascendebat in proportione ad deteriorationē mo-

13 netæ. Secundo, quia etiam aurei pariter erant deteriorati in materia, & extunc adhuc debiliores excusi sunt, non obstan-

14 te augmentō, quod alijs de causis factum fuit. † Præterea idē aureus tempore contractus, vel ante fabricatus, & currens, q tempore contractus valebat 40. solidos tantum, valet hodie cum effectu 45. solidos, etiam ex illis, qui currebant tempore venditionis, & diu ante illud tempus. Et sic constat, quòd est magnum, efficax, & per manens augmentum, quod per de-

2 terioratione monetæ tempore cōtractus currentis nullo mo-

15 do compensatur, prout nec etiam verè respicit. † Et sic non obstat quarta ratio, quia si valor aureorū fuisset pariter, scilicet vere, & effectualiter diminutus, vt supra, æque ex intervallo post solutionem, & consumptionem precij, in rem venditoris secundū valorem antiquum nō teneretur emptor postea diminutionem illam ferre, sed teneretur redimens eam supplere vsq; ad valorem efficaciter receptum, & in rem suā conuersum. Igitur pari ratione augmentum postea secutum, quod non recepit, nec sensit, non tenetur addere, sed deducere poterit per prædicta, idem in similibus.

SVMMARIVM.

1 *Casus præsentis quæstionis.*
2 *Valor impositiuus de propria ratione, & essentia pecuniæ est.*
3 *Valor impositiuus vniformis, & perpetuus esse dēt de iure gentiū.*

In pro-

dotis censetur habita non familiæ, & dignitatis

superueniens in iniqua dilatione non consideratur.
in persolutione dotis si læsa est filia maior pro dote
non deducitur.
stabilis, & tutus non sit, solutio facienda ad nume-

quadam decisio Nicolai Boerij, num. 9. 10.
potentes magis consideranr quantitatem, & bonita-
quæ àm valorem.
dubio non facit emptionem.
magis demonstratiue, quam dispositiuè adiecta vi-
num. 23.
trinseca minutioris monetæ facit cessare augmẽti ẽsti-
aureo, num. 24.
s Burdegalẽsis aqua probatur aliquot rationibus, &
.18.
is Boerij à casu huius quæstionis.
tiones. Boerij contra Senatum.
entia Bartoli in l. Paulus, de solutio.
seci consideratio de natura est, & essentia omnis mo-

diu pecunias otiosas in arca habent.
in contractu an ad bonitatem intrinsecam monetæ re-

quæstionis pars.
ad probatur decisio Neapolitana.
m iuris in collatione, quod in dote restituenda.
æstio ab aut hore aliàs disputata repetitur cum vera decisione cõ
tra communem, & num. 31. & sequen. quæst.
erbum Au pris, quid denotet.
tugmentum naturam sequitur aucti, & eodem iure censetur.

CRauo quæritur de pecunia dotali. Hanc quæst. di- De dot.
uidam in duas, prima de dote debita exigenda, se-
cunda de dote recepta soluto matrimonio resti-
tuenda. † Quantum ad primam, sit hæc species in
contractu matrimonij: Pater vel frater Mæuio sponso promi-
sit bis mille solatos aureos in dotem certis lõgis terminis sol-
uendos,

uendos, quibus pendentibus augetur valor imposititius aurei, vtrum augmentum illud in solutione deduci possit? Hæc quæstio multum differt ab omnibus præcedentibus, quæ loquuntur, vel quando pecunia numerata est, siue ex causa onerosa, vt quæstio. 1. siue ex causa mutui, vt quæstio. 3. vel quando est promissa, vel restituenda tanquam precium, seu appreciatio certæ rei, vt quæstio. 4. cum sequentibus: sed hic est simplex promissio, & obligatio ad certam speciem, & numerum monetæ per se absolutè. Vnde videtur quòd saltem hoc casu procedat communis sententia, quòd non attendatur variatio bonitatis extrinsecæ: quoniam videtur præcisè, & absolutè habitus respectus ad speciem, & numerum, de quibus conuenit, non autem ad valorem extrinsecum currentem, de quo nulla facta mentio expressa, nec etiam tacitè cogitatum videtur, cùm non promittatur hæc tanquam precium, vel appreciatio certæ rei, sed simpliciter, & absolutè. Et ita sentit Nicola. Boer. in fortiorib. terminis, in decis. Burdega. 327.

2 † Sed certè vtcunque simpliciter, & per se certa species monetæ sub certo numero promittatur, tamen ex quo non tanquam massa, nec tanquam species certorum corporum, puta, quæ sunt in tali arca, sed tanquam quantitas pecuniæ in dispositione in deducitur, necesse est, vt sub ratione quoque valoris imposititij, & currentis tacitè deduci intelligatur, cùm ille valor imposititius sit de propria ratione, & essentia ipsius pecuniæ, & de eius bonitate intrinseca.

3 † Et hoc supposito, quòd si certus valor imposititius vniformis, & perpetuus. vt de natura pecuniæ, & de iure etiam gentium esse debet. l. 1. de contrah. emp. cum alijs supr. secus si tunc propter tyrannidem, aut calamitatem temporis nõ esset certus, & stabilis valor imposititius, & periculum variationis imminueret, quo solo casu communis sententia sustineri potest, & habet rationem, alioquin falsa, & irrationabilis, vt diximus supra. quæstio. 4. in princip. Et sic necesse est soluere per distinctionem, quam ibi fecimus, videlicet quòd aut tempore contractus erat certus, vniformis, & perpetuus valor imposititius, nec sperabatur variatio, & tunc etiam valor ille tacitè inest, & limitat contractum. l. Rutilia. de contrahenda emption. l. vicinus. in fin. de aqu. plu. arcen. Et consequenter si augmentum superueneris verum, & proprium dictæ speciei

reliquis

cet monetis manentibus in veteri ſtatu, & cur-
igmentum ſit efficax, & etiam durabile appa-
currentibus, & non aliàs, iuſtum erit augmen-
a moram ſuperuẽtam deduci, etiam in ſolutio-
ariter. ſi ſuperuenerit decrementum curſus, & va
dum erit.

d etiam in promiſsione, & conſtitutione dotis
ratio, æſtimatio, & quædam appreciatio bo-
alijs circunſtantijs familiæ, & dignitatis perſo-
quæro. de iure do. † Limito primo, vt procedat
a dilatione, ſecus ſi dilatio fuit indebitè qui-
ibus exorta ab hærede ſortè, vel alio ad tantam
am pure obligato, vel ſi quibuſdam fallacibus,
s exorta fuerit dilationis prorogatio. quoniá
purgant, nec impediunt effectum moræ, vt de
cuiuldam capitanei exempla ponit Odofre. in
C. in quib. cau. reſtitutio non eſt neceſſa. † Limi-
onſtet mediante hac dote ſponſam multò ma-
portionis ad ſe ſpectantis reliquiſſe, & læſam
o non ſufficiat ad reſciſionem, tamen ſi ſit no-
ad æquitatis interpretationem, vt non poſsit
ere iſtud augmẽtum. Alioquin haberet triplex
idelicet acquiſitionem multo maioris portio-
m, dotem (etiam ſi purè ſoluta eſſet) exceden
commodum dilationis, & interuſurij: tertio
augmenti, quod eſſet iniquum. Ideò tunc nõ de-
ur: tota enim huiuſmodi quæſtionum deciſio in bono,
uo conſiſtit.

ut vero tempore contractus, licet eo momento certus eſ-
alor impoſiticius, tamen non erat tutus, & ſtabilis, quia
int, vel imminebant monetarum mutationes. Et tunc
ent ſolui aurei ad numerum, non deducto augmento, pro-
oc caſu, ſi contigiſſet decrementũ, non ſuppleretur: quia
has incertas mutationes vtcunque euitandas videtur actũ
tranſactum de certo certæ ſpecici monetæ numero, & hoc
ſu locum habebit communis opinio. Et puto quod partim
l periculum harum mutationum reſpexerint doctores, quia
a tenuerunt, licet falſis, & ſophiſticis rationibus detenti ve-
am deducẽdi rationem non viderint, nec plenam, & ſolidam
doctri-

Dilatio exorta.

Læſio.

doctrinam assequi, & tradere potuerint. Ex his patet clara, & breuis solutio quæstionis, in qua etiam post arestú, in qua non solùm interfuit, sed etiam præsedit do. Nicol. Boeri, multum tamen fluctuauit. in decis. Burdega. 327.

8 † Quidam Baro in contractu matrimonij filiæ suæ promisit mille quingentos aureos boni auri, & recti ponderis cunei, & legis, (vt eius vrbis vtar) Regis Franciæ, cum tribus florib. 51.52. quolibet aureo computato, & existente in valore 27. solidorum sex denariorum monetæ currentis, idque sub plurib⁹ terminis: quibus pendentibus aurei valor extrinsecus auctus est, quæritur cuius temporis valor attendi debeat

9 an contractus, an vero termini solutionis. † Et certè semota nostra analytica consideratione hæc quæstio valdè difficilis, & ambigua est, vt patet ex sinuosis, & perplexis opinationibus etiam senatorum super hac re disputantium, à do. Boerio ibi collectis, vbi tandem Boerius satis apertè indicat se sententiam tenuisse, & tenere contrariam aresto, quod refert in senatu Burdegalensi, vbi non solùm interfuit, sed etiam præsedit, pro debitore latum anno 1522.

10 † Et vltra communem sententiam, & quæ in eam rem adducit ibi Boerius pro creditore, vt non possit debitor deducere augmentum, fortiter prima facie vrgent verba, & tenor obligationis, quæ non solum incipit à certa specie, & numero monetæ aureæ videlicet à 1500. coronatis, sed etiam illi aurei signatè determinantur certis suis omnibus, quidditatibus, qualitatibus bonitatis intrinsecæ speciei suæ, ibi (boni au-

11 ri, recti ponderis, cunei, &c.) † Et sic (si vnquam) maximè hic videntur contrahentes respexisse, & de se determinasse ad certam ipsam speciem, & numerum talium coronatorum, eorumque valorem intrinsecum, præsertim cùm contraheretur non à mercatoribus, & plebeis, sed à nobilibus, & potentibus, qui magis ad quantitatem, & bonitatem auri, quàm ad cursum, vel ad solidum, & libram respexisse videntur. Et maximè cum non ageretur de appreciando vino, vel frumento vendito, aut alijs fructibus, vel redditibus, sed de dote filiæ, & sponsæ metienda in cõtractu matrimonij: vbi propter splẽdorem, & magnificentiam inter nobiles, & potentes solitam magis ad marcam seu pondus, & bonitatem auri, (quod magnificentius, & liberalius est,) quam ad cursum impositicium,

vel

,& libram,(quod ſordidius,& illiberaſius vul-
ſpexiſſe videntur. Non obſtat,quod mox ſa-
ſo, & deſignatio valoris tunc currentis,quia in
duæ ſolutiones. † Prima, quam tangit ibi Boe-
num. 10. quòd hoc videtur factum non cauſſa
d demonſtrationis, & quòd in dubio æſtimatio
ptionem.†Facit,quòd in dubio verba potius de-
quàm diſpoſitiuè adiecta videntur leg.quidam
principio.de legat.2.Alexand.in l.centurio.vbi
de vulg.& pupil.& conſi.20.colum.2. (vbi dixi)
Secunda,quam omiſit Boerius, ea eſt omnium
od ibi ex hypotheſi aurei non erant variati in
ateria, ſed manebant in eadem bonitate intrin
nt tempore contractus: augmentum verò erat
cum, & ſenſim ſuperuenerat propter reliquam
monetam intrinſecus deterioratam. † vnde ſe-
primum, quòd valor coronatorum non dici-
am extrinſecus:quia notabilis deterioratio in-
ioris monetæ neceſſario inducit augmentum
recioſioris monetæ manentis in eadem mate-
, nec dicitur augmentum valoris,ſed æqualis
o, & proportio ad monetam deterioratam.vt
ſi.279.in fi conſi.287.in fi.lib.1.Secundũ, quod
expreſsio valoris tunc currentis ſtet taxatiuè,
ſi illa ex[illegible]ratiuè, illa taxatio facit pro creditore contra
demonſ
orem, qu ia expreſsim refertur ad monetam tunc currẽ-
ſed viginti ſeptem ſolidi cum dimidio, illius temporis
bant tempore litis monetæ, 39. ſolidos, vel plus monetæ
pore litis monetæ currentis, ad quam coronatus aſcende-
Et ſic in effectu coronatus non plus valet hodie(referen-
ad tempus litis, vel areſti,) quàm valeret tempore contra-
s, ſiue veterem, ſiue nouam monetam inſpicias:imo dice-
ur diminutum in valore extrinſeco, niſi in eodem valore
iſſet auctus pro rata deteriorationis minutioris monetæ.
gitur nullum eſt augmentum deducibile, & ſic nil dedu-
ndum, ſed integer conuentus aureorum numerus perſol-
endus.

† Sed his non obſtantibus puto iuſtè & ſanctè iudicatum à *Senatus Burdega.* præfato venerãdo ſenatu Burdegalenſi.Probatur primo,ſup-

ponen-

ponendo, quod tempore contractus, qui videtur fuisse circa
annum sesquimille simum, dictus valor impositicius coronati
tunc esset (prout erat) certus & stabilis, quo casu, & si non esset
facta mētio, videtur tamē fuisse saltē æquè principaliter in
cōsideratione, & sic argumentū efficax deducēdum, per præ-
6 dicta in præcedenti quæstione. † Secundo per locum à fortio-
ri: quia si habetur ratio augmēti, vel decrementi valoris ex-
trinseci, quando nulla de eo facta est mentio, igitur multò
magis quādo certi aurei deducūtur in dispositionem expres-
7 sè sub ratione valoris tunc currentis, vt hic. † Tertiò, quia si
hoc casu pendentibus terminis & tempore solutionis conti-
gisset valorem extrinsecum coronati minui, non ad breue
momentum, sed perpetuò, vel ad durationem considerabi-
lem, nonne gener ius stè petere posset illud decrementum sup-
pleri? Certè tenor cōtractus & rei æquitas euidens est, q̄ sic:
quia non fuerunt simpliciter promissi tales aurei certi pon-
deris, & characteris currētis. Ergo & materiæ, sed etiam
sub ratione certi valoris in illo valore dari debent, vel sup-
pleri: alioquin deciperetur gener, qui minorem sum-
mam, quàm per relationē expressam ad valorem tunc cur-
rentem stipulatus fuerat, cogeretur recipere. Igitur pari ratio
8 ne debet pati deductionem augmenti. † Et fortius etiam si
tempore contractus subeerat periculum mutationis monetæ,
ad hucidem hoc casu dicēdum, propter relationem expres-
sè factam ad certum valorē currentem, iunctis longis dilatio-
nibus Videntur enim partes præuidisse, quòd interim multi-
pliciter augeri vel minui posset cursus monetæ: ad quod præ-
cauendum & futuram captionem vitandam, mutuò sibi ca-
uerent de computando sub certo valore tunc currenti.
9 † Et sic hic casus longè minus dubitabilis est, quàm præce-
dens, quia hic indistinctè siue tempore contractus monetæ
cursus erat stabilis, siue mutatio imminebat, standum est valo
ri qui erat tempore contractus, ex quo non sunt aurei redu-
cti in dispositionem, nisi sub eo valore expresso, qui est pars
obligationis: & quàm sit minus dubitabilis, clarius liquebit
10 in solutione contrariorum. † Et primò non obstat, quod ad-
ducitur de vulgata sententia, in qua se fundat Boer. quia fal-
sa, & malè fundata, vt supr. quæstio. 93. in prin. Et si vera esset,
adhuc non haberet locum hoc casu, vbi actum est de certo
valore

DE
valore extrinseco
quolibet corona
nis dōtis in conf
lib. 2. secundum
nam impressior
quòd licet obli
neta, tamen
solidorum) f
maior, & sic
11 tio, si qua
solutio. que
Barro con
matri. que
ibi loqua
titaris, p
æstimat
specie
lore e
distin
vllan
stic
vt
tra
bre
tra
1
12

:co, videlicet. 27. ſolidorum cum dimidio pro
nato, cui ſtandum eſt ſecundum Bald. in termi-
nſil. incip. punctus. quæſtio. quod eſt conſil. 339.
m vetere m, & conſil. 213. lib. 5. ſecundum no-
onem, & ſequitur Soc. conſ. 298. lib. 2. vbi inquit,
ligatio incipiat à Florenis, vel certa ſpecie mo-
illa verba (ad computandum tot librarum, vel
ſignificat, quòd illa æſtimatio reddi debet, & non
augmentum deducendum, prout etiam diminu-
eſſet ſupplenda. † Facit Bartol. in l. Paulus. in fi. de
m communiter in hoc ſequuntur Docto licet ipſe
:rarium velle videatur. in l. pen. §. ſi mancipia. ſolu.
n ibi reprobant vterque Imol. Et quamuis Bartol.
ur quando obligatio incipit à ſumma generali quã-
ta à centum libris reddendis in Florenis ſub eadem
one: nos vero hic loquamur, quando incipit à certa
onetæ, puta à 150. aureis ſub tali æſtimatione, ſeu va
inſeco: tamen hæc differentia non meretur nouam
onem fieri, nec inducit differentiam iuris, prout nec
nplicat diuerſitatem facti, ſed conſiſtit in ſola tranſpo
verborum, quæ idem vtrinque ſignificant, videlicet,
:at attendi valor extrinſecus, qui erat tempore con-
,& in eo expreſſus fuit. Et ita rotundè, ſimpliciter, &
:r dicendum, quamuis ſuper hoc Martinus Lauden. tra
onetæ. colum. fina. & Cur. ſenior. eodem tracta. quæſtio.
Albert. Brun. tracta. de aug. conſluſ. vltima. fallentia. 8.
ſeſe inuoluant, vt vix certus ſenſus colligi poſsit. † Non
t, quod dicebam, vrgendo principium verborum obli-
mis, & qualitatem perſonarum, & contractus matrimo-
quòd partes videntur habuiſſe reſpectum ad certam ſpe-
n, & numerum monetæ tantum, quia reſpondetur primo,
d illa verba non excludunt conſiderationem valoris ex-
ſeci, cùm ſit de natura, & ſubſtantia omnis monetæ, &
æ principalis, & etiam inter magnates. & in contractibus
trimonium ſolet expendi, teſte experiẽtia. Secundò, quod
n oportet vrgere, vel expendere partem verborum tantum
d omnia ſimul. l. in ciuile. de legibus, & conſequenter ea in
ibus in eadem oratione ſit determinatio ad certum valo-
em extrinſecum. † Non oſtat, quod mentio valoris extrinſe-

ci, &

ci,& currentis fit causa demonstrationis,quia imo stat dispo-
sitiuè & taxatiuè,cùm sit in verbis dispositiuis,& etiam faci-
lè censetur inesse dispositioni per prædicta: igitur multò ma-
gis valor expressus.

4 † Non obstat quòd valor coronatorum non creuerit nisi
propter deteriorationem solidorum,quia dico quòd licet so-
lidi postea excusi sint deteriores materię, tamè sunt eiusdem
valoris & æstimationis, vt veteres in foro & in omni contra-
ctu: nec veteres solidi plus valent,quàm noui in vsu communi.
Et sic augmentum coronati verum & efficax est: valet enim
triginta nouem solidos, siue de veteribus,siue de nouis indif-
ferenter: & sic multum plus valet in effectu tempore solu-
tionis,quàm valeret tempore contractus,multum,non solùm
ex inopinato,sed etiam contra tenorem contractus lęderetur
debitor, qui non fuit in mora soluendi in termino conuento,
si teneretur soluere ad numerum secundum æstimationem
5 † præsentem, & non secundum æstimationem contractus.
Patet ad sensum & per ipsam rei euidentiam, quia nobiles
non solent habere pecunias diu ociosas in arca, & si dictus Ba
ro habuisset, verisimiliter non cauisset sibi de tot dilationi-
bus soluendi,quas habere voluit,vt de fructibus & reditibus
suis posset cum tempore summam conficere.Cùm autem fru-
ctus & reditus conficiantur,& in pecuniam redigantur per so
lidum & libram,quanti plus valebit aureus,tanto minus au-
reorũ ex reditibus suis cõficere poterit:& cõtrà,quãto mino-
ris valebit aureus,tanto plures aureos recipere & soluere po-
terit,sine exinanitione domus.Hinc satis apparet expresio-
nem certi valoris dispositiuè & taxatiuè factam in gratiam
vtriusque,ne si fortè crescerent aurei, debitor nimium dam-
num pateretur, & reditib. non sufficientibus cogeretur par-
tem patrimonij vendere, vel vsuris succumbere,& pariter ne
6 damnificaretur creditor,si interim decederẽt. † Nec est som
niandum, taxationem illam referri ad bonitatem intrinse-
cam monetæ tunc currentis, quia hoc esset contra mentem,
& directam significationem verborum, quæ respiciunt nu-
merum, & cursum solidorum, & bonitatem extrinsecam,
non autem extrinsecam eorum bonitatem,quę etiam imper-
tinens, & inutilis esset, ad id de quo agebatur, videlicet do-
tis debitæ solutionem, cùm in soluendis debitis,& rebus ac-
quirendis

plus valeant veteres, quam noui ſoli-

optum eſt nullo negocio ſecundam quæſtionis
:re, de dote reſtituenda, pariter enim dicen-
ax augmentum deducendum, vel decremen-
dum: ſaluo quòd cùm hic eadem ſit æquitas,
reſtitutione, eadem limitatio adhibenda eſt,
ſidelicet, vt ſi augmentum ſuperuenerit mox
datam, ita quòd recipiens habuerit commodum
non poſsit illud deducere: & pariter ſi decremen-
ſuperuenerit, non teneatur illud ſupplere. † Et
ntelligi deciſio prudentiſsimorum virorum Colle- *Senatus. Neapol.*
olitani, quam refert (licet non ſic declaret) eorum
Matth. Afflict. deciſio. Neapo. 194. dotem mille cen-
norum, quorum valor extrinſecus interim decre-
ere reſtitui ſecundum valorem currentem tempore
ditæ, & ſic ſupplendo ſuperuentum decrementum:
optima deciſio, non in communibus doctorum la-
ſed in mera æquitate, & iuris medulla fundata: quia
habuerat commodùm antiqui valoris diu ante ſuper-
m decrementum. † Et eodem modo dicendum eſt in
ione. Vnde filia nubens accepit à patre myriadem *Collatio.*
rum, cùm aureus valeret 40. ſolidos, tempore vero
s patris valet 45. ſolidos, non tenebitur conferre præ-
myriadem aureorum, ſed ſolùm in æſtimatione, qua
t tempore dotis datæ, & ſic deducto augmento; alio-
ſequeretur, quod pro viginti mille libris receptis tene-
ir conferre duo, & viginti mille quingentas libras. Et
iter ſi ſit in mora conferendi, caſu quo debeat vſura cur-
e, ſecundum not. ſupra quæſtio. 88. non current vſuræ
i pro rata viginti mille librarum: & hoc niſi augmen-
m ſuperueniſſent poſt dictam dotem, ita quod filia, vel
aritus eius percepiſſent commodum augmenti: & pariter
ecrementum ſuperuentum poſt conuerſionem in rem eorũ
ecundum valorem ſupplebunt, vt modo diximus. Idem in
ſimilibus.

† His ſcriptis dum regeſta mea voluo, reperi ante tre-
decim annos à me diſcuſſam quæſt. quæ tunc erat in facto,
Anno 1480. dum aurei nõ valerent niſi 35. ſolidos, mulier de-

dit in dotem mille quadringentos aureos solares, cum pacto, quod in casum, quo non haberet communionem bonorum cum futuro, redderetur ei vel suis soluto matrimonio, Gallicè (*An pris du denier Parisis*) hoc est, ad verbum ad rationem denarij Parisiensis, vel κατὰ ῥητὸν, ad rationem sesquiquartam augmenti, videlicet, quod tanta summa, quanta viro data, & per eum recepta erat, redderetur cum augmento quartæ partis: † Post quam autem matrimonium diu stetisset, tandem eo soluto cum omissa communione dos repetebatur secundum formam pacti, tunc videlicet anno 1532. edicto regio, & communi vsu 45. solidos: dubitabatur an taureus solaris æstimatus esset de decem solidis, valebat enim ex tidem 1400. aurei cum augmento quartæ partis, non deducto augmento reddi deberent.

1 † Vidi ab antiquioribus, & consultissimis huius supremi fori patronis responsum, & cõclusum, quod totidem aurei in specie reddi debebant, non deducto augmento extrinseco, sed quantum ad augmentum conuentionale ad rationem denarij Parisiensis, videlicet proportionis sesquiquartę, quòd debebat attendi non valor præsentis temporis, sed valor, qui erat tempore contractus, vt sic hæredes viri vltra prædictos totidem aureos soluerent hæredibus mulieris quartam partem summæ, quam prædicti aurei conficiebant secundum valorem tempore contractus currentem ad solidum, & libram, & sic in effectu pro bis mille quadringentis quinquaginta libris tempore contractus receptis redderent ter mille septingenta sexaginta duas libras cum dimidia, videlicet, 3150. libras in dictis aureis pro sorte, & 612. libras cum dimidia pro dicto augmento conuentionali. † Et sic quantum ad primum caput, videlicet sortis principalis aureorum, secuti sunt communem errorem adusque receptum, opinabantur eum esse meram iuris veritatem. Quantum autem ad secundum caput, videlicet augmenti conuenti ex magna, & vrgente æquitate censuerunt limitandum ad valorem tempore contractus currentem: quia tunc nõ erat verisimile futurum tam magnum aureorum augmentum, & vir promittens augmentum sesquiquartum, verisimiliter inspexit ad valorem currentem tempore contractus, & si cogitasset fore, vt aurei sic augerentur, nullum promisisset augmentum, saltem non tantum.

tum. Atqui si vera erat, & sequenda communis opinio in primo capite, sequenda etiam erat in secundo capitè, non solum ex vi verborum, sed etiam de iure, & ex mente, & patitatis ratione.

33 † De vi verborum patet, quia vt verbum (principale, & dispositiuum redderentur) referetur ad eosdem aureos numerationem posita, & eodem verbo principali determinata, referuntur ad eosdem aureos: igitur eodem modo, & pariter determinari debent, non autè diuersimodè. l. iam hoc iure, de vulg. & pup. cum vulga. Tum communis modus loquendi (denarij Parisiensis) cum adiuncto) ad rationem siue proportionem) vt hic talis est, quòd non refertur ad aliquot denarios in specie, sed indistinctè, & promiscuè ad augmentum quintæ partis totius aucti, siue ad proportionem sesquiquartam summæ, vel quantitatis de qua agitur, siue de quantitate librarum in genere, siue de aureis, vel alia certa specie monetæ agatur.

34 † Cum igitur fiat mentio denarij Parisiensis per modum proportionis, ibi (*Au pris*) idest, ratam seu rationem, non significat nisi augmentum sesquiquartum summæ, de qua agebatur, & tanto magis cùm non referatur ad solidos, nec ad libras, vel aliam summam, sed ad prædictos aureos in eadem oratione, & determinatione eiusdem verbi reddendi dictos aureos ad dictam ratam, vel proportionem. Et sic ipsa vis verborum sonat, quod eo casu redderentur 1400. aurei cum augmento quartæ eorum partis, & sic in totum mille septingenti quinquaginta aurei, qui tempore solutionis valebant, & valent ter mille nongentas triginta septem libras cum dimidia.

35 † De iure patet, quia de iure augmentum sicut additamentum sequitur naturam aucti, seu principalis, & vniformiter eodem iure tanquam eius pars regulatur. l. etiam & ibi Bal. C. de iure dot. l. quod in rerum. §. si quis post. de lega. 1. latè Cur. sen. cons. 56. Latius Albe. Brun. in tract. de augmẽ. col. 27. And. Tiraq. in repetit. l. si vnquam vet. donatione largitus. nu. 181. & in tract. retract. prox. §. 1. gl. 18. nu. 51. tertigi in consu. Paris. §. 22. nu. 44. tex. in l. inter socerum. §. cùm iuniores. ibi. nec sperabitur portio, quæ data est additamẽti causa, de pact. dotal. Igit sicut tamen cõi sententia debebãtur totidem aurei reddi in specie, nõ

Augmentum sequitur naturam aucti.

attenta variatione extrinſeca, ita neceſſariò ſequitur de iure, quòd augmentum illud conuentionale intelligitur de quarta pârte totidem aureorum in eadem pariter ſpecie, & ſic in caſum augmenti extrinſeci, non deducto eo augmento, nec de principali, nec de additamento. Similiter de mente partium, & rationis paritate liquet: quia ſi iuxta communem ſententiam contrahentes intelligebant habere reſpectum ad numerum, & ſpeciem aureorum, q̃ redderetur dos in totidẽ aureis, non inſpecta variatione extrinſeca, ſequitur quod idem intellexerunt de augmento conuentionali, ex quo pacti ſunt de augmento in ſimilibus aureis, non autẽ in illa moneta: quia clauſula augmenti refertur ad proportionem ſeſquiquartam ſimilium aureorum: & conſequenter ſiue eorum valor extrinſecus minueretur, ſiue augeretur, ſemper reddi deberẽt 1750. aurei, tam pro ſorte, quàm pro augmento. & ſic dicta conſultatio, ſtante communi ſententia, in qua partim fundatur, non poteſt ſtare.

6 †Cùm autem dicta cõis opinio ſimpliciter falſa ſit, vt probauimus, & contrahentes ad valorẽ extrinſecum aureorũ ſtabiliter currentem tpe contractus, etiam alio non expreſſo, reſpexiſſe cenſeantur, per prædicta, nunc clarum eſt, augmentũ tam de ſorte, quam de additamento deducendum eſſe. Plus dico, q̃ etiam ſi prima communis ſententia vera eſſet, adhuc idem dicẽdum eſſet in hac hypotheſi, ex quo facta relatio ad denarios & ſic partes cogitauerũt de valore extrinſeco, ſeu de quantitate denariorum reſultante ex aureis, quo caſu clarum eſt, q̃ debet attendi valor, qui erat tempore contractus. Et ſic hoc caſu non tenebantur hæredes viri in effectu reddere vſque ad ſummam 3937. librarum cum dimidia, ſequendo cõem doctorum errorem. nec vſque ad 3762. libras cum dimidia, ſecundum dictam cõſultationem, ſed ſolùm vſq; ad 3062. libras cum dimidia, videlicet, 1450. libras pro ſorte, & 672. libras cum dimidia pro additamento conuentionali, vt prò toto ſuffecerit reddere mille trecentos ſexaginta vnum ſolatos, cum quinque ſolidis Turonenſibus: quia in aureis vtrunque, tam ſors recepta, quam additamentum reddi debet, ex tenore pacti, & diſpoſitione iuris. d. l. inter ſocerum. §. cum inter deducto ſuperuẽto, & inopinato augmento per prædicta: idẽ in ſimilibus. Ad ea, quæ dixi, ſupr. nu. 392. quòd duo ſufficiãt,

adde,

adde Petrum Paulum Pariſium.conſi.54.conſi.55.lib.1.Quinto loco occurrit.quæſt.ſequens.

SVMMARIVM.

1 Depoſiti in genere periculum ad deponentem ſpectat niſi recipiētis mora interueniat.
2 Depoſitum ad nu. 2 merum abit in creditum.
3 Depoſitarius dominus eſt, ſi depoſito vti poteſt.
4 Depoſitum cum facultate vtendi ad certum tempus naturam mutui ſapit.
5 Augmentum an ſpectet ad Reum, qui eſt in mora, & nu. 8.
6 Conſignatio habet realis ſolutionis effectum, & quando hoc verum. 10.
7 Deponens non ſentit commodum depoſitæ conſignatæ pecuniæ.
8 Negligens non debet eſſe melioris conditionis, quàm diligens.

1 NOno quæritur. Quid in depoſito, puta agens ad retractum, vel redemptionem fundi cōſignauit pecunes actuarium, vel mercatorem mille aureos, dū autem lis protrahitur eorum, æſtimatio de quadraginta ad 45. ſolidos augetur? Reſpond. ſi eſt depoſitum primi gradus, de quo ſupra.q.83. nu.63 2. nulla eſt quæſt. cum ſteterit in dominio, & periculo deponētis, vel eius
2 qui eſt in mora. † Si vero eſt depoſitum ſecundi gradus, ſcilicet ad numerum, quod abit in creditum periculo recipientis, vt l. certi condictio. in fi. cum l. ſeq. ſi certum petat, tunc ſi eſſet verum depoſitum, ſcilicet in merā cuſtodiam, vt teneatur depoſitarius indilate mox cum peretur reddere, & ſic non habet ius vtēdi ſumma depoſita, & depoſita, prout manet depoſita, videlicet in genere quantitatis purè ſic debitæ in abſtra-
3 cto, & non in concreto ſpeciei, ſeu corporum. † Et adhuc idē, quia licet interim depoſitarius fuerit dominus corporum, quibus potuit vti, tamen aſtrictus fuit eadem corpora, vel ſimilia ſemper tenere parata: & ſic non potuit vti, ſed, vt veriſimile eſt, ſemper totidem ſimiles ſpecies ocioſas, & paratas tenuit, & ſic non debet teneri, nec ſupplere quidem decrementum, ſi quod interim acciderit, etiam ſi ſalarium cuſtodiæ recipiat: neq; poterit deducere augmentum, quod

superuenerit, sed præcisè totidem numero similes species reddere tenetur, sicut obligatus ad tot aureos præcisè, cum pacto, vt nec augmenti, nec decrementi ratio habeatur.

4 † Si verò est depositum tertij gradus, videlicet improprium, ita vt concessa sit facultas vtendi, vt non possit mox, nisi post tempus congruum tacitum, vel expressum cogi reddere, & cum sit simile mutuo. Prædicta dem dicetur quod in mutuo. Præsunt clara ex parte actoris, qui succubuit, & sic consignationem repetentis. Quòd si vicerit, in casum quidem decrementi nulla etiam est quæstio.

5 † Sed in casum augmenti quæritur an spectet ad reum, qui fuit in mora? Videtur quòd sic: tum quia huiusmodi solutio, vel restitutio sortis trahitur retrò ad diem consignationis, & iudicij cœpit, idque cum effectu, quia tenetur reus ad fructus fundi, vel rei retractæ ex eo tempore, tum quia ad eum spectauit periculum pecuniæ: ergo videtur quòd ad eundem spectet augmentum præsertim fortuitum, & sine facto, &

6 sumptu deponentis superuentum. † Tum quia dicta consignatio videtur quædam solutio, habet enim ipso iure effectum realis solutionis: quia ipso iure ex tunc liberatus est deponés ab omni alia restitutione sortis. l. acceptam. C. de vsur. l. obsignatione. C. de solutio. Sed si debitor soluere volens consigna-

7 uerit, non dubium quin augmentum spectet ex tunc ad creditorem, sicut & decrementum, & periculum. † Tum postmò, vt consignans consequitur etiam retro omnia commoda consignationis, ita videtur quod non debeat interim cadere aliquod commodum de pecunia consignata, alioquin censeretur consignationem reuocare: ergo non debet habere dictum augmentum, & sic spectabit ad reum acquiescentem.

8 † Breuiter his non obstantibus, dico quòd istud augmentum superuentum antequam reus acquieſceret, & desineret esse in mora spectat ad consignantem, qui licet vicerit, & omnia commoda consignationis, & victoriæ habeat, potest illud deducere, nisi in casum, quo spectaret ad depositarium, vt

9 diximus. † Et moueor, tum per ea, quæ dicunt docto. contra creditorem moratorem in l. vinum. si cert. petat. per l. 3. in l. fi. de actio. empt. Tum quia ad commodum moratoris non debet diligens deterioris esse conditionis, quàm negligens: sed

si non

naſſet, vel cõſignationem vt poterat recuperaſ-
deducere augmentum (loquor enim in themate
.) Secus ſi debebantur præcisè certi aurei ad cer-
um non obſtante, quocunque augmento, vel de-
x pacto expreſſo, (quia tunc ceſſaret quæſt.) ergo,
terit, & morator ſuæ moræ imputare debet, quod
eam purgauit. † Non obſtat, quod dictum eſt de
vel conſignatione cauſa ſoluendi, quia illa ſic purè,
è, & de eo quod purè debetur: & ſic non eſt ſimi-
ſu noſtro, vbi pecunia conſignata non debetur pu-
ſolutè, ſed implendo reſpectiuè, & faciendo per reũ
od viciſsim tenetur, quod cum recuſet facere pecu-
conſignata, non debetur ei cum effectu, nec debet ei
ed ſtat velut ſequeſtrata: & ſic non debet habere cõ-
pecuniæ, ſibi (ob ſuam moram, & non impletionẽ
nod debet) nondum debitæ cum effectu. Conſequen-
debet habere illud augmentum, licet propter iniu-
iam moram debuiſſet terre moræque adſcribere peri-
, & omne incommodum, b quod accidiſſet. Et ſic ſo-
int omnia obiecta.

SVMMARIVM.

Legati augmentum, & decrementum an legatarium reſpi-
ciat.
otiens agitur ex diſpoſitione alicuius, attenditur tempus diſpo-
itionis.
gatum facturn pro legitima filiæ ſi modicum attenta portione,
quam remittit augmentũ continet.
ariata æſtimatione pecuniæ, an attenditur tempus teſtamenti,
mortis, aut ſolutionis, & num. 6.
Obſcuritas Doctorum ab auctore recenſita.
Oldradus taxatur inconſtantiæ, & perplexitatis, & nn. 8.
Examinatur conſilium 13. Oldradi.
Tempus ſolutionis, & conſignationis in moneta, quæ non eſt in
obligatione, ſed facultate inſpicitur.
Libra Turonenſis non ſemper eadem eſt in eodem loco.
Menſura agrorum variata ea attenditur, quæ eſt tempore contra-
ctus.

13 Ludouici Rom. de Oldradi sententia iudicium.
14 Explicatio L. cum certum de auro, & argento leg.
15 Aureus semper de minimo intelligitur.
16 Aretini quoddam consilium discutitur, & vt alienum reijcitur.
17 Statutum si à subditis non recipiatur non valet.
18 Communis æstimatio præualet ei, quæ statuto in vsum recepto constituitur.
19 Condemnatus ad monetam maiorem (puta) aureos) soluere possit in minima moneta, & nu. 20. cum seq.
23 Tantum argenti in minutissima moneta, quantum in maxima habita proportione, & nu. 24.
25 Creditoris interesse magis recipere maiorem, quàm minorem monetam non considerandum.

1 DEcimo, quæro. Quid in legato, puta mille solatorum, qui tempore testamenti, vel legati valebant singuli 32. solidos, sed tempore mortis 40 tẽ pore verò petitionis, vel solutionis 45. Breuiter id quod supra diximus in contractibus, vt scilicet inspiciatur, valor impositicius currens tempore dispositionis, siue contractus, siue testamenti, quia obligatio accepit suam certitudinem, & limitationem secundum quod, quale & quãtum tempore dispositionis, nec ex post facto mutatur. l. Rutilia. de contrahen. empt. & in testamentis sunt tex. in l. vxorem. §. testamento, de lega. 3. leg. si ita de auro, & arg. leg. l. Aurelius §. testamento. de lib. lega. † Hinc & pulchrè ait Bal. con. pe. coram vobis. lib. 1. vbicunq; agitur ex dispositione hominis attẽditur tempus dispositionis, vt sciatur quid, quale, & quantum debeatur, non autem tps solutionis. Ergo cùm valor impositicius pecuniæ, quem extrinsecum vocant, sit de quantitate, & parte integrali, substãtiali, & æquè principali legati pecuniæ, siue in genere quantitatis relictæ, siue in certa quauis specie monetæ, debet ea quantitas, & valor legati secundum tẽpus testamenti, non mortis, nec solutionis, attendi. † Limito, si legatum, vel institutio facta esset pro legitima filiæ, quæ fortè hoc mediante per statutũ, vel consuetudinẽ loci excludit: quia tunc si sũma relicta est modica proportione, quam filia iure cõmuni habitura fuisset ab intestato, dico quòd decrementũ bene debet suppleri, vt in alijs: sed tamen decrementũ nõ debe-

beret

uci, tum per ea, quæ in ſimili dixi ſupra tum pro-
rem legitimæ, quæ debuiſſet haberi in corporibus
rijs cum augmento. l. ſcimus. §. repletionē. C. de inof-
am. tum, vt tanto minus recedatur à iure communi.
quantum dixi debere attendi tempus teſtamenti,
ſan nil eſſe noui, ſed actum agi: quaſi omnes Docto.
, & recentiores communiter teneant, in æſtimatione
:, ſi variata ſit, debere attendi, tempus teſtamenti, nō
vel ſolutionis. Ita enim Oldr. q. 321. thema tale eſt. Alb.
uiliel. de Cu. in l. cum quid. colu. fin. in l. vinum col. fin. ſi
:tat. Paul. l. 3. in fin. princip. C. communia de leg. Marti.
n. in tract. monet. colum. pen. Curt. ſenior. eodem tract.
4. Alber: Bru. tract. de auginen. in vltima concl. amplia.
ego dico, quod ſi rectè inſpicias, & expendas, longè *Obſcuri-*
loquuntur, longè diuerſa eſt mens eorum: non enim de *tas Doct.*
, & valore impoſititio, ſeu bonitate extrinſeca loquun-
& ſentiunt; ſed de bonitate materiali, & intrinſeca, quā
ıdi, & exigi volunt tempore teſtamenti, vel diſpoſitio-
iue legata, vel aliter debita ſit pecunia, ſiue nomine quā-
tis generica puta centum libræ, ſiue certa ſpecies mone-
puta centum aurei ſolares, & pleniſsimè, per ea, quæ dicam
ſequent. † Cæterùm de bonitate extrinſeca ſentiunt, tē-
; non diſpoſitionis, ſed ſolutionis attendi, non curando
augmento, vel decremento, niſi à tempore more prout ad-
que inualuit communis Doct. error. Et ita diſertè explicat,
ſe declarat. Paul in d. l. 3. in fin. princ. Alcia. poſt alios in d. l.
im quid & malè per ea, quæ nouè d. xi in precedentibus. Ve-
im eſt quod Soc. conſ. 6. lib. 1. loquens de bonitate extrinſe-
a, tenet deberè attendi tempus teſtamenti: ſed loquitur in
ongè diuerſis terminis, videlicet; quando legatum eſt factū
de quantitate in genere, vel de florenis, qui ſecundum com-
munem modum loquendi loci tempore teſtamenti intellige-
bantur de certa quantitate in genere cuiuſcunque monetæ,
non autem de certa ſpecie monetæ prout loquimur.

† Oldra. tamen, qui nondum ſaniorem quorundam vete- *Perplexi-*
rum ſententiam, de ſupra, penitus exuerat, non vbique eo- *tas Oldra.*
dem modo ſentit in hac materia, ſed modò varius, modo ob-
ſcurus: quia in conſi. 168. primùm quæſtio. 3. rectè tenuit in
æſtimatione, & ſolutione pecuniæ, puta certæ ſummæ Turo-

nenſium,

nensium, quod non debet haberi respectus ad valorem intrinsecum, sed solùm ad valorem extrinsecum, & cursum cõmunem, & vsualem: sed in d. cons. 31. in legato ducentarum librarum cum testator superuixisset decem annis, & quærat de qua moneta debeantur solui ducentæ libræ, an de moneta, quæ currebat tempore testamenti, an quæ currebat tempore mortis, apparet quod non quærit de bonitate extrinseca, esset enim fatua quæstio, cùm non sit legata in certa specie monetę, sed in quantitate generica ab omni certa specie abstracta: & sic necessario omnes species monetę recipiunt functionem secundum omnes. † Quærit ergo tantum de bonitate intrinseca, quia interim facta est pecunia deterioris materiæ & sic ibi sensit soluendum etiam ad rationem bonitatis materialis, & intrinsecæ, quæ erat tempore dispositionis, siue testamenti, siue contractus. † Sed in cons. 13. incip. cum quæstio obscurus esset facto, prout etiam cæteri assolent in hac materia: format enim quæstionem de arbitris, qui vni adiudicauerunt totam hæreditatem, & eundem condemnauerunt alteri ad soluendum duodecim libras Turonensium paruorum deinde ex interuallo citra moram debitor vult soluere Turonenses grossos, computando quemlibet grossum pro quindecim, vel sexdecim Turonensibus paruis, prout valebat, & currebat tempore arbitrij lati. Creditor autem vult attenti Turonenses paruos hodie currentes, ex quibus Turonensis grossus non valet, nisi quatuordecim. Decidit Oldr. inspiciẽdum tempus lati arbitrij, & satis aperit, quod non quærebatur de mutatione grossi, & meritò: quia grossus non erat deductus in dispositionem, nec erat in obligatione, sed in facultate soluendi, siue de illo grosso, siue de alia specie monetæ conficeretur, præstaretur summa debita.

† Et nemo dubitat, quin inspiciendum sit tempus solutionis, vel consignationis tantum in specie monetæ, quæ non est in obligatione, sed in facultate. Et sic ibi tota quæstio erat super mutatione Turonen. paruorum, nec tamen aperit Old. sit incerta, & inutilis. Nos ergo dicimus, non curandum de variatione bonitatis intrinsecæ, sed præstanda, & sufficit bonitas extrinseca, quæ erat tempore sententiæ: hoc est soluendas omnino 12. libras de illis Turonensium paruorum libris, quæ currebant tempore sententiæ. † Hæc autem vulgaris, & numeralis

numeralis libra non est semper, & vbique eadem, sed quandoque etiam in eodem locò diuersa, vt Papiæ, vbi teste Cur. seniore in d.tra & t. quæst. 12. est in libra Papien. 10. solidorum, & libra Imperialium, quæ est dupla, scilicet, viginti solidorum. Et etiam hoc regno, & ferè vbique licet libra sit 200 solidorum, vt etiam testatur Io. Fab. in authen. hoc nisi in fin. C. de solutio. Corn. cons. 135. litera, d. libr. 3. tamen quædam libra Turonensis dicitur, quæ est viginti solidorum Turonensium, quædam in hoc regno libra Parisiensis, quæ est 20 solidorum Parisiensium, solidus autem Parisiensis est sesquiquar-
12 tus ad solidum vulgarem. † Quemadmodum autem si variari córingat mensuras agrorum, solum debet attendi illa, quæ erat tempore contractus, vt in l. semper in stipulationibus de reg. iuris; ita variatis his libris siue earum quantitate, quæ nó sunt alia quam mensura quantitatis pecuniæ, necessario deber attendi illa libra siue quantitas libræ, quæ erat tempore dispositionis, & cui inesse dicitur, & eam limitasse, siue quãtitas librarum mutetur in se, vt si statuatur, quòd maior, vel minor numerus solidorum libram conficiat, siue solidi, vel Turoni, ex quibus libra conficitur, augeatur in valore siue intrinseco, & extrinseco simul, siue extrinseco tantum, retento pristino solidorum numero ad conficiendam libram, quæ sic in effectu maioris quantitatis, & mensuræ vsualis efficiatur, debet attendi valor, & quantitas existens tempore dispositionis.

Mensura temporis contractus

13 † Lado. autem Roma. cons. 123. confundit, & eadem fide denigrat, & carpit omnia prædicta consilia Oldr. contendens simpliciter debere attendi non tempus testamenti, sed tempus solutionis, per textum, in l. cum certum. de auro. & argen.
14 legatis, † sed valdè erat, quia ille textus non est ad propositum in hac materia, quia non loquitur de certo precio debito, nec de certa quantitate pecuniæ debitæ etiam in genere, sed de precio alterius rei legatæ, & debitæ, cuius potest æstimatio crescere, vel minui: & sic attenditur, quæ est tempore solutionis tantùm, nisi in quantum à tempore moræ inspici deberet quanti ex tunc plurimi valuerit, secundum regulas communes. Brunus autem in loco prælegato soluit, quòd in d. l. cum certum precium est in solutione, quod est verum in casu d. l. sed non sufficit, quia potest esse, quod sit

L. cum certum de auro, & argent. lega.

æque

æquè principaliter alicer hatiuè in obligatione: vt si testator legauit domum suam, vel eius æstimationem, quia noluit heredem præcisè cogi tradere, debet attendi æstimatio, quæ est tempore solutionis fiendæ. Secus est si testator legaret decem, vel centum aureos, vel centum libras, & sic non se referendo ad æstimationem alterius rei variabilem, sed ad certum, vel centum aureos, vel centum libras; & sic non se referendo ad æstimationem alterius rei variabilem, sed ad certam pecuniæ summam: quia tunc tempus testamenti attenditur, ad sciendum quanta sit ea quantitas.

5 † Quoties autem sunt plures aurei, solidi vel libræ in vsu, intelligitur in dubio de minimis, l. nūmis de leg. 3. Vnde etiā in vrbe Parisiensi non solum in actibus priuatorum, sed etiā in sententijs, intelligitur de solidis, vel libris Turonensibus, non autem de Parisiensibus, nisi expressum sit. Ad hoc vide si vacat Socin. cons. 247. colum 3. lib. 2. vbi tamen malè limitat in debito piæ causæ per not. Decij. in l. semper in obscuris. de reg. iur. Adde etiam Corn. cons. 144. colum. sexta, cum sequē. lib. 2. vbi ex multis coniecturis pulchrè consuluit pro maioribus nummis: & tradit Andr. Tiraq. in tract. retract. proxim. 6 § 1. glo. 18. quæst. 20. † † Rursus quia sæpè Docto. impertinenter citant cons. Rr. Aret. & eo rem magis intricant, quia illud consilium alienum est ab hac materia, vt hunc obiter scrupulū studiosi eximiam, sciendum est talem ibi fuisse hypothesim. Sal veniebat ad mensuram certo precio, puta viginti solidis pro quo libet medimno: quidā emit sal pro mille, puta florenis, ideſt, quantas mensuras, precium mille florenorum æquaret. In loco erat statutum bis anno immediatè præcedenti confirmatum, quòd florenus non posset solui nec expendi, nisi ad rationem solidorum quadraginta duorum: tamen nihilominus omnes communiter etiam subditi obseruabant, vt florenus permutaretur, & curreret pro maiori summa, puta quadraginta quinque solidis: præterea emptor, qui erat exterus, ignorabat tale statutum, petit autem sibi mensurari bis mille ducentos quinquaginta medimnos salis (totidem enim libras valebant mille floreni secundum communem obseruantiam, videlicet accipiendo quemlibet florenum pro 45. solidis.) Contra venditor non vult accipere nisi iuxta præscriptum statuti, videlicet pro 42. solidis, & sic tradere bis mille centumque medimnos solis duntaxat: quæritur 7 situm fuit, quid iuris? † Consuluit Franc. Aret. pro emptore

tum

tum quia ex quo tale statutum à subditis non recipitur, non ligat: ideò tanti valere censetur florenus, quanti publicè, & communiter æstimatur ab omnibus. Tum quia si statutum ligaret, tamen ex quo emptor externus iustam ignorantiam habuit, ne enormiter lædatur, videlicet, ne perderet centum quinquaginta libras, vel totidem medimnos deberet aduersus tale statutum restitui per not. Inn. in rub. de consu. Et rectè consuluit, & hæc duo verba sufficiebant: sed is initio breuitatem professus multa impertinentia prolixè cumulauit.

18 † Quæ enim infarcit de bonitate intrinseca, & extrinseca monetæ, prorsus ἀπροσδιόνυσα sunt, sed solùm erat quæstio, vltra æstimatio præstet, an quæ communiter obseruatur, an quæ statuto in vsum recepto taxatur: & habes communem vsum prævalere, quod etiam Budæus luculento exemplo probat lib. 3. asis. vt infra. Ecce quam multa quam breuius, & clarius potui transuectus sum, nec vlterius immorabor in huiusmodi particularibus quæstionibus quum prædicta abundè sufficiant pro omnibus id genus rectè, & expeditè decidēdis.

19 † Occurrit tamen iucunda nec omittenda quæstio. Victus, & condemnatus impensis litis ad 30. libras taxatis minutissimam, & rarissimam conquisiuit monetam, & solutionem obtulit in paruulis denarijs Parisiensibus, & Turonensibus. Creditor recusauit, offerēs recipere in aureis, vel solidis duodenarijs aut simili, non adeo contemptibili moneta. Per sententiam præsidis Parisiensis dictum, quod creditor teneretur recipere: appellauit ad Senatum, vbi (vt in talibus rectè, & laudabiliter fieri solet) consulti, & aditi præfecti monetales censebant malè iudicatum. † Dicebant enim primo, hanc

20 minutissimam monetam nigram denariorum paruorum siue Parisiensium siue Turonensium, non esse factam ad commercia exercenda, & soluenda debita, sed solum ad commutandum maiores nummos, vel supplendum, quod excurrit, vt in l. Publia. §. Titius. depos. quando minutum aliquid addendū,

21 vel detrahendum est summæ, vel precio. † Secundò dicebāt monetam hanc nigram ferè omnino esse æream, nimisque

22 ponderosam, & onerosam in magnis summis. † Sed certè primum iuris est, excedens artem monetalem, & falsum est: cum enim hęc minutissima moneta, quātumcunq; vilissima sit publicè ad formam, & definitionem publicam facta, & approbata

bata est vera, & proba moneta, igitur in ea solutio fieri po-
test, siue in paruâ, siue in magna summa, cùm debitor non
sit obligatus ad aliam certam speciem monetæ, sed ad quan-
titatem in genere. Secundum verò in facto est, & spectat ad
artem monetalem, sed sufficit præcedens solutio. † Præterea
(vt didici à docti. & sine viro dom. Francisco Benequentio, cau-
sarum in hoc Senatu patrono consultissimo, regioqs in præ-
fectura monetarum aduocato) etiam nigra, & minutissima
moneta tantum pro rata inest, & datur materiæ argenti, quã-
tum in maiori alba moneta argentea, modo proba sit mo-
neta, vt supponitur. Patet, quia in duodecim denarijs Turo-
nensibus, qui valent solidum duodenarium, tantum est ar-
genti, quantum in vno solido duodenario, & tantundem in-
uenietur, si seorsum denarij seorsum duodenarius confien-
tur. Quod autem duodecim denarij maioris sunt ponderis,
illud est quia plus habent æris, vt possint in plures nummos
multiplicari: quantum ergo (si appendantur) pluris ponde-
rant, quàm duodenarius solidus, tantum plus habent æris si-
mul, quàm vnus solidus per se. † Et consequenter soluens tri-
ginta, vel centum libras in hac minutissima moneta, tantum
dat argenti, quantum si solueret in maiori argentea, licet
maiorem molem det ob maiorem æris quantitatem. Quam-
quã de iure siue plus siue minus argenti insit, non refert, mo-
do publica proba, & legitima moneta sit, vt dicam in quæst.
seq. † Quod autem hoc casu iustè creditoris (vtpote profe-
cturi) interfit non recipere in hac minutissima, & pondero-
sissima moneta, non est in consideratione: quia illud solum
consideratur, quando debitor tenetur in certa specie, & of-
fert in alia, licet alias communiter fungibili, vt in l. Paul. de
solu. Sed hic non debetur nisi quantitas in genere, qua semel
ablata in quacunque proba non reprobata moneta, licet ra-
ta, & minus frequenti (vt sunt denarij Parisienses) debitor
obtulit, quod debet, nec ad rem pertinet, quod debitor ex
indignatione hanc minutissimã monetã conquisierit: ex quo
eã eã habet, & de ea solui pót, quid ad rẽ de origine? Imo si
peccauit debitor dicta indignatione, magis peccat creditor,
qui est in vltima mora, & culpa, dedignando, & auersando
probam, & legitimã monetam: & ita tãdem rectè prudéter-
que pronũciauit supremus noster Senatus, bene iudicatum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Bonitas intrinseca monetarum, ratio an haberi debeat.
2 Bonitas intrinseca monetæ, quæ erat tempore contractus debetur, & num. 12. & 13.
3 Bonitas intrinseca, an debeatur tres casus distinguuntur.
4 Bonitas intrinseca, est de substantia omnis monetæ.
5 Bonitas intrinseca, consistit in bonitate, & qualitate materiæ.
6 Materiam, vbi contractus respicit, tacitè vel expressè, necessario ad eam recidit, quæ erat tempore contractus.
7 Pecunia, debet esse iusti ponderis, & speciei, & num. 27.
8 Pecuniam non debiti, ponderis, & qualitatis recipere, quis non tenetur, & num. 14.
9 Quod ampliatur tribus casibus, num. 9. 10. & 11.
15 Pecunia deteriorata, in materia vilior, est minoris vtilitatis.
16 Rem deterioratam, vel vitiosam soluere, quis non debet nec potest.
17 Pecuniam notabiliter intrinsecus, deterioratam soluere, quis non potest.
Ampliatur num. 18. & 19.
20 Valor impositicius est forma, & substantia monetæ.
21 Bonitas essentialis monetæ, est in æstimatione extrinsecæ non in materia.
22 Vsus in pecunia, potius attenditur, quam materia.
23 Appellatione auri, & argenti, non veniunt nummi aurei vel argentei.
24 In pecunia signata non materia, sed forma, & indicatura imposita attenditur, & nu. 27.
25 Materia appellatione venit materiatum, quod ad sui materiam reuerti potest.
26 Debitor non potest soluere in alia specie monetæ, si creditoris interfit, vel ad certam speciem sit obligatus.
28 Moneta legitimo pondere, defraudata non est, legitima moneta.
29 Moneta noua, quanto in bonitate materiæ minuitur, tanto vetus moneta augetur in precio.
30 Patia sunt nouam monetam publicè minore materia eadem indicatura cudi, vel minui certam monetam, materia non mutata, seu extrinsecus auctâ.
31 In pecunia, sola publica indicatura, seu valor extrinsecus attenditur.

Præscriptio

32 Præscriptio 40. annorum re quæritur, contra ecclesiasticam personã.
33 Moneta æstimatio attenditur tempore solutionis, vbi certa species est in solutione.
34 Debitor si soluat de meliore monetæ non tenetur excedere æstimationem pensionis antiquæ, sed deducet quantum æstimatio nouæ excedit æstimationem antiquæ monetę, vel pensionis antiquæ soluendę.
35 Valor monetę auctus deducè debet, etiam certa specie monetę debita.
36 Debitor non potest soluere de pecunia, minuta in valore extrinseco, & vsu nisi veterem supplcat.
37 Pecunia deteriorata, si vsu publico comprobetur legitima, facta censetur.
38 Pecunia cuius reprobationis probabile periculum, imminet reuisari potest.
39 Moneta à requirit materiam probitatem caracter, & indicaturã.
40 Moneta omnis proba, ex auro, vel argento constat.
41 Qualitas monetæ, spectat ad bonitatem essentialem, & intensam materiæ.
42 Quantitas spectat ad bonitatem quantitatiuã, seu extensam ponderis.
43 Bonitatis auri ad argentã habitudinis duplex gradus.
44 Pondus, & mensura bonitatis extensa, nil commune de se habet cum mensura bonitatis intensę.
45 Verbũ denarius à monetarijs, quadrupliciter accipitur.
46 Character ad quid imponatur
47 Forma monetę est testificatio veritatis, & iustitię ipsius monetę.
48 Falsitatẽ enormissimã committit de qualitate, vel pondere debito monetarum subtrahens Limitas. vnum. 49.
50 Nummus est omnium mensura.
51 Furtum est pecuniam semel probatam, & expensam in totum, vel in parte reprobare.
52 Princeps pro rata bonorum, sibi confiscatorum tenetur satisfacere lęsis, & deceptis in receptione monetę falsę, & adulterinę.
53 Indicatura monetę non a priuata, sed a publica æstimatione, & impositione item vsu populi, & consuetudine comerciorum dependet factique est non iuris.
54 Extrinsecę bonitatis ad intrinsecã, quę habitudo, & proportio esse debeat.

Bonitas

55 Bonitas materiæ intrinseca correspondere debet bonitati extrinsecæ monetarum.

56 Auctoritas caracterem eos tantum ligat qui sub Imperio sunt eius qui characterem imprimit, & num. 57.

58 Debitum nouum, vel antiquum an de pecunia noua, vel veteri soluendum.

59 Moneta post contractum meliore facta, augmentum deducere debitor potest.

61 Forma in moneta principalior est materia.

62 Moneta vsu fungibilis, requirit materiam ad hoc idoneam.

63 Princeps non potest definire monetæ materiam ineptam,

64 Naturalis ratio aut iurisgēt. nullius auctoritate cōmutari potest,

65 Valor publicè impositus præstat essentiæ monetæ.

66 De extrinseco, & formali valore, argui non potest ad intrinsecum.

67 Solui idem dicitur, vbi valor æquipollens soluitur.

68 Pecunia est destinata, ad expendendum, & commutandum non, pro quantitate massæ, sed pro quantitate æstimationis de publico imposita.

69 Quanto minuitur materia, seruato valore tanto necessario, augmentatur valor materiæ.

70 Creditor volens tantum materiæ, quantum inerat tempore contractus, debet vicissim deducere, valoris augmentum.

71 Creditor oblata proba, & legitima moneta, hodiè currente non potest petere, sibi suppleri defectum materiæ existentis, tempore contractus.

Quod ampliatur, multis casibus num. 72. 73. & sequentib. & limitatur num. 81. 82. 83.

80 Debitor soluens de noua, & fortiori moneta, non potest deducere æstimationem intrinsecæ bonitatis nullæ.

84 Pecunia potest mutuari etiam in quantum massa, & ad pondus.

85 Bonitas intrinseca pacto deberi potest, etiam augmento extrinseco non deducto.

Contra nu. 86. Declaratur nu. 87. & 88. 89. vsque in finem.

VNdecimo discutienda necessaria occurrit ardua illa quæst. an intrinsecæ † bonitatis ratio exigi possit? Hæc de se ad præcedentium quorundam differentiam magis iuris est, quàm voluntatis, vel facti, & nullam prima facie videtur habere dubitationem. Omnes enim, & veteres, & medij, & recentiores (vno solo, scilicet Ioan. Fab. excepto,) vna voce vbique siue legendo, siue repetendo, siue in tractatibus, siue in consilijs, tenuerunt, & tenent semper, & indistinctè, siue debetur pecunia in genere absq; tracto quantitatis, puta tot libræ, vt per Oldr. quæstio 31. siue certa species monetæ, puta mille aut rei, debere attendi, & exigi bonitatem † intrinsecam, quæ erat tempore contractus, siue cuiuscunque dispositionis: & cùm sit plusquam communis, velut præiudicata opinio, superfluum est authores citare. Vide si vacat quos citat Dor. Andr. Tiraq. (qui cum ei non transit) in tract. retract. proxi. §. 1. glo. 18. num. 27. & latissimè omnium Alber. Brun. tract. de augmen. conclus. vlt. limit. 4. 1. nouissimè etiam, sed animosius. Iacob. Regnandi in tract. 2. c. moneta. censet, quod si nulla esset lex, ita tenendum esset, quia hoc (inquit ille) dictat naturalis iustitia. Sed certè hæc quæstio omnium huius materiæ difficilior, & argumentosior est, vt non solùm sit dubium, quando de hoc non fuit actum, vt omnes loquuntur, sed etiã (quod magis mirum est) si expresè conuentum sit de certa bonitate intrinseca, vt ex sequentibus apparebit: Cùm autem plures diuersos casus hæc quæstio replicat, † qui ad tria generacitur, puta ex empto, vel legato: secundum, quando de summa semel soluenda, puta mutuo, vel in redemptione reditus, vel fundi: tertium, quando agitur de reliquis reditibus continuandis, in quibus omnibus, quandoque de quantitate in genere, quandoque de certa specie monetæ agitur, quãdoque specialiter pactum est de certa bonitate intrinseca, quandoque non. Causas quidem ex quibus debetur, siue ex contractu siue ex testamento, sententia, vel statuto, nil moror, quia in his non est vis: licet multi, dum sese aliter extricare nequeunt, vim in his temerè faciant. Verum vt breuius, & clarius defungamur, nec sit opus prolixè singula singulatim

rim discurrere, vtriusque partis in genere potiores tantum loco summarim collatos expendemus, deinde totam materiam decisiue concludemus. Vt ergo hæc res non minus a dusq; confusa, quàm diffusa, & Euripo mari volubilior, certis velut alueis cõgrua methodo cõclusa, & astricta iam velut teneri, pari, & discerni queat, breui hoc ordine procedemus: ab vtraque parte iuris ciuilis locos pertinentes duntaxat, & ad rem, in duos contrahemus, & primo secundoque ordine locabimus: iuris verò canonici locos in tertio ordine, circumstantiarum autem facti locos in quarto, & vltimo loco, vbi citabuntur obiter aliquot eius partis assertores. Idemque argumentationis, & literariæ aciei ordo, in vtraque concertationis parte seruabitur, & reciprocabitur. Et primò pro communi sententia vrget, quòd bonitas intrinseca † est de substantia
4 omnis monetæ, & saltem non minus principaliter, quàm ex-
5 trinseca consideratur, & exigitur, cum autem consistat † in pondere, seu quantitate, & in bonitate, seu qualitate materiæ, necessariò sequitur, quòd ea quantitas, & qualitas, quæ erat tempore contractus, attenditur: vbicunque enim con-
6 tractus † ex presse, vel tacitè respicit materiam, necessariò recidit ad eam, quæ erat tempore contractus. l. cùm quid, si certum petat. l. Rutilia de contrahen. emptio. ad hoc omnia iura, quæ volunt tempus contractus attendi, & ab initio obligationem fieri certam secundum quid, quale, & quantum, tempore contractus inspecto. l. certum. si certum petat. & secundum limites tunc infitos, qui posteà tractu temporis non mutantur. Bald. dict. cap. quanto, colum. final. Secundò, quia iura volunt
7 pecuniam † esse debiti ponderis, & speciei, quod solam bonitatem materiæ respicit, quodque aliter non teneatur quis recipere, quantumcunque Principis character impressus sit. text. in l. 1. C. de veter. nummisma. potesta. lib. 11. & in l. 1. & 2. l. creditor de solutio. de pond. lib. 10. vbi non tenetur quis recipere etiam pecuniã de solutio.
8 Principis auream nisi appensam, & probatam † in pondere, & qualitate, quod procedit etiam si recipiens sit ipse Princeps vel eius quæstor. text. in d. l. 1. & text. in l. creditor. in principio. de solution. vbi forcius probatur, quod non tenetur quis recipere pecuniam æreosam, hoc est, pecuniam plus æris habentem, & minus auri, vel argenti, quam ex publico, & communi decreto inesse debeat. Quod ampliatur per d. l. 1. & 2.

ter, vel tripliciter. Primò, non solum si de certa pretiosa
monetæ specie agatur, vt in l. 1. de vet. nummis. potesta, sed
9 etiam si † de quacunque moneta, vel de simplici quantitate
in genere, vt propriè loquitur. d. l. creditor. Secundò etiam in
10 ciuitate, in quanto † contrahentes pecunia illa æroſa pro-
miscuè vtebantur in tantum, & tertio, quòd etiam si creditor
aliàs fuerit in mora, & interim iussu præsidis ea pecunia ran-
11 quam minus proba sublata sit, non est creditoris, † sed debi-
toris periculum. Igitur bonitas intrinseca præcisè requiritur,
& exigitur, & consequenter ea, quæ ex publico generali cō-
pacto requirebatur tempore dispositionis. Cùm enim dispo-
sitio, quæ fit, de pecunia, debeat referri ad certam bonita-
tem intrinsecam necesse est (nisi aliud expressè cautum sit,)
12 vt determinetur ad eam, quæ erat tempore † dispositionis,
cùm aliter determinari, & certificari non possit. Et hæc tan-
to fortius procedunt in creditore, qui bonam pecuniam nu-
merauit, vt supra quæsti. one 1. 2. & 6. cum sequenti. idem ta-
men in quocunque credi tore concludunt d. & rationes, &
iura: & hæc de rationibus iuris ciuilis: Tertio, hoc etiam se-
cundum omnes volunt ita canonica in capi. olim causam. in
cap. cum canonicis. de ce nsibus, quæ omnes canonistæ ibi, &
vbique intelligunt, vt non solùm in summa semel soluenda,
sed etiam in pēsionibus, & obligationibus succesiuis debeat
13 solui pecunia † secundum æstimationem intrinsecam, quæ
erat tempore dispositionis, ita quòd etiam si defecerit vetus
moneta, non sufficiat solus erc de noua deterioris materiæ, etiā
eodem valore extrinseco, nisi suppleatur ad bonitatem intrin
secam, quæ erat tempore dispositionis: quod etiam innuit.
d. ca. quanto. de iureiuran d. vbi dicitur propter defraudatio-
nem legitimi ponderis, (& sic bonitatis intrinsecæ) pecu-
niam ipsam diminutam, & minoris valoris effectam cum
magno populi scandalo, & damno. Si igitur diminutio in-
14 trinseca facit damnum populo, ergo non tenetur † creditor
recipere pecuniam nouam intrinsecus tantùm diminutam,
ne damnum incurrat, per dicta leg. Paul. ita etiam tenet, & di-
cta capitula intelligunt Legistæ vbique, vt in locis citatis su-
pra in princip. huius quæstio. Corn. consil. 279. consil. 287. lib.
1. consil. 321. colum. fin. lib. 3. Guido Pap. decis. Delph. 493. Ber
tran. consi. 289. si moneta. lib. 3. Ant. Rube. consil. 148. ita etiā

scio

scio aliquoties fuisse iudicatum etiam in supremo hoc Senatu, & me minime scripsisse in quadã causa, cùm in contractu matrimonij facto anno millesimo quadringentesimo octogesimo septimo vir constituisset sponsæ octoginta libras annui reditus in annexis (vulgo doarium vocant,) quod per consuetudinem est hæredum filiorum illius matrimonij, qui postea non fuerunt hæredes, sed dictum reditum præstari utoque assignari petierunt, idque secundum valorem, & bonitatem monetæ, quæ tempore contractus currebat. Facta verò æstimatione per præfectos monetarum anno sesquimillesimo vicesimoquinto inuentum est, quod moneta currens deteriorata erat intrinsecus de quinta parte, à tempore contractus, itaquòd octoginta libræ monetæ currentis tempore contractus habito respectu ad bonitatem intrinsecam, valerent centum libras ex moneta currente tempore æstimationis, & arresto lato die vicesimaseptima Martij Anno sesquimillesimo vicesimoquinto, damnati fuerunt hæredes constituentis ad soluendum, & assignandum dictum reditum secundum valorem, & æstimationem monetæ, quæ tempore contractus currebat. Et postea simile arrestum in alia causa, vbi petebatur antiqua aurea nummismata pecudis vellosæ, Gallicè, (*Mutons a la grand laine,*) quæ non erant amplius in vsu, nec ad æstimationem extrinsecam olim currentem, sed ad intrinsecam auri puritatem, nulli nummismati secundam (vt fertur) respectum fuit. Ex quibus hæc sententia non solum probata, sed præiudicata videt. Quartò vrgent etiam circumstantiæ facti, quia rerum experientia semper docuit, & docet bonitatem intrinsecam considerari, & hoc rei vtilitas, & ipsa rei subiectæ iustitia, & legalitas exposcit, quum pecunia deteriorata † in materia ipsa vilior sit, & ex nunc quoad mutata minoris vtilitatis. præter id quod periculum imminet, & mox in toto tollatur, vt in d.l. creditor. vel vt mox publico, (vt fit) edicto, aut saltem sensim in valore quoque extrinseco minuatur. Vt igitur in cæteris omnibus non licet † rem vitiosam, vel deteriorem effectam soluere, ita nec pecuniam saltem notabiliter intrinsecus deteriorata, vt cum valor extrinsecus nondum minutus sit, præsertim cùm pecuniæ stet periculo debitoris. Et hæc generalis circumstantia facti, quandoque speciali circ-

magis vrgetur, vt quãdo creditor est alterius ciuitatis, in qua pecunia æroſa, vel extrin- secus deteriorata non recipitur, nec
18 toleratur, & ſic etiam extrinſecus in totum, vel in parte repro batur, licet † in ciuitate, in qua eſt debitor, remaneat adhuc & de facto toleretur in veteri curſu extrinſeco. Idem ſi credi-
19 tor, qui bonam pecuniam numerauit, erat tunc eiuſdem ci- uitatis, ſed aliò migraturus, vbi† pecunia deterior non recipitur, vel minoris permutatur. Nunc con- trariæ partis acies eodem ordine educenda eſt, interiectis obi ter breuitatis cauſa reſpõſionibus, quibuſdam ad prioris par- tis argumenta. Et primò pro ſecunda parte vrgent omnia ferè argumenta, quæ ſupra quæſtio. tertia, contra communem adduximus, & præcipuè quinque priores rationes, videlicet, prima, quòd non materia, vel forma naturalis ipſius corporis
20 monetæ, ſed valor † impoſitius eſt forma, & ſubſtantia mo- netæ, in quantum moneta, quæ etiam non eſt corpus phyſi- cum, ſed artificiale ὑπὸ τέχνου ἀναλόγιμον, inquit Ariſto. Et hic. libro 5. Secunda, tertia & quarta, quòd ſemper eſt & eiuſ- dem poteſtatis, & æquipollentiæ cum alia moneta: quæ om- nia non poſſent ſtare, ſi ex eodem valore, & curſu exigere- tur etiam bonitas materiæ, qualis erat tempore diſpoſitionis. Et quinta ratio, quòd non videtur deduci niſi ſub ratione va-
21 loris impoſititi j: reliqua pariter adaptari poſſunt, non repe- to. Et ita quòd bonitas eſſentialis monetæ † ſit in æſtimatio- ne, ſcilicet, extrinſeca, non autem in materia, ſentit Anton. Butri. in capit. quanto. de iureiurand. & nouiſsimè Hieronym. Burigel. de repet. l. quod te. colum. 10. num. 19. ſi certum peta-
22 tur. idem ſentit Bald. in leg. ſingularia. colum. 4. in 9. ſpeciali. ſi certum petatur: dicens, quod in † pecunia potius attenditur vſus, quam materia. Secundò vrget, quod de iure licet appel- latione auri, vel argenti veniat omne aurum, & argentum, etiam factum, vt vaſa argentea. leg. quæſitum. §. illud. de leg.
23 3. l. cùm aurum. in princip. de auro, & argen. leg. non tamen † veniunt nummi aurei, vel argentei, etiam ex pura mate- ria. d. l. cum aurum. l. Quintus. 2. §. 1. de auro, & argen. lega. Et ſic patet ſpeciale eſſe in pecunia ſignata, vt iam non materia
24 attendatur, ſed tantum † forma, & indicatura impoſita, vt nec habeat locum regula. d §. illud. quod appellatione mate-
25 riæ † veniat materiatum, quod ad ſui materiam reuerti po- teſt.

test. Igitur si in pecunia signata non amplius attenditur materia, sequitur quod si offertur solutio in pecunia proba, & currenti, & quæ tantum valet in valore impositicio, & currenti, quantum in pecunia, quæ currebat tempore contractus, vel dispositionis, quod sufficit, & tenetur creditor recipere, licet pecunia nunc currens sit in materia, & bonitate intrinseca deterior ea, quæ tempore dispositionis currebat. Nec
26 hic controuertitur, quin debitor soluere debeat in ſ. eadem specie monetæ (si ad certam speciem tenetur) non in alia eiusdem valoris, si creditoris interſit, nec species debita sit in vsu iuxta l. Paulus. de solutio. Nec etiam quæritur, an debeat solui secum dum valorem impositicium temporis contractus, vel temporis solutionis, de quo satis in præcedentibus decem quæstionibus: sed solum quando offertur solutio in eadem specie, si certa species monetæ debeatur, vel si tantum quantitas in genere debetur, offertur solutio in qualibet proba moneta, sed non materia tam proba, sicut erat pecunia currens tempore dispositionis: quod non videtur de iure in consideratione per nuper dicta, cùm in monetis, non materia, sed forma, & indicatura publicè imposita, & approbata attendi debeat. Et sic non obstant de iure ciuili adducta pro communi sententia, quia sunt vera, & procedunt in terminis suis, videlicet ad hoc, vt non moneta sit proba, & legiti- *Proba moneta.*
27 ma: debet enim habere bonitatem intrinsecam, tam in qualitate, quam in pondere, ad hoc publicè instituram, præfixã, & requisitam, quæ etiam est de substantia: aliàs non est de re, sed iustè potest probare, & appendere an talis sit. Et sic illa duo, & omnia similia, & indè dependentia argumenta; quantumcũq; vrgere videantur, non probant aliud, nisi quòd moneta debet habere non solùm formam, sed etiam bonitatem materiæ publicæ præfitutam, definitam, & cõpactam, antequam sit proba moneta, & antequam habeat bonitatem extrinsecam, & valorem de publico instituram, quod non est in controuersia. Probant etiam consequenter, quod fraudulenta moneta à falsarijs fabricetur, vel vera moneta tabitur
28 aut alio machinamento à priuatis, vel casu legitima imposita dere defraudetur, quod non habetur pro legitima, quod etiam non est dubium: quia tunc non habet

ad legitimam monetam. Nec de hoc quæritur, sed de longè diuerso casu, videlicet quando publicè, vel per eum, penes quem est potestas, & administratio Reip. statuitur minor modus materiæ (pedem monetarij vocant) in pecunia, quàm esset olim, seruata eadem indicatura, seu valore imposititio. Hæc propriè est nostra quæstio, in qua moneta noua est vera, & legitima moneta, cùm habeat ea, quæ publicè ad hoc requiruntur, nec est inconueniens in se, quòd tantum valeat, quantum valebat antiqua, quæ erat melioris, vel maioris materiæ, ex quo publicè hoc, & generaliter instituitur, & probatur quemadmodum ab initio non fuisset inconueniens, si pecunia fuisset eadem publica auctoritate leuiori materia excusa. Verum est, quod si istud publicum decrementum materiæ
29 sit notabile, quod quanto noua moneta † in bonitate materiæ minuitur, tanto vetus moneta necessario augetur in precio, & bonitate extrinseca: quod non videtur inconueniens, nec ex prarte veterem monetam possidentium, cùm potius excommodetur, nec ex parte creditorum, nec ex parte debitorum, quia nec illorum melior, nec horum deterior conditio efficietur. Probo, quia cæteris paribus paria sunt, & in
30 idem recidunt † certam nouam monetam publicè minore materia eadem indicatura cudi, & consequenter veterem expresse, vel tacitè extrinsecus augeri, vel minui certam monetam in materia non mutari, sed extrinsecus tantum augeri, quod non est inconueniens, si publicè, & permanenter fiat. Patet, quia primo non est inconueniens ex parte eorum, qui pecuniam possident, cum non fiat eis iniuria, sed potius beneficium: eorum enim augetur patrimonium. Secundo, nec ex parte eorum, quibus huiusmodi sic auctæ pecuniæ debetur: quia non accidit eis lucrum, nec decedit, cùm sit verum augmentum: sed seruantur iura eorum in statu valoris antiqui, nec cogent debitores ad soluendum nisi deducto augmento. Tertio, nec consequenter ex parte debitorum: quia soluendo deducent augmentum nec maiori labore, sumptu, vel commutatione opus erit, ad quærendum tantum dictæ monetæ quantum ad soluendum sufficit. Nec noua sunt exempla pecuniæ extrinsecus tantum augendæ, vel eadem indicatura manente, minori, seu vi liori materia publico decreto excudendæ; quo vltimo tanquam necessario in rebus aduersis

Exemplum Rom.

sia Reipub. subsidio. Romani vſi sunt secundo bello Punico
ab Annibale illato, quo tantum non ad internecionem vsq;
deleti sunt; sub initium, vt populus ære alieno libera-
retur, & Respublica maximis, & crebris impensis vtcunque
sufficere posset, publico senatus ac populi decreto. As libra-
lis (quæ erat communis, & vsualis moneta ærea libram, hoc
est, duodecim vncias æris pendens) sextantarius factus est,
ideſt, sextam partem, seu binas vncias redactus, manente ve-
teri indicatura, seu valore extrinseco. As enim nouiter fabri-
catus, licet in materia dextante minor, & leuior priore, ta-
mentanti locabatur æs alienum, & Respub. interim fine ci-
uium iniuria, dextantem siue quinque partes de sex, hoc est
decē nouos esses super quolibet nouo asse lucrata est, vt hinc
publicis impendijs occurreret. Et rursus Annibale arctius vr-
gente, cūm Italia bello flagraret, ærariumq; iam exhaustum
esset, ille nouus as dimidiatus est, & è sextantario vncialis fa-
ctus duodecimam tantùm veteris assis partem pendens, eodē
tamen valore, & sic Respub. iterum super singulis nouissimis
assibus dimidium, respectu sextantarij, & immediati assis,
deuncem autem, respectu veteris, lucrata est, vt ex Plinio
lib. 33. c. 3. Festo, & nouissimè Budæo lib. 5. Assis colligitur
refert, & Volaterra, lib. 30. c. de nummis. Nunc ergo quis di-
cere audeat pecuniam illam vsualem primum dextante, de-
inde deunce diminutam intrinsecus, & deterioratā non fuis-
se in Romana Rep. id temporis legitimam, cum haberet bo-
nitatem, & quantitatem materiæ tunc publico Senatus, &
populi decreto definitam? Quis dubitat creditorem cui cen-
tum asses debebantur ex legitimo contractu, fortè etiam ex
mutuo facto ante illam imminutionem monetæ, coactum
fuisse recipere 200. nouos sextantarios asses, post primam
imminutionem, vel 100. nouissimos vnciarios asses post se-
cundam imminutionem pro veteribus integris, & syngra-
pham tanquam exolutam reddere, vel recautum dare, nec
tamen vllo magno aut considerabili incommodo creditoris
affici, vt testatur Festus, cùm noui, & diminuti asses tantum
valerent quantum veteres? Quis etiam negare audeat eos-
dem debitores iure optimo semel, & perpetuo liberatos fuis-
se, soluendo, vel consignando nouos, vel nouissimos asses
Consequenter liquet tunc nullam rationem habēdā

fecæ tam luculenter imm inuitæ habitam fuiſſe, idque generi-
liter, & iure optimo, non ſolum in ſtipendijs militum, & in co
mercijs, ſed ne in veteribus debitis exoluendis, etiam de fora
tori moneta in veteribus aſsibus mutuata contractis, eaſque
ſolutiones, & liberationes rata fuiſſe, etiam poſt bellum fini-
tum, licet (quod fortius eſt) interim, præſertim ab initio,
ſperaretur imminutionem illam monetarum non diu durata
rã, prout finito ſtatim bello in priſtinum ſtatum rediit, vt ex
Feſto refert Budæ. lib. 5. Aſsis. Bellum autem id ſeptemdecim
annis confectum eſt, vt Liuius, & omnes chronographi, Pau-
lus Oroſi. libr. 4. Sabellic. Ennead. 5. libr. 5. ad finem teſtantur.

Ex his iam non tam argumentis, aut dilemmatis, tanquam
in clara luce ſuperuacuis, ſed ipſa rei euidentia, & experien-
31 tia probatum eſt, ſolam publicam indicaturam, quem va-
lorem extrinſecum vocant, vtranque paginam, ſeu totum fa-
cere in re nummaria, hoc eſt materiam non amplius attendi,
quàm ex publico compacto pro tempore vſus requiratur. Et
ſic ſoluta eſt quæſtio: non enim quærimus de vitijs, ſi quæ fal-
ſariorum dolo, vel caſu quodam emerſerint contra formam
& ſubſtantiam monetæ publicæ definita. Tertio loco proba-
tur etiam de iure canonico idem eſſe, cum diuerſum non re-
periatur in eo ſtatutum per regulam. cap. 1. de oper. nou. nun-
cia. Non obſtat dict. capit. quanto, quia reſponſio in promptu
eſt, quod ibi non fuerat publico decreto conſtitutum aliud
legitimum pondus moneræ: imò manebat antiquum decre-
tum, & definitio legitimi ponderis à Rege, & populo publicè
facta. Sed clanculum ſine legitima, & pragmatica forma, & ir
requiſito populi conſenſu, defraudata fuerat moneta legiti-
mo pondere: & ſic in effectu illegitima, & fraudulenta mone-
ta excuſa erat per auaritiam, & tyrannidem. Principis, prodi-
torumve ſuorum, qui nil aliud agunt, quàm vt ſacroſanctam
Regis maieſtatem, quàm intemeratæ fidei, veritatis, iuſtitiæ,
& tot ſacramentis deiuratę populi charitatis radijs perpetuò
fulgere, & à cunctis ſuſpici, & amari dicebat, omni genere li-
bidinum, ſcelerum, ſcurrilitatum, fraudum. & expilationum
populi deturpatam, infamem, & odibilem reddant. Vnde vt
ibi dicit Innocen. 3. magnum ſcandalum, & detrimentum po-
puli oriebatur: quoniam manebat vetus norma, & definitio
monetæ, à qua populus diſcedere nolebat, & ſic quæ de no-
uo con-

*Adulato-
res regum.*

uo contra id cui debebatur, erat illegitima, & tamen per officiales, seu magis proditores Regis de facto spargebatur in vulgus incautum, & sparsa non poterat nec debebat habere cursum, vtpote illegittima: habentes autem veterem bonam monetam nolebant expendere, metu ne sibi periret, maiorique metu detrectabant nouam recipere, simpliciores autem, & incauti circonueniebantur. Quare Rex Arragoniæ, ad quē illud rescriptum Innoc. 3. dirigebatur, illum abusum non solùm correxit, sed tandem, (vt scribit Petrus Bellega. in Spec. princ. rub. 36. de mutatione monet.) lege lata vna cum proceribus regni, & ciuitatum in pragmatica forma, & per modum contractus à proceribus, & ciuibus acceptata Valentiæ, 18. Cal. Maij. Anno 1265. diffiniuit certam, perpetuam, & immutabilem formam, pondus & puritatem materiæ monetæ Regalium Valentiæ, ita quòd de libra, seu marca argenti definitæ puritatis non possent fieri nisi 68. Regalia argenti. Subdit tamen postea arrosos modulos, ita vt in singulas marcas fierent 72. Regalia bonitate materiæ diminuta contra formam dictæ sanctionis. Non obstat. d. capit. olim causam, quia ibi nō agitur de bonitate intrinseca, sed de quantitate ipsius summæ debitæ, pro qua minor summa in alia specie certis annis citra præscriptionem soluta erat. Patet ex hypothesi, d. capiens, vbi debebantur, & ab antiquo soluti fuerant tres denarij Papienses, pro quibus à triginta sex annis cœperant solui sex denarij Lucenses, videlicet tres Lucenses pro quolibet Papiēsi tunc autem cùm cœptum est hoc fieri, nouem Lucenses circiter æquipollebant summæ debitæ. Sed lapsu temporis, declinatione monetæ Lucensis, quæ ferè dimidio deteriorata fuit in triginta sex annis, accidit quod quinque, vel sex denarij Lucenses non valebant nisi tres Lucenses, ex eis, qui ante triginta sex annos currebant, & tamen debitor, quia ex tunc solitus erat tantum nouem Lucenses soluere, videlicet tres Lucenses pro quolibet Papiensi, nolebat deinceps plus soluere, quo non obstante, quia creditor erat ecclesiastica persona, 32 contra quam non sufficit † præscriptio minor quadragenaria damnatus fuit debitor ad soluendum denarios Papienses, vel eorum æstimationem. Hæc est tota hypothesis d. capit. sic nulla erat mutatio, nec alteratio speciei monetæ debitæ in delicet denariorum papiensium in intrinseca, nec

ca, nec inextrinseca bonitate: sed solùm acciderat mutatio,
& deterioratio tam intrinseca, quàm extrinseca, vt verisimilè
est: vel saltem extrinseca monetæ Lucensis, quæ non erat de-
bita: licet in ea fuisset admissa solutio, primum vsque ad quá-
titatem, & æquipollentiam Papiensium debitorum, deinde per
errorem, non aduertendo ad diminutionem monetæ Lucen-
sis in multo puta dimidio minore summa, dum nō soluerent
maior numerus Lucensium, quàm initio, & tamen sentim ita
deteriorati fuerant, vt tandem minus dimidio valerent. Cum
autem nihil esset præscriptum nec mutatum in summa, & spe
cie monetæ debita, certum erat, & indubitatum, quòd in de-
narijs Lucensibus debeb aestendi valor, & æstimatio, quæ
erat tempore singularum solutionum: ita quod licet olim,
quando tres Lucenses valebant vnū Papiensem, potuerint sol-
ui tres Lucenses pro vno Papiensi, & ita dum solutum fuerit
tamen nunc quando ita deteriorati, & vilificati sunt, vt sex
non valeant communi v su nisi vnum Papiensem non sufficit
soluere tres modo solito Præscriptione nondum firmato; sed
soluendi sunt sex Lucens es pro quolibet Papiensi, & in sum-
ma Papienses ipsi, vel eo rum æstimatio. Quoties enim quæ-
dam species monetæ in solutione, vel pro alia soluitur, tunc
necessario attenditur ipsius, quæ soluitur, monetæ æstima-
tio tempore solutionis existens duntaxat, quo fit adæquatio,
ad summam debitam, & hoc apud omnes indubitatum est,
Hic est clarus, & nudus casus dict. capit. quod Canonistæ suis
commentis obscurarunt, quas tenebras cæteri turmatim aus-
erunt, Andabatarum more, citantes illum text. ad proban-
dum, quod bonitas extrinseca non debeat attendi, sed tan-
tum intrinseca, quæ est tempore contractus: quorum neutrū
ibi probatur, sed potius oppositum. Patet, quia text. solum
expendit æstimationem monetæ, debitæ, & sic valorem ex-
trinsecum. Quod autem non expendat valorem intrinsecum
debitæ monetæ, scilicet denariorum Papiensium, patet du-
pliciter: primo, quia de valore eorum intrinseco nulla men-
tio in toto text. secundum, quia non vult præcise solu denā-
rios Papienses, sed solum, vel eorum æstimationem ad debi-
toris electionem. Ergo non exigitur materia, seu bonitas in-
trinseca, sed solum antiquus valor: & sic ille text. magis facit
pro hac parte. Quantum ad d. c. cum canonicis certè multum

prima

primafacie vr... pro communi ſententia, quia ibi non certa
bat creditor de ex... genda maiori ſumma, ſed ſolum de exigē-
do eandem ſu... mmam in noua meliori moneta: & ſic noua mo
neta erat ſolu... m melior intrinſecus, & tamen dicitur quòd
debitor poteſt deducere valorem intrinſecum ſuperadditum
veteri monetæ, vel quod non tenetur ſoluere de noua melio-
ri, ſed tantum veterem, vel æſtimationem veteris, quod in idē
recidit, ac ſi ſolueret de noua, deducendo augmentum noue.
Ergo caſu conuerſo ſicut debitor poteſt deducere ſuperuen-
tum valorem intrinſecum, ſequitur quòd ſi valor intrinſecus
decreuerit, tenetur ſupplere ad rationem valoris intrinſeci,
qui erat tempore contractus, vel diſpoſitionis: & ſic videtur
ibi caſus in effectu pro communi ſententia, ſed non eſt ita:
imò longè alius eſt intellectus, quàm vulgo Canoniſtæ, & alij
putent: quia ille text. non loquitur quando noua moneta eſt
aucta intrinſecus duntaxat, vel falſo ſupponunt, ſed quando
etiam extrinſecus proportionabiliter ad augmentum intrin-
ſecum, (vt ſemper fieri ſolet) aucta eſt. Probatur primò,
quia vetus moneta non erat abrogata, nec diminuta, ſed ſta-
bat in veteri, & ſolito curſu ſuo, & ſic erat proba, & legitima,
vt prius: alioquin non diceretur in text. quod debitor poteſt
deinceps ſoluere de veteri moneta, vt prius: & tamen pecu-
nia noua erat maioris æſtimationis, & ſic maioris curſus, quā
prima. Patet in fine tex. vbi dicitur, quod ſi debitor ſoluat de
meliori moneta, non tenetur excedere æſtimationem pēſio-
nis antiquæ, ſed poterit deducere quantum æſtimatio nouæ
excedit æſtimationem antiquæ monetæ, vel penſionis in anti-
qua ſoluendæ: ergo moneta noua erat aucta etiam extrinſe-
cus. Probatur ſecundo, quia à communiter accidentibus non
ſolet cudi noua aliquatenus fortior moneta, quin etiā in cur-
ſu eatenus, vel pluris augeatur, quantum de meliori fit ma-
teria. Imò non ſolùm hoc non eſt inſtitutum, ſed nunquam à
mille annis fuit viſum, & eſſet velut prodigum, & ſic dea. non
debet adaptari ad id, quod nunquam, vel rarò accidit, ſed ad
id, quod frequenter. l. ex his. cum l. ſequent. de legib. Probatur
tertiò, quia ſi de facto fuiſſet expenſis Regis, vel Rei pub. ne-
ua melior excuſa, non aucto valore extrinſeco, tunc neceſſario
vel fuiſſet reprobata vetus tanquam illegitima, vel ... quorum
cœpiſſet eſſe minoris æſtimationis, & indicatur ...

neutrum est in d.cap.fin. i mò oppositum: quia vetus moneta
nec reprobata erat, nec in cursu diminuta. Ergo omnino di-
cendum quod noua fuerat in tantum extrinsecus, quantum
intrinsecus aucta: & sic ibi non agitur de deducendo per de-
bitorem simplici augmento intrinseco, si vellet soluere de no
ua meliori moneta, sed de deducendo augmento extrinseco, &
maiori æstimatione. Consequenter ille tex. nihil prorsus fa-
cit pro communi sententia, quicquid aduſque omnes glos.
doct. putauerint, sed superficialiter (more suo) non autem
analyticè ad viuum textus expendentes. Non obstat, quod
ibi creditor non certabat de maiori, sed de eadem summa,
(ibi summa illam,) qui dico, quòd illa verba referuntur
ad numerum nummorum qui erat idem, non autem ad quá-
titatem indè resultantem, quæ erat maior, vt probant verba
finalia ibi (æstimatione pensionis antiquæ,) & totius capit.
phrasis, & ipsa rerum huiusmodi experientia. Et sic, vt om-
nia congruant in mente, & verbis, & sensui communi, neces-
se est intelligere, quòd in d. cap. illa pensio debebatur in cer-
ta specie monetæ, puta in centum grosis, qui tempore pen-
sionis constitutæ habebant 5. puta semissem argenti puri, &
valebant singuli, puta 15. denarios Turonenses: postea illis in
suo statu, & cursu manentibus, noui grosi eiusdem nominis,
& characteris facti sunt, sed de puriori materia, & proportio-
naliter maioris precij, & valoris, puta habentes heptuncem
argenti puri, & singuli valentes 16. denarios Turonenses cum
semiobolo, id est, quarta parte denarij, vel habētes besse argē-
ti puri, & singuli valētes 17. denarios Turonenses cū dimidio:
vel habētes dextantē argēti puri, & singuli valētes viginti de-
narios Turonenses, manētes videlicet libra argenti infecti in
eodem circiter precio: alioquin de facili prætecti monetales
augerent valorem extrinsecum non aucta, vel etiam quan-
doque diminuta bonitate materiæ. Huiusmodi grosi Turo-
ni hodie non sunt in vsu, nec vulgo visuntur, nisi picti, & su-
spensi in intersignijs apothecarum quorūdam mercatorum,
sed ante ducentos annos, temporibus filiorum Philippi Pul-
chri, & sub Philippo Valesia fuerunt frequentes in hoc re-
gno, varijs temperaturis, & indicaturis, vt ex monumentis
monetalium didici. Huiusmodi exempla ex fide historiæ ma-
lui adducere, quam noua fingere: quamquam non referam si

Grossi Turoni.

pensio

pensio debeatur in cottesonis, vel cuiusuis speciei nummis
aureis, vel argenteis, qui postea sub eodem nomine, & cha-
racteremelioris materiæ (prioribus in statu suo relictis, cu-
duntur. Si igitur creditor petat dictam pensionem centum
grossorum, vel aliorum nummorum speciei debitæ, & velit
eundem solitum numerum nummorum sibi solui de nouis,
qui meliores sunt; non autem de veteribus, decidit ille text.
quod non tenetur debitor soluere de nouis, nisi ad æstima-
tionem veterum hoc est, deducto augmento nouorum: sed
potest soluere de veteri moneta non reprobata, vt prius, vel
de noua ad æstimationem pensionis antiquæ. Et valdè pon-
deranda sunt, ea verba (æstimatione pensionis) ob duo, quia
primò clarè ostendunt veram speciem facti, videlicet, quod
moneta noua in eadem summa, vel numero nummorum, seu
corporum dictæ, seu prioris eiusdem speciei, erat maioris
æstimationis, etiam extrinsecæ, & maiorem pecuniæ quanti-
tatem valebat, quàm moneta vetus in pari numero nummo-
rum eiusdem speciei. Secundo, probant sententiam nostram
communem in hac quæst. & præcedentibus, videlicet, quod
debet attendi valor extrinsecus, qui erat tempore dispositi-
35 tionis, & quod si postea stabiliter auctus sit, deduci † debet,
etiam si certa moneta speciem debeatur. Et pariter probat,
idem extrinsecus, quod etiam si certa species monetæ debeatur, &
eius vsus, vel valor extrinsecus, (quod idem est) decreuit, non
36 potest debitor de illa pecunia † soluere, nisi decrementum,
seu veterem æstimationem suppleat. Patet ibi, (vel si non sit
in vsu) quæ conditio non apponitur in fauorem debitoris,
sed creditoris: declarat enim, & qualificat priorem partem
alternatiuæ, iuxta l. 1. de reb. dub. & ostendit id quod dictum
ibi fuit, debitorem posse soluere in priori pecunia, intelligē-
dum esse dummodo pecunia manserit in veteri suo vsu: se-
cus si reprobata sit, eius vsus, seu æstimatio diminuta. Ha-
bes nouum verum, & γνήσιον intellectum dict. c. & vides, quā
ad legum, & canonum intelligentiam necessaria sit historia,
scientia, & experientia earum, de quibus tractant artium.
Quarto, & vltimo loco probatur à circunstantijs, & aptita-
te facti in quo sufficerent luculentissima illa exempla adducta
adducta supra in dilutione locorum iuris ciuilis Primæ par-
tis, sed vt domesticis, & quotidianis exemplis cla-
ra fiat.

aspice vectigalia ex concessionibus fundorum, vel similibus
causis, ante octoginta, vel centum annos constituto, non est
opus alia hypotiposi, res ipsa sese ostendit, quàm sit durum,
& inciuile imo quam perniciosum, vt in vniuersa Repub. &
turbulentum, eos qui vnam, vel duas, decem, vel centum hu-
iusmodi libras debent, non solùm cogi ad soluendum, & cõ-
tinuandum tantam summam reditus, sed etiam ad soluen-
dum in moneta intrinsecus æque bona, sicut ea, quæ code-
batur, & currebat tempore contractus, vel ad æstimationem
intrinsecam veteris promiscuæ monetę, quę fortè tunc erat
ad rationem semissis, vel dodrantis argenti puri, vel regij:
nunc autem vix cuditur ad rationem quadrantis, vel sextan-
tis argenti regij: quo fit, vt si conferatur, vel penes materiã
æstimetur, minus dimidio valeat. Hoc autem per quam inu-
quum esse in fortioribus terminis arguit exemplum illud Ro
manæ Reipub. vbi tum repentina, tum maxima, tum verisi-
militer non diu duraturæ erat intrinsecæ bonitatis diminu-
tio, siue vt presius loquar, approbatio nummi diminuti: tũ
longè maior diminutio, vt potè de asse ad sextantem, & vn-
ciam, hic autem tantùm de asse ad semissem, adhuc non su-
bito, sed sensim obrepsit, nec spes, quod noua hæc emende-
tur, vel reprobetur tanquam minoris materiæ, sed potius,
quod tanquam iustior de inceps minuatur. Si igitur ibi non
licebat petere suppleme ntum veteris bonitatis intrinsecæ,
quanto minus hic? Si non licet in reditibus tam iustis, & fa-
uorabilibus ex perpetua datione fundorum constitutis, quã-
to minus in locationibus pecunia constitutis, aut alio quo-
uis debito siue momentaneo, siue successiuo? Forsan dices
multum referre inter nos, & illos, quia in illo Romano exẽ-
plo intèruenerunt primo iustissime, & ineluctabiles causæ
vtilitatis, & necessitatis Reipublicæ plusquam extremæ, vt-
pote post Trasimenensẽ, deinde Cannensẽ cladẽ. Secundo nõ
solũ Senatus authoritas, sed ẽt totius populi cõsensus. Tertio,
raritas exẽpli, q; mox cessante cã dictæ calamitatis veteri for-
ma monetę restituta defijt, nec vnq; in ea Repub. repetitũ fuit.
Contraria verò hic omnia, vbi non solùm ignorante, & in-
uito populo, sed etiam spreto bonorum consilio, non ob vti-
litates Reipub. sed quorundam libidine, auaritia, & tyranni-
de fieri solet idẽtidem intrinsecæ monetarum bonitatis im-
minutio,

minutio, & quod deterius est, plerunque post occultam, & fraudulentam imminutionem imminet periculum repentinæ abrogationis, tanquam illegitimæ monetæ. Et sic tum ob nō publicam, & authoratam, sed fraudulentam imminutionem, tum ob periculum reprobationis in totum, vel in parte, non videtur minus illegitima moneta, quàm esse pronunciatur. in cap. quanto de iureiuran. quantumuis ex argyrocopio regio, (vt ibi) exierit. Quare non esse mirandum, si hic magis ad materiam, quàm ad speciem fallacem, vel cursum instabilem attendatur. Consequenter non esse iniquum, sed iustum exigi rationem, vel supplementum bonitatis intrinsecę. Sed ad hanc obiectionem respondeo, quod etiam quantumcunque mutatio, vel deterioratio monetæ malum, & iniustū habeat initium, si tamen nihilominus pecunia deteriorata
37 vsu publico comprobetur,† eo ipso satis authorata, & legitima facta cēsetur: & sic eadem est ratio, licet non tam iusta sicut in exemplo Romano, & verè politico. Saluo quod si probabile periculum immineat reprobationis certæ monetæ in
38 totum, vel in parte, tum iustè recusari † potest, tanquam res mox peritura. Non tamen proindè sequitur, quod æstimatio bonitatis intrinsecæ pecuniæ veteris peti possit, sed solum quod potest peti solutio in bona, tuta, & proba moneta, quæ longè differunt. Et sic eodem medio apparet responsio ad circunstantias facti adductas pro parte prima: non enim concludunt nisi si specialis adsit circunstantia propter imminens periculum reprobationis, vel aliud iustum interesse creditoris, de præsenti quibus casibus non loquimur, sed quando creditor tenax, & auidus, cui debitum offertur in pecunia cōmuniter approbata, & expendibili, & de qua non imminet periculum, quin commodè tanti locare possit, si velit, causatur diminutionem bonitatis intrinsecæ, quæ sensim facto, vel conniuentia Principum siue iustè, siue iniustè emersit, hoc demū nō solùm in humanum, sed iniquum nobis videtur, siue ex iustis causis ea diminutio emerserit (quo casu nemo sanè merito dubitat, siue ex iniustis, quia tūc saltem casus est fortuitus respectu debitorum: imò plusquam casus fortuitus, vt pote communis quædam clades Reipub. ab omnibus tanquam eidem naui existentibus ex æquo participanda, & ferenda, non mutuò, ab altero in alterum regerenda, & non effecta

X

frustra mutuo laniatu confici: eadem enim damnatio creditoribus suis, & è contrario imminet. Præterea quum ipsa communis, & stabilis approbatio monetæ currentis, licet intrinsecus deterioratæ faciat eam in commercijs, & omni vsu, ad quem pecunia inuenta est, veteri monetæ æquipollere, hoc sufficere debet, præsertim cum non sit inuenta, vt seruetur, vel confletur, sed vt expendatur. Nec audiendus est desiderans, & exigere volens à debitore pecuniæ vtilitatem à natura, & æstimatione pecuniæ diuersam.

Nulla hoc loco iura cito, quorum etiam vim non singulatim deducere, sed quam pauciſsimi complecti volui in prioribus locis, eo consilio, ne nimia copia legentium ingenia, & iudicium obruerem, sed vt ea maturarem, & velut apertis Musarum ianuis omnia, quæ ad rem faciunt præcipuè circunstantias historiæ, & facti, ex quibus ius, & legalis æquitas oriuntur, l. si ex plagis. §. in clino, ad leg. Aquil. l. bona fides. depos. oculis exponerem, & velut in rem præsentem adducerem. Circa easdem circunstantias facti pro hac secunda parte facit, quòd secundum veteres, & recentiores constitutiones huius regni nulli priuato licet pecuniam regulam non solùm radere, vel quauis arte leuioris bonitatis, aut ponderis reddere, (quod & iure communi prohibitum est leg. quicunque ad leg. Corn. de fal.) sed nec conflare, aut massam redigere. Et si non hic videretur esse in commercio priuatorum tanquam massa, siue respectu materiæ simpliciter, sed solum respectu publicæ indicaturæ, & ad vsum commutandi destinatum. Igitur non cadit in obligatione respectu materiæ, sed respectu indicaturæ, quæ consequenter sola attendi debet. Sed certè etiam si in alijs locis extra regnum sint similes constitutiones, (vt puto) non tamen concludunt dominum pecuniæ non esse dominum materiæ, nec posse esse in commercio respectu materiæ, prout nec sunt promulgatę ad auferendum, vel limitandum priuatis dominium pecuniæ, sed ad coercendas fraudes: quas quidem faciunt omnes ponderosiores, & puriores nummos diligenter conquirendo, & segregando: deinde conflando, & colludendo de parte lucrum inde deteriorem monetam cudentibus, vt quidam à non multis annis deprehensi sunt. Lugduni, & conuicti bonis male partis exuti. Vnde cessante fraude nullum est crimẽ, si quis

forte

fortè medicinæ causa, vel vasculorum conficiendorum, vel inauraturæ pocos nummos conflauerit, & his quomodocunque conflatis, vel fractis remanet dominus materiæ. Et sic hæ constitutiones non concludunt, sed ipsa publica destinatio pecuniæ, & finis principalis, & rationes præcedentes concludũt. Et hanc secundam partem diserte tenet Ioann. Fab. authen. hoc nisi, C. de Solutio. vbi dicit, quòd si Princeps statuit monetam debiliorem currere pro alia, quòd subiecti seruare debent, & quòd satis hoc statuit eo ipso, quod ordinauit nouam monetam cursum habere pro solido, & libra, sicut alia fortior current: & ita tenendum firmat, siue Princeps peccet, siue non, in quo de conscientia (inquit) viderit ipse. Subdit etiam, quod curia Franciæ consueuit statuere, & tenere, quod quando Rex monetam debilitat, recipitur pro forti, sed quando fortificat, habetur respectus ad tempus contractus: quod vltimum intellige, idest, ad cursum, seu valorem impositicium, qui erat tempore contractus: non autem quod possit deduci æstimatio augmenti intrinseci, si fortè duntaxat intrinsecus aucta sit. Hoc enim non vult Ioannes Faber, nec loquitur de pecunia duntaxat intrinsecus fortificata, quod etiam non solet fieri in Francia, nec alibi: sed loquitur de intrinsecus, & extrinsecus aucta, & dicit, quòd non tenetur debitor soluere, nisi ad valorem, scilicet, extrinsecum, qui erat tempore contractus. Et quòd ita intelligat, patet ex his, quæ idem Ioan. Fab tradit, Instit. quibus modis fol. obli. in fi. pri. vbi ita clarè tenet, & sic in hac secunda par te simpliciter re ider.

Ludo. autem oman. consil. 123. & Geminian. consil. 137. in speciali casu cui sdam reditus annui cõstituti inter duos Abbates ex homol gatione Papæ temuerunt, quod potest solui in moneta vsual & currenti tempore solutionis, etiam intrinsecus diminuta, non tenetur debitor supplere bonitatem intrinsecam, q erat tempore dispositionis. Et mouentur particularibus, quibusdam rationibus, videlicet eo, quod ille reditus debea tur ex statuto Papæ, quod vltimæ voluntati æquipollet, in ta Ludo. Rom. putat speciale esse tempus solutionis attendi, terùm communem sententiam sequuntur. Sed nihilominus ommuniter cæteri Doctoriam nominatim in casu dicti redi s, eos reprobant, & per Alber. Bru. tracta. de

aug.concl.vlt.in 11.& 12.ampliatione. Nouissimè verò Hier. Butigel.in Rep.d.l.cum quid.& l.quod te.si cert.pet.tenet solam formam, & æstimationem extrinsecam in monetis attendi, & quod vna potest solui pro alia, nisi aliud actum sit: modo creditor non sit passurus damnum aliter, quàm quod materia sit diuersa. Et in d.l.cum quid.col.9.num. 28. animosius dicit, quod etiam plumbea, vel decorio (modo publicè approbata) solui potest pro quacunque pecunia, etiam in auro, vel argento numerata. Verùm, idem Butigel. sibi parum constat, quia in eadem Rep.d.l.cum quid.col.10.nu.30.tenet cõmunem sententiam, videlicet, quod non sit curandum de variatione valoris extrinseci, & quod mutuum pecuniæ non potest reddi in minori numero, & minori materia, nec repeti in maiori numero, & materia: & licet ibi loquatur, quando certa species monetæ, puta decem aurei debentur, tamen non potest rectè compati cum his, quæ prius dixit. Et pariter in Rep.d.l.quod te.col.10.num.18.multa comminiscitur, quę non sunt veræ, quid dicendum. Quanquam ex prædictis satis colligi possit, secundæ parti contrà communem standum, tamen vt semel ab imis rerum fundamentis excutiamus, & penitissimè discussam veritatem eruamus, velut obryzum septicę purgatum, & exploratum.

Placet expendere, quæ sit ratio intrinsecæ bonitatis pecuniæ, & quænam sit, & esse debeat extrinsecæ bonitatis ad intrinsecam habitudo, & proportio. Hic necessario præmittendi sunt, & declarandi aliquot termini, seu voces artis monetalis: & sunt præcipuè quatuor, scilicet, primo materia, quę consistit in auro, argento, & ære. Secundo, probitas, quæ consistit in publicè definita qualitate, & quantitate dictæ materiæ. Tertio, character. Quarto, indicatura siue æstimatio. Duo priora ad intrinsecam, duo posteriora ad extrinsecam bonitatem spectant, quorum vt iucundior, & clarior fit explicatio, obiter historiam, & circunstantias facti attingamus: primum tantum tres species complectitur aurum, argentum, æs: quoniam hæc tria tantum metalla subintrant. Quanquam n. argento copij in miscendis, & secernendis metallis, in liquefiendis, & probandis monetis plumbum adhibeant, non tamè incorporat, sed partim exhalatur, partim separat. Omnis ergo moneta ex ære, argẽto, vel auro cõstat, & iure ciuili, vt

Termini artis monetalis.

vt clarè innu[illegible]t Vlpia. in l. lege Cornelia. versic. eadem leg. de fal. vbi vetat [illegible]sum, & commercium nummorum stannorum, & plumbeor[illegible]m. Innuit etiam Pompon. in leg. 2. § deinde cum esset de orig. [illegible]ur. vbi meminit de triumuiris monetalibus Romæ quos voc[illegible]t æris, argenti, auriflatores. sic dictos, quod his tribus metallis flando, seu flatu calefaciendo cudût monetam: quemadmod[illegible]m ad eorum instar in hoc regno præfecti monetarum, sed plures numero, & in multis locis huius regni. Sunt enim vig[illegible]inti quinque argento copia, seu officinæ cudendis monetis destinatæ, in viginti quinque ciuitatibus huius regni, literis & notulis alphabeticis distinctæ: Quanquam ex constitutione anni sesquimillesimi quadragesimi in septemdecim tantum locis, (quæ abundè sufficiunt) cudatur. Omnibus tamen & fide, & authoritate præcellit argento copium huius vrbis [illegible], cuius etiam præfecti reliquis præsunt. Habent enim præfecti monetales Parisiorum cognitionem, & iudicium pixidum, hoc est explorandæ probitatis monetarum, quæ in toto regno fabricantur: quod iustum, & necessariùm est, vt in toto regno sit idem cuneus, eadem symmetria, forma, & probitas monetæ, & adulatores arctius compescantur, & minus fallere queant. Itaq; ars facta denarios probare, quæ vt ait Plin. lib. 33. c. 6. tam iucunda fuit olim Romanæ plebi, vt Mario Gratidiano, (qui legem rogauerat de ea schola Romæ fulliend[illegible]a) totas statuas vicatim dicauerit.

Non tamen [illegible]ntelligas, quod si ex singulis his metallis per se libingulæ mon[illegible]etarum species cudantur: nulla etiam cuditur ex puro puro[illegible] auro, nisi fortè essent aurei librales, velut massa, quales [illegible]operatorem Tiberium Secundum munificen[illegible] eisimum exec[illegible]isse, & quinquaginta inter alia munera dono misisse ad Chil[illegible]pericum Francorum regem scribit Sabellic. Ennead. 8. lib. [illegible]. Cæterum nec argentum, nec plumbum, nec æs Cyprium, n[illegible]vllum aliud metallum latius diducitur, malleo, & numeros[illegible]s diuiditur, quam aurum: vt pote (vt inquit Plin. lib. 3. & 3.) cuius vnciæ in septuagenas, & quinquagenas pluresq; bracteas quaternum vtroq; digitorum spargãtur, & sup omnia netur[illegible]ac texitur lanę modo, & sine lana, vt ibi subdit Plin. dicens, t[illegible]nica aurea triumphalis Tarquinii rũ Prisci, fecq; vidisse Agr[illegible]pinã Claudij Principis, ædere eo nauali p[illegible] lij spectaculũ, gl[illegible]dẽ ei, indutã palliamẽto, auro textili sine

Auri libralis.

Aurum te nile.

Auri soli- ditas.

alia materia. Quorum ratio est densitas, & solidi-
tas, quæ in
auro maior est, quàm in cæteris metallis, cuius peculiaris soli-
ditatis, & densitatis plures sunt insignes effectus. Primus,
quod aurum cæteris minus obnoxium est transmutationi,
adeo vt ibi inquit Plin. vt huic vni nihil igne depereat, tanto
etiam in incendijs rogisque durante materia, quæ difficillimè
accenditur, & funditur ab igne: tamen adhibita palea citissi-
mè ardescit, & quo plus vtitur, eo plus purgatur. Præterea se-
cundum eundem Plin. non rubigo vlla, non erugo, nõ aliud ex
ipso, quod consumat bonitatem, minuatve pondus, nec salis,
nec aceti succo attéritur. Secundus, similis effectus, quòd
quàm minimum vsu deteritur aurum, cum argento, ære,
plumbo lineæ nigræ producantur, manusque sordescant de-
cidua materia. Tertius, quòd cæteris, etiam plumbo gra-
uius est: in quo malè scripsit Plin. in loco præallegato, quòd
aurum pondere, & mollitiæ materiæ cedat plumbo: quia ex-
perientia docet contrarium, videlicet aurum præponderare,
licet plumbum mollius, sed rarius, atque adeò fricabilius, &
operi minus idoneum, itaque aurum quo purius, eo dilatabi-
lius, & mollius.

Merum au- rum non est.

Ita vt ex purissimo auro non possint artifices commodè
operari subtilia vasa, quia non ferrent attrectationem, & v-
sum propter mollitiem. Et eadem causa nequeunt commo-
dè cudi nummismata ex mero auro: quanquam non sit dabi-
le prorsus merum purum aurum, vel argentum: inquit enim
Plin. libr. 33. cap. 4. Omni auro inest argentum vario pondere,
alibi decima, alibi nona, alibi octaua parte. In vno tantùm
Galliæ metallo, quod vocant Albicratense, trigesima sexta
portio inuenitur, ideo cæteris præest. Hactenus Plin. Cæte-
rùm de antiquis aurifodinis Galliæ, & Hispaniæ, quæ iam
dudum defecerunt, plura ex Strabone refert Budæ lib. 4. Af-
sis, lib. vero 3. ait, culmen bonitatis auri esse in quarto, & vi-
cesimo ceratio ad quadrantem absoluto, idest, vt quadrans
tantum ceratij in tota massa æreus, aut argenteus sit, idest, vt
nonagesima sexta duntaxat pars totius massæ sit alterius me-
talli: & hoc nisi summa, & rara industria, ita vt ad bonita-
tem numeris omnibus absolutam nihil præter dicti quadran-
tis quadrantem, sine sextadecimam partem vicesimi quarti
ceratij desit, idest, trecentesima octogesima quarta pars to-

tius massæ, n[illegible]alla arte excoqui, aut expurgari posit. Et mox subdit, arg[illegible]entum ita decoqui posse, vt nihil præter merum argentum su[illegible]persit: quod ex diametro cõtrarium est ei, quod eodem loco supra viginti lineas melius scripserat Budæus: id esse auro, & [illegible]argento commune, vt quantumcunque purum, & excoctissim[illegible]um, semper tamen aliquid habeat alieni metalli, quod d[illegible]coqui non possit, quod verum est. Aurum tamen plenius [illegible]excoquitur, & ad maiorem puritatem reduci potest, quàm argentum. Sed vsque adeo excoquitur auripigmento, vt nullus propter nimium damnum tentare audeat. Est enim auripigmentum, vulgo Arsenicum, summè causticum, & secundum Dioscoridem omnia metalla adurit, & deuastat, dempto auro. Refert etiam Plin. libr 33. capit. 4. Caium Caligulam auidissimum auri periculum suo damno fecisse; cùm auri cupidine iussisset excoqui magnum pondus cum auripigmento, & planè fecisse aurum excellens, sed tam parui ponderis, vt detrimentum sentiret, nec postea tentatum à quoquam fuerit. Solent monetales, (vt inquit Brun. tract. de augmen. conclusio. vltim. column. 3.) in auto æs, vel argentum, & sæpius vtrunque simul admiscere certa proportione: ne argentum tantum immiscendo aurum nimis albescat, vel æs tantum admiscendo nimis rubeat. Ideò de eo, quod miscetur aliqui faciunt duas partes argenti, & vnam æris, vt color auri minus alteretur. Illud moneta-

Netargentum.

Auripigmentum.

les Gallicè voc[illegible]

Quod spec[illegible]nt (Allayer.)

tem, ad qua[illegible]t ad secundam vocem, videlicet ad probita-

quàm iucund[illegible]n priusquam descendam, non minus vtile,

si plumbum in[illegible]merit paulum digredi super intellectu, §. sed

enim ille textu[illegible]Idem Pomponius. de rei vendicat. Quamuis

perioribus eiu[illegible]sit in se facilis, & clarus, si sanè simul cum su-

tur: veterum ta[illegible]sdem authoris responsis conferendo expenda-

que metallicæ,[illegible]gen glossula, & Docto, non tam historiæ rei

& obscurus effe[illegible]quàm legalis æquitatis imperitia salebrosus,

lucẽ attulerint,[illegible]us est, tantumque abest, vt aduque secuti

tissimam offend[illegible]t magis impegerint. Ex eo autem omnes po-

te negare videru[illegible]ntur, quòd illi textus experientiæ repugnan-

tem Accur. Inc[illegible]æs, & aurum missa separari posse. Glo. ad-

pediunt, videlic[illegible]ut. Alb. & veteres sese breui subauditione ex-

[illegible] subaudito verbo (facile) ei in Primo respõ-

Intellectus nouus § sed si plãè bum.

Errorum dissolutio.

so, vbi tex. ait deduci posse, quàm in secundo vbi text. negat
deduci posse. Intelligunt enim de facili, quæ sua audientio, vt cõ
mentitia, ita perquam frigida est: non solùm enim non con-
gruit menti, & scopo legis, vt mox ostendam, sed nec experi-
tiæ, nec rei metallicæ, vt notum est: & multò minus alijs tex-
re. diui. § cùm ex aliena, vbi pro explorato habetur vasa con-
flata auro, vel argento, vel ære ad rudem massam auri, vel ar-
genti, vel æris reuerti posse, & sic æquè diduci. Bar. autem cum
sequentibus differentiam iuris, & decisionis statuit in secũdo
responso, & intelligit mistum communicari, & pro parte quo
ta indiuisa sicut res cummunis vendicari posse: consequenter
locum esse communi diuidundo actioni, quod non solùm est
textum obscurare, (quod fecerant veteres,) sed prorsus con-
trarium, & oppositum sensum inuehere. Nuper autem Petrus
Auellanus censuit expungendam negatiuam, & sic omnia fo-
re planissima: sed certè expũcta negatiua maior, quàm antea
insurgit textus salebrositas, tum primo ob naturam aduersa-
tiuæ, sed quæ hic inuerteretur: non enim aduersaretur versicu
lo immediatè præcedenti, sed eundem casum continuaret.
Tum secundo ob responsum textus decidentis pro parte esse
vendicandum: quod prima facie non quadrat, nisi quando fa-
cta est communio. leg. Marcellus. §. fin. eod. titu. quam commu
nionem idem textus satis aperte negabit sublata negatiua.
Auellanus autem vtrunque præsentiens incommodum, vt pri
mum diluat, dicit Vlpianum in versiculo referre verba Pom-
po: cuius authoritate sententiam suam confirmat, & sic tacitè
innuit, q̃ dicta, (sed) non merito aduersetur hic, cùm sit conti-
nuatiua, & recitatiua. Sed certè si eundem casum recitet,
puta sublata negatiua, non erit aliud quàm παρανοησία, & su-
pernaceneus sermo. Secundum vero apertè dissimulans, sed
occultè præueniendo inuertit, dum initio text. ipsum ita sibi
formar, & nouis ex compositio punctis intersecat, vt commen
to suo, (quod mox assuit) congruat, sed indè maior veteris
tum lectionis, tum sensus legis mutatio insurgit.

Nouissimè verò Alcia. in l. 2. § mutui dato. si cer. petatur, &
parergon libr. septimo, cap. 4. obiter hunc tex. attingens putat
(subdubius tamen) veteribus facilè parari potuisse argen-
tum ab auro, sicut æs ab argento: aurum verò ab ære non itẽ

si ta-

uit) vera eſt Pompo. ſententia in hoc textu. Sed
ficies, qui vi chryſulcæ acquæ id faciant, vt Me-
ijs, & in hac Lutetia: Verùm Alcia. hic non im-
ed facti, ſiue artis monetalis, & metallicæ labi-
per aquam chryſulcam ſeparari ſolet, nec po-
s ab auro, vel contra, ſed per ignem. Nec eſt
ed ar tiquiſsimum, tam aurum ab ære, quam à quo-
neta lo, vel materia per ignem ſeparare. Quoties
ſes ve tuſtiſsimus author meminit puriſsimi tum au-
rgen & conflaturæ vaſorum, & ornamentorum
culi opera artificis, vt Exod. cap. 38. & per totum?
feſta ſit vnitas Plin. qui inuentionem auri, & conflа-
ert ad Cadmū Phœnicem, & alios obſcuriores, & fa-
authores, quū duobus millibus annorum ante Plin.
are fuiſſe conſtet ex Moſe. Quinetiam multis ante ſe-
mpore Abrahæ, vt Geneſ. 24 vbi fit mentio copiæ au-
rgenti, vaſorumq; id genus. Et pulchrè oſtendit Iere-
dum obſtinationem impiam principum, & populi ad-
verbum Dei carpens alludit ad conflaturam, dicens
6 ân fi. Omnes iſti Principes declinationum, ambulan-
audulenter, vt æs ferrum vniuerſi corrupti ſunt: deficit
latorium, in igne conſumptum eſt plumbum: fruſtra cō-
t conflator, &c. Et ante eum regius Pſaltes Pſal. 12. verſ.

loquia (inquit) domini puriſsima, velut argentum in-
purgatum, & ſepties liquatū. Et Malachias
s de officio CHRISTI, quod ſit purgator, & *Chriſtus verus purgator.*
inquit) quaſi ignis conflans, & quaſi herba
ebit conflans, & emundans argentum, & pur-
& colabit eos quaſi aurum, & quaſi argen-
l. cap. 24. alludit ad liquefactionem, & detra-
rubiginis per ignem. Et alias in ſacra pagi-
erbio. cap. 17. Idq; omnium temporum hi-
m clarè oſtendunt, vt ſuperuacuum ſit alios

Equam de his iudicium facerem, & ſcribe-
præfectorum monetalium huius vrbis, an-
quin cauſis ſuis opera mea, & conſilio vtū-
idici, & partim experiri vidi non ſolum ar-
vel ære, vel aurum à argento, ſed etiā ab

ære,

Metalla separantur.

ære, quinetiam quatuor hæc metalla, vel alia simul mista separari posse, & quotidiè separari, non tamen æquali lance: quoniam fortiora metalla minus, debiliora vero magis in hoc consumuntur: vnde maximè omnium plumbum (potest teritur. Vnde si sint multæ massæ, ex his quatuor metallis cõflatæ (non enim ob modicum pondus accendi solet) conflatorium ob nimias impensas, primo separabuntur, & liquefacta per canales colabuntur æs, & plumbum simul mista, manente, & residente adhuc in igne auro, & argento simul misto, & interim maior pars æris, & plumbi; multo vero maxima plumbi exhalatur, & absumitur: residuo vero æris, & plumbi, (quod reseruari, & colari potuit) igni rursus iecto separatur, quod colari potest plumbi, quod citius liquefit, & fluere potest æs autem expurgato, partim colato, partim absumpto plumbo statim ab igne extrahitur, non sine magno interrimento, plumbi vero longè plus absumitur. Aurum vero, & argentum mista, & reliquis metallis, vt supra, purgata, rursus alio ingenio ab inuicem separantur, deinde si opus sit ad summam puritatem separatim exuffiantur, (vt eorum terminis vtar) siue reducuntur, quod nolo specialius prosequi nec immorari, nisi quatenus ad plenum, & absolutum huius §. intellectum opus est, quem vt habeas, ante omnia (quod semper peculiariter obseruare soleo) tota ipsa lex siue omnes eius partes eiusdem materiæ simul exactè inspiciendæ, & expendendæ sunt, iuxta l. uncuile: de legibus. Hic autem quatuor occurrunt continui, §. eiusdem authoris, scilicet Vlpian. incipiendo à §. Pomponius scribit vsque ad finem huius §. Enimuero, quo quidem casu est velut idonea quædam parenthesis à compilatoribus ff. interiecta, quæ continuitatem dictorum Vlpiani nullo modo soluit nec interrumpit. Totus autem, & perpetuus sermo hic est de rebus diuersorum dominorum confusis, & vel commixtis: quæ voces licet aliàs differant, tamen in toto hoc textu promiscuè pro eodem accipiuntur. In duobus autem primis §. §. videlicet vsque ad §. idem scribit loquitur Vlpianus de commistione rerum eiusdem naturæ. In duobus autem vltimis §. §. loquitur de commistione rerum, quæ sunt diuersæ naturæ, vel speciei

Vtque

matim hæc ἀκριβῶς expediam, summa est, quòd Summa.
psa mistione non fiunt communia, nisi vno ſo-
cet, quando vtriusque misti substantia manet:
io prorsus, & naturaliter impossibilis est: tunc
mistio, etiam citra voluntatem dominorum
nō absolutam inducit, vt in §. Pomponius scribit,
tum Titij, & argentum Caij mista sint: quia
gea, & substantia vnius substantiam alterius
& penetrat, cum vtrumque sit eadem substantia, &
lis separatio etiam naturaliter: enim scindēdo, siue
ndo, fieri non potest, quin in qualibet particula,
sit de argento tam quod fuit vnius, quàm alterius
& sic necessario massa communis est. Secus si ambo
e quidem homogenea (vt duorū frumenta, de præ-
to eiusdem substantiæ) tamen priora corpora nat-
r integra, & in priori forma, & numero maneant. nec
enetret substantiam alterius, vt naturaliter quidam
i possint, non autem facilè, vel commodè, quatenus
t ad commoditatem, & vsum hominum, vt in frumen-
tis liquet. Hæc enim separandi difficultas, vel incom-
as necessario non infert veram communicationem, cū
a corpora per se naturaliter maneant, ideo non fit cō-
o sola confusione, d. §. idem Pompon. quem nunc voco.
non est ho-
nthelin ex
manent, &
bilia, sint h
n. Quando
atura, vel
rumpitur, &
tur. §. idem
tem mala fide
t prior substa
bstante etiam
materiæ, non so
ed etiam si non
trit idem, quod d
tra materia man
speciem transi
separata, nisi propter dictam accidentalē
gulo. Idem multo magis, si mista, quæ inte-
in priori forma, & numero naturaliterq; se-
erogenea, vt frumentum, & siligo, vel hor-
gitur miscentur heterogenea, siue res diuer-
peciei, aut non manet prior substantia, sed
transit in generationem tertiæ speciei, & lo-
cribit, vt cedat bona fide specificanti, non
leg. de eo. §. si quis ad exhib. Aut vero ma-
ria, & loquitur. §. sed si plumbum. vt non
onfusione quisque remaneat dominus suæ
um si separabilis sit, vt in primo responso,
separabilis, vt in secundo responso. Nec
nullo superiori. §. dictum est, quia ibi neu-
, sed vtraque in nouam substantiam, &
d hic vtraque licet confusa manet, & tam
naturaliter,

haturaliter, quam substantialiter, licet non tangibiliter aut visibiliter distincta est: ideo non mutatur dominium. Hic est verus, & literalis sensus.

Sed triplicis ordinis contraria mirabiliter obstare videntur. Primi ordinis extra hunc textum. Secundi, & tertij est haec eadem litera. Contraria primi ordinis sunt l. adeo §. sed etsi sine voluntate. de acquir. rer. do. §. si duorum. in fin. Instit. de rerum diuisione, leg. arbor in principio. communi dividendo, leg. pro regione. de acquiren. rer. domin. Sed quam frigida sint, nec quadrare possint, quæcunque glossæ & Doctores omnes hactenus pro conciliatione horum iurium comminiscuntur, nolo tamen nunc tantam κεφαλὴν super hac κεφαλὴν ingredi: multorum enim iurium nouam explicationem complectitur, & satis est hic, in his, quæ rem monetalem aut metallicam concernunt, digredi. Quare conciliationem nostram, in regestis meis tam minutis literulis, & notulis scriptam, vt nullius quantumuis Lyncei amanuensis (quod iam in quibusdam passus sum) fretum timeam, in nouis intellectibus reseruo, libenterque experiar, si quisquam alius interim inuentum nostrum præripere, & præuenire queat, priusquam mihi fit ocium primas centurias edendi. Nunc igitur dissoluere sufficiat, quæ ex eadem litera emergunt, incipiendo à facilliori, ibi (pro parte esse vendicandum) hoc enim multis omnium præsupponere videtur rem communem effectam, vt supra § primo Pomponius scribit, sed non est ita; quia intelligendum est pro parte, id est, pro rata ponderis, seu materiæ, prout textus in simili, Instit. de rerum diuisione. §. quod si frumentum. in fine. dicit frumentum vnius cum frumento alterius mistum non ob id esse communicatum, sed pro modo vendicandum, id est pro parte, seu rata quantitatis, habita etiam ratione bonitatis, vt in d. § Pompon. scribit, in fin. cum. l. seq. Non ergo refertur ad partem quoram massæ, seu materiæ, cum non sit communis, sed ad partem continentem, seu spectantem ad actorem, videlicet ad totam materiam suam, quæ ante confusionem erat corpus separatum. Restat vltimum, & adusque indissolubile contrarium, quod textus contra experientiam negat ex, & aurum mista separari posse. Ego dico facilimum, si quis ad materiam subiectam, scopum, & praxim legum respiciat, quæ non sunt factæ, vt sint

cæ ſpeculationes, ſed vt ſint æquabiles cauſa-
vſibus, & commodis hominum accommodæ.
ò d Vlpian. hic non loquitur de diuiſione, vel Solutio.
yſicaliter aut merè naturaliter, ſed ciuiliter,
t vſibus, & commodis hominum in praxi cò-
muis quælibet domuncula, imò omne cor-
nctum ſit naturaliter diuiſibile in ſemper di-
libris Phyſicorum: tamen ciuiliter quo ad iu-
ni diuidundo, de quo in hac lege. nulla res di-
vel ſeparabilis, niſi hoc commodè fieri poſ-
§. eadem. Inſtitut. de offic. iudic. l. 2. fin. regun.
iunt. C. communi diuidundo. Licet aut ex not. ſu-
, vel ante quater mille annos in vſu fuiſſe artem
vel ſeparandi quælibet metalla, non tamen id ſem-
odè fieri poteſt. Ad quod reſpiciens Vlpian. dum
reſponſo huius. § loquitur de metallis ſeparabilibus
mplum in plumbo, & argento miſtis. Argentum
iginaliter cum plumbo generatur, & eruitur ab ar-
linis, nec ibi inuenitur argentum, niſi cum plumbo
: erutum autem, & pluries ad terram excutiendam lo-
contritum, tandem igne ſuppoſito commodè ſepara-
mbum ab argento. Vnde ſi rurſus ſiue caſu, ſiue con-
iſta ſint, æquè commodè ſeparantur: quod tamen non
cipiendum, vt ſtatim dicam.

licet originaliter ſemper habeat aliquid ar-
, vt per Plinium libr. 33. capit. 4. tamen ni-
ne cum ære, & ad miſtum æri nó minus imò
aratur, quàm ab argento. Sed vt argentum
es perit, & vi ignis abſumitur, & ſic non po-
inem diuiſionis, de qua in iudicio communi
iunt tamen aurifices, & monetales genus
i ex lateribus contuſis, & medicatis cum
m incluſum, & viginti quatuor horis igni
ni ære penitiſsimè purgatur, nec non ab ar-
allo, quæ non pereunt, ſed inueniuntur im-
Vnde extrahuntur, & ſeparantur, modico
ntetrimento, ſed tanto ſumptu, vt magis
liter, puta per aquam chryſulcam, vel per
um amiſſo ære purgari, quam æs conſerua-

re tanto

re tanto sumptu in triplo, vel quadruplo excedente estima-
Vlpianus. tionem æris. Rectè igitur negat hic Vlpianus, diuidi posse
massam ex auro, & ære consistentem, cùm si hoc æs absumatur,
non fit diuisio, sed peremptio: sine æs reseruetur, non com-
modè, sed damnosa fit diuisio. Sic in forticoribus terminis
agrum, qui commodè diuidi nequit, planè negauit idem
Vlpianus diuidi posse in leg. ad officium. C. communi diui-
dun. Non magis enim ea l. Alexandro Seuero, vt auctori at-
tribuenda est, quàm Vlpian. vt dictanti, vel consulenti, quum
Alexandro semper fuerit à consilijs, & scriniorum magister,
quem nunc Cancellarium vocant, & præsertim in legibus con-
dendis præfuerit. Quod autem dixi argentum, & plumbum
separari posse, id non pro regula accipiendum est, quasi sem-
per commodè fieri possit, sed pro exemplo, quod sufficit cer-
to casu verum esse: quod plumbum est in magna quantita-
te, modicum verò argenti, vel argentum stanno, vel alia vi-
liore materia dilutum est, nec tam patiens ignis, vt sic par-
uo sumptu possit fieri separatio, modicoque interrimento
materiæ. Secus si multum inesset argenti, vel si aliàs esset pu-
rum, vt maiori incendio opus esset, quo plumbum pro maio-
ri parte absumeretur. Et sic nulla est difficultas in hoc text.
non enim ignorabat Vlpianus, æs ab auro naturaliter dedu-
ci posse, sicut ab argento. l. locus. in fin. de acquir rer. dom.
sed hic non ad naturalem, sed ad vtilem, & vsibus hominum
accommodam separationem respexit. Erat enim præ cæte-
ris πολυιδρις κατα πολιτικα, omniumque, & politicarum, & œco-
nomicarum etiam minutissimarum rerum, & scientia, & vsu
ealentissimus, vt passim in toto iure leges eius ostendunt, vt
in l. si quis vinum de triti. vino, vel oleo lega. vbi omnia pro-
pè infinita genera vini, etiam peregrini, & exotici se nouitie
ostendit. Et in l. vestis. in l. argumento. de auro, & argento le-
ga omnium vestium, & ornamentorum etiam muliebrium,
etiam peregrinorum. & in leg. quæsitum, de instruct. & in-
strument. lega. omnium rusticorum, & domesticorum instru-
mentorũ. Et in leg. qui pœnum. de pœnu lega. totius rei pe-
nuariæ. & in l. cum aurum. de auro, & argento lega. omnium
specierum auri, vel argenti facti, vel infecti & in leg. sed ad-
des. loca. omnium instrumentorum coloni. Et in l. prima. de
censib. prouinciarum, & in libr. 1. ff. in omnibus fere rubricis,

magistra-

vbi, & potiores, vberiores leges sunt Vlpian.
m esset dubitare, quin sciuerit æs ab auro ar-
iduci posse: sed iure consulti more ad id, quod
potest, respexit: prout, & dicta leg. officium.
uidun.

udo verissimam esse, & inconcussè retinendam
curam, & punctionem huius §. ab omnibus glo.
eptam; quam etiam plurimis vetustissimis exē-
exactissimè manuscriptis diligenter à me tam
n amicorum scrinijs, quàm in publicis biblio-
ui fitis, & excusis conformem inueni. Quare co-
suo sensu indidit Holander post verbum (ne-
rit dicendum) reijcendum censeo, similiter, &
n, qua sequentia verba videlicet (quod in mulso
) ineptè, & sine ratione inclusit, reijciendam, &
a sine aliqua interpunctione legendum (nequa-
t dicendum, quod de mulso dictum est) prout habēt
bris, & veteres, & noui. Et multo magis explodēn-
od Auellanus censuit, dictam negatiuam expungen-
rrum pendo communem, veram, & ab omnibus re-
literam. Frustra vero vnius vetusti, & ignoti exem-
idem cētat, cùm vnius etiam viuæ, vel notæ voci cre-
non sit l. iurisiurand. C. de reb. cred. quanto minus mor

Defensio literæ communis.

Et multo minus contra omnium, & veterum,
em vniformem, & notoriam, quinetiā totius
expunctioni reclamat. Anto. quoque Augu-
dictas Florentinas excusit, & diligenter in
io. notauit loca, in quibus in vulgatis no-
, vel abundat negatiua, tamen super hoc te-
. Et pariter reijcienda est noua interpunctio,
tus est Auell. qui hæc verba (pro parte esse vē-
quam erit dicendum:) eodem spiritu, & sen-
, subiecto commate siue hypostigmate post
m. hinc enim sequeretur multo maior euer-
s, & communis quàm per dispunctionem
patet quia illa negatiua respicit factum, &
at: sed hæc punctuatio respicitus, & deci-
reddit sensum prorsus oppositum quia se-
nem punctuationem, secundum quam post

verbum

verbum (vendicandum) punctus est perfectus, sensus est vendicandum esse pro parte: sed pro Auellan. inuerit, sensus est diametraliter oppositus. Omitto, quod tunc clausula sequens, videlicet, (quod de mulso dictum est) si per se absolutè staret (vt vult Auellan.) oratio hiulca esset, & imperfecta: & sic textus non esset planus, prout secundum communem literam, & punctuationem optima, & vsibus hominum accommodata ratione fundatus, planissimus, & in quam nouiter ex ipsius rerum experimentis eruimus. Vnde magis ac magis palam fit, quam sit necessaria iurecon- sulto cæterarum artium, & rerum notitia, de quibus leges interpretandæ loquuntur.

Succedit secunda lex monetalis scilicet probitas, in qua versatur tota συμμετρία, & ratio, seu definitio bonitatis, & legalitatis monetæ. Cum enim aurum, & argentum non possit essentialiter haberi: prorsus purum, & putum, vt diximus, nec adhuc ponatur in monetis ita purum, vt communiter fieri, & excoqui potest, sed aliud ex industria partim ad tutiorem fabricationem monetæ, partim ad lucrum cudentis admisceatur: & tamen omnis moneta legitima debet habere certam publicè definitam, & permanentem bonitatem intrinsecam, certumque pondus, seu quantitatem materiæ, ad dictæ bonitatis definitionem temperatæ, (vtrunque enim exigitur, ad hoc vt indicatura siue valor currens certus sit, & perpetuus prout esse debet) necesse est tum certum gradum puritatis materiæ cuiusque monetæ, tum dictæ materiæ certum pondus, vel quantitatem publicè definiri, quem minuere, & excedere non liceat: alioquin non sit proba, & legitima moneta. Igitur bonitas intrinseca monetæ, & eius temperatura, seu proportionis definitio circa duo versatur, & duas partes habet, videlicet qualitatem, & quantitatem: quibus termis præcipuè, & aptissime vtuntur monetales. Prima pars, scilicet qualitas, spectat † ad bonitatem essentialem, & intensam materiæ, quam monetales aptè interiorem vocant, & est text. in l. 2. C. de ponderato lib. decimo. vbi nomine qualitatis intelligit hanc essentialem, & interiorem bonitatem, quam monetales peculiari διαλίκτω vocant (*Alloy*) verbo Gallico aptissimo. Secunda pars, scilicet, quantitas spectat ad bonitatem quantitatiuam seu extensam ponderis, quam

Duo substantialia monetæ.

Qualitas.

monetales

rem, ideſt, apertam, & patentem bonita-
ique tamen eſt bonitas ipſius materiæ natu-
a, & vtramque certis iuſtis perpetuis, & prę-
publicè definitam eſſe oportet, vt ſit iuſta,
neta, certam perpetuam, & vniformem ha-
nem, ſtabilemque, & commodum functionis
ecundæ bonitatis proportionem, quæ per ſe
iole ſe prodit, monetales non alio, quàm pon-
vocant.

ec ſciendum eſt, quod vt bonitas intrinſeca
ſi licet quantitatis, diuiditur exterius naturæ
er ſos numeros ponderum, vt mox obiter di-
bonitas intrinſeca interior, ſcilicet qualitatis,
non naturaliter, ſed interius, & intangibili-
ſos gradus, qui tactu immediatè non percipiun-
magis intellectu, ſiue iudicia ſenſus communis.
utem graduum diuerſa eſt habitudo, & ſummi-
turum, & argentum. Summitas enim huius bo-
i auro eſt ad viginti quatuor gradus, quæ ceratia,
aracta, peculiari, & apta διαλέκτῳ vocant: Et ſic
m bonitatis auri habitudo dupla eſt ad argentum,
duodecim tantum gradus numerantur, quos mone-
eculiari ſermone. Denarios vocant: cuius differentiæ

lum maior preciositas auri, quod tanto mi-
, & parcius tractatur, ſed etiam natura, &
tum quod latius diducitur, & in numeroſio-
itur: tum quod purius excoquitur, & purius
ca macula repurgatur, quam argentum. Et
a, & habitudo, quam non leui, ſed graui ſo-
m meriti ſunt veteres ἀργυρόκοποι, diligenter
non ſolùm ratione, vetuſtatis, & conſue-
cate, ſed etiam ne termini, quos ſingulæ
habere debent, confundantur. Summa igi-
ima bonitas, & vt ſpecialius, & preſsius di-
probitas auri, ſeu culmen, & ἀκμὴ eſt in 24. Caraſſen.
enim in his placet vulgatum vocabulũ cara-
oc natũ, & inuentum, quam Græcũ κεράτιον,
à granis ſiliquarũ, quas Itali Carobas vo-
are noſtrũ à Græco, & Italico non abludat.

Y Græco

Græco tamen magis accedit, & ab eo deriuatum videtur. Abſolutiſsima vero probitas, & culmen argenti, eſt in duodecim denarijs. Rurſus ſingula caracta auri puri, & pariter ſingulos argenti puri denarios in quatuor in vigintì grana partiuntur. Et rurſus ſingula grana ſubdiuidunt in 24. partes, quas vulgò vocant *charobas*, & has rurſus per 24. minutiſsima ſecant non curo referre: quia vt nimis prolixum, ita minimè neceſſarium. Monetales etiam vulgo non ſolent vti his minutijs partium caractis auri, ſed ſimplicibus nominibus quotæ, puta quarta, vel octaua, aut alia quota parte caracti.

Auri ad argentum proportio. Circiter duodecupla.

Extrinſecæ vero æſtimationis auri ad argẽtum proportio olim varia fuiſſe legitur, hodie tamen ferè vbique circiter duodecupla habetur, paulò tamen minor, vt tradit Budæ. lib. 3. Aſsis. Idem ferè refert gloſſa pragma. tit. de anna. in verbo. aureorum Alci. in l. cum quid in fi. ſi cert. pet. Valet ergo libra auri paulo minus 12. libras argenti, & iam multis annis hæc proportio perſeuerat in hoc regno: ita vt aucta, vel minuta æſtimatione auri, eadem circiter proportione augeatur, vel minuatur æſtimatio argenti. Vt enim anno 1508. vncia auri 16. Francis, & quadrante. vncia vero argenti 37. ſolidis, & ſemiſſe Turonenſibus edicto regio taxabatur, & conſequenter marca auri centum triginta, marca argenti vndecim libris Turonenſibus: ita hodie cum moneta intrinſecus imminuta creuerit, auri vel argenti facti, vel infecti, ſed non ſignati æſtimatio noua ſuper hoc edita conſtitutione anno 1540. menſe Martio, taxata eſt marca auri 165. libris, ſeptem ſolidis, & denarijs Turonenſibus marca vero argenti regij 14. libris Turonenſib. & ſic manet eadem circiter proportio paulò minor duodecupla, etiam ad argentum regium viceſima ſui parte dilutum. Sed ad merum purumque argentum adhuc paulò minor eſſet auri proportio: quia ſi argentum regium valet 14. libras, argentum purum valeat ad minus 14. cum dimidia. Sed nunquam in authoribus legi minorem decupla proportionem auri ad argẽtum: quæ proportio olim fuit in vſu, vt ex comœdia Menandri, quæ ſponſio dicitur, teſtatur Pollux lib. 9. de vocabulis ad commodum. Quidam in hoc parũ cautè citant, quod Liui. lib. 8. quartæ Decad. ſcribit in conditionibus pacis Aetolis conceſſum fuiſſe, vt ſi pro argento, quod certis penſionibus ſoluere Romanis debebant, aurum

Decupla.

dare

liceret, dum pro argenteis 10. aureus vnus
ion loquitur ibi de certa auri, vel argenti
ummis argenteis, & aureis illius temporis,
tionobis incerta est, cùm eorum multa essent
æ. Porti. & Alciat. testantur, & latius Rober.
ir. & ponder. tomo. 7. vt non solùm crebro la-
nnunquam sibi ipsi contradicant, qui incerta,
c certo definire tentant, vt vsuenit Alcia. qui
. cap. 9. vbi sestertium duas olim libras argen-
m valens definit nostram monetam libris cen-
minus valeret: sed postea in Annot. ad Cornel.
valere circiter 25. coronatos: & sic plus dimidio
:oditus autem scripsit aurum τριακοσιαπλάσιον ad
, id est, tridecuplum, siue ter, & decies superua- *Tridecupla.*
nto. Ex eo autem, quod Plin. lib. 33. cap. 3. scripsit, *Quindecupla.*
pulum auri valeret sestertijs viccnis, tempore quo
Romæ nummus aureus post annum 62. quam ar-
pesc ussus fuit, scitè colligit Budæ lib. 3. Asis, eam
e auri ad argentum proportionem, quæ quindecim
1. Quæ analogia auri ad argentum non inuenitur in
bus maior nec multum recedit ab ea, quæ fuit tem-
lexan. Seuer. & successorum, tribus ad minus seculis
Iustiniã. Magnum, & quæ habetur, & cõprobatur in
i, videlicet in l. quotiescunq; est prefati Aure
de suscep & Arch. lib. 10. iuncta l. iubemus. C.
lib. 11. quæ est Constanti. & l. vnica quæ est *Legalis.*
C. de colla. æris, lib. 11. Ex quibus euidenter
. ad æs centuplũ fuisse hoc est libram vnã ar-
bras æris valuisse, dextantem autẽ vnciæ au-
m argenti: & sic libra auri valebat 14. argenti
imidiam, videlicet duas partes ex quinq; par-
totam libra argenti. Et sic diminutè colligit
ndatio. lib. 2. c. 8. libra auri tunc æstimata ar-
uordecim sescuncia sicilico, quia imo vale-
vncias, cũ 4. quintis partibus vnciæ. Patet,
solidis aureis æstimabatur: & sic erant sex-
ote quorum sex conficerent vnciam, & duo-
72. solidi libra Romanam Igitur 70. soli au-
æquatè quatuordecim libras argenti, cũ 5.

solici valerent libram argenti. dict. leg. nobis, duo vero restantes solidi valebant libram argenti, dempta quinta parte selibræ tantũ. Sed ex regestis monetalibus apparet olim quãdoq; in hoc regno adeo raritate argenti euiluisse aurũ, vt nõ valeret nisi 8. marcas argenti: quandoque adeo rarum factum, vt valeret 16. libras argenti: quæ extrema mutatio non solet accidere, nisi quando Principes cauponationem rei monetalis abutuntur ad quæstum, vt olim sæpius factitatum constat.

Octupla. Sexdecupla.

Et quia de libra ponderali, quæ multiplex est, incidit sermo, simul, vt de ratione ponderum, quatenus ad rem facit videlicet ad secundã partem bonitatis intrinsecæ, (quæ est quãtitas) breuiter differamus, notandũ triplicem esse librã. Prima Romana, & Græca, quæ 12. vnciarũ est, sicut as in iure nostro. Vncia vero habet 8. drachmas, seu grossos. Drachma, vel grossus habet tria scrupula, seu tres denarios. Scrupulum autem, vel denarius duos habet obulos: & sic libra siue as vel pondo, habet 12. vncias, seu 96. drachmas, vel grossos, seu 384. scrupula, vel denarios, seu 768. obulos. Hanc librã prio-

Libra Romana, & Græca.

re loco dixit Romanam, quia vox Romana est, sed postea, & libram, & vnciam simul cum infinitis alijs vocibus Romanis Græci vna cum imperio Romano à tempore Constantini Magni acceperunt: λίτρα enim idest libra, & οὐγγία idest vncia, verba Romana sunt: quemadmodũ infinita alia iuris nostri ciuilis vocabula, quæ commemorare non liber vna cum iure nostro ciuili receperunt Græci, maluerunt; ea facilioris, & doctrinæ, & commercij causa in linguam suam paucis literis corruptis, eodem ferè sono quadam ἑτυμολογίᾳ vtcunq; deflectere quam noua vocabula fingere, vel e ditissima sua lingua ἑλληνικωτέρα accipere, vt patet in Nouellis Iustin. & in Institutionibus Theophili, & ἐνχειρίδιῳ, hoc est manuali, seu enchiridio iuris Constantini, & aliorum Græcorum iurisconsultorum scriptis. Cæterùm ab antiquo etiam Græci hac libra, & partibus suis vtebantur: quin etiam medici non solũ posteriores Latini, sed etiam priores, eorumq; didascali Græci, hac libra, & partibus suis vtebantur, non solùm in ponderibus, sed etiam in mensuris compositionũ suarum, vt Galen. lib. 4. de sanit. tuend. in compositione diacalamiuthes, & abietis. Dioscorides in lib. de mensuris, & ponderibus, & ex recentio-

orgius Agricola medicus doctiſsimus lib. 5.
nd. Iacob Syluius medicus peritiſsimus, &
artis profeſſor in hac vrbe, de medicament.
ira. lib. 3. Secunda libra eſt Gallica, quã Re-
cant qua negociatores, omnes, qui merces ap-
nt, vtuntur, quam Budæ. lib. 3. Aſsis, zygoſta-
cat. quæ 16. vncias habet, & ſic ſeſquitertia eſt
manam, & Græcam: huius zygoſtaticæ centũ libras regias pen-
lli vocant Quintal, quod centũ libra eſt monetariorumr
centas marcas. Tertia libra eſt monetariorum
, & auriacum, quam Marcam vocant, quæ eſt
lac vltima libra, ſeu regiæ noſtratis libræ, & beſsis
um, & ſic eſt ſemis regia marca in re monetaria, vel cã-
vbi de ornamentis aut vaſculis aureis, vel argenteis
gitur, vt teſtatur Bru. tract. de augmento. con clu. vlt. col.
non ſolùm in hoc regno vtuntur, ſed etiam
i vbiq; Sed interim, non omittendum, quod vulgò
verbum (libra) vbi de nummis, & nummorũ quã-
gitur, non accipitur pro aliqua librarum ponderaliũ
as prædictis, nec pro libra aliqua menſurali, ſed pro li-
numerali, videlicet pro certo nummorũ numero: & hæc
ralia, & numeralis libra, eſt viginti ſolidorum duode-
rum.

Libra vulgaris numeratis.

ne varie libra accipitur & cauenduũ ab æquiuocatione,
ſolum in recentiorum, ſed maximè ſi fieri queat, in an-
acorum ſcriptis. Et placet, quod cenſet Budæ. noſter. lib. 4.
non vbique in voluminibus iuris auri argentiq; libram
em, nec ſemper pro maſſa ponderali
em modo exaudiendam, ſed pro paucorum numiſ-
ca 12. vnciarum accipiendam, quam ſentẽ-
tum numero, longè minoris æſtimationis. In
n vltra ea, quæ adducit impellor per l. fi. C. de cuppreſſ. lib.
vbi in ſingulas nouellas cuppreſsi, luco Depien ſi (vbi erat
ſum, vnde Onias dolo extractus, & occiſus eſt ab Andro-
ca. Machab. 4.) vel litteri Antiocheno impla natas, de-
rantur ei qui plantauit ſingulæ libræ auri: quin qua ginta
olorum auri nulla in eum, qui vel vnam cuppreſſum
ſguarderit. Nulla autem eſſet neque pœnæ
mporto, ſed plus quam centuplus exceſſus, ſint elligeretur
ſi talia pondera li libra, quæ 27. ſolidorũ aureorũ, quorũ

Libra gallica, ſeu Regia.

Libra monetalis ſeu marca.

sex vnciam auri faciunt, esse definitur in l. quotiescunque de suscepto. & arca. lib. 10. C. Pleraq; (huiusmodi passim in iure occurrunt, quæ breuitatis causa omitto. Definitionē igitur d. l. quotiescunq; in materia demū, in qua loquitur, videlicet vbi agitur de massa auri, vel vbi alias de hoc clarè constat, obseruandam puto, non aūt alias vbi non de massa, sed de numis, seu de quadā pecuniæ siue aureæ, vel argenteæ summa agitur, cum id temporis secundum omnes varia, & variæ æstimationis aureorum, & argenteorum genera fuerint. Cōsequenter verisimile est, vulgo tum in vsu fuisse libram quādam numulariam numeralem certorum nummorū quemadmodū hodie in vsu est vbiq; & à quingentis annis in vsu fuisse legitur vulgatis nostra libra numeralia quæ est 20. solidorum duodenariorum. Quinti autem fuerit vetus illa numeralis libra, & cuius proportionis cum moneta nunc currente, nondum inueni à quoquam inuentum, & detectū fuisse, nec probat Budæ. quod definit circa tempora Iustiniani libram auri staterem aurū fuisse non magni ponderis. Satis autem probatur libram illam vulgatam numeralem longè minorē fuisse iusta, & ponderali, de qua in d. l. quotiescunque sed quanto maior fuerit, non liquet, nec in quantitate, nec in qualitate, nec in indicatura, seu extrinseca æstimatione. Quātibrem doctæ illæ, & elaboratissimæ veterum auri, & argenti librarum ad horum temporum monetam æstimationes

Robert. Senalis.

Robert. Senalis Abrincensis Præsulis de mensur. & ponder. tomo. 5. & 7. vbi libram auri, ducentas libras, & triginta solidos Turonenses. libram vero argenti 16. libras, & totidem solidos Turonenses, & viginti libras auri, quater mille duas, & triginta libras valere censet, non sunt temerè ad pœnas, mulctas, vel appreciationes, quæ passim iure nostro ciuili certis auri argentiue libris definiuntur, extendendæ.

Redeundo ad rem de ponderibus materiæ, seu quantitatis extensæ prædicta abundè sufficiunt: plures alios ponderales terminos sciens omitto, vtpote magis oneroſos, quam necessarios ad plenam huius materiæ intelligentiam Sed valdè operæprecium est diligenter discernere hos terminos, & numeros ponderum bonitatis exterioris, seu quantitatis extensæ, a terminis, & numeris graduum bonitatis interioris, seu qualitatis de quibus supr. nu. 778. quæ non ineptè dici

potest

poteſt quara titas intenſa, alioquin his confuſis ſequeretur in-
extricabilis error. Pôdus enim & menſura bonitatis extenſæ
nihil de ſe commune habet cum gradibus vel menſura boni-
tatis intenſę: quia funile eſt, ſi quis meraciſſimum vinum di-
cat eſſe 12. graduum, & ſic abſolutiſſimæ puritatis, vinum au-
tem aliud æquilibrium aqua miſtum eſſe ad ſex gradus, ideſt, di-
midio purum: vinum autem cuius tertia pars eſt aqua, eſſe
tem ad octo gradus, vel ad decem gradus, in quo ſexta tan
tum pars eſt aqua. His gradus nihil habent commune cũ men-
ſura ipſius liquoris, ſiue ſit dolium, ſiuę ſextarius, ſicut nec cũ
ponderę, ſiquis fortè liquorem appendere vellet: quia eadem
eſt ſymmetria in qualibet minima gutta. Verbi gratia, argen
tum vſq; ad 12. denarios purum dicitur, quod eſt omnino
purum. Que nihil æris, vel alterius metalli habens admiſtum, quan
tum ſa- men per induſtriam fieri poteſt: argentum autem vſq;
ad ſex denarios purum dicitur, in quo dimidia tantùm confu-
ſa par- ſæ eſt argentum, reliquum ex ære, vel alia materia. Argen
tum v- erò ad decem denarios purum, hoc eſt, ad dextantem, vi
delicet, quando ſexta tantum pars eſt de alio metallo, & ſic de
aliis. Item attendendum, quod ſemiſſe denarij diluti eſt 11. denarios, & 12.
multę iplex dicitur argentum. Argentum Pariſiense: cùm enim de
Crebrius autem tres faciunt ſpecies, quoddam argentum Argentũ regium.
Regium, quod ſemiſſe denarij diluti eſt 11. denarios, & 12.
grana puritatis habens, & 12. tantum granis diſtat à culmi-
ne, & iſtud vocant etiam argentum pacis cuntur de iſto intelligunt. Quod Cinera-
Pariſienſi loquuntur, vel pacis cuntur de iſto intelligunt. Quod ceum.
da- rius, quod eſt 11. denariorum, 18. gra-
nam verò cineraceum, præſtantius, & ſex granis, ſeu quadrante
rum ſolet eſſe purius quando de cineraceo Pariſino
narij dumtaxat diſtat à culmine. non quin quandoque ſit
rius, aut diluti- ne, & iſtud vocant cineracei Pariſini probitas. Quod- Merum.
um, quæ eſt definita cineracei purum. Gallicè vocant Argent
uenit de iſto intelligitur, quod eſt diluti us Regio, vi-
rum purum, ſcilicet, merum purum, dummodo ta-
en iſtud ſemper eſt 12. denariorum. Argentum autem, quod eſt diluti us Regio, vi-
ritatis. Argentum duodecim denarios, & ſemiſſem, dummodo ta-
ſimpli- infra duodecim denarios, & infimum, vocant argentum ſimpli Infimum.
citer appellatione ſimpli-
ter, niſi minimum, & infimum, prout appellatione ſimpli-
ci debito intelligitur de minimo. leg. nummis. de leg. 3. Si

ig: tur

igitur conuenerit de argento ſimpliciter, debet ad minus eſſe decem denariorum probitatis, vt ſextans duntaxat ſit aureus, vel alterius materiæ, quod ſi dilutius ſit, non vocatur argentum, ſed vulgari Gallica voce *Billon*, & eſt communis modus loquendi aurificum, & monetariorũ, cui ſtandum eſt. Budæus autem lib. 3. Aſsis, dum dicit argentũ ad ſummã bonitatẽ excoctã, quo purius inueniri non poſsit, eſſe & vocari cineraceum Pariſinum, fallitur, ſiue intelligat iſtud eſſe merum argentum, vt dictum eſt, ſiue intelligat nullum cineraceum eſſe Pariſinã, quod eſt ad vndecim denarios, & 18. gradus: ea enim probitas (vt dixi) non definitur, niſi vt de certa probitate intelligatur, quando ſimpliciter de cineraceo Pariſino conuenit. Alioquin quandoq; inuenitur cineraceum non ſolùm Pariſinum, ſed etiam exoticum purius, quod quatuor, vel etiam quandoq; duobus tantum granis diſtat à culmine, quandoq; vero diſtat plus ſex, vel circa.

Billon.

Pariſinũ.

Budæus autem non malè ſentit argentum vi aquæ chryſulcę ab auro erutum eſſe, & vocari cineraceum: ſi enim merito vocatur, & cineracei appellatione venit, quia non ſolet probitatem cineracei, quæ eſt 11. denariorum, 18. granorũ excedere, nec minoris probitatis eſſe. Tamen non eſt regularis modus conficiendi cineracei: fit enim regulariter, quando argentum à terra erutum crebrius contuſum, & lotum, igni tandem injicitur, & à plumbo ſtanno, vel alia materia ſeparatur, & purgatur, vt ſup. 772. inde argentum à fornace erutum, & purgatum vocatur cineraceum. Rurſus autem (cùm purum putum habere volunt) purgatur, & ad ſummam puritatem excoquitur, quod Galli vocant *Affiner*, non per aquam chryſulcam, ſed per ignem feruentiſsimum, in vaſculis conflatorijs ad hoc compoſitis, quibus feruentibus immittitur argentum in paruulis vaſculis: cumq; feruet modico plumbo illito, purgatiſsimum, & 12. denariorum efficitur, & id vocant argentum compellatum, quod fieri vidi. Sed inuenerunt etiam alium modum meri puti argenti conficiendi per aquam chryſulcam, & iniecto, & prius in ea feruẽti aqua diſſoluto puluere, ꝙ ſalmoniacũ vocant, & citius fit, quàm per copellam, & æquè purũ. Aurum autem ad ſummã puritatem excoquitur per dictam aquam chryſulcam, cuius proprium eſt officium, & ad hoc peculiariter inuenta eſt:

Cõpellatũ.

aq̃ chryſulca.

nec

necnon per q noddam cementum medicatum. ita vt (quod mirum est) num misnata aurea illi cemento immissa, postquam deferbuit extrahantur in eadem forma, & figura, charactere nullatenus mutato, sed minuto, sed solo pondere diminuto, vtpote omni are, & argento, & extraneo ab auro metallo, veluti per refudationem separato, & à cemento (in quo mistum inuenitur) exorto. Quòd autem Budæ. eodem loco putat, non est ita, sed antiquum nouum esse inuentum, & in libris antiquissimis manu scriptis eius compositionem legi: sed cùm superiori ætate negligentius verfarentur nummularij in argento, & auro purgando, vt etiam moneta argentea nonnihil auri haberet, Cointius primus animaduertit, & penitissimè aurum ab argento separandi author fuit, vnde ditissimus euasit. In quo tamen Budæus eodem loco putat cinereceum Germanicum autem Budæus regulariter inferius est) esse, & ab antico nummum, quasi purum putumque, vt apud Martialem.

Argentea pustulata

Nulla venit à te argenti tibi libera pustulati.

Alibi apud eundem Pustula dicitur ipsa argenti puri massa: Nummum, inquit, asperum, argentum Pustulatum, aurum obryzum exegit. Nummo verò asperè nihil aliud, quàm tyrannicam, & crudelem acerbitatem exactionis intelligit, contrà. si bene. de vsur. videlicet in humanitate, & contumelioso, minis additis carceris, vel tortura, aut sius asperitatis. Quid autem additum argento pustulato intelligat sim obryzum simul, & meracissimum, velut aurum obryzum purissimum est. Appellatio autem argenti pustulati non conuenit cineraceo, etiam Parisino, & multò minus Germanico, defecatissimo, & preciosissimo duntaxat argento. Sed dem ansam erroris accepit ex eo, quod in Annotat. in ff. Iohannes loca existimans verbum [pustillatum] parum Latinum, vt congruum, eo quòd vsum, & praxim aurificum quam hurconsultus probè callebat, primò diuinatum legendum pustillatum, tandem censuit legendum pustulatum,

Defensio literæ communis.

tum, quod etiam voluit Nebrissen. in Lexico: quos Holoand secutus est. Verùm isti quam ariolatricem diuinationem tam crebrò carpunt & execrantur in Accur. in sensu & interpretatione vacillante, longè superant, dum sæpè non minori ariolatione, sed audaciori præsumptione tentant, quod Accur. nunquam ausus est, videlicet manum injicere literæ textuali, non solùm veterem & communem, sed etiam multis seculis cõformiter receptam literam temerè nimis immutando. Ego diligentissimè excussi quotquot inuenire potui in publicis & priuatis bibliothecis libros antiquissimos manu scriptos, & in omnib. distinctè & conformiter scriptum inueni, argentũ pusillatum, quam lectionem vt antiquissimam & ad vsque Nebrissensem & Budæum in concussam, & ego verisimam & omninò retinendam censeo. Porrò licet verbum (pusillatum) forsan non reperiatur in eo sensu apud Ciceronem, non minus tamen Latinum est, nec incongruum, sed aptissimum, & significantissimum. Merum enim argentum non congruit aurificibus nec vascularijs, præsertim in artificij subtilibus, sed argentum aliquantulum dilutum aptius est operi. Nec etiam magna moles vel massa ita congruit, sicut argentum in pusillas partes diuisum. Istud enim est aptissimũ, primò ad ponderandum: secundò, ad diuidẽdum cuilibet vasculo, vel particulæ vasculi: tertiò, ad conflãdum vel liquefaciendũ quantum & quãdo oportet, minoriq; sumptu: ad quæ oia massa vel moles minus est idonea, vt sensus communis & ipsa experientia docet. Argentum ergo pusillatum quod est adiectiuũ à diminutiuo pusillo) id est, in pusillas partes diuisum, erat tempore veterum iureconsultorum, prout hodiè quoq; est in vsu frequentissimum & congruẽtissimum, vt in experientiã suã & huiusmodi rerum inscitiam prodant, qui literam hanc textualem corrigere moliuntur.

Arg. pusillatum triplex.

Tripliciter autem contingere potest argẽtum pusillatum dari aurifici: primò, quando argentum nondum est purgatũ per ignem, sed è fodina erutum, & pluries (vt vel mortarijs & pistillis, vel molendinis fieri solet) contusum & lotum, præparatum ad fornacem. Secundò, quando iam fornace purgatũ fuit, & est verũ cineraceũ, & in aquã ab igne deiectũ est, & in plures particulas, & temerarias figuras formatũ. Tertiò, qui rursus summè excoctũ est purũ putũq; factum & pariçr è co

pella

pella in aquã iactũ & extinctũ. Primus modus nõ cõgruit aurifícibus, præsertim in arte excellentibus: quia bonus artifex nõ minus posset tale rude argentum purgare, quàm alius: sed nõ vult operam precioſiori aurificio deditam in hoc cõſumere, nec argentum ipſe præparare, ſed præparato vti: quale non eſt iſtud quod prius purgandum eſt, & à craſſiori materia plúbi ſtanni que ſeparãdum. Tertius verò modus, etſi congruat, imò neceſſarius ſit, quãdo aurifex argento mero & puriſsimo operatur: ſi quia rarior eſt, minus frequẽter congruit. Et ſic ſecundus ille modus eſt congruẽtiſsimus, aptiſsimus, & frequẽtiſsimus, & eſt verũ exemplũ. d. l. in naue Saufe. Ita. n. iuxta veteſtiſsimam & communem literam, quam diligenter excuſsi, legere placet quamuis Holoand. nulla ſolida ratione legendum velit, ſophei. Argentum puſillatum ſecundum primũ modum non vocatur à monetarijs & aurificibus argentum, ſed Gallicè (*Billon*) vt ſuper. num. 783. cùm ſit impurum, & multũ infra decimum denarium. Secundo autem & tertio modo vocatur Granallium. Et ſic patet quod Granallium nõ eſt ſpecies argenti, ſed nudum accidens: quia per accidens eſt *Granallũ.* (vt dixi) quod ſit in illas minutiſsimas & inæquales partes diuiſum, & eſt verum argẽtum, ſiue purum ſiue cineraceum, ad varia pondera & opera artificum idoneum.

Cum igitur argentum paululum dilutum magis ſit operi frequẽtius idoneũ, meritò emerſit ſpecies illa prima argenti viceſima quarta parte diluti vel miſti, quod ideo Regium, Gallicè *Argent de roy* vocatur, quod regio ſtatuto ab antiqui tempore ea ſit & monetali & fabrili argento præfinita *Argent de Roy.* meta & nota, vt duodecim denariorum culmine, nõ abſolutæ puritatis abſit. Quo fit, vt hęc ſpecies videlicet Regium tanquam as argenti monetalis & fabrilis, denarios, velut vncias, diuidatur, & denarij rurſus diuidantur, & ſubdiuidantur. Itaque ex veteribus inſtitutis hodie non licet apud nos aurificibus, & vaſcularijs ſuis (demptis cælaturæ iunctis (de quibus artificij præquam Regio vti, nec ſubtiliſsimi quidem artificij ęrum ſi materiam opus ſuperet: ſed ad communem impoſturam vitandam, iubentur ſeorſum mare- operã & induſtriam vendere, & ultimarium

rùm, quia difficilè est præfinitam puritatis metam exactè ob-
seruare, quin modicum quiddam excedit, vel desit, in cerus-
lum, quoddam, seu latitudo eis indulgetur. (Remedium vul-
gò vocant) infra, quod defectus dictæ definitæ bonitatis eis nó
imputatur, sed toleratur. Quòd si defectus maior latè cudi-
ne concessa inueniatur, multantur, vel vasa, & opera ab vsi-
tantibus franguntur, vt cauetur constitutionibus de auri ficis
bus editis, quę sunt in veteri libro viridi archiui Castellet em
risiensis. Sunt autem duæ antiquæ insigniores, quarum ex to
plar habeo: prior edita Philippo Valesio, huius nominis se
cognominis primo, Anno 1343. mense Augusto, qua ca
tur, nulli aurifici licere minore argento vti, demptis di
iuncturis, quàm Regio, quod definitur esse vndecim den
riorum, & semis puritatis in libra, seu marca argenti, & ne
plus, idque in vasis, & suppellectili argentea, & prioribus orn
mentis, sed in folliculis, leunculis, clauiculis, & similibus ac-
cessorijs artificiorum, vt illa accessoria sint duriora, & firmio
ra, indulgetur defectus quinque granorum puritatis in mar
ca argenti, & non plus. Posterior constitutio edita à Carolo
Quinto, eius nepote, Anno 1378. mense Martio, idem omni-
no statuit, & definit, nisi quòd non meminit prædictæ particu-
laris indulgentiæ quinque granorum in accessorijs, sed tan-
tum generaliter indulget trium granorum puritatis defectũ
in marca argenti.

Verùm aurifices, quod principali indulgentia intra spem
venię relictum erat, pro iure vsurpauerant, nec operabatur ar
gento ad rationem vndecim denariorum, & semis puro, sed
ad rationem vndecim denariorum, & nouem granorum dun-
taxat, quod à culmine puri puti argenti quindecim granis, &
sic fere besse vnius denarij abest. Sed constitutionibus editis
circa annum sesquimillesimum decimum quintum interual-
lum illud seu remedium grano vno restrictum est, in opere so
lido, & duos denarios: in appendicibus autem, quas Gallicè
vocant *Moulures*, ad quatuor denarios. Et sic hodie tenentur
apud nos reddere vasa argentea ad rationem vndecim dena-
riorum decem granorum puritatis, saluis dictis accessorijs,
quæ debẽt esse vndecim denariorum, & octo granorum ad mi
nus. Aurifices autem seruata necessaria puritate argenti, pro
reliquo admiscent vnum vel duo ex tribus diuersis metallis, vi-

delicet

ie cyprium, siue caldarium, siue coronarium, & *Aur Stannum.*
plumbum, prout aris, & operis ratio exposcit.
nim temperatum ære solidius quidem, & ductibi
minus lucidum, & speciosum propter æris rubo-
rinitatem: pulchrius verò ex stanno, vel plumbo
d operosius, quia minus cohærens, & solidum est.
autem Monetarij, & aurifices non immeritò vocât
n metallorum Regem: sese enim (quod quàm verè
t) impendit, & consumit pro vtilitate, & decoratio-
m aliorum metallorum, quæ purgat, dulcificat, &
vt se bonus rex gerit populo suo. Contra, stannum
æterorum omnium inimicum, quæ amara, & acria
inficit. Monetarij verò ex duntaxat admiscent, sed *Plumbum ex metallorum.*
atiosius à puritate materiæ defecerunt, non moneta-
rorum culpa, qui nil nisi ad nutum Regis audent, sed
ium facto, qui siue necessitate temporum, siue suis, si-
nis cupiditatibus acti, artem monetalem, & reliqua pu
, plerumque etiam Rempubl. quæstui turpiter habent.
m enim veteribus constitutionibus eadem puritatis ar-
lex esset in re monetaria publicè definita, ad Regium
rum duodecim denariorum præcisè, ita vt Rex singu-
n librarum argenti puri puti vicesimam quartam par-
rantum lucraretur, super qua impensæ æris pro rata di- *Phil Pulcher.*
partis argẽti detractæ supplendi, & totius monetalis scho
ierent, prout antiquitus obseruabatur: cumque tempore
dippi Pulchri, circa medium regni sui, anno 1300. (pro-
er duas incursiones Anglorum, & Flandrensium, & ingen-
s clades regno illatas, & tyrannidem Bonifacij octaui, qui
it accerrimus hostis regis, & non solum, vt omnes chrono-
raphi, sed etiam vt Bald. queque. in capit. 1. colum. 1. de na
a feudi, Intrauit vt vulpes, regnauit vt leo, mortuus est vtca *Moneta deteriorata.*
iis) deteriorata fuisset intrinsecus moneta, tandem post mul-
as populi querelas, & insignem illum plebis Parisiensis mo-
tum Anno 1306. in Stephanum Barbetum, cuius delicios os
hortos, & domum furens diripuit, quòd is prædiues cæteris
diuitibus scelerato inuento, & exemplo suo author fuisset, vt
à pauperibus, quibus domos, officinas, ergasteria loca tenerant,
pensionem exigerent in veteri fortiori moneta, vel ad eius æsti
mationem intrinsecam: idem Philippus circa annum mille-
simum

simum tricesimum octauum veterem probitatem monetæ restituit, & in vsum reduxit ad prædictam antiquitus definitam notam, & bonitatem argenti regij, duodecim denariorum, vt ex antiquis monumentis comperi. Et est illa mutatio, & restitutio, de qua in indiuiduo loquitur Oldr. quæst. 249. Factum tale est, vbi librarum errore temporis data vitiatur. Quod. n. ibi scribitur eam restitutionem factam Anno 1302. impossibile est, cùm adhuc ea deterioratio ferueret Anno 1306. quo prædictus plebis motus exarsit. Et ex dictis Old. apparet deterioratione illam monetæ enormissimam fuisse, videlicet duabus partibus, ita vt tres denarij nouæ, & debilis moneta non valerent nisi vnum prioris monetæ. Et sic verificatur Anto. histo. tit. 20. cap. 8. §. 16. cum seq. scribit dictum Philippum malo quorundam cõsilio ita alteraſſe, & falsificasse monetam vt reduceret ad valorem tertiæ partis prioris monetæ. Addit Anto. Philippum bis hanc adulterationem monetæ feciſſe, & in gẽtes impensas belli, bis magno, sed euanido apparatu coactis, ad Flandrienses opprimendos, & quod ex ea mutatione qualitatis monetarum Rex quolibet die super lucrabatur sexcentum millia Parisiensium, & hac de causa multos mercatores, & trapezitas, præsertim Italos in Francia commorantes, ad extremam paupertatem redactos.

Restitutio

Testatur autem Oldr. monetam priori bonitati restitutam quod etiam monetalium regesta ostendunt, factum prædicto anno 1308. & aliquot annis perseuerauit, sed postea tensim diminuta, vt redacta fuerit ad semisse, videlicet ab asse, seu duodecim denarijs argenti Regij, ad sex denarios, deinde ad quinque postea ad quatuor, & sic ad trientem, seu tertiam partem vt bes æreus sit: nouissimè verò pede (vt vocant) subinde mutato, ad tres denarios, & sexdecim grana. Porrò longè maiorem & crebriorem mutationem, & deteriorationem fieri compe-ri in moneta argẽtea alba, & nigra, quàm aurea: non enim ita de facili percipitur, & attenditur in argentea, sicut in aurea: & cum extraneis magis in pecunia aurea, quàm in argentea exercentur cõmercia, quæ impedirentur, aut maximo regni damno tandem exercerentur, si nimiũ vitiaretur aurea: consequẽter argentea cupiditatibus expilatorum magis idonea est, ad exhauriendum subditum populum, manente exterorum cõmercio. Sed non est nouum monetam sic à principibus adulterari:

terari : siquit enim Plin. li. 33. c. 9. Miscuit denario Triumuir. Anto. sestertium, miscuit cyri falsæ monetæ. Sic eum infamat, mul tis aliq; in criminibus infamem, quippe patricidam nec ebrium modò, sed ebrietatis professorem & assertorem, qui paulò ante prælium Actiacum iam ciuium sanguine ebrius, librum de sua ebrietate euomuit, vt refert Plin. libr. 14. cap. 22. Multis autem antè seculis Arist. lib. 2. Oeconomicon multa huiusmodi sordida & tyrannica exempla refert, philosopho indigna, vt putem librum illum secundum supposititi ũ esse: nimis enim degenerat à præceptis & documentis, quę Aristot. tradit in libris politicon. Plin. autem lib. 33. cap. 3. quęritur principes paulatim imminuisse pondus auri & Leonar. Port. de ponder. & mensu. libr. 2. quęritur quotidie detrahi & de pondere, & de qualitate. Multum autem refert id fieri fraudulenter, vt ille Anton. Triumuir, & in d. ca. quanto. an verò palàm & ex publico compacto, vt refert Plin. in dicto lo. co, Liuium Drusum in tribunatu plebis octauam partem cyri argento miscuisse: erat enim penes tribunos plebis ex l. 12. tabularum, signandi nummi potestas, vt testatur Cicer. de legib. lib. 3.

Sed non multum referret de pondere & qualitate, modo staret eadẽ vniformis proportio vbiq;, & eadẽ vbiq; potestas vt de iure esse debet. l. ideo, de eo quod cer. lo. l. fi. C. de vete. nũmis. potest. Probitas igitur monetæ requirit certam, stabilem, publicè definitam & qualitatem materiæ, & quantitatẽ ponderis. Qualitas autem nihil aliud est, quàm quantitas intensa, seu gradus bonitatis, monetales nostrate lingua vocant *aloy* aptissimo rei subiectæ vocabulo, quod potest accipi vt deriuatum quidem à Gallico infinitiuo *allouer*, quod in discussionibus rationum frequens est, & significat non temerè, sed serio consultoque debita subductione facta dati, & accepti siue excessus & defectus ratione habita probare. Ita hoc Gallicum verbum *aloy* non significat simpliciter qualitatem metalli, sed ὁμοστ, καῖς, qualitatem debitam, & lege præfinitam, quasi publicè laudatam, & probatam. Aptius autem, & rectius accipitur, vt primitiuum, & significat commixtionẽ siue commensurationem metalli: quæ acceptio frequentior est, & sic ab hoc deriuatur infinitum Gallicum *alloyer*, quod certa ratione commiscere, temperare, & commensurare metalla

Liga. talla significat. Itali, & doctores nostri vulgo vocant (ligam) apta, licet barbara voce, quasi ligamen. Vt enim vult Ioan. de Vicomercato, in d cap. quanto. colum. 4. dicitur liga, quando componitur vna cum alia. Quidam, vt Pet. Bellig. in Specu. Zec. principum rub. 36 vocant legem, Latino & extenso vocabulo quasi definitionem siue præfinitionem qualitatis materiæ legitimam Nouissimè Budæ. lib 3. Assis vocat indicatur[a] n, sed Contra Bude. eleganti verbo abutitur. Indicatura enim est solida, & vera æstimatio totius rei, vel quælibet æstimatio voluntaria & sic propriè bonitatem extrinsecam, seu impositiam signi[fi]cat, non autem solam bonitatem intrinsecam, videlicet qual[itatem] quanquam hęc qualitas non nudum abstractum significat [sed] substantiam qualem certa quantitate definitam. Vnde m[ulti] tales verbo *aloy* nō intelligunt nudum qualitatis abstracte vel ideam. sed vel definitionem substantiæ qualis, & quant[itatis] vel ipsam substantiam qualem, & quantam: & sic non soli[um] recipit gradus intellectuales, sed etiam verum pōdus. Vt du[ces] dicunt vnum denarium *d'aloy* pendere sexdecim denarios [ter]derales, vel vnum grossum *d'aloy* pendere 32. grana ponderalia: & sic de alijs, non volunt aliud dicere, quàm tantam partem marcæ, vel substantiam materiæ puræ, tantum pendere. Vocāt autem denarium *d'aloy* vnciam duodenariam marc[æ] puræ argenti materiæ, denarium verò ponderis centesimam nonagesimam secundam partem marcæ ponderalis, seu meri ponderis,

Denarius. Et hic postquam incidit non grauabor obiter dicere quòd 45 verbum (denarius) à monetarijs † quadruplicitèr accipitur. Primò, pro vocabulo certi ponderis vel quantitatis extensæ, & sic est vicesima quarta pars vnciæ octonariæ, siue 192 pars marcæ, & continet 24. grana ponderalia. Secundò, pro vocabulo qualitatis seu gradus bonitatis, vel quantitatis intensę, & sic est duodecima pars integræ seu totius puritatis materiæ, hoc est, marcæ monetalis materiæ puræ, quæ marca in duodecim denarios, velut vncias duodenarias diuiditur. Tertiò pro certa quantitate valoris impositiij seu cursus pecuniæ. Quartò, prò corpore cuiuslibet nūmismatis in genere, pecuniam vulgò vocāt. Adde quinto et vulgo pro minutula specie monetæ nigræ, denariū vocant, qui in obolum & semiobolum diuiditur. Verbi gratia, si Gallicè dicatur fieri monetam à dix

deniers

deniers de cours vn denier de poix, à cinq deniers d'aloy, & à six
solz huit deniers de taille, ſenſus eſt, q̃ ſingula nummiſmata
valent decem denarios monetæ currentis, & ſingula ſunt pon
deris vnius denarij, ſiue viceſimæ quartæ partis vnciæ, & ſin-
gula ſunt ad rationem quinque denariorum puritatis, ſiue ha
bent quinque duncem materiæ, ſeu argenti regij, reſiduum vero
materiæ ex ære, & quod ex libra nummularia, ſeu marca ad
prædictam rationē conficiuntur, & reſultant octoginta nūmi.
Nunc adeſt vox tertia (character,) quod eſt ſignum publi Character
46 cum, ſiue publica authoritate impreſſum, & authoratum, † ad
certificandum publicè, & vniuerſaliter de probitate qualita-
tis publicè definitæ, & requiſitæ in nummiſmate taliter ſigna
to, & conſequenter de valore publicè impoſito tali nummiſ-
47 mati. Et ſic forma monetæ nihil aliud eſt, quàm † quædam
teſtificatio veritatis, & iuſtitiæ ipſius monetæ, ſcilicet, quòd
ſit veræ ſubſtantiæ, & iuſti ponderis, & princeps, vel Reſpu-
blica imprimens characterem æquè cenſetur hoc teſtificari,
ſicut ex publico ad hoc deputato ſigillo chartæ, ſeu diploma-
ti appoſito, vt tradunt omnes etiam Theologi in 4. ſenten. di-
ſtinctio. 15. & ibi Gabriel. quæſt. 9. Grauiſsimè igitur peccant
48 Principes, & qualeſcunque, qui de qualitate, † vel pondere
debitis ſubtrahunt, & enormiſsimam omnium falſitatem cō-
49 mittunt, niſi prius publicè conſenſu † populi, alia probitas
in qualitate, & quantitate nota definiatur. Cum enim
50 nummus omnia metiatur, & ſit generalis omnium † men-
ſura, iure gentium introducta, omnia iura diuina, & huma-
na, quæ damnant, & execrantur falſificantes, & mutantes mē-
ſuras, dānant, & execrant falſificantes, & defraudātes mone-
tas, ſiue Principes ſint, ſiue priuati, vt etiā Thomas Aqui. diſer
tè ait lib. 2. de regimi. prin. c. 13. Nec ad rem pertinet, ſi quidā
adulatores nugentur pecuniam eſſe Principis: non enim eius
eſt, poſtquam expēſa eſt, & adhuc priuſquam de argyro copio
exeat, ipſa probitas definita non magis eſt illius, quàm quæli-
bet regia menſura. igitur nec hanc, nec illam pro libito dete-
riorare, aut mutare poteſt, nec eſt minor perdia, q̃ propriū ſi-
gillū, vel ſyngraphā falſificare, vel negare. Oium autē frauda
tionū, & cauponationū monetæ nulla tetrior, & execrabilior
eſt, q̃ cum pecunia ſemel ꝓbata, & expenſa in totū, vel in par
te reprobat in curſu, ſeu indicatura: tunc. n. nō ſolùm Publica
fides,

12 fides,& mensura abrumpitur,sed etiam furtum † manifestũ, non in vnum,aut alterum, sed in omnes committitur; quod tamen sæpè perpetratum est in hoc regno, non solùm ab hostibus, sed etiam à nostratibus. Quod improbum [illegible] scleratissimũ inuentum Bud. noster lib. 5. Asis,merè eò execratur; nondum tamen septem anni in Armoricis, & vicinis regionibus, circiter decem mllia pauperum reprobatis quibusdam monetis,quibus vacca inscripta erat anno 153. hac scelerata arte fame necata sunt.

Non nego, quin quandoque causa incidat certam moneta mutandi, vel reprobandi in totum, vel in parte: sed quicunque ea causa sit, Princeps qui eã monetã fecit vel probauit, nullo modo reprobare, nec mutare potest, nec cursu publicè semel datum minuere, nisi aliam bonã, & æquiualentem monetam,det,& realiter commutari faciat illis, qui monetam, quæ reprobatur, habent, nec sufficeret mensem, vel aliud tempus (vt quidam nimis diluto colore factitare veteres non sunt) ad expendendum indulgere. Quis enim acciperet pecuniam iam post modicum tempus reprobandam? Sed in singulis municipijs præstituendi essent argentarij,qui de publico, & sine vllo commutantium sumptu bonam, & puram monetam pro reprobanda dare tenerentur, non ad mod[illegible] sed ad tam congruum tempus,vt omnes indemnes reddantur. Idem si Princeps non cuderit,nec dederit eã monetã,sed recipi, & expendi pro bona publicè, & scienter permiserit, & sic ipso facto semel approbauerit, & approbari a populo permiserit. Non enim debet fidē publicam irritam facere, nec fortunis subditorum insidiari: sed eos nō solùm tutorio, sed etiam paterno affectu ab omni damno vindicare. Plus dico,quod etiam si citra vllam approbationem, sed per errorē fraude quorundam falsariorum reproba moneta irrepserit, & sparsa sit, quã inhiberi, & reprobari oporteat, debet Princeps subuenire deceptis,qui falsam, vel adulterinam monetã ignoranter receperint aliam bonam, & probam de publico reddendo. Cùm enim commoda confiscationum huiusmodi falsariorum habeat, præter commoda publicæ monetæ,iustũ est eum ferre incommoda,l.secundum naturam.de reg. iuris. Saltem hoc indubitatum est,quod pro rata bonorum,quę in-
52 de sibi † confiscantur,tenetur læsis satisfacere, text. in l.2. de capit.

capit. diminutio in l. 2. C. ad leg. Iul. de vi publi. l. si vt pro-
ponis. C. de bonis proscripto. l. si ademptis. C. de sen. pasis.
Quanquam autem Romani, qui in itio erant manipulus pa-
storum, & fugitiuorum, & hominũ nouissimorũ, non fuerint
statim vsi proprio ære signato, sed tantùm ære graui, id est,
rudi, & ponderali (ferè vt olim Lacedæmonij ferro rudi mo-
lis ineptæ, post accensionem aceto extinctæ, vt Plutarch. in
vita Lycurgi) nisi sub Seruio Tullio sexto, & penultimo re-
ge, sub quo æs signatum, deinde argentum signatum, quin-
que annis ante bellum Punicum, & post 62. annos aurum si-
gnatum, vt testatur Plin. libr. 33. capit. tertio, tamen ex-
teræ gentes etiam duobus annorum millibus ante Romanos,
vel argento signato vsæ sint. Theseus enim qui regnauit Athe
nis temporibus iudicum Israel, plus mille ducentis annis an-
te CHRISTVM natum nummum, bonis signo percusit.
Porrò inuentio nummi non ad Aeginetas, vel Lydos (vt Ce-
lius antiqui. lectio. lib. 5. cap. 43. & libro 11. capit. 4. Alexand.
Alexandrius Geniali. dier. lib. 4. cap. 5.) referenda est, sed ad
primas gentes, quæ communibus commercijs vti cœperunt:
hinc in sacris Bibilijs Siclorum, & argentorum tam crebra
mentio. Est autem Siclus, Hebraicè antiquum ver- Siclus.
bum, & nummisma. Hebraicum, vt testatur Iosephus. lib 3.
Antiquita. cap. 7. & Suidas, quo nec Græci, nec Latini vsi sunt,
vt per Budæ. libr. 4. Assis. Et secundum Iosephum in loco præ
allegato quatuor drachmas Atticas habet, & sic est idẽ quod
stater, vt inquit Hieronym. Ezechi. 3. siue semiuncia, & tetra-
chmum, quæ idem sunt, vt patet Matth. 17. ad finem, vbi Do
minus iussit Petro expiscatum staterem dare pro se, & illo pe
tentibus didrachma à singulis. Cùm autem Genes. 23. fiat
mentio siclorum, vel argentorum transeuntium per merca-
tores, vt ex Hebræo ad verbum vertit Santes Pagninus: Chal
dæus autem Paraphrastes vertit, Argenti, quod recipieba tur
pro mercimonijs in vnaquaque prouincia, verisimile est
Abrahæ quoque tempore in vsu fuisse pecuniam, non solum
argenteam appensam, sed etiam signatam, alioquin com mo-
dè currere non potuisset per negociatores, & prouincias. Et
sæpè sacra verus scriptura mentionem facit simplicis argen-
teorum, seu nummorum numeri, sine põdere. Gen. 20. Ecce
dedi mille argenteos fratri tuo. & Gen. 37. Vendiderunt eum

(ſcilicet Ioſeph) Iſmaelitis viginti argenteis, & alibi paſſim. Nec ſolet facere mentionem ponderis propter ſe, ſed ob aliá grauẽ cauſam, vt Gene. 23. Appendit Abraham ipſi Ephron argentum. Ibi non ſit mentio de appenſione, eo quòd non detur pecunia niſi appenſa, ſed ad oſtendendum maiorem legalitatem Abrahæ. Et Eſaiæ 45. Qui confertis aurum de loculo, argentum ſtatera ponderatis, facit Propheta mentionem ſtateræ, non quando pecunia ſignata eſſet, ſed a[d] conuincendam furiam idolamaniæ, dum dementati idola[tr]æ putant deuotioni ſuæ ſatisfactum extrahendo aurum, [ar]gentum de burſa, niſi illud appendant, vt quo precio[ſo] eo ſacrius ſimulachrum confiçiant, & colant. Ex prædictorum eſſe conuincitur, quod innuit Ariſtote. lib. 1. politic. 6. characterem pecuniæ, ſiue pecuniam ſignatam, & eius fi[gu]ram & ſtabilitatem eſſe de iure gentium, licet formula, ſeu figura characteris varia eſſe poſsit. Et ad prædicta facit, quod Exodi. 30. Leuiti. vlt. Nume. 3. Ezechi. 45. dicitur, Siclum ſanctuarij viginti obulos habere, ad differentiam videlicet Sicli vulgaris ſubdupli. Erat enim duplex ſiclus, ſcilicet, eccleſiaſticus qui dicebatur ſiclus Templi, ſeu ſanctuarij ſecũdum Hebræos, nec erat vncialis, ſed ſemiuncialis, vt dixi. Alter ſiclus vulgaris dimidio minor qui duas tantum drachmas, & ſic quadrantem vnciæ pendebat, & decem obolos Hebraicos valebat. Pariter talentum templi capiebat centum, & viginti libras: profanum verò, qui vulgo vtebantur, ſexaginta tantum, id eſt, dimidium. Sic Pollux lib. 9. Siclum talentum duplex fuiſſe refert, vetus quatuor, & viginti nummorum: nouum vero duodecim. Plura de Siclo ſi vacat legere potes apud Rober. Senã. de vera menſura, ponderumque ratione, tom. 5.

Siclus Templi.

Sed interim omittendum non eſt ſacrum illud myſterium quod Exod. 30. figuratur, vbi dominus iubet omnes Iſraelitas à 20. annis, & ſupra offerre dimidium ſicli, iuxta menſuram templi, ſiue ad pondus ſanctuarij, ita vt diues non addat, nec pauper diminuat de dimidio ſiclo. Quòd enim omnes, & diuites, & pauperes æqua lance cenſentur, quid aliud ſignificat, quàm omnes peccatores eſſe, & æquè indigere gratia Dei, æquè eodem precio Sanguinis Domini Ieſu Chriſti redẽptos eadem fide ſaluandos (de electis enim & fidelibus eſt ſermo) nec eſſe acceptionem perſonarum apud Deum. Quòd aũt iubentur

bentur Omnes fideles, non integrum ſiclum, ſed dimidium offerre Deo in ſancta, quid aliud repræſentat, quàm omnium fidem & charitatem imperfectam quandiu peregrinantur in hoc ſeculo, perficiendam autem in cælo, & interim ſeruos ſe inutiles ſemper agnoſcere debere? Quod autem iubentur offerre ad menſuram ſanctuarijs, quę etiam ibi certo obolorum numero ſpecialiter definitur, quid aliud eſt, quàm omnino offerendum, nec vacuos nos & infructuoſos eſſe debere coram domino (tollitur enim qui non fert fructum: Ioan. 15.) nec tamen offerenda eſſe figmenta capitis noſtri, etiam quantumcunque ſpecioſa videantur ſapientiæ humanę quę ſtultitia eſt apud Deum, cui abominatio eſt quod hominibus excelſum, ſed tantum offerenda eſſe, quæ Deus præcepit, ſibiq; placere definiuit, iuxta præſcriptum verbi ſui, quod eſt verum pondus & menſura ſanctuarij? Quæ ergo præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, Eccleſiaſti. 3. nec abeas poſt adinuentiones tuas, quoniam melior eſt obedienta quàm victimæ. 1. Reg. 15. Et rurſus, quod iubentur offerre in ſancta, non de ſiclo vulgari, ſed tàtùm de ſiclo ſanctuarij iuxta menſuram eiuſdem, quod Santes vertit ſecundum ſiclũ ſanctitatis, nõne clarè deſignat, nos non noſtra, ſeu à nobis profecta offerre poſſe ſummo illi omnium cõditori Deo: ſed tantum ab eo gratis accepta, prout vnicuique iuxta mẽſuram fidei diuidit, & donat? De bonis enim operibus agitur, de vera obedientia mandatorum Dei, & veris fructib. fidei, qui non ſunt palmitũ, ſed veræ vitis, quæ eſt Chriſtus, Io. 15. vt nemo glorietur corã domino, ſed ab eo recognoſcat, iuxta illud 1. Corinth. 4. Quid habes, quod nõ accepiſti? quòd ſi accepiſti, quid gloriaris? & Eſai. c. 26. Omnia enim (ait) opera noſtra operatus eſt in nobis. Qui ergo ſua, vel ſuam iuſtitiam offerre ſe putant, iam non de ſiclo ſanctuarij offerunt, ſed de ſua immunditia pannum menſtruatæ, Eſaiæ 64. Hæc obiter iuxta regulam fidei dixiſſe ſufficiat.

Succedit quarta vox, æſtimatio ſiue indicatura, quæ quidnam ſit, per ſe liquet. Pendet autem valor iſte impoſitius
53 non à priuata cuiuſquam, † ſed à publica duntaxat æſtimatione, & impoſitione. Publica autem æſtimatio, & valor currens, non à ſolo Principis in monarchia, vel optimatũ in Republ. dicto pendet, ſed ét à cõſenſu, & vſu populi, & cõſuetudine cõmerciorũ. Qđ ſi leges, & ſtatuta niſi cõmuni vtentiũ vſu

Quæ ſit probatio nota.

comprobata non ligant, vt omnes vtriuſque iuris doct. probant in l. de quibus de legib. in capit. 2. de treug. & pace. hoc maximè verum eſt in commerciis nummorum, eorumque curſu, & indicatura, quæ non eſt iuris, ſed facti, & neceſſario in vſu, & commercio vniuerſorum etiam exterorum, & omnium quibus cum communia ſunt commercia, & iure gentium cõſiſtit. Et quòd ſenſus populi in his dominetur, & ius faciat, multis exemplis probat Budæ. lib. 3. & 5. Aſsis, vbi refert multa edicta præconialia dirè minantia de vſu abrogando probi, & recepti nummiſmatis, etiam ab homine minaci, & iræ impotentiſsimæ manantia, cuius tunc ferociæ recta & vtilia cedebant conſilia, publicum tamen conſenſum peruincere non potuiſſe, & iure optimo neglecta eſſe. Probat etiam ſacra pagina Geneſ. 23. eam eſſe probatam monetam, quæ tranſit ad negociationem, & in vſu publico exiſtit. habet enim Hebraũ, ideſt, ad verbum quadringentos ſiclos argenti tranſeuntis ad mercatorem. Et ſic ibi moneta probatur eſſe probata, & iuſta, ex eo quòd mercatoribus in vſu exiſtit: eſt enim pecunia, & eius vſus, & publica comprobatio iuris gentium, vt ſæpè probatum eſt.

Super eſt videre, an & quæ eſſe debeat extrinſecæ bonitatis
54 ad intrinſecam † habitudo, & proportio. Et in ſumma tres ſunt ſententiæ. Primi præcisè tenent æqualem omnino eſſe oportere, ita vt tantundem valeat in maſſa, quantum in pecunia ſignata, & expenſæ cudendi fiant de publico. Ita tenet glo. & Bart. in l. 1. per illum text. de contrah. emp. Bart. in l. qui falſam ad l. Cor. de fal. in l. 1. de vete. nu. pote. lib. 11. C. & vbiq; Bal. Lancelo Deci. l. non amplius. §. fin. col. 4. de lega. 1. l. Titia. §. fin. de annuis lega. Curt. iun. l. 1. §. 1. col. 3. num. 13. ſi cert. pet. tex. in l. 1. C. de pond. li. 10. Et in hanc ſententiam, li cet ſubobſcurè, inclinare videtur Budæ. li. 5. Aſsis dicens, quod niſi argentum infectum, & nummiſma parili ratione congruerent, commercia hominum expediri non poſſent. Secundi poſt Innoc. in c. quanto de iureiu. & omnes Canoniſtæ ibi cenſent detrahi poſſe impenſam, quinetiam aliquid vltra, vt cudi faciẽs modicum non multum lucretur. Et ſequitur Imo. i n l. Paul. in fi. de ſoluti Pet. Belli ga. diſcipulus eius in Speculo principum Rub. 36. Phi. Dec. l. 2. §. 1. ſi cer. pet. Brun. tract. de aur. vlt. in prin. & eſt crebrior ſententia, in quam etiam inclinat

Digitized by Google

Theologi in 4. sent. decis. 15. vbi Gabriel Biel. q. 9. col. 2. Ter-
tiò nonnisi mis, quibusdam videtur prorsus non referre, ita vt
in pecunia nullo modo attendatur materia, nec eius bonitas
intrinseca, siue qualitatis, siue ponderis: sed sola æstimatio pu
blicè imposita, ita vt possit fieri moneta plũbea, vel de corio,
modò sit publicè approbata, & tunc possit solui pro qua cun-
que pecunia aurea, vel argẽtea, etiam ex mutuo debita, & ita
tenet Hieron. Butigel. repet. l. cum quid. col. 9. nur. 28. fi. Cer. pe
tat. Sed haec sententia prorsus irrationabilis est, & ridicula. ca
dem. n. ratione posset fieri pecunia de papyro arte impressio-
ria, quod non minus esset ludicrũ, & ridiculum, q̃ ludus pueri-
lis: & est non solùm contra originem, & definitionem monetę
sed etiam contra experientiam, & sensum communem. De ori
gine patet, cum sit de iure gentium, & sic requirit subiectum
delectæ, & idoneæ materiæ, quę in breui quantitate sit solida,
& congrua valoris: alioquin non posset deseruire vsibus com-
mercioru m, nec eundem vsum, & valorem, & functionem din
tius retinere vbique locorum. De definitione patet per leg. 1.
de contrah. empt. vbi licet gratia commodioris, & breuioris
vsus superuenerit signum, vt onere probandæ qualitatis, &
ponderandæ quantitatis materiæ detungeremur, vt sup. num.
694. tamen non est sublata vetus substantia, & materia, nec
eius definitio requisita: quanquam propter fidem publici cha
racteris magis deinceps præbeat vsum, & functionem ex quã
titate impositicia, quam ex substantia.

Sensus etiam communis ostendit, necessariam esse alia quam
55 materiæ †bonitatem intrinsecam correspondentem. alioquin
non posset esse vsui vbiq; locorum, cõtra leg. ideo de eo, quod
cert. loco. Imò nullibi nulloque modo fungi posset manere
pecunię publicę, licet posset esse notula, seu tessera priuata, cu
ius non posset esse vsus, nisi inter paucos priuatos, vt in certo
collegio, quo tesseram afferendo daretur diurnum, vel men-
struum de mensum collegij, vel certa quantitas pecuniæ pu-
blicæ. Et qui aliter imaginantur, nihil aliud, quam imane
somnium, & ludicram ideam fingunt, nihil ineptius in Repu-
politica, vbi nõ de somnijs, nec de vmbris, quidem rerum, sed
de rebus ipsis agitur. Et sic delirat Guido Papadecisio. Del-
phinat. 493. dicens, tempore captiuitatis Regis Ioannis fa-
ctam fuisse, & incurrisse in hoc regno monetam coriaceam:

Moneta plumbea.

Refellitur fabula de moneta coriacea.

quæ est puerilis fabella, anilibus deliramẽtis simi lis, imo verũ deliramentum: videre enim & discutere volui plura regestu præfectorum monetalium illius temporis, & inueni, quod tunc veniebat & cudebatur in regno multo melior moneta, quàm nũc fiat: cudebantur enim aurei pecude vil lofa signati. Galli vocant, *Moutons à la grand' laine*, quos Budæ libr. 3. Asin dicit nulli aurei bonitate secundos esse, sed primam auri notam obtinere, quorum inuentum videtur Budæ libr. 5. eidem Regi Ioanni attribuere: sed ex regestis monetalibus comperi, etiam tempore Philippi Pulchri & successorum fabricatos fuisse. Cæterùm moneta argentea & promiscua, quæ tempore dicti regis Ioannis cudebatur, erat duplo melior in bonitate intrinseca, pecunia nunc currente. Sunt qui coriaceam illam pecuniam etiamnum ariolentur, in vsu fuisse tempore expeditionis & captiuitatis Lodoici noui in Aphrica, sed simile delirium est, & nihil in monumentis publicis aut alio fideli testimonio indè reperitur. Non ignoro quid nullo authore dicat Alexand. Alexandrius Genia. dier. libr. 4. cap. 15. de nũmis ex corijs boum. & Scorteis asibus Numæ. quod tã fabulosum est, quàm *dictum*.

Prima vero sententia esset optima, si seruaretur: sequerentur enim duo magna commoda in vniuersum, primùm quod cõmercia vbique & apud omnes sine collybistarum interuentu, & intertrimento collybi (quod cambium vocant) exercerentur. esset enim vbiq; eiusdem potestatis prout iure cõmuni cauet, & esse deberet. l. ideò de eo quod cert. lo. l. fin. de veter. nũmis. potesta. lib. 11. C. Secundum, quoniam omnibus sublata essent materia falsam & adulterinam monetam fabricandi, vtpote cum nulla inde speraretur vtilitas, sed merum damnum, cum pecunia formata non plus valeret, quàm in materia, & genus humanum defungeretur teterrimo illo nimisq; frequẽti & propè incurabili morbo fabricandæ falsæ monetæ. Addo tertiam particularem vtilitatem prouinciarum in quibus nullæ sunt aut defecerunt auri & argenti fodinæ, vt in toto hoc regno, vbi necesse est argẽtum & aurum aliundè aduehi, & mercibus & fructibus, qui in regno crescunt, comparari. Si ita seruaretur prima sententia, regnum istud æquè abundaret auro & argento, vt prouinciæ in quib. nascitur imo ita abundarent, & tandem tanto maiorem vim auri &

Relpu. interest monetam fortem esse.

haberet, quanto prouinciæ exteræ magis indigent mercibus, & fructibus noſtris, eisq; longè minus, quam ſuo auro, & argento carere poſſunt: & tamen iſtud regnũ ditiſsimum factũ, non minus mercibus, & diuitijs naturalibus deinceps, abundaret, & ſuperflueret quàm cùm auro, & argento vacuum, & debilitatum eſt. Contra vero minuendo bonitatem intrinſecam pecuniæ, & quanto indicatura excedit materiã, ſiue quãto plus valet in forma, quã in maſſa, fit vt tanto viliori pecunia regnũ iſtud abundet, & ſic vt tãto depauperetur minusq; potens fiat in auro, & argento, quæ tamen iactant eſſe neruos belli, & Reip. Quanto enim indicatura ſuperualet materiæ, tanto minus auri, & argẽti exteri afferunt, & tanto plus mercium, & rerum noſtrarum minore precio ſumptiue euehunt: & in ſumma tanto deterius, & damnoſius pro regno, tanto melius, & vtilius pro exteris agitur. Viderint ergo omnes quid agant Principes noſtri, dũ ſubindè pecuniam diluctiorem, & leuiorem cudunt: ſic enim contra ſemetipſos, & viros regni ſui, quas atterunt, molliuntur. Viderint conſultores, ſeu potius deceptores, quos merito ſic notat text. in d. c. quanto poſtera calliditate facit. Princeps ſuper ſingulis auri, & argenti libris, vt iam dictum eſt de rege Philippo Pulchro, (vt enim nil dicam de ſordibus, & nequitia, & quam malè damno, & dedecore dicti regis, & ſuorum ceſſerit, & decladibus hinc regno, & populo illatis) ſimile eſt ac ſi imperitus aut infidus vinitor vineam aliquot annis immodico vini prouentu exhauriat, & mox effœtam, & ſterilẽ reddat. Populo enim diuite, & florente fortis, & potens eſt Rex, quòd maximè omnium de Rege Galliæ verum, & notiſsimum eſt. Contra populi viribus acciſis, neceſſe eſt quemcunq; verum Regem tanto debiliorem fieri: idq; omnino in hoc regno, vbi notum eſt veras diuitias, verum ſubſidium Regis, eſſe diuitias, & marſupium populi. Quorſum enim abierunt, quid profuerunt, quæ Philippus Pulcher corraſit, & eruſcauit à populo, dum Flandrenſes ſeruituti ſubijcere molitur, & quæ Carolus Quintus congeſta reliquit, mox, & eo mortuo dux Andegauenſis depeculatus eſt? Ad nihil enim profuerunt, niſi vt nouis expilationibus populi magno, & regum, & regni periculo opus fuerit.

Ex his

Ex his patet, quàm cæcutiant, & fallantur, qui nihil referre putant debilem aut fortem intrinsecus esse pecuniam, modò valor impositicius publicè currat. Vt enim pulchrè inquit Bal. in d.c.quanto.in fi. auctoritas characteris, & impositicij valoris non est omnibus cõis, sed illis tantũ, † qui sunt sub eo imperio, & parere tenentur: non autem ligat exterios, qui non tenentur recipere monetam, nisi secundum qualitatem materiæ, quæ sola communis est omnibus: Eisdem rationibus patet longe falli, qui putant nemini nocere, sed omnibus ét Reipub.huius regni prodesse valorẽ extrinsecum augere pecuniæ aureæ, vel argenteæ, eadem stante probitate materiæ. Sed adhuc grauius falluntur, qui idem putant, etiam si non omnes pecuniæ proportionabiliter augeãtur, sed altera tantũ species puta aurea, vel huius species specialissima, puta solares aurei etiam sequendo vulgarem illam aduſque communem sententiam, quod obligatus ad certam speciem monetæ non possit augmentum citra creditoris moram superuentum deducere: tum enim fit aperta iniiria pauperibus debitoribus, qui tunc non habent de illa specie particulariter aucta, & sic maiori sumptu, vel precio redimenda est. Sed tenẽdo, & veram nostram sententiam, quòd illud augmentum deduci possit, vt supra q.92. cum sequen.tunc siue certa species monetæ, siue omnes augeantur, clarum est, quod nulla fit iniuria debitoribus, vel non habentibus, & multò minus singulis habentibus, sed magis abundare incipiunt. Verùm ego dico, quod istud non est nisi ad id, quod adest, & præsens est brutorum more aspicere, & adhuc non in totum, sed in parte, vbi multiplex fallacia, & captio latet.

Dilatio passionum imperitorum.

56 ris

Ad quam detegendam aspiciamus propius, quidnam sit illud augmentum, & cuius effectus: & omisso, quòd augmentum indicaturæ supra valorem materiæ quędam fixio est. Aut illud augmentum fit de omnibus monetis proportionabiliter, & nemini singulorum quidem eiusdem loci municipium de se prodest, nec nocet: quia eadem via omnium rerum precia illic pariter pro rata necessariò augentur. l.2. de vet.num: potest.libr.11. C. vt diximus sup. cæterum vniuersis, seu Reipub.huius, vel similis regni nocet, vt mox dicetur. Aut verò istud augmentum fit de certa specie monetæ tantùm: & tunc quia non propterea rerum precia illic augẽtur prodest quidem

diminuta nó solùm intrinsecus, benè consuluit, quia non esset integra, sed defectiua summa, nisi supplerctur: si autem erat intrinsecus tantùm diminuta (vt sentire videtur) malè consuluit. Ex his patet optimè consuluisse Lud. Roman. consil. 123 & Gemin. in eodem individuo casu, consil. 137. quia pulcher est, & obscurè ab eis tangitur, non grauabor explicare. Ex contractu à Papa homologato monasterium S. Anton. debet dare monasterio Montis maioris tot possessiones, ex quibus summa mille trecentarum librarum Turo. annui reditus percipiatur, & interim, donec tradiderit, debet soluere totidem libras, videlicet mille trecentas annuatim. Tunc autem tempore contractus moneta erat melior, & exinde sensim diminuta fuit intrinsecus de quarta parte, in tantùm, quòd 15. solidi veteris monetæ valerent 20. nouos, & 100. libræ nummorum antiquorum valerent 133. libras cum triente vnius libræ & contra cētum libræ in nouis nummis non valerent nisi 75. libras de nummis antiq. Decidunt Roma, & Gemin. quòd sufficit soluere dictum reditum de moneta noua currente tempore solutionis, ita quòd debitor non tenetur ad æstimationem antiquæ, hoc est, ad æstimationem, quam antiqua sucessu temporis sortita est supra nouam: & rectè & iuridicè cōsuluerunt, licet omnes alij ferè doctores reprobent, & malè. Et aduertendum, quòd liber Consiliorum Romani passim. mendosus habetur, & præsertim in d. consi. 123. in prin. ibi (licet in bonitate extrinseca deteriorata,) quod est mendosum, quia loco verbi (extrinseca) legendum est (intrinseca,) vt patet ex sequentibus in eodem cōsilio, vbi dicit putatio est de deteriorata bonitate intrinseca, quam supplere contendebat creditor, & clarius ex consilio Gemin. Romanus autem non nisi friuolis, & falsis rationibus mouetur, ex cepta ratione consuetudinis, quæ est facti, nec necessaria. Geminianus autem ex multis vnam tantum bonam naturalem, & concludentem rationem adducit, videlicet, quòd illa pensio erat constituta habito respectu ad fructus, & in locum fructuum, qui debent percipi ex possessionibus. Sed licet moneta fuerit interim intrinsecus diminuta, tamen obligatio fructuum, siue possessionum afferentium fructus tot librarum, non fuit interim aucta, præfertim cùm debitor non fuerit in mora, propter dictam cōuentionem. Et si ab initio fuissent tradita possessiones tanti

reditus



ratio quanti & iuſtior, maiori, ſed Generatim ſi proceſſit de eſt, & omnibus ceret, cũ ęſtim ratio materiæ penſatur?

ita eſt, quia licet pecunia ſit non pluris conſtitit debit eodem impoſititio & cur ad intrinſecum, ſeu melior bonis debitoris, ſed reip. qu vult proſpicere. Præterea tio materię tanto vilior ſa decremento valoris ciuſ

Aduertendum tamen, quòd aut mel paulatim & ſenſim, manente veteri mon & valore: & tunc non opus eſt interim al cet priuatis monetam publicam, hoc eſt ſeparare, & meliorem radere, aut conflar quicunque. ad le. Cornel. de fal. & plenius regijs tam antiquis, quam nouis. Aut vet in notabili quantitate, ita quòd prior ſtatim cadunt à bonitate extrinſeca, & v rur: tunc debet princeps aut reſpublica b decrementum reddere habentibus num vel Reipublicæ deterioratos, & cos inden ſimili iuſtè factũ eſt Romę. Et ita creden pum Pulchrum, anno. 138. quando m quam ante aliquot annis intrinſecus beſt teris probatis, modum reſtitui, & recu potuiſſet illam conſtitutionem edere, qu 249. refert Oldr. vt etiam hi, qui temp contraxerãt, tenerentur ſoluere bonam cum ea mutatio, & deteriorata reprob vtpote de triẽte ad beſſem, & derepente delyrat Bru. vt ſuprà, dicendo quod deb plurimi noui ſuperualẽt antiquis: hoc em lioratione monetæ, & publicam ordin 81 monetam in veteri vtilitate. Amplio no &o, prout ſtatim dicetur, quia hoc diſcu get. Concluſio ſic ampliata limitatur. Pri 82 modo offeratur † ſolutio in pecunia, q tima in lóco vbi debetur & fieri debet tio debetur extra regnum, vbi dimin

A

trinſecus mel
ri, nec accepit p
nti valore: & au
io materiæ, no
communis paren
quid debitor dedu
a fit, & ſic augmẽ
m materiæ com-

ratio materiæ fit
ta in eodem curſu
prouiſione, nec li-
ublicè approbatã
ſub pœno falſi. le.
utum eſt cõſtitut.
iſta melioratio fit
ummi neceſſariò
oris precij efficiun
am monetam aut
, facto Principis
es reddere, vtq; in
m eſt feciſſe Philip
tam argenteam,
iminuerat, ad ve-
iuſſit: alioquin nõ
in dicto conſilio.
debilis monetæ
etam: præſertim
io magna fuerit,
ta. Et ſic multum
aberi ratio quanti
eſſet eludere me-
onem, & retinere
non obſtante † pa-
one propria indi-
, vt procedat dũ.
fit proba & legi-
tio: ſecus ſi ſolu-
intrinſeca poſtea.

hic secuta non approbatur nec toleratur: tunc enim pecunia non esset proba & legitima in loco, in quo deberetur, prout esse debet. Non tamen deberetur tunc praecise ipsa pecuniae materiae: sed deberetur moneta proba & legitima currens in loco solutionis; quemadmodum in dubio fieri debet solutio ad mensuram loci vbi debetur, etiam si diuersa esset mensura in loco contractus, dummodo contrahentes mensuram loci scirent, & res non esset de loco contractus ad locum solutionis deferenda, sed in loco solutionis accipienda, vt alibi plenius diximus. Secundò limitatur, vt non procedat, † si tempore solutionis immineret de praesenti probabiliter periculum reprobationis cursus monetae intrinsecus diminutae, & dubium esset & incertum de satisfactione facienda à Principe, quod non potest esse sine misera labe vel suspicione tyrannidis. Sed hoc casu iam ea pecunia, vtpote fide publica & communi destituta, non retinet amplius plenam authoritatem, nec vim nec nomen pecuniae publicae & probae.

Mensura

83

Nunc vnum tantum ἐμπλεκτικῶς discutiendum restat, videlicet si pactum sit solutionem fieri ad rationem certae bonitatis intrinsecae pecuniae mutuatae, vel aliàs debitae vel debendae: & videretur nullam esse quaestionem, sed conclusionem omnino hoc casu limitandam: Primò ex regula generali pactorum seruandorum: l. 1. de pact. l. 1. de const. pecunia. Secundò, quia pecunia ad numerum tam siue in mutuo, sicut potest mutuari pecunia ad pondus, quam moneta, respectu valoris extrinseci, vt in dubio fieri censetur, vt supr. quaest. 3. ita non videtur dubium, quin possit mutuari ad pondus, tanquam massa; respectu solius bonitatis

84

† intrinsecae, quum etiam † inquantum massa, sic res fungibilis & cadens in contractum mutui. Igitur valebit pactum de reddendo pecuniam mutuatitiam in eadem bonitate intrinseca,

85

† in tantum quòd tempore solutionis non poterit deduci augmentum extrinsecum monetae, si quod superuenerit. Nec erit vsura, quia illud pactum operatur, quod dicitur non supplebit non vt moneta, sed vt massa, & etiam debitor censetur mutuata decrementum extrinsecum, sed solum reddet in eadem bonitate naturali, vt in l. cum quid. si cert. petat. Rursus sicut in venditione quis dubitat quin possit domus vendi pro mille aureis certae conuentae probitatis, quemadmodum pro certa massa auri vel argenti permutari? Igit in omni pactu & dispo-

tione.

Valet omnino pactum de c
uis vendat pro mille aureis
quaginta solidorum, proq
certa bonitate intrinseca,
onetq; quã extrinseca, v
biq; sentiunt
nes do&to. vbique sentiunt
cũmquid.nu.16. pro indubit
communis sententia non sol
judicatum in pulchro calu
quod alter cederet p
speciem fa
ritatis argenti re
argenti, quæ tunc
tantùm venibat.
& loco, sub pœna
nem prædicti valo
tur solutio, sine di
hæreditatis nomi
is transactiones fa
ad instantiam par
git contra hæredẽ
decatorũ personali
onem reditus cum
lorum supplicum
grauaminum de
to supremi huius
tricesimo tertio,
omnino vt prius
il dictum. Et valde
contra huiusmo
mentanea, sed suc
dictum pactum ar
ta definitio probi
onibus priuatorum
mutari

tione. Tor
secappa is
ginta vel q
æquè valet
de iustitia
to, quia sic
pura in d.l.
quia hæc est
forisira enim
tinui. Placet
cohæredes conuenit, quod alter cederet
sorum immobilium alteri, mediante red
nec redimibili, triginta librarum, decem
habebat quinq; denarios, ex marca seu lib
de cinquenteni d'alloy, & six solz huitã de
gij, & octoginta nũmos, ex marca seu quicuncem
septem libris & decem solidis Turonen
-Actum etiam erat de soluendo certo di
decem solidorum Turonensium, adrat
-ris, pro qualibet hebdomada, qua diffe
minutione reditus, bonis omnibus toti
natim & generaliter hypothecatis: & d
ętę in hoc senatu simpliciter homologa
tium. Postea creditor vel eius legatariu
-debitoris & possessorem bonorum hyp
-& hypothecaria ad reliqua, & continu
-pœnis, & obtinuit coram præfectis
-palatij, reus appellauit, & licet nec cau
differet, nec aliquid produxisset, tamen
Senatus, die 14. Martij anno sesquimill
snia fuit annulata, & per idẽ iudiciũ i
-iudicatum, exceptis pœnis, de quibus
notandum est & memorabile illud ar
di pœnas, sed etiam illa pœna non erat
cessium, quæ longè turpior est & odio
Nunc in contrarium
guitur primò, quia sicut vsus mone
tatis illius, est iuris publici: igitur

Digitized by Google

86 mutari non poteſt.l.ius publicum.de pact. Igitur ſufficit ſolu-
bitam pecuniam ſoluere ſecundum vſum, & probitatem pu-
blicè definitam tempore ſolutionis. Secundò in ſpecie, quòd
non liceat pecuniam publicam maiori, vel minori precio da-
re, vel accipere, quàm ſit publica indicatura. text. eſt in le-
1.C.de veter.nummiſm.poteſta.libr.11 Igitur non poteſt fie-
ri pactum in contrarium, ſed non obſtante pacto debet reci-
pi ſecundum æſtimationem publicam. Tertiò non poteſt pe-
cunia publicè ſignata promitti, vel in diſpoſitionem deduci,
tanquam maſſa, ſed ſolùm tanquam pecunia: nec poteſt à pri-
uatis quantumcunque dominis conflari, vel in alium vſum
conuerti, corrumpendo ſubſtantiam, & deſtinationem mo-
netæ publicæ, vt regijs conſtitutionibus ab antiquo cautum
eſt, Igitur nullo modo poſſet ſuſtineri pactum de diuerſa pro
bitate monetæ a publica nunc currente, ſiue pecunia conſi-
deretur, vt moneta, vt in præcedentibus argumentis, ſiue vt
maſſa, vt hic. Quartò propter captionem: habet enim pa-
ctum illud ſpeciem quandam aleæ, quæ ad nihil eſt opportu-
na, niſi ad inopinatas ſuper greſsiones alterutrarum partium:
& ſic magis expedit è Republica explodi, quàm admitti.
Quintò, quia quantumcunque in lega to, vel promiſsione cer
ta auri, vel argenti maſſa deducta ſit, tamen de iure nemo
præcisè obligatur ad maſſam ipſam qui netiam nec ad pecu-
niam eiuſdem materiæ, & bonitatis cum mentæ: ſed liberatur
dando æſtimationem in qualibet proba moneta vſuali, &
ærea, per text.in l.1.in fi.l.cum certum.l. Cum aurum.§.proin-
de.de auro, & argen.lega.l.ſi quis argentum.in prin. C. de do-
natio. Si igitur certa auri, vel argenti maſſa non poteſt dedu-
ci in obligationem præciſam, multo min us certa qualitas, ſeu
potius intenſa quãtitas, præſertim in mora certa publica, quæ nó
videtur in commercio priuatorum, niſi quantum ad indica-
turam, ſeu valorem extrinſecum publicè definitum.

Sed hic aduertendum ad duo: primo, quòd ea iura non
ſunt præfractè in vniuerſum accipienda, quaſi non poſ-
ſit, quis obligari præcisè ad certam maſſam, nec enim
dubium eſt, quin non ſolum in ſpecie de certo corpore,
puta commodato, vel depoſito, vel quando certum cor-
pus venditum, vel legatum eſt obligari, quis poſsit, vt
in leg. quid tamen. de contrahend. empt. leg. ſi cum au-
rum.

rum. & vel
murio aut
Stra intelligi
simpliciter
in dubio pr
tatem cum
ur sufficiat, si
tur, vel vice mutuæ imponitur libra,
argenti, non de ipsa substantia, sed de
gitur. Secundò, aduertendum quòd ist
mum argumentum facit pro prima parte
stione non agitur, quòd debitor præcisè
ret monetam conuentæ probitatis, sed q
nia proba currenti ad æstimationem c
hoc est, tantam summam, quantam sol
leret pecunia certæ probitatis, sed q
relatio ad designandam, quantitatem
sic non minus videtur dubitandum, quà
ligatione relata ad aliud. leg. hæc vendi
contrahen. emptio. l. vbi autem. § illud d
Eodem modo respondetur ad tria prima
propriè illa certa conuenta probitatis mo
hic in dispositionem, nec in obligatione
liquidationem, & demonstrationem dis
agitur, vt teneatur debitor fabricare,
ad quam fit relatio: nec quòd teneatur
tam soluere maior, vel minori, quàm
pore definito precio: sed quòd tantam
neatur soluere, quantam moneta, ad
pore solutionis conficeret.

Et sic omnia argumenta secundæ pa
pto argumento quarto, de captione,
88 deri videtur, quòd neuter lædit
habet ad incertum lucri, & damni, res
si ea pactio. l. si ea l. C. de vsur. sed certè
quàm solutio, quæ adhuc non quadrat
riculum non esse vtrinque æquale: qu
maius periculum est deteriorationis
gnenti extrinseci, quàm melioration

n genere, puta
s facto. Sed ca
is massa in gene
gento non cēfet
tatem, & difficul
m odio luxus, ec
die quando lega-
el marca auri, vel
timatione intelli-
quintum, & vlti-
quia in hac quæ-
mparet, & nume.
od soluat de pecu-
uentæ probitatis,
onis tempore va-
ad quam facta est
mæ soluendæ: &
de quacunque ob-
. § huiusmodi. de
erborum obligat.
undæ partis, quia
æ non deducitur
, sed ad simplicem
tionis. Non enim
soluere monetam,
ncunque mone-
publicè pro tem-
ni no summam te-
fit relatio, tem-

diluta sunt: exce-
quam facilè respon
uo pactio æquè se
vtriusq; partis. l.
est potius euasio,
, vbi notum est pe-
ongè procliuius, &
fectæ monetæ, & au
infectæ. & decremen-
ti ex-

Digitized by Google

ti extrinſeci. Et per illud pactum non æquè cauetur, vel no-
cetur vtrinq; ſed vt plurimum melior ſit creditoris conditio,
debitori, verò deterior, vt docet communis experientia, vt
inſigniter apparuit in dicto exemplo: quia in executione di-
cti arelti, conſulti à ſenatu præfecti monetales reſponderunt
dictum reditum triginta librarum, decẽ ſolidorum Turonẽ-
ſium ad rationem probitatis intrinſecæ monetę currentis tẽ-
pore contractus, valuiſſe quinquaginta libras 16. ſolidos, 8.
denarios Turonenſes, quolibet anno, de moneta, quæ excuſa
fuit, & in vſu, à decima quarta die Martij, anno ſeſquimille-
ſimo viceſimo ſecũdo, vſq; ad tempus eorum relationis factæ
die 26. Februarij. anno 1537. cuius exemplar habeo: & ſicia
augmentum intrinſecum notabiliter excedebat proportio-
nem ſeſquialteram, & non multum aberat à duplo, cui nunc
magis accedit, & tandem duplum excedere poterit. Præte-
rea etiam ſi periculum eſſet æquale, non ſunt promiſcuè con-
tractus aleatorij tolerandi prætextu dictæ vulgatæ, & parum
digeſtę ſententiæ de paritate dubij lucri, vel damni. Vnde
quandoque in hoc Senatu, cùm gemma, annulus, vel equus
caro veniſſet ad ſoluendum in nuptijs, morte, vel ſacerdotio
emptoris, die extante facta eſt condemnatio non ad con-
uentum, & ad commune, ſed iuſtum precium tantum. Simi-
liter, & cùm alius emiſſet ad ſoluendum, quando maſculum
filium haberet, & defecta conditione deceſsiſſet, nihilomi-
nus hæres ad iuſtam æſtimationem condemnatus, idque ſum-
ma æquitate, reſciſſa aleatoria captione. Et conſequenter
etiam ſi nato emptori filio conditio extitiſſet, non potuiſſet
vltra iuſtum precium condemnari quin etiam non expectata
conditione, ſed ea reiecta poſt congruam dilationem peti
potuiſſet: quia ex quo ea captatio ſpernitur ab vna parte, de-
bet etiam ab altera, & in totum ſperni, per legem final. de ac-
ceptila. l cùm emptor. de reſcind. venditio. Cæterùm ad alle-
gata pro parte prima facilis eſt reſpõſio. Non obſtat primum
quia non intelligitur de pactis iniuſtis, vel captioſis. l. illicitas.
in principio. de offic. præſid. l iuris gentium. §. pacta ſeruabo.
de pact. Eodem modo ſecundum non debet intelligi, vt ce-
cidit in captionem, vel ſupergreſsionem alterius. Tertium
autem continet fallaciam accidentis, quia pactum de certa
bonitate extrinſeca ab initio certam, & inuariabilem ſum-

mam

Aleatorij cõtractus

mari continet: pactum vero de certa bonitate intrinseca ta-
men summae re vlcantis incertam, & captiosam:
cui dissentio: differentiã non potest in proposito de
& pp hanc accidentis differentiã, quod nihil de hoc articulo
vllo modo obstat dicti arestum, quod nihil de hoc articulo
decidit, vtpote cũ reus nunquã obiecerit, nec fuerit de hoc
cogitatum nec consequenter iudicatũ. Tu non quæritur, quid
semel certo casu iudicatum sit, sed quæ sit veritas, & æquitas,

8. Concludendo dico, quod si ea pactio non sit fundata † nisi
in mera voluntate captatoria, & aleatoria, merito sperni
poterit: sed in iusta ratione compensationis, vel probabili
causa, seruanda est: vnde si in mutuo apposita sit, speruendã
puto. Aut enim (vt fit) sensim deteriorata fuit moneta intrin-
secus tantum, & nunc aut de recenti ita, quod prioris melioris, &
solitæ monetæ valor extrinsecus nondum auctus fuit: & tunc
valet pactum, imo etiam sine pacto tenetur debitor æquè bo-
nos aureos reddere, si creditor aliter haberet damnum. Aut
vero iam prioris fortioris monetæ precium extrinsecum au-
ctum est, ita quod non potest debitor reddere eundem nume-
rum in priori moneta sine damno, & sumptu suo, & maiorem
summam reddendo, quam receperit, & in vsus suos conuer-
terit, & non valet pactum: sed hoc casu esset etiam vsura-
rium, quia veteres aurei non potuerunt mutuari, vt massa,
quæst. 3. dummodo tamen augmentum esset efficax, & sta-
bile: secus si incertum, & lubricum, vt ibi dixi, & quæst. 4.
Contra si fuisset moneta intrinsecus tantum aucta, tunc quã-
quam possit soluere de priori moneta, si forte non fit extrin-
secus diminuta, nec) quod vix, vnquam accidere potest) im-
mineat periculum promptæ diminutionis: tamen soluendo
secus diminuta, nec) quod vix, vnquam accidere potest) im-
denoua, & meliori, non poterit deducere æstimationem au-
gmenti intrinseci, siue vetus moneta fuerit extrinsecus dimi-
nuta, siue non. Et ratio est duplex, prima, quia non redderet
tantam summam, quantam recepit, & in vsus suos conuer-
tit, vel conuertere potuit. Secunda, quia sicut nomen tenetur
supplere verum, & efficax decrementum intrinsecum, vt di-
ximus: ita non potest deducere augmentum intrinsecum,
per locum ab eadem contrariorum disciplina. Non obstat,
si dicatur non esse hic eandem rationem contrariorum: quia
huiusmodi

huiusmodi pactum ex parte creditoris cadit in vsuram, sed non ex parte debitoris, in quantum illi prodest. Et quod licet sit nullum ex parte creditoris, non tamen annullaretur, inquantum commodat debitori: quia hoc procederet in diuersis pactis seperatim factis. Sed cùm non sit nisi vnum pactum reciprocum, & sic indiuiduum, si non ligat debitorem casu, quo indè grauaretur vltra sortem, non poterit etiam ligare creditorem casu quo damnificaretur in sorte: sed si ex vna parte soluitur, igitur, & ex alia, lege si.de acceptila. cum vulga. In venditione verò, permutatione, & similibus facilius potest hæc pactio admitti.

Circa præfatum vero exemplum, plenioris doctrinæ causa in similibus tria consideranda sunt. Primò, quod pactum illud de dicta probitate monetæ † potuit addi iusto metu mutationis, & nundinationis monetarum adhuc tempore contractus, ob recentem Anglorum expulsionem perseuerante: præsertim in loco contractus, & domicilio contrahentium. videlicet in Aquitania, vbi aliquot sæculis Angli dominati sunt, & paulo antequam ejicerentur inter cæteras Reip. & politiæ perturbationes solebant etiam quolibet mense imò etiam quandoque bis in mense monetam mutare, ita vt nulla esset fides, nulla stabilitas, nec intrinsecæ, nec extrinsecæ bonitatis: & sæpè fiebat, vt qui hodie reciperet centum libras in moneta currente, postridie ob inopinatam reprobationem non haberet quinquaginta. Et sic qui volebant tuto contrahere, sibi cauebant de certa intrinseca probitate monetæ in qualitate, & pondere, sicut olim antequam pecunia signaretur. Si igitur in dicto casu, vel simili sic pepegerunt ob eam causam, quæ nunc cessat, cùm certa sit, quod permanens definitio æstimatio, & cursus monetæ, cessare deberet istud pactum tanquam causa finali cessante. Secundo considerandum, quòd si tempore contractus non amplius immineret ea misera cauponatio, & abrogatio monetarum, potuit ea pactio fieri ex alia iustiore, & honestorie causa, videlicet in aliquam compensationem maioris inæqualitatis ex parte stipulantium, puta si tempore contractus portio illa hæreditaria, & prædia ab eis cessa superualebant triplo, vel quadruplo reditus conuenti. Ideo in quandam compensationem adiectum fuit, quod reditus perpetuo solueretur

ad va-

ad valorem æstimationis, etiam intrinsecæ, & in contractu desinitæ monetæ tunc currentis, & standum erit pacto, etiam hodie, & deinceps, etiam si extrinsecus valor monetæ magis ac deinceps augeatur, prout etiam obseruatum, & iudicatū fuit in executione dicti arresti: licet hæc non discuterētur, sed simpliciter reo nil excipiente iuxta formam contractus, excepti dictis pœnis iudicaretur. Tertio considerandum, q̄ præ-dictis tempore contractus cessantibus, etsi tunc non erat notabilis inæqualitas, ex parte stipulantis talem reditum perpetuum non redimilem, qui erat circiter æqualis non redimibus integris præditorū: sed tali perpetuæ concessioni ad tantum oneris factæ, puta si reditus non erat leuior, quam ad rationē vnius in triginta, vel 35. & tamen superaddita fuit pactio de certa probitate monetæ, tunc ea pacti o recipere debet interpretationem iuris communis, & æquitatis, videlicet, vt non de immenso, sed de modico excessu, vel defectu intelligatur arg l. hęc adiectio, de verb. signih. Nec enim verisimile est actum, vel cogitatum de magno excessu, vel defectu in supergressionem nimiam alterutrius partium, & si verisimile set, merito supponēdum esset per d. l. illicitas in princ & ea, quæ diximus de captatorijs, & aleatorijs conuentionibus.

Quid autem si modicum, & tolerabile in vtroq; extremo 91 iudex arbitrabitur? Et puto, quod non debet saltem dimidiam excedere. Vnde in casum deteriorationis monetę, & augmenti extrinseci efficacis, prout accidit, nō deberet ea æstimatio augmenti inde accedentis, & lucrum istud aduentitium, excedere proportionem sesqui alteram: & sic non deberet debitor ad summum soluere vltra quadraginta quinq; librarum & 15. solidos monetæ probæ currentis tempore solutionis; loco 30. librarum cum dimidia veteris monetæ. Et contra, si (quod miraculum esset) moneta intrinseco, puta si cuderetur nouæ monetæ ad puritatis assem, videlicet ad duodecim denarios argenti regij, & sic plus duplo melior esset eaq; tempore contractus currebat. licet non esset maioris æstimationis in vsu & cursu: non tñ deberet diminui reditus pro tēpore, sed fortiꝰ monetæ vltra dimidiū pensumisse & sic ad minima [illegible] deberent solui quinquaginta librę Turonenses etsi dimidia, solue[illegible]ndo de noua moneta, licet vnus solidus valeret tūc (sed in [illegible] tum

tum) vltra duos solidos ex his, qui, currebant tempore contractus. Alioquin creditor nimium fraudaretur: quia sola intrinseca augmentatio, vel diminutio monetæ, stabili stante valore extrinseco, non auget, nec minuit precium rerum, nec fructus prædiorum, nec ipsius quidem materiæ commoditatem, & vsum, vt patet in exemplo, in quo Romani & Germi. consuluerunt, nec exactius aut æquius discuti tempora ita ne potest. Ex prædictis promptum est veritatis, & æquitatis studiosis, quid in similibus dicendum sit colligere. Et hic, quod ad hunc tractatum attinet finis sit analyticæ nostræ dispunctionis, non minus mihi damnosæ, quàm laboriosæ hoc ingratissimo seculo.

Quanquam laborem (ad quem me natum scio) nil moror; damna reputo, nisi quæ tempora mea mutuantur, & studijs Reipub. dicatis detrahunt. Pergam tamen ad reliquas legum nostræ, & politicæ philosophiæ, partes repurgandas quamcelerrimè quantumque Deo Optimo Maximo (à quo bona pendere nefas, pijs, rectæque politiæ totius nostri defuturi labor, non ἀπροσδιόνυσος, nec bonis inuecundum erit audire quibus epitheris Iulius Pollux Commodo Cæsari προφωνητὸν Regem signarit, acrytyrannum Regem inquit laudato his titulis: Pater, mitis, placidus, lenis, prouidus, æquus, humanus, magnanimus, liber, pecuniæ contemptor, haud obnoxius affectibus, sibijpsi imperans, dominans voluptatibus, ratione vtens, acri iudicio, perspicax, circunspectus, valens consilio, iustus, sobrius, numinum curam agens, hominum negocia curans, stabilis, firmus, infallibilis, magna cogitans, authoritate prædictus, illustrius confector negociorum, solicitus pro his, quibus imperat, seruator, promptus ad beneficentiam, lentus ad vindictam, certus, constans, inflexibilis, propensior ad iustitiam, semperque attentus ad id, quod de Principe dictum est, libræ in morem, facilis aditu, comis in congressu, commodus alloqui volentibus blandus, expositus, curam agens suo parentum imperio, amans militum suorum, qui strenuè quidem bellum gerat, sed qui bellum non affectet, pacis amans, pacis conciliator, pacis tenax appositus ad emendandos populi mores, qui ducem agere norit, ac Principem, qui leges salutares scijat condere, notus ad bene merendum, diuina

na species. Sunt autem multa quæ oratione dici possint, singulis vocabulis explicari non possint. Hactenus de vero, & politico rege. Nunc quibus coloribus idem author eodem interprete tyrannum expresserit, attende. Malum (inquit) Principem vitupérabis ad hunc modum: Tyrannicus, crudelis, effœtus violentus, occupator alieni, auidus pecuniarum: & quod verbum est apud Platonem, pecuniarum cupiens, rapax, & quod dixit Homerus, populi deuorator: superbus, elatus, difficilis aditu, incommodus ad colloquium, macè iracundus, irritabilis, terribilis, turbulentus, voluptatum seruus, intemperans, congressum, incomis ad colloquium, macè iracundus, irritabilis, terribilis, turbulentus, voluptatum seruus, intemperans, immoderatus, inconsideratus, inhumanus, iniustus, inconsultus, iniquus, impius, mente carens, leuis, inconstans, & quæ facilè decipiatur, malè facilis, immitis, affectibus deditus, ihcorrigibilis, contumeliosus, bellorum author, grauis, molestus, incoercibilis, intolerabilis. Quod si Ethnico tam apertam, & synceram veritatem apud Imperatorem etiam vitiosissimum palàm profiteri licuit, cur non & Christianis? Minimè sanè dubitandum, nisi forsan Principes Christiani deterrimis Imperatoribus deteriores esse vellent, quod auertat Deus qui in ira sua, vel misericordia dat Reges, quorum corda in manu sua habet, Prouerb. 21. Ille ergo summe, & assiduè orandus. 1. Timot. 1. cui gloria, & gratiarum actio in æternum.

FINIS.

DE MONETIS, ET RE NVMMARIA, RENERI BVDELII I. C.

THEMA CAP. I.

De extrinsecæ, & intrinsecæ bonitatis monetarum potestate.

SVMMARIA.

1 Docti viri aliquando à scopo aberrant.
2 Intrinseca monetæ bonitas in quibus consistat.
3 Extrinseca bonitas Monetæ magis substantialis.
4 Pecuniam non tam ex substantia, quam quantitate metimur.
5 Vsus præstat materia in pecunijs.
6 Monetam viliorem soluendo debitor liberatur.
7 Princeps mandãs viliorem monetam pro præstantiori recipere, quid dicendum.
8 Princeps potest cursum monetæ dare, & ordinare.
9 Menochij sententia Parisien. sententiæ conformis.
10 Princeps subditis damnum sua occasione illatum resarcire tenetur.
11 Intrinsecus monetæ valor extrinseco præstantior indicatur.
12 Substantialia monetæ sunt duo.
13 Zygostatarum ordinatio quo pacto instituì debeat.
14 Moneta proba in extrinseco, & intrinseco valore debet conuenire.
15 Iuramentum in litem in obligatione certæ pecuniæ locum non habet.
16 Extrinseca bonitas potest substantialis dici.

CAPVT I.

Voniam in initio partis prioris quædam de quæstionibus quibusdam dubijs, & tam apud veteres iureconsultos, quam etiam modernos maximè controuersis, nos dicturos polliciti sumus, iccirco ordinis ratio deinceps postulare videtur, de ijsdem breuem aliquem tractatum subijcere.

Quòd

Quòd ipſum eo facio lubentius ac promptius, quòd animaduerterim ſæpe, nec non ad nauſeam vſque ſim expertus, doctos † etiam & inſignes viros, non ſolum in præceptis monetalibus, & ad abdita ac ſecreta huius artis ſpectãtibus (quẽ errorem coniuendum ac æquo animo ferendum ducimus) verum in ijs etiam diſcutiendis, ac decidendis, quæ ipſo iure conſtant, & communi DD. ſuffragio ſunt recepta, hallucinatos, vti ex ijs, quæ ſequentur, manifeſtiſsimè, apparebit.

Poſteaquam vero baſis, ac fundamentum quæſtionum iſtarum hodie, vt plurimum controuerſarum, partim in valore intrinſeco, & extrinſeco monetarum cuſarum, partim etiam in temporis contractus, ac ſolutionis diuerſitate conſiſtit, ideo ab ijs explicandis exordium ſumimus, & concequéter ad tractationem, & deciſionem quæſtionum prædictarum tranſitum faciemus.

2 Quantumuis † vero ex communi DD. ſententia, valorem intrinſecum ſupra c. 7. in liga ac pondere, hoc eſt, in ipſa ſubſtantiali qualitate, ac intenſa quantitate, conſiſtere rectè dixerim: ignorãdum tamen non eſt quendam modernum, paſſim, maximè vero quæſt. 92. 93. & vltima contrarium omnino, extrinſecum videlicet valorem monetarum maximè intrinſecum, & ſubſtantialem eſſe, aſſerere atque affirmare. Cuius verba num. maiori. 696. hæc ſunt.

3 Publica † ait æſtimatio, ſeu valor impoſititius, & publicus pecuniæ ſtricte ſumptæ, ſeu monetæ, non eſt ipſius bonitas extrinſeca, vt vulgo putant, ſed bonitas intrinſeca. Patet quia cuius eſt propria, ſpecifica, ſubſtantialis, & formalis bonitas, & eſſentia, quæ dat eſſe rei, qua ſublata, publica videlicet approbatione remota, neceſſario deſinit eſſe pecunia, vel moneta, non ſecus atque ſublata forma interit rei ſubſtantia. l. Iulianus. §. ſi quis, ff. ad exhib. & Molin. maiori num. 753. Nõ materia, vel forma naturalis ipſius corporis monetæ, ſed valor impoſititius eſt forma, & ſubſtantia monetæ, in quantum videlicet moneta, quæ etiam noh eſt corpus Phyſicum, ſed artificiale, ἀτόπου ἄλλως τοῦ μαθήματος inquit Ariſtot. libr. 5. Et hic hoc ipſum ex textu. l. 1. ff. de contrah. empt. omnino videtur ſequi, in 4 qua dicitur. Pecuniam † non tam ex ſubſtantia rei, aut metal lica, quam ex ipſa quantitate, hoc eſt ex impoſitione hominis exiſtere: quod vult etiam Ariſtotel. 1. Politicor. vbi pecu-

niam

niam ob id primo signatam fuisse asserit, quo ita publico charactere impresso, abomni onere πῆς μετρήσεως, ideſt commensurationis, & probationis liberi, & certi essemus.

Hinc idem Modernus iacto illo fundamento, etsi quidem se imposititicium istum valorem nobiscum, gratiæ disciplinæ tantum, & ad euitandam omnem confusionem, extrinsecum quoq; monetę valorem dicere ac nominare non detrectet, attamen omnia fere ea, quæ DD. communiter ad intrinsecum materialem, & substantialem referunt, ipse extrinseco valori asscribere atque imputare, pluribus, & exquisitis argumẽtis doctissimè atque exactissimè, quod fateri cogimur, est conatus.

5 Quo † faciunt, & illa quæ DD. passim de quotidiano vsu nummorum, eundumque potius, quam materiam quomodocunque pretiosam, quoties de pecunia propriè accepta agitur, in consideratione esse debêre statuũt, Panorm. alijque DD. ad c. quanto de iureiuran. Oldrad. quæst. 168. ad primam. colum. 2. Ad tertiam, ait, quæstionem, qua quæritur vtrum in æstimatione pecuniæ Turonens. haberi debeat respectus ad vtilitatem intrinsecam vel extrinsecam, etsi multi dicerent, videtur, si Turonens. secundum communem vsum & loci consuetudinem æstimentur. l. si ita fideiussorem. ff. de fideiuss. & quæ ibidem apud Oldrad. sequuntur. Inde etiam in fine quæstion. 99. infert ita. Quanquam de iure siue plus, siue minus argenti insit, non referat, modo publica, proba, & legitima moneta sit. Quando igitur de publico, vel penes quem est potestas, & administratio Reipub. statuitur modus minori materiæ in pecunia (monetarij) pedem nominant) quam antea vel olim fuerat in vsu, seruata eadem in dicatura seu valore extrinseco, hoc ipsum curandum non esse. idem explicat. numer. 764. ex sententia Fabri ad Anth. hoc nisi. C. de solut. & pulchrè. nu. 806. In fine.

Nos autem loquimur, inquit, quando nũmi habent pondus & qualitatem materiæ ex publico compactã, & cõmuni vsu nunc definitam & requisitam, & sic sunt veri & legitimi nummi, etiamsi tempore antiquo ante publicam deminutionem monetæ non fuissent legitimi, sunt tamen hodie: ergo æque possunt nunc solui, sicut tempore antiquo antiqui legitimi

gitimini ni. Prosequitur idipsum deinceps numero. 807. & numer. 813. vide etiam hac de re Henning. Godens. consil. 11 Ord. 77 numer. 3. & l. fin. de veter. numm. pot. libr. 11. Albert. Brun. 1. part. numer. 8. per gloss. in c. quis ignorat. 32. quæst. 4. & in c. ejiciens. 88. distinct. In quibus locis dicitur. Quòd si primo currebat fortior, & postea moneta vilior, idque mandato Principis, soluendo viliorem liberabor.

Quòd ipsum in terminis, & quidem expressius prosecutus est Faber in d. Authent. Hoc nisi. & in princip. in Institut. quibus modis toll. obliga. Quæritur ita. Si mecum contraxisti tempore fortis monetæ, quam forte Rex mutauit, & pro ea facit currere aliam minus fortem, nunquid soluendo hanc minus fortem, liberaberis? Videtur dicendum quod non, sed debes soluere in tali valore, sicut erat tempore contractus. per cap. 7 olim. de censi. l. in lege. ff. de contr. empt. † Credo, inquit, quod si Princeps decreuit vltimam habere pro prima cursum, quamuis in valore sit debilitata, quod debitor liberabitur soluendo illam, si se obligauit ad solidos vel libras, secus si ad certum genus monetæ & valorem. Certum est enim quod Princeps habet potestatem in talibus, & ad ipsum pertinet, 8 dare † cursum & valorem monetæ per l. 2. C. de fal. & c. mon. dixi supra in prior. par. cap. 5. satis autem constituit, ex quo ordinat, quod 12. denarij valeant solidum, & 20. solidi illius monetæ libram, & ei dat cursum pro legitima.

Addit etiam ad dict. Auth. Faber. quòd curia Franciæ consueuit statuere & tenere, quòd quando Rex monetam debilitat, recipitur pro fortiori, sed quando fortificat (quod modo tam in Gallijs qua apud nostrates piaculum videretur,) habet respectum ad tempus contractus. Vide Guid. Papæ, quæstion. 493. & Specul. de solution. & obligation. §. nunc hanc de principis illa potestate in vtramq; partem comprobantem, licèt præmissam inferat communiorem.

Hic Romani, Parisi. Geminiani, & Fabri, licèt cõtra cõem sententiam laudat atque sequitur pluribus & vrgentibus rationibus, & adductis argumentis, absolutæ eruditionis Vir Iacob. Menoch. in egregio suo, & prolixo consil. 49. pro Magnifico viro, & Iureconsulto D. Ant. Cerudo Monitis Cesenæ præfecto exarato, & conscripto, vbi

vbi ita inter cætera refert. Forma, & substantia monetæ, in quantum moneta est, non ipsa est materia, sed valor impositius. Et ideo quælibet moneta, in quantum moneta est, non deducitur in contractum aliamue dispositionem, nisi sub ratione valoris tunc currentis. Et ergo magis respectu cursus, quam materiæ est considerabilis, per DD. ibidem allegat. Ab eo non dissentit Arr. Pinel. ad Rubr. 1. part. de rescind. vendit. num. 7. cap. 3. & à prin. num. 25.

Demum Alber. Brun. non procul ab initio sui tractat. de Monet. cum tali moderamine salis hac de re loquitur. Quòd si Princeps causa aliqua ita vrgente, forte propter bellum, & guerram mutat valorem monetæ, quòd teneatur subditis † ea occasione damnum illatum suo tempore resarcire, per Hostien. in titu. de cens. §. ex quibus in princip. & And. de Isern. in titu. quæ sint rega. in princ. 9. colum. DD. ad d.c. quæ to ext. de iureiur.

Hactenus pro præeminentia valoris monetarum extrinseci quædam adduximus, nunc etiam breuiter de intrinseco valore ex communi DD. sententia nonnulla proferēda sunt, vt ita vtriusque speciei natura inuestigata, & ob oculos posita, quid proprie de ijsdem statuendum sit, commodius consequi valeamus.

21 Qualitatem itaque ac quantitatem nummorum † hoc est materiæ siue aureæ, siue argenteæ preciositatem, & pondus attendi, ac forma illa extrinseca siue exteriori, & indicatura multis partibus præstantiorem esse, attestantur Doctores omnes, & totus quasi mundus loquitur. Vt enim in massis ipsis, & prope rebus omnibus, quo sunt purioris materiei, & ponderosioris, eo pluris æstimantur, eodem modo, & in ipsis nūmis obseruatur, vt quo ad puritatem, & simplicitatem intrinsecæ bonitatis magis magisque accedunt, eo iudicantur, etiā sunt reuera, meliores, & præstantiores. hoc ipsum supra ex ijs, quę c. 8. de liga, & preciositate auri, & argenti, necnon de pondere eorundem protulimus, abundè satis elucet. tum etiā ex ipsis iuris apertis textibus indubitanter euincitur, per allegat. l. 1. & 2. C. de vet. nūm. potest. lib. 11. cuius verba etiam sup. relata, hæc sunt, Solidos veterum principum veneratione formatos, ita tradi ac suscipi ab ementibus, & distrahentibus iubemus, vt nihil omnino refragationis oriatur, modo vt debiti

biti ponderis sint, & speciei probæ scituris vniuersis, qui alias fecerint, haud leuiter in se vindicandum, quò in loco duo
12 illa tanquam † substantialia requisita iureconsultus eanumerat, videlicet, & pondus sollicite vrget. Hinc etiam
modo ligam Imper. in l. 2. de ponder. C. libr. 10. in singulis Ciuitatibus Zy-
13 gostatam constituendum † ordinauit, cuius fide atque indu-
stria omnes nummorum species probarentur atque examina-
rentur; quemadmodum hoc ipsum in omnibus Regnis, præ-
cipuè vero in Imperio Romano, ac circulis omnibus ordina-
tum esse memini suprà; faciuntque c. olim, & c. cum Canonicis, extr. de censib. d. c. quanto, & l. creditor. ff. de solution. multaq; alia loca, secundum communem DD. intellectum.

Attestatur ipsemet quoque Modernus non vno in loco, maximè vero num. 751. & consequenter. Vbi inter alia hoc hæc parte sic loquitur. Vti in cæteris omnibus non licet rem vitiosam, vel deteriorem effectam soluere, ita nec pecuniam saltem notabiliter intrinsecus deterioratam.

Huius classis sunt Doctores illi, qui toti in eo sunt occupati, vt principibus per suadeant præstare, & omnino necessarium videri, vt ex puro puto auro, atque argento nummi percutiantur, per istiusmodi medium multis abusibus ad rem monetariam spectantibus, & falsitatibus succurri, ac subueniri posse, & non aliter, exstimantes, de quo puncto latius libro priori. c. 21. est tractatum, quæ hic non repetimus.

Atque ita vtriusque membri valoris, videlicet intrinseci, & extrinseci potestate denudata, apparet ad pecuniarum subsistantiam, & esse, vtrumque ex æquo pertinere, & referendum
14 esse. Nam † vt iusta, & legitima moneta dici posset, non sufficiet bonitas ipsius materiæ naturalis, & intrinseca, verum etiam summopere requiritur, vt eadem iustis, perpetuis, ac quasi præiudicatis finibus publicè sit definita, certa, vniformem, ac stabilem æstimationem, & cursum, verum ve fundationis perpetuum recipiens, per allegat. l. 3. C. de vet. numm. potest. 11. lib.

15 Hinc † iuris est, quòd iuramentum in litem deferatur, locumque habere nequeat, vbi pecunia in obligatione est deducta. Est enim certa nummorum æstimatio, in iisdem que ob nimiam similitudinem, non cadit affectio, vt decidit Vipian. in l. nummis, ff. de in lit. iur. quæ verba cauillacus Cor-

raſ.in Miſcel.6.cap.3. Adde Iacob.Menoch.de arbit. iud. caſu 207.in princip. facit.l. 1.ff.de condict.tritic. qua lege dicitur, quòd pecunia numerata ſemper ſit certa, & ideo actio ne tritic. caria, qua alias res omnes, ſiue pondere, ſiue menſura conſtent, & ſiue mobiles, ſiue ſoli ſint, petuntur, peti nequeat, quæ etiam per Molin.q.92. fuſius explicantur.

Non ergo incommode, ex ijs, quæ præcedunt, infertur, quòd etſi intrinſecus valor in nummis, quo ad ipſam materiam, ſit maximè ſubſtantialis, tamen vtriuſque bonitatis pecuniæ, tam extrinſecæ, quam intrinſecæ,) quatenus propriè pecunia dicitur iuxta d.l. 1.) rationem, & conſiderationem
16 ſummam adhibendam fore. Quo ſenſu atque intellectu, † & extrinſeca illa bonitas non inique conſubſtantialis vocabitur licet vt dictum, quidam Gallus, Faber, Menochius, & pauci alij extrinſecæ bonitati in hoc plus, quam intrinſecæ aſcribãt omnemque ſuam intentionem, contra DD. communem ſententiam, in eo fundent, ac muniant, de quibus ſequetur fuſius infra ſuis locis.

THEMA. Cap. II.

De ratione temporis contractus, & ſolutionis, ſecundum diuerſitatem intrinſeci, & extrinſeci valoris Monetarum.

SVMMARIA.

1 Difficultas huius quæſtionis maxima cenſetur.
2 Mediam viam ingredi tutiſſimum fore.
3 Ex facto ius oritur.
4 Quidam Gallus inuenitur ſingularis.
5 Obligationem duplicem eſſe, Generis, & Speciei.
6 Diſtinctio præmiſſa à Doctoribus vocepta.
7 Generis obligatio ad quamlibet ſpeciem applicatur.
8 Species omnes mutuam habent functionem reſpectu generis.
9 Monetam quæſtiones à Doctoribus obſcurius explicatæ exiſtunt.

10 Com-

Communis, & benigniori DD. sententia insistendum.
Intrinseca bonitatis Regula communiter recepta.
Contractus tempus quoad bonitatem intrinsecam inspiciendum.
Regula præmissa omnis generis obligationibus applicabilis.
Pecunia intrinsecus deteriorata, rectè recusatur.
Contractus tempus inspiciendum communis habet opinio.
Etiamsi nulla lex hoc velit, dictat tamen naturalis ratio.
Attendendum hoc, de quo verisimiliter actum creditur.
Pecunia debita si non extet, habetur ratio valoris, qui fuit tempore contractus.
Regulæ præmissæ declaratio per exempla.
Bonitas pecuniæ extrinseca explicatur.
Extrinseco de valore idem quod de intrinseco iudicandum secundum quosdam.
Doctores non semper fideliter citantur.
Regula, & conclusio maxima prima, & communis in bonitate extrinseca.
Declaratur quoad speciem hoc ipsum.
Florenus vti species in obligatione, ita quoque vt species persolvendus.
Propriæ prudentiæ non innitendum.
Augmentum, & decrementum exterius cui prosit vel obsit.
Generis obligatio in valore extrinseco explicatur.
In obligatione generis per quamlibet speciem rectè fit solutio.
Solutionis tempus in valore extrinseco attenditur.
Illamq; communem DD. sententiam esse, dicendum.
Extrinseci valoris mutationem non curandam, vbi limitatio instantis 2. concl. maximè sequitur.
Valor monetæ grossæ auctus propter deteriorationem minutissimorum nummorum, quid dicendum.
Intrinseco valore in nummis minutis mutato, crescit valor grossarum nummorum monetarum extrinsecus, & hoc casu contractus tempus attendendum.
Æstimatio in grossis, & nummis minutioribus debet esse reciproca, & correspondens.
Impensæ plures in cudendis minutioribus, quam grossis nummis requiruntur.
Pecunia alia in obligatione, alia in facultate soluendi.

38 *Auctoritates DD. quo ad tempus contractus, & solutionis alphabetico ordine relatæ.*

CAPVT II.

Acerrime inter DD. Iuris de vtroque contractus, & solutionis tempore dimicatur, quorum alij secundum illud disidentes quæstiones dissoluendas, alij vero iuxta solutionis tempus easdem moderandas censent. Itaque † hæc quæstio, ait Ioannes Regnand Auinienſis de Monet. non eſt noua, ſed antiqua, alta, magna, & profunda. Et Molin. quæſt. 100. in initio fatetur hanc quæſtionem omnium huius materiæ difficiliorem, & argumentoſiorem eſſe, In cuius explicatione nos ita verſabimur, vt † ad exemplum D. Imperat. in §. cum in aliena. Inſtitut. de rer. diuiſ. & §. pen. inſtitu. Quibus ex cauſ. mand. non lic. mediam viam ingredientes, (quam laudant, & ſequuntur Iureconſulti. in l. Si quid venditor, ff. de ædil. edic. l. 1. & 2. § ſi quis tamen, ff. Si quis caut. l. Quintus in fine. ff. de ann. leg. l. legato generaliter. ff. de leg. 1. l. ſi quis argentum. in princ. C. de donat. l. Antiqui. ff. ſi pars hæredit. pet. l. ſolent. § fin. ff. de of. proconſ. Bart. in l. ſi iactum. ff. de actio. empt.) nec non vtriuſque temporis, prout factorum ſpecies, † ex quibus obligationes oriuntur. l. ſi ex plagis §. in cliuo ff. ad l. Aquil. requirere videbuntur, rationem habentes, quod communi DD. ſuffragio approbatũ intellexerimus, modo omnino veritati non obuerſetur, iubenter amplectemur atque ſequemur.

Quidam Gallus dicit † ſingulariter, vt omnini quoque ſupra. Nam quantumuis ad tempus contractus, vt plurimum reſpiciat, facit tamen hoc ipſum alio ſenſu, ac reſpectione ſui ipſius, quę contractus tempore obſeruabatur, loquuntur, eã demũque attendendam volunt, ibi Molin. extrinſecam, quæ ad impoſititicium talem valorem, qui eo tempore obſeruabatur in talibus recurrendum, iuxtaque eundem iudicandum eſſe, contendit: omnes quæſtionum ſpecies paſſim eo, nec quicquam vero ad intrinſecam ipſam bonitatem referens. Hinc ita alibi. Inſpicitur, ait, valor impoſititicius current tempo-

tempore dispositionis, siue contractus, siue testamenti, quia obligatio accepit suam certitudinem, & limitationem secundum quid, quale & quantum tempore dispositionis, nec ex post facto mutatur, l. Rutilia, ff. de contr. empt. l. vxorem. §. testamẽto, de leg. 3. ff. cum similib. quæ Sic fiant, inter se discrepant.

5 Præsciendum ergo hic est, priusquam quid communiter hac de re statuendum sit, ostendatur, aliam speciei, † aliâ generis obligationem, & inter illa duo discrimen notabile constituendum esse. Speciei obligatio est, quæ consistit in nomine certæ speciei monetæ, vt si ad hunc modum obligatio fit concepta, Titius tenetur Caio soluere centum thalleros Imperiales, vel aureos in auro, vel Ducatos, vel Coronatos totidem, hæ appellationes certas nũmorum species designãt. Itaque eas certarum specierum obligationes, rectè vocamus. Generis vero illa dicitur, quæ non in certa monetæ specie, sed in nomine quantitatis in genere consistit, & expeditur: vt quando emptor forte promisit —— 20. vel —— 100. libras grossorum, monetæ Brabanticæ, aut Flandricæ, quemadmodum hodierno die inter nostros Mercatores passim est obuium, consuetudine que receptum, &c. vel debitor existit florenorum Colonien sium, vel 15. aut thalleorum centum, simpliciter pronunciatorum, aut similiter.

Quam distinctionem non meo cerebro excogitatam, aut 6 mihi obiectum, sed ex antiquorum Scriptorum, & communi & consita desuper cum aliquali attentione vsitatam, apud illos est indubitatum, qui eorundem doctorum virorum scripta, & tractatus, diligenter inuenerunt, & legerunt. Agnouit hanc Alb. Brun. Presup. 2. obiectum 1. numma. teriam monetariam, qua de se verba facturum, pro illi cetur nu- mers prosequitur. Al. quando, ait, exprimitur quod debeat fieri solutio in certa specie pecuniæ, & pactum ser. 2. dicitur aliquando vero, & sæpe non promittatur certa species pecuniæ, sed promittitur pecunia sub certo nomine vniuersali, 7 vel collectiuo, quod in certa specie & pecunia non consistit, & quod applicatur ad quamuis speciem pecuniæ, vt dicimus in floreno Medio ani, qui valet 12. solidos, ita florenus pramen. Brabanticus inter Mercatores multis- simos aureus valet, & diuc valeat —— 20. Item Brab. ban-

Brabanticos, & thallerus communis sesqui talem florenum atque ita stupheros. A ——— 30. Menoch. in consil. 49. nume. 11. Similiter loquitur Brunus Limitat. 8. nume. 11. Quod, inquit, intelligo, nisi promissio esset facta in tali specie, quæ non habet nomen, & formam pecuniæ, sed est nomen collectivum, quod ita determinationem habet in bona moneta, sicut in debiliori, vt sunt libræ valentes. 20. solidos ram fortis monetæ, quàm debilioris, quæ admodum huic nostro proposito conueniunt. Vide quoque eundem partic. 6. & perfectius in fine limita. 10. & pertranscursum. Thallerus sita- que cum adiectione Imperialis, Ioachimicus, Hollandicus, sub specici appellatione, si simpliciter thallerus efferatur, generis appellatione venit, & continetur.

Probatur deinceps per Molin. numer. 705. In hunc modum pro negatiua parte (argumento ab absurdo desumpto) disputantem. Nono, ait, quia aliàs non esset differentia inter obligationem ad certam speciem monetæ, & obligatum ad meram quantitatem in genere de quauis moneta, quod est absurdum. Quia est contra ius in d.l Paulus, & contra rationem, & vsum consuetum. Et alibi. Esset fatua quæstio, cum non fit moneta legata in certa specie monetæ, sed in quantitate generica, ab omni certa specie abstracta, & sic necessario † omnes species monetæ, recipiunt functionem secundum omnes, quod vnicum sufficiat.

Hoc ipsum colligitur ex conclusionibus per Didac. Couar. ad §. vnic. cap. 7. de mutat. monet. relatis, & Ioann. Fabri. ad §. 1. instit. quibus mod. tol. obl. & Leoninum. I.C. Et Duc. Gel. Cancel. consi. 31. num. 4.

Hæc de intrinseco, & extrinseco valore monetarum, de tempore contractus, & solutionis, deque generis, ac speciei obligationibus, & distinctionibus, similibusque doctrinis volui paucis præmittere, Ex eo quod quidam ex veteribus plures autem ex Recentioribus, hæc aut omnino negligant, aut non debito modo, studio, ac diligentia ad ea aduertãt. Ideirco ipsi met multipliciter inuolunt, diuersimode sentiunt, confulunt, atque decidunt. & ita in inextricabiles errorum labyrinthos sæpe collabuntur.

Quod ipsum notauit, & aliquoties non immerito taxauit atque reprehendit, perspicacis ingenij, & singularis eruditionis

tionis vir, cuius verba hic libenter subijcimus.

Multum, ait, confuse, & perplexe loquuntur DD. in hac materia, dum sæpè involutis distinctionibus suis, non semper aperiunt, de quo valore, intrinseco, vel extrinseco singula membra distinctionum suarum intelligant. vt Henri. Bohic. & alij in cap. quanto de iureiur. Et alibi. Hactenus, ait, in his quæstionibus multum dubitarunt Doctores, tantoq; longius errauerunt, & intricauerunt, quanto partim falsis fundamentis inhærendo, partim dictaaliorum perperam, & præpostere accipiendo, partim rerum, & factorum circunstantias negligentius expendendo, vniuersam hanc, facti magis, quam iuris, materiam, ad certas commentitias regulas astringere conati sunt.

Et quamuis, quidam Iurisconsultus Laudensis, Bruno, Curtio, Oldrado, alijsque passim doctis hominibus notam istam inurere, reosque istius facere eosdem aperta fronte minatur, Receptam enim communibus suffragijs sententiam impugnat, fastidit, atque reijcit, suamque opinionem singularem præfert atque extollit. Nostrarum tamen partium esse hactenus censuimus, (ne huius doctrinæ, confusio, & summa incertitudo, aetædium suboriatur, & subsequatur) à recepta, veritatique consentanea, æqua ac benigniori sententia nemini recedere.

Videndum ergo nunc est, quæ sit communis doctorum de contractus, ac solutionis tempore, tam quoad intrinsecum, quam quoad extrinsecum Monetarum valorem, tum generis, ac speciei obligationem? Sententia, Hanc ipsam dubius consultionibus maximis subsequentibus, propriè, verè ac sincere, licèt ipsemet non recipiat, complexus est dictus Iurisconsultus in initio quæstionis centesimæ, & vltimæ.

Conclusio prima maxima.

II. Omnes Veteres, ait, & Recentiores, & meliores Doctores atque Scriptores (vno Ioanne Fabro excepto) vna voce, vbique, siue lege, siue repetendo, siue in tractatibus, siue in Consilijs

filijs, tenuerunt, & tenent, semper, & indistincte, siue debeatur pecunia in genere abstracto quantitatis, puta tot libræ, vt per Odra quæstio. 31. siue certa species monetæ, puta mille aurei, debereattendi, & exigi bonitatem intrinsecam, quæ erat tempore contractus, siue
12 cuiuscunque dispositionis. † Et cum plus sit, quam communis, velut prælu dicata opinio, superfluum est auctores citare.

EAndem recenset dictus Iurisc. & eadem perfectiùs in quæstione 99. nume. 4. & num. 5. quo lectorem remitto.

Prædictam etiam de intrinseco valore monetarum sententiam communem passim refert Alb. Brun. maximè vero latim ab initio primæ part. Idque ex mente multorum quos ibidem allegat, Illamque conclusionem procedere affirmat,
13 † ex quacunque causa sit debitum soluendum, siue ex contractu, siue ex testamento, siue ex iudicis taxatione. Et licèt pecunia non sit in obligatione, vel solutione, sed in solemnitate, vt cum dicimus, non valere donationem excedentem quingentos aureos absque insinuatione, Venit enim & est summa taxanda secundum tempus dispositionis, per Salicet. in l. Illud. C. de sacrosanct. eccles. Et habes de illo in consil. Colleg. Papiens. per plures auctoritates statim à principio.

Quod ipsum Brun. per 18. declarationes, & ampliationes prosequitur. Et de obligatione generis, de qua forte dubitari possit, habes apud eundem declar. 6. Viui. in Commun. opin. 184. per auctoritates plures Eandem communem refert. Didac. Couarr. d. cap. 7. num. 2. quem vide. Et Corn. consi. 109. incip. viso puncto principali. lib. 4 Si post contractum, inquit,
14 pecunia † fiat deterior in bonitate intrinseca, etiam extrinseca manente, debet solui, ac reddi secundum bonitatem temporis contractus, non solutionis, etiamsi nulla mora eius, qui reddit pecuniam, intercesserit. per Signor. consil. 74 quæstio

talis

ral. Sess. Steph. Bertran. consil. 312. Visis, & diligenter . colum. 1. 4 10. 1. Nicol. Mil. in suo repert. verf. Pecunia. Ant. Rub consil. præsupponitur, & consil. 48. Tiraquel. de retr. lig. gloss. 18. n. 27.

Communem hanc quoq; astruit D. Gail. 2. obs. Ita, inquiēs, habet communis opinio, Vt scilicet valor monetæ contide- randus, & inspiciendus sit à tempore contractus, non autem solutionis. Adde Corne. consil. 321. volum. 3. & consil. 181. vol. 2. Tenet idem Curt. de Monet. nume. 3. Et nemo, ait, dubitat, quin semper pecunia sit reddenda in bonitate intrinseca, si de illa reperitur, si verò non reperiatur, potest solui de noua, habita relatione ad æstimationem pecuniæ mutuatæ.

Iohan. quoque Regnau. Auenienſ. de Monet. vbi ex professo hanc quæstionem tractandam suscepit, ait, valorem, qui fuit tempore contractus, vsqueadeò attendendum, vt quamuis nihil de eo sit dictum, tacite nihilominùs actum videri inter contrahentes, vt secundùm eum solutio fiat. Et hoc multum, 16 inquit, in ratione euidenti, † etiamsi non esset lex, hæc di- ctaret ipsa iustitia naturalis, qui reliquis omnibus in hoc quæstionis puncto est nimosior: Ideoque tacitè per Iurisco. reprehenditur, quæst. 100. in princip. Vide etiam Natt. consi. 302 pro communi. Et Nicol. Boer. decis. aur. 327. numer. 8. Plures Doctores, refert, tenuerunt contrarium, quòd solutio fieri debeat, habito respectu ad valorem monetæ vel auri vel argenti, qui fuit tempore contractus, siue illo tempore esset fortior, siue debilior, vt voluit Azo in suis Broc. sub Rubric. An. cadē mensura vel moneta debeatur, & cęt. Cui adiungit auctoritates absq; numero.

Tu vide etiam Gabriel. lib. 3. concluſ. 1. & Guid. Pap. quæst. 174 93. Vbi rationem subiungit istam: Debet attendi, ait, quòd verisimiliter est actum inter contrahentes, & secundum id debet iudicari, aliter sequeretur, quòd res, quę fuit vendita iusto precio, daretur pro minus iusto precio. Ideò audiri non debet talis emptor in detrimentum venditoris.

Atque ad istum modum in Cam. Imp. per Dominos Assef- fores, post multā disputationem, decrsum ac iudicatum fuis- se, testatur D. Mynsinge. 4. Obseru. 1. Subiungens, vt si Petiæ, quæ sunt in obligationem deductæ, amplius non reperirent, † tunc recurrendum esse ad valorem & taxationem extra ca- pus

pus contractus. Itaq; de pecunia currenti & vsitata solutio quidem fieri potest, sed habito respectu ad valorē intrinsecū, qui contractus tempore obseruabatur. Sequitur Hostien. Ioā. Andre. Anton. de Butr. Cardin. Innocen. Panormit. & Canonistæ communiter ad c. quanto, de iureiu. & c. olim. c. cum Canonicis, extr. decim.

Cui adstipulatur his verbis noster Iurisconsult. Hoc etiam, inquit, secundùm omnes (quod nota) volunt Iura Canonica in dictis capitulis, quæ omnes Canonistæ, ibi & vbique intelligunt, vt non solùm in summa semel soluenda, sed etiā in pensionibus & obligationibus successiuis debeat solui pecunia, secundùm æstimationem intrinsecam (sic omninò ibi dem legendum, non extrinsecam, vt vulgaris habet lectio) quæ erat tempore dispositionis. Illam quoq; sententiam communem dicit Leoninus Duc. Gelr. Cancel. Iar. consilio 31. circa princip. licèt pro contraria non nihil vrgeat.

19 † Hanc tem, quoad intrinseci valoris elucidiorem explicationem, ego in gratiam Iuniorum hoc pacto declaro: Obligatio fortè contracta erat anno 1444. aureorum in auro mille, quo tempore continebat puri auri marcata lîū florenorum A —— 19. Caract. Et eorundem septuagi nta pendebant quoque marcam vnam Colonien. Hodie fortè solutio seu reluitio talium aureorum in auro vrgetur: cumque constet ex Ordinatione hodierna die recepta, quòd tam extrinsecus valor, quàm intrinsecus sit deminutus, nonnihil, cùm, vt dixi suprà, contineant auri puri A —— 18½. Car. & 72. marcam pendant. Iccircò secundùm traditam à nobis conclusionem primam Maximam, erit habenda ratio deminutionis ligæ & ponderis, quàm supplere, creditoriq; superaddere debitor cogetur.

Eodē modo, si quondam percutiebantur tha leri vndecim denariorum, argenti puri, quales ad huc, licèt rariores, conspiciuntur, modò verò ex decē denar. & granis 16. fiant, vt habent Imperij Constitutiones, & per Ordinarius in ijsdē præscriptus, defectus ille secundùm communem, & quam nos tuemur sententiam, quasi veriorem & benigniorem, per debitorē erit supplendus. Ab hac quoque nō recedit Arnold. Bart. Doctor., in l. vinum, num. 12. & 13. ff. de reb. credit. citatque ibidē Cuiacium, longè aliter tamē ea de re sentientē.

Sic

Si quondam cucurrisset moneta in intrinseco valore
rū ōor, & modò cuderetur pretiosior, hodiernum augmen-
ſit cederet commodo debitoris. Ratio est, quòd inspiciendu
i tempus contractus, & non solutionis. Hæc eadem etiam
obligatione generica locum habebunt. Exempli causa:
xisti debitor florenorum Colonienſium ducentorum, an-
no videlicet 1566. vtque; fieret eorundem restitutio fortè an
no 1589 placuit. Experimur autem passim nūmos propè om
nes medio tempore intrinseco valore deminutos, aut etiam
augmentatos (quod fit rarius) hoc & incommodi & com-
modi perferre cogitur ipse debitor, non creditor. Quę Iurisc.
cōs. ille omni nò nō recipit, quantū ad intrinsecū, sed quoad
valorem extrinsecum, eodem distinguit modo.

Hæc de intrinseco valore in comprobationem & defen-
20 sionem communis sententiæ † sint producta: nunc reliquum
est, simili brevitate & compendio, de extrinseco monetarum
valore receptam, communi suffragio, doctrinam ape-
rire.

Et quantum ad illum attinet valorem, video Francisc.
Curt. de monet. in princip. num. 11. & 12. ac consequenter ex
21 sentētia (vt ipse referr) Alberici, Baldi, & aliorum, idem de
extrinseco, quod de intrinseco valore diximus statuere, con-
cludens in hunc modum. Ego indistinctè teneo, in omni con-
tractu, siue locationis, siue mutui, siue alterius contractus, tē-
pus contractus, etiam quantum ad bonitatem extrinsecam,
inspiciendum. Ideoque variata æstimationem, quæ currebat tempore contra-
ctus, secundum Doctores ibidem allegatos. Et quos citat
Gabriel. in illam sententiam libro. 3. de solutio. & liberat
concluſ. 2. tempus contractus, & non solutionis in extrinseco
valore attendendum.

22 † Verùm ego planè existimo, non vbiq; relatos in istis locis
Doctores syncerè citari, cùm pars in communi sententia re-
fideat. Itaque rectè dixi paulò antè, in his & similibus Docto
res admodum titubare & variare, & quasi incertis sedibus
vagari. Vt etiam Lauden. numer. 22. facere videtur, quantū-
uis tandem a cōmuni prędmentionata, & ea, quę de extrinseco
valore sequitur, sententia, non recedat. Quæ secundum
illum ita se habet quæst. alleg. 99. numer. 6. maiori verò

743. Egregiam huius Regulæ limitationem vide infrà q. p. 13.

Concluſio Secunda maxima.

23 Cæterùm de bonitate extrinſeca ſentiunt Doctores, tempus non contractus, ſiue alterius diſpoſitionis, ſeu ordinationis, ſed ſolutionis attendi: non curando de augmento, vel decremento, niſi à tempore morę, prout a dudum ſque communis inualuit Doctorum, vt ipſe ait, errot.

ET ita explicat ſe Panormitan. in dicta l. 3. in fine. C. commun. de lega. Alcia. poſt alios in ff. l. cùm quid. ſi cer. peta. Hæc ille, &c.

24 † Declaro hoc: Si certa ſpecies eſt in obligatione, puta, tenetur debitor poſt ſex menſes, vel octo ſoluere centũ Aureos in auro, & tunc tempore obligationis contractę pluris vel minoris valebant Aurei in auro, quàm tempore ſolutionis, hoc augmentum vel decrementum non curabitur, ſed totum id in exponendo, & recipiendo commodo vel incommodo creditoris & accipientis cedere debet. Albert. Brun. in fin. ſui tracta. de monet. limitat. 10. Quando promiſſa eſt, habet, certa ſpecies pecuniæ, tunc non curamus de bonitate extrinſeca. Idem paſſim inculcat, vti etiam declar. 3. Item Nicol. Boer. quæſt. 327. ſequutus Baldũ in conſil. 339. incip. punctus quæſtionis eſt talis. Iſtiuſmodi ponit exemplum: Fuerunt dati in dotem duo centũ floreni boni auri & primò valebat florenus tres libras cum dimidia, poſtea verò tempore reſtitutionis, valebat quatuor libras, & quindecim ſolidos. Quęritur cuius tẽporis ratio habebitur quoad ęſtimationem illam extrinſecam? Et decidit, † quòd dos debeat reddi & ſolui in florenis, quia ipſi floreni ſunt in obligatione, & eorum bonitas intrinſeca non eſt mutata, ſed extrinſeca, ſeu valor & æſtimatio ipſius tantummodò. Quæ Boerij & communis deciſio Pariſien. minus arridet, in princip. quæſtio. 27.

vbi

vbi Sperte eundem ob id reprehendit.

Atque ita accipio & intelligo Costaliam ad l. res in dote. ff. de iure dot. & l. cùm quid. post Barto. & alios. ff. si certum pet. Item D. Gail. 2. Obseruatio. 73. Et Didac Couarr. in §. vlt. co, cap. 7. numer. 3. vbi ita inquit: Quoties pecunia eodem pondere & materia manentibus, vel augetur, vel minuitur extrinsecus, quoad precium & æstimationem ea mutatio antecessit & nocet & prodest creditori, hoc est, satis erit, si ei moram species, quæ in obligationem deducta, non attento augmento vel decremento eiusdem, soluatur.

Hæc, ait, conclusio communis est, & probatur ab his, qui proximam (de intrinseco valore nimirum) probauere paucis exceptis. Inter quos primus Iustus Gallus (propriæ suæ b prudentiæ confidens, contra dictum † Salomonis Prouerbiorū ca. 31. & ne innitaris, de constitut.) tenet: existimans in mutuo, dote, testamento, contractu emptionis & venditionis (vbi nullum tempore contractæ obligationis suberat periculū crebrę mutationis variationisque fordidę) minimè admittendam esse communem sententiam: immò mutationem pecuniæ, quoad bonitatem extrinsecam, nocere & prodesse † etiam ante moram ipsi creditori, vt communis habet lectio, quæ mihi aliquando tenebras effudit.

Et tunc sensus est: Si Aurei in auro valuerunt tempore contractus 66. albos, & postmodum solutionis die aduenerente, exponantur pro 70. albis, debitore hoc augmentum 4. alborū deducente, hoc incommodi in obligatione speciei perferet creditor, quemadmodum econtrà, si anteà valuerint 70. alb. & solutionis tempore tantùm 66. hoc creditori commodabit: ex quo secundùm Parisien. & paucos asseclas, extrinsecum valorem debitor vsq; ad illum, qui erat tempore contractus, supplere teneatur.

Verùm ego omninò putarem, si debitori legatur, sensum fore multò apertiorem, ex quo pro communi dixit antè, eam variationem nocere & prodesse creditori: Ergò quæ contra communem pugnat, qualis est ista quæ præcedit, nocebit & proderit debitori. Sed parum laborandum est de contextu verborum, modò genuinus sensus haberi potest, scilicet iste, quòd secundùm Parisien. debitor vt defectum, quoad extrinsecum valorem, supplere tenetur, ita & eodem modo ei augmentum

augmentum deducere & defalcare principali sorti licebit.

A quibus non dissentit Francisc. Cur. in tract. de nume. 4. ab initio, de monet. in hæc verba loquens: Aut non mutatur pecunia in bonitate intrinseca, sed variatur æstimatio & valor ipsius, vt quia Ducatus aureus, qui tunc valebat & expendebatur pro 4 libris, & decem solidis, si hinc ad aliquos menses crescat valor & æstimatio, quia fortè valebit libras quinque, vel fortè decrescat ad 4. libras, & in ista bonitate, quæ vocatur extrinseca, non curamus nec inspicimus, nisi eo tempore, quo cœpit esse in mora, & in mora constitutus est, per allegata ibidē.

28 † Et sic quæ sit communis Docto. sententia, & quæ contra eandem militet. quoad obligationē speciei, breuiter est expositum, de quo infrà suis locis latiùs.

Dicendū igitur restat nūc de obligatione generica. Certū est autem communem in obligatione generis sententiam suprà relatam, hoc sensu accipiendā & subintelligendam esse: Videlicet, cum genus, putà, tot libræ Grossorum, siue tot floreni, tot thalleri Colonienſis monetæ, Flandricæ, aut Brabanticæ (quæ ex vi & natura verborum, tum etiam iuxta quotidianum vsum, atque assiduam inter Mercatores obseruantiam (ad quæ semper est respiciendum) appellatione generis continentur) in obligationem sunt deducta, tunc rectè per quamlibet monetæ, non reprobæ aut falsæ, sed

29 † probæ & iustæ, speciem, solutio fieri poterit: atque ita manente intrinseco & substantialis nobis valore integro & saluo, non attenditur in quantum species quælibet, putà Aurei in auro, Coronati, Ducati, Thalleri Imperi Imperiales, Floreni 15. batz. & reliquæ sortes creuerint aut decreuerint extrinsecus. Non enim sunt de per se in obligatione, sed in facultate soluendi, secundùm estimationem istā, quæ hodie, hoc est, solutionis tempore, vsu seruatur, estque recepta cōmuniter.

Atque illud est, quod diximus, & nobis repetendum est sæpè, non tam contractus, quàm solutionis tempus, vbi de extrinseco monetarū valore agitur & disceptatur, inspiciendum esse: quod vt plurimùm in debitoris, ex quo rarius numorum species decrescunt (foret enim hoc quasi miraculum) sed quasi magis magisque augentur, commodum vtilitatē-que vergit.

Ita

Ita habet Brunus declaratione 6. postquã de obligatione
ne ris mutata bonitate intrinseca, debere videlicet tempus
contractus attendi, præmisit, sequitur mox: Vbi autem
intercessisset mutatio bonitatis extrinsecæ solùm, vt quia
remanente eadem liga & ponderе auri atque argenti in
monetis: mutatus esset valor, non procederet hæc conclusio,
quia attenderetur valor secundùm † tempus solutionis, se-
cundùm communem opinionem Doctorum: quia in his quæ
debentur in genere, vt in debitore librarum, florenorum
Sabaudiæ, & consimilium, regula est, Quòd variatio extrinseci
valoris inspicitur tempore solutionis, & eadem res debet red-
di in genere, non attenta variatione valoris extrinseci, siue
ista varietas tendat ad commodum debitoris, siue creditoris,
per Bart. in d. l. cùm quid. Zabarel. in Clement. si beneficium,
in 14. q. de decim. vbi tandem, relatis opinionibus diuersis, in
illa residet atque subsistit. Adde Francis. Aretin. consil. 11. &
præcit. loc. Boer. nu. 4. eadem repetentem.

Martin. verò Garrat. Laudens. etsi numer. 22. de Monetis, &
consequenter varius sit, sibique vix constet, quo morbo Bru-
num aliquando & alios in hisce difficilioribus laborare, su-
prà attigi) tamen huic communi sententiæ postmodum
subscribit, & tempus solutionis, quando non est mutata qua-
litas intrinseca, attendendum dicit, per Bald. in d. l. cùm
quid. & in l. si quis argentum. C. de donatio. Mille auctorita-
tes pro hac sententia, quoad extrinsecum pecuniæ valorem,
vide apud Gabriel. alleg. tit. de solut. & libro 3. concl. 2. Cui
adde AEgid. Bosf. in prax. crim. numero 3. versicu. in qua
quæstione.

Hic apud Dd. admodum notabilem video posterioris
cõclusionis præcedẽtis limitationẽ, maximè & quidem com-
muniter receptam, qua dicitur, non solutionis tempus, etiam
quoad obligationem generica, sed tempus contractus at-
tendendum esse, etiam tunc, vbi nulla mutatio bonitatis
intrinsecæ superuenit principaliter, sed tantùm, vt ipsa volùt,
quoad aliud. Itaq; huius limitationis hanc quasi Regulam
constituunt:

33 Quotiescunque valor † monetæ antiquæ grossæ, non mu-
tatæ in bonitate intrinseca, auctus fuit propter deteriorationem
nem monetæ minutioris, magis grossæ, & intrinsecus fa-

-lioris,

lioris & debilioris. Ex quo deterioratio ista minoris pecuniæ, vel in liga, vel in pondere, fit & existat causa augendi valorem extrinsecum maioris pecuniæ vel melioris, perinde inferunt habetur, & iudicandum erit, ac si valor grossarum monetarum intrinsecus auctus fuisset.

34 † Subest enim eadem mutationis ratio, quoad valorem intrinsecum. Exempligratia: Rotatti aut albi simplices, batzij aut medij, in intrinseco valore sunt deminuti, quondã enim erant forte denariorum septem & trium, & modò inueniuntur sex, & respectiuè 2½ denar. Hinc ob istã deteriorationẽ, quę similiter in pondere cõstitui potest, istis minutioribus numis Aurei in auro, Thalleri, & reliquæ maiores sortes augmentum acceperunt valoris extrinseci, qui obid creuit: Inferunt ergo Docto. respectum habendum ad illud augmẽtum, & hoc proportiortionabiliter fore detrahendum, non secùs ac si ipsæmet sortes grandiores intrinsecus creuerint. Ita tradit Bartol. in l. Paulus. ff. de solut. cira fi. & in libr. allega. 3. de solut. conclus. 1. numer. 19. & conclus. 2. numer. 7. Per Grat. in consil. 12. collat. 6. versic. quintò moueor. & consil. 12. coll. 7. versic. præterea illa opinio, volum. 1. & consil. 14. colu. fin. versic. tertiò retorquetur, eod. volum. Aretin. d. consil. 11. Oldrad. quæst. 249. Corn. consil. 181. col. 25. lib. 2. Alb. Brun. declar. 6. conclus. 1. nume 5. 6. & limit. 8. num. 5. & limit. 10. in fi. quæstio. 90. statim ab initio ibi, Et sic cùm augmentum. & quæstio. 96. nu. 3. & quæstio. 97. nu. 13. & 14.

Notabilis ait, deterioratio intrinseca minutioris, monetę, necessariò inducit augmentum æstimationis pretiosioris monetæ, manentis in eadem materia & pondere, nec dicitur augmentum valoris, sed æqualis commensuratio & proportio, ad monetam deterioratam, tenet Grauet. consil. 47. nume. 6. incip Carolus Alemandi. vbi hanc infert communem, per Doct in d. l. cùm quid. si cert. pet. pet. Vide Menoch. cons. 49. cõs. 43. in princip.

Verùm vti grossa pecunia propter deteriorationẽ minoris, vt dixi, aliquando crescit, eodem modo etiam non raro propter excellens augmentum vel detrimentum grossarum crescit vel decrescit pecunia minuta, attestatur Lauden. de. enuta. mone. numero. 21. Et ego idem aliquando obseruaui,

35 licèt † reciproca ac correspondens de iure inter illa deberet esse.

matio, vt tradit Brun. ac initio nu. 10.
cò à communibus Regulis & concluſionibus maxi-
rà poſitis; nõ eſt recedendum, nec temerè, nec facilè,
è cùm maiores impenſæ ac ſumptus in conficiendis
nutioribus ſortibus, quàm grandioribus requirantur.
bus Brun. præcita. loc & numer. & per nos ſuis locis
ius tractabitur. Hæc omnia pulcherrima ſunt, ideoque
rimis dil. gentet notanda. Pauci enim ex noſtris peni-
ill a re ſpexerũt, eademque debito modo examinarunt.
ſupra deductis fundamentum quæſtionum omnium
plicite r controuerſarum deſumendum eſt, vti quoque
o e a r undem. Semper enim ad illa tanquàm ad lesbiam
la mco llimandum, vt quæ pecunia ſeu moneta ſit in
ligati one, & quæ in facultate ſoluendi, accuratiſſimè ac-
arur, quorum vnum debitorem coarctat atque conſtrin-
alterũ eundẽ liberiorem redit. Hinc duplicé conſideratio
ſemper habendam Brun. refert: Prima conſiſtit in valo-
ecuniæ quæ promiſſa eſt in obligatione, & tunc eius acti-
:io cõmenſuranda eſt ad tẽpus promiſſionis, vt nimirum
ima præſtetur promiſſa: altera conſideratio eſt circa va-
em pecuniæ, quæ eſt in facultate ſoluendi, & non in
ligatione præcisè vel promiſſione, & iſta debet ſolui ſe-
ndum curſum & valorẽ ſuum propriũ tempore ſolutionis.
od latiùs proſequitur partic. 5. in fin. Brunus.
Hũius rei gratia quoniam Doctores de intrinſeco valore
undum tempus contractus, tum etiam de extrinſeco, iux-
ſolutionis tempus conſiderabili, diuerſimodè loquuntur,
onſulunt atque decidunt, vt ſæpè dixi: Iccirco in gratiam
udioſorum, & ad ſubleuandum ijs omnem laborem, placuit
aihi ordine Alphabetico Doctores, & loca præcipua, in qui-
ius de hac ſatis intricata materia, videlicet de duobus con-
ractus & ſolutionis rẽporibus ac ſimilibus tractatũ reperit,
ſubijcere.

A.

† Vide Alber. in l. vxori. S. vxori. ff de legat. 3 Et eundem
Alber. & Angel. in l. ff. de ſolut. & in l. 2. colum. penul. verſicu.
deinde quæro. C. de iure emphyt. & ad l. cùm quid pleniſſimè.
ff. ſi certum peta. Azo. in Brocard. ſuis, in materia de cõtract.
ſub Rubric. Angel. in d. l. cum quid, circa fin. verſicu. idem di-

cas. Et Angel.in Summâ,in verb.ſolutio, in 2.concluſ.Andre. de Iſern.colum.3.& Affli&.numer.15.& 20. tit.quæ ſint regal. in verbo,monetæ,iu vſib.feud. Anton.de Butr.in c.cũ Canonicis, in 1. notab. extr. de cenſ. Anton. Rube. in conſilio 17. præſupponitur in facto. & conſil.48. Aym. Crauet.49. conſil. in 6.

B.

Vide Bartol. & Bald. in d.l. Paulus. & Barto. in l. Rutilia Polla.ff.de contrahen.emptio.eundem in l.cùm certum. ff. de aur. & argen.lega. Et in l.nũmis.ff.de in litem iur, in l.res in dotem.ff.de iure dotium Bald.in l.illud, colum.vltim.verſicul.vltimò quæro. C. de ſacroſanct.Eccle.& in 1. vltim.in princ. colum.1. verſicu. item quæro. C.commun. de leg. in l.ſi quis argentum,in princip.colum.2.verſi.conſulu i pauci ſunt dies. C.de donat.& conſil.499 quæſtio iſta, libr.1. & conſil. ſequ- vltimo eius libri,incip.in quæſtione qua quæritur.& conſilio. 269.incip.ſuper.eo,libr.2.& conſi.213.incip. Punctus quæſtionis talis eſt,libr.5. Bertrand. in conſil.168. in princip. & conſilio.161.colum.pen.verſic.ad ſecundam quæ ſitum,in antiqu. volum.1. & conſil.312. in princip. volum.1. Boër. deciſ.317. per totum & in Singul. in fine, ibi, Mixta de contractibus. Butrien.in d.l.Paulus,de ſolutio.Bologn.in dicta l.cùm quid, nume.60.& 70. 74 Boſſi.in prax.criminal.titul.de monet.Bartol.in l.vinum.ff.de rebus credit. num.12.& 12. Borchoid. in c.vnic.quę ſint Regal.nu.58.Bohic.in d.c.quanto.Barthol.Socin.conſ.6.

C.

Vide Cyn.in l.minorum,in 11.quæſtio verſic. reſtat modò C.quib.cauſ.in integ.reſtit. & in d.l. ſi quis argentum,de donat.C.Collectan.in c quanto,de iureiurand.& in c. indicante, colum.1.verſi.quid ſi teſtator,de teſtamen. & in c. Oldradus, colum.2.verſic.ſed quam pecuniam,de ſol.ex.Corn. conſilio 287.incip.in hac conſultatione,colum.penult.verſi.deuenien dum,vſque ad fin. libr.1. & conſil. 181. viſis nonnullis, char. penult.colum.vlti. verſic. reſtat vt deueniam,libr.2. & conſil. 231.de pluribus, colum.penulti.verſic.reſtat vt deueniam ad dubitat.& ſeq.lib.3 Et latè conſil.231.volum.3. Carol.molin. quæſt.96. cum tribus ſequentibus. Coraſ.in Miſcellan.lib.3. cap.13.numer.5. Curtius Iuni. conſilio.24.num.4.& conſilio

145.

14. numer. 49. volum. 1. Calcane. consilio. 14. incip. Manifestum, colum. 5. & consil. sequen. viso instrumento, colum 12. versi. & pro declaratione. Crauet. consilio. 74. incip. Magnificus Dominus, nu. 6. Coſtal. in dicta l. cùm quid. & in l. res in dotem, de iure dotium.

D

Vide Dynum in c. inſpicimus, de re iudica. libr. 6. & in l. cùm quid. Decium in l. 2. §. mutui datio. ff. ſi certum peta. Dadum Couar. cap. 7. de muta. mone. Doctores communiter in d. l. cùm quid. & in l. vinum, in l. quod te. ff. ſi cert. peta. in cap. olim. cap. cum Canonicis, ext. de cenſ. in Clement. de decimis.

E

Vide Emanuel. Soarez recept. ſentent in verb. ſolutio, numer. 137. & in verb. moneta, num. 201.

F

Vide Franciſc. de Aretin. in d. l. quod te. & conſil. 11. per totum, incip. procedendum eſt. & conſi. 84. incip. diligenter, colum. 1. Franciſc. Marc. delum. 1. & conſil. 112. conſideratis, colum. 1. Franciſc. Marc. deciſ. 168. part. 1. & 187. 2. part. & 260. deciſ. eadem. 2. & pluribus alijs in locis. Fabian. de Monte Sabin. in tracta. de emptio. & venditio. in 5. quæſt. princip. colum. 1. & 2. & Franciſc. Horoman. de re numma. circa prin.

G

Vide Guido. Pap. deciſ. Delphin. 493. Guilelm. de Suſat. in quæſt. ſuis, char. 8. gloſſ. in cap. quis ignorat. 32. quæſt. 4. & in c. conquerente, ibi, Solidos, de offic. ordinar. Gabriel. cõcluſ. 1. Et conſequenter titul. de ſolut. & liberat. & apud eundem auctores innumerabiles. Geminian. conſil. 137. Gigas in tract. de penſ. quæſt. 98. num. 4. Godefrid. ad d. l. cùm quid, de rebus credit.

H

Vide Hoſtienſ. in d. cap. quanto, & in ſumma, de cenſ. § ex quibus, verſic. quid ſi moneta mutet. Hieronym. Grat. conſil. 12. num. 30. & conſi. 13. volum. 1. Hieronym. Cagnol. de retract. conuent. loquentem, in repet. l. 2. in 31. quæſt. C. de pact. inter empt. & vendit.

I

Vide Innocen. Ioan. Andr. Immo. in d. cap. quanto, & in

clement.fina.de decim.Ioan.Fabr.in §.1.In titu.quibus mod. toll.oblig. & in authen.hoc nisi. C. de solut. Iaſ.in l.2.colum. 26.quæstio.36.C.de iure emphyteu.Immo in l.in ratione. §. diligenter.ff.ad legem Falcid.in d.l.quod re, ſi cert peta.Iord. Bric.in tract.de monet.qui est inter tracta.Ioan.Rayn.per totum. Ioan. Andre. in titu. de obligat. & solut. §.nunc aliquis, verſic.vlt.Ioan.Aran.in cap.1. colum.1.verſicu.verum autem, de iudic.& in d.c.olim,cap.cum Canonicis,& in d.cap. quanto.Ioan.Imbert.Rupel.in Enchirid.Iur.Gall.in verb.moneta. Ioan.Coraſ.3.cap.13.

L

Vide Laudenſ de monet.num.22.Laurent. Calcan.conſ.15. viſo inſtrumento.

M

Vide Marian.Soc.conſil.6. incip.prædicta conſultatio, lib. 1.& conſil.298. pro fundamento,per totum,libr.2. Matth. de Afflict.deci.Neapolita.90.hoc tempore,& decis.194.filiusfamil.Mynſing.1.obſeruat.cent.4.Maſſuer.in praxi.titu.de ſolutio.col.1.verſ.item debitor Matth. Coler.in tract. de proceſſ. execut.1.c.10.ſtatim ab initio.

N

Vide Nicol. Mil: in repet. in verb. pecunia. Natt. conſilio 303.

O

Vide Oldrad.conſil.13.cùm quæstio.& conſi.31.thema tale eſt, & conſil.250.& conſil.168.ad primam quæstionem,numero 3.

P

Vide Panormita.in d.c.quanto,& conſil.56 colum.2.vol.2. Petr.Ferrar titul. de form.libel. in actio. hypothec.in verbo, relaxandum iure pignoris,colum.1.verſic.qui ergo ſi miſsio Petr.de Beninten.deciſ.39.num.1.& 49 num.2. Petr. Iaco. tit. de cert.cond.ex gener.ſtipul.Petr.de Anch.in d. l. quod re. & in d.clemen.final.de decim.Petr.de Bell.Perti.in d.l.in minorum.C.in quibus cauſ.Panel.in rubr.par.1.cap. 3.num.22. & ſequen.C.de reſcind.vend.Pileus quæſt.79.incip. Iacob.Lucius, Titius, Mœuia, &c. & quæſt 30 Purpuratus in d.l.cùm quid, num.162.& 163.verſ. ex præmiſsis.

Q Vide

Vide quæſtionem hanc de contractus & ſolutionis tempo re, maximè verò de præſcrip. longi vel longiſſimi temp. factæ ſolutionis, ſdiſcuſſam & deciſam in egregio, quodã Conſilio. Patienſ. Collegij celeber. &c. quæſtio iſta, &c. incipit. Conſil. Budi 499. lib. 2.

R.

Vide Rapha. Cuman. in d. l. Paulus. Roman. in conſil. 123. circa primum dubium. Rebuff. in l. 2. nu. 3. verſi. allegatur lex iſta. C. de vete. nu. poteſt.

S.

Vide Specula. tit. de obligat. & ſolut. §. nunc aliqua, verſic. vlti. Stephan. Bertran. conſil. 168. illud eſt certum, lib. 1. & conſil. 261. viſo themate, in 2. dubio, lib. 1. & conſil. 312. viſis & diligenter. Socinum. cõſ. 6. lib. 2. & in d. l. cùm quid. Signor. conſ. 74. incip. quæſtio talis proponitur. Steph. Beroiũ conſil. 312.

T.

Vide Tyraquell. & apud eundem Doctores plures ex præmentionatis, de retra. & lingn. §. 1. gloſſ. 18. numer. 18. Tiberiũ Decian. in tracta. crimin. tit. de falſ. mon. crimine, lib. 7.

V.

Vide Vincent. Hercul. ad l. ſi ita. ff. de aur. & arg. lega. Viuiũ. in commun. opin. in verb Moneta.

Z.

Vide Zabarel. in d. Clemen. ſi beneficium, de decim. Zaſ. ad d. l. 2. §. mutui datio. ff de reb. cred.

THEMA Cap. III.

Poſsint ne partes hinc inde conuenire, de certo aliquo monetæ genere, aut hoc, vel illo intrinſeco, ſiue extrinſeco valore perſoluendo.

SVMMARIA.

1 Contractus ex conuentione legem accipiunt.
2 Pactum de intrinſeco, vel extrinſeco valore initum [illegible] leat?
3 Tallis priuatis ius publicum mutari nequit.

[illegible]

4 Prima.

4 *Priuatis perſonis æſtimationem pecuniæ mutare non licet.*
5 *Pecuniam facere conflari priuatis denegatum.*
6 *Pecunia pro maſſa ſolui poteſt.*
7 *Pro maſſa ſoluenda præcisè aliquem obligari poſſe.*
8 *L. cùm certum, de aur. & arg. leg. ff. explicatum.*
9 *Pecunia ære contaminata pro maſſa recte ſolui.*
10 *Pœnæ marcarum per pecuniam currentem æſtimantur.*
11 *Conuentioni de intrinſeco, & extrinſeco valore ſtandum.*
12 *Quætam in generali, quàm ſpeciali obligatione ſeruantur.*
13 *Conuentionem valere, de certo aliquo nummorum genere, communis eſt ſententia.*

CAPVT III.

EXplicatis quæſtionibus generalioribus, & ad omnes paſsim extenſiuis, reliquum eſt, porrò quæſtiones plures ſuper puncto Monetæ fundatas, peciatim examinare, ac quid de ijſdem ſtatuendum, & concludendum ſit, iuxta doctrinas, & diſtinctiones præmiſſas, communiterque receptas, (quatenus abſque vlla abſurditate fieri poſsit) ἀπλῶς, & omni ſemota obſcuritate, affectioneque poſtpoſita, aperta fronte determinare.

Regula eſt multis iuris textibus, & Doctorum auctoritatibus corroborata iſta: In omni videlicet contractuum genere primò diligenter eſſe aduertendum, quid inter contrahentes placuerit, ſeu de quo inter illos conuentum exiſtit.

1 † Contractus enim ex conuentione legem accipiunt, per Vlp. in l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſi. & in l. contractus. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regul. iur. l. exemplo. ff. de actio. empt. Bartol. in l. Paulus. ff. de ſolut. Maria. Soc. Neap. conſil. 63. incip. cùm in præſenti caſu. Leonin. Cácel. Duc. Gel. & Schutph. conſil 12. num. 8. Tiraquel. de retrac lign. §. 30. glo. 1. num. 2. Si conſtat, inquit, quid principaliter egerint contrahentes, illud certè omnino eſt ſequendum. Eman. Soarez. Recept. Senten. in verb. Contractus, num. 303. Couarr. variar. reſolut. lib. 2. c. 3. nu. 9. Schurff. conſi. 81. cent. 3.

Quin vero multis modis contingere poteſt, quod pacta inita robur effectumque habere non poſsint, ſed pro irritis atque

arg. l. inualidis sæpissimè habeantur, per l. pacta. C. de pact.

1 NON dubium. C. de ll. l. Si vnus. §. pacta. ff. de pactis, cum simi-

2 libus, Iccirco † videndum anne istiusmodi pacta inter par-
tes hinc inde de persoluendo, vel intrinseco, vel extrinseco va-
lore inita, de iure possint subsistere, vel non possint.

Et quoniam, ex ijs, quæ supra à nobis proposita sunt ap-
paret, vsum monetæ pecuniæque functionem de publico
esse iurisque non est incerti, priuatorum pactionibus ius

3 Publicum mutari non posse per l. Ius publicum. ff. de pact. †
Consequi videtur, pactione contrahentium non obstante, se-
cundum communem cursum, & indicaturam solutionem
faciendam esse. Præterea nostrum non est mutare propria
auctoritate æstimationem monetarum, cum hoc Principi &
Communitati, secundum illa quæ parte priore sunt dicta, sit

4 reseruatũ. Immo mutans aut aliter, † quã de publico placuit,
expendens, puniri potest. per l. 1. & 2. C. de vet. num. potest.
libro 11. Alb. Brun. Limitat. 8. numero. 6. Nec etiam potest
pecunia in dispositionem trahi tanquam massa, ex quo pro-

5 hibitum est illam posse conflari aut corrumpi, etiam à veris
dominis, Vt † hanc quæstionem tractat Fabian. de Mont. de
empt. & vendi. quæst. 5. numer. 11. per text. l. 1. C. de aur. publ.
profect. libr. 10. vbi non licet monetam in massam redigere
sine licentia, quod & Theologi tenent in foro conscientiæ. Et
fic rem ad Principem, & eum qui cudendæ monetæ potestatẽ
habet, pertinentem, priuatus destruere non potest, vt etiam
domos & ædificia, ne vrbs ruinis deformetur. l. Senatus. ff. de
Empt. & vend. facit illud Euangelij date igitur quæ sunt
Cæsaris Cæsari, &c. 23. q. 8. c. Si in mortem, cum c. seq. & in c.
Ex parte extr. de Cleric. coniug. Ita etiam Constitutionibus
Imperialibus sub grauissimis pœnis sancitum, & aurifabris
tantummodo speciali gratia permissum est, vt videlicet
pecuniam in massam redigant, dixi suprà. c. 18. par. 1. Sed etsi
certa massa vel auri vel argenti in obligationem sit deducta,
quin secundum iura nemo obligabitur præcisè ad ipsam mas-

6 soluendo æstimationem aliquam præscriptam, sed liberabitur
sam, seu æstimationem, † in qualibet moneta vsuali & cur-
rente, per l. 1. in fi. l. Cũ certũ. l. Cũ aurũ. §. Proinde ff. de aur. &
arg. leg. l. Si quis argentũ, in prin. C. de donat. Ergo eo etiam a
fortiori quod in præcedentibus est statuendum.

Sed

Sed his alijſque non obſtantibus, dicendum eſt pactiones iſtiuſmodi de intrinſeco, & extrinſeco monetarum valore, de iure valere ac ſubſiſtere. Nec multum vrgent argumenta priora de iure publico & eſtimatione aliqua numorum ſoluēda. In hoc enim nec iuri publico, multo minus auctoritati legum allegatarum præiudicatur, neque obligatur debitor, vt monetam ſecundum valorem præſcriptū ſiue intrinſecū, ſiue extrinſecum fabricari procuret, ſed tantummodo modus ſoluendi præſcribitur ac præmonſtratur, ſecundū quem ſolutio in futurum, ratione & æſtimatione habita currentis, ad illam aliam monetā, fieri poſſit, quod nihil plane habet inconuenientiæ.

Quod ad alterum argumentum attinet, videlicet quando maſſa auri vel argenti mutuo data, vel depoſita, vel commodata eſt, quod eo caſu ad æſtimationem ſit veniendum, nō eum habet intellectum, meo iudicio, quaſi quis non poſſit obligari præciſe ad maſſam aliquam auream vel argenteam,
7 ſeu etiam certum quoddam pondus, quod legibus † ſatis eſt definitum. l. Quid tamen. ff. de contr. empt. l. Si cum aurum. ff. de verbor. obligat. Sed quando certæ quantitatis maſſa in genere debetur ſimpliciter, tunc non cenſetur præciſe actum, vt ipſa materia perſoluatur, ſed placuit eſtimationē ſufficere. Ita intelliguntur leges ſupra alleg. Et in d. l. Cum certum il-
8 la diſtinctio videtur expreſſa. † Videlicet ſi materia argenti ſit legata, quod ſoluatur argentum. ſin vero ſimpliciter ſit argentum legatum, quod ſoluatur precium præſentis tempo ris, de quo latius infrà.

Et hoc non rarum, ſed admodū frequens eſt inter mercatores, qui negotiantur circa aurum & argentum. Nam non ſatisfieret eis, niſi per materiam argenti. Cæterum vbi ſimpliciter mentio fit argenti ſub pondere, hic cæteris paribus, ſufficit ſoluere pecuniam etiam ære contaminatam,
9 † dummodo ſoluatur precium & æſtimatio præſentis temporis, hoc eſt iuxta æſtimationem pro tempore currentem, vt DD. communiter ſentiunt, per l. 1. §. fina. ff. de aur. & argen. leg. vbi textus eſt expreſſus. Quod cum legatur aurum & argentum, ſolui poſſit quantitas, & hæres taliter ſoluendo, ipſo iure liberabitur. per l. Titiæ & ibidem gloſſ. pul chra. ff. d. tit. Sic in donatione in d. l. ſi quis argentum ſtatuit Imperator

pro

pro massa vel pondere, soluendam esse æstimationem, quæ
in l. voco frequentatur. Eodem sensu verba accipiuntur posita
in l. 2. C. de const. pec. Omnes res in pecuniam posse conuerti.
Nec uizan. in sylu. nupt. titul. 4. num. 111. & sic intelligimus
l. Impliorem in §. fi. C. de appel. vbi fit mentio Aureorum liberatum auri. Ita etiam pœnæ† Imperiales hodie marca-
rum appellatione comprehenduntur, & sunt tũ pecuniariæ.
Vt habet Zasius quoque ad dict. l. 2. ff. si cert. pet. & Paris.
q. 100 cir. finem.

Sequitur ergo conueniri inter contrahentes posse, de quo
valore, siue intrinseco siue extrinseco solutio fieri debeat, q
summam habet rationem. Laudens. num. ab initio. 13. versi.
prædicta vera sunt. Nisi, inquit, specifice affirer inter credi-
torem & debitorem sit conuentum, quia tunc esset seruanda
ista conuentio, quod norant practicantes, quia primo debent
attendere conuentionem partium in moneta reddenda.
11 † Quod multis in locis affirmat noster Brun- part. 16. &
17. & dic. limitat. 8. vbi ita dicit. fallit in pecunia declarata
vel æstimata ex conuentione vsque à principio, quia at-
tenditur declaratio, & æstimatio à partibus facta per Barto.
Paul. & alios ibidem alleg. Andr. de Iser. titu. in vsibus feud.
quæ sint regal. colum. 8. verſ. & sic videtur. Vbi dicit, quod ne-
gotiatores dubitantes de augmento, vel deminutione pecu-
niæ, solent expresse conuenire de æstimatione pecuniæ sol-
uendæ. Molin. quæstio. 97. num. 21. vbi tam de obligatione,
12 quæ fit de summa generali quantitatis, puta de libris centũ
reddendis in florenis sub eadem æstimatione, quam de ea, quę
de certa fit monetæ specie, puta 150. aureis in auro redden-
dis, sub tali vel tali æstimatione, loquitur Quod ipsum quo-
que Iurisc. on. quinque argumentis confirmat, vtrique valori
regulam illam applicans.

Atque sic doctores sentire, sententiamq; illa communi
13 calculo, † & tam in foro, quam scholis receptam esse attesta-
tur, vt etiam facit Dida. Couarr. in concluſi 7. cap. 7. ad §.
vnic. de mut. non. cuius verba hæc sunt. Quoties ab initio in
contractu vel in alia quacunque dispositione, ob mercium
mutationis monetarum fit cautum de pecunia, sub certa mu-
stimatione soluenda, ea pactio plane seruanda erit, nec præiudicabit
tatio numismatum contrahentibus nocebit nec prodesse

Textus elegans in l. penult. §. mancipia. ff. ſolut. matr[illegible]mo quê-dos. pet. Tiraqu. de retract. lign. dict. §. 18. nume. 18. [illegible]er Barb. in conſ. 19. incip. Clementiſsimum. lib. 3. Franciſc. Ar[illegible]ec. conſil. 84. incip. diligenter. colum. vltim.

THEMA Cap. IIII.

Conuentio facta de reddendis nummis in eadem materia, pondere, & curſu, quid operetur?

SVMMARIA.

1 COnuentio in eodem põdere materia & curſu ſeruanda, Tenor enim obligationis diligenter inſpiciendus.
2 Boni auri, recti ponderis, cunei & logis ex preſſio.
3 AEſtimatio prædictis verbis addita quid operetur.
4 Speciesne an facta æſtimatio reddenda?
5 Exemplum aliud in aureis in auro quo ad pondus, ligam, & curſum.
6 Expreſſio eius quod tacite ineſt, conditionem iuris non mutat.
7 Verba aliquid debent operari. Hoc fallit.
8 Euictio de ſua propria natura contractui ineſt.
9 AEſtimatio rei traditæ venditionem facit.
10 Actio ex empto competit re æſtimata tradita, eademq; euicta.
11 Pariſienſis pro debitore contra communem concludit.
12 Pecunia indies augetur magno Reip. Chriſtianæ malo.
13 Communis ſententia petiam, non æſtimationem conſiderandam.
14 Taxatiue & demonſtratiue prolata verba diuerſimode accipiuntur.
15 Aeſtimationem non ſemper facere venditionem.
16 Concluſio ſequitur pro communi.
17 Intrinſeca mutatio contractus tempus reſpicit.
18 Mutationes monetarum crebræ communem ſententiam iuuant.
19 Numerus nummorum ſæpe, & non valor inſpicitur.
20 Intrinſecus valor potius quam extrinſecus conſiderabilis.
21 Difficilia quæ pulchra.

CAPVT

CAPVT IIII.

EX ijs quæ præmittuntur sequitur, non solũ non improbari hoc pactum, sed pro proficuo & admodum vtili reputari ac haberi, quo Creditores sibi in omnem euentum prouident atque prospiciunt, de reddendis nempe ijsdem nummis expositis, in
1 † eadem & materia, & pondere, & cursu, ad quod iuxta conuentionem factam, tunc debitor tenebitur secundum Hostiens. Panorm. Ioann. Andr. & Anton. de Butr. in c. quanto. extrà, de iur. Ioann. Aquil. c. 3. in fine, de Monet. Laud. numer. 10. Monet. Et Brun. declar. 16. hinc ait Bald. in consil. 339. quod cauti homines futura aspicientes, facere cõsueuerunt, taliter sibi prouidendo. Ideoque tenor obligationis semper diligenter attendendus, per Boet. q. 327. nu. 10. & Bald. consi. 123.

Idem operantur verba illa in contractu aliquo adhibita, vtputa. Titius recepit se filiæ in dotem dare trum mille flore-
2 nos, boni auri & recti ponderis, Cuneí & legis, † tunc recte solutio per Titium fieri deberet in florenis boni auri & iusti ponderis, sic enim inter partes hinc inde expresse conuenit. dict. l. semper in stipulationibus cum concordantibus.

Verum si verba ita concipiantur, dabit filiæ in dotem mille & quinquaginta scuta auri, boni auri, & recti ponderis Domini nostri Franciæ Regis, cum floribus lilij, vnoquolibet
3 scuto computato & existente in † valore. 27. solidorum, sex denariorum monetæ currentis, pro vt casum format Boet. ad leg. decis. 327. tunc maior difficultatis subest ratio. Nam absque eo, quod quidam in ista sunt opinione, licèt contra communem, vt putèt etiam quoad ipsum extrinsecum valorem, contractus tempus inspiciendum esse, vt dixi ex Curtio & alijs, quorum etiam Boer. in dict. decis. sua recordatur, etiam ista perplexitas & difficultas suboritur, quod videlicet certarum specierum scutorum 1500 in auro persoluendorũ fit mentio, ex quo primo pro vna parte sequi videtur, tot
4 † in specie scuta persoluenda fore, secundũ illa quæ præcedunt, nec referre creuerit vel decreuerit eorundem valor, quod

non

non deberet esse in consideratione, E contrario vero pro altera parte, & quidē vt plurimū pro debitore, subsequentia illa verba facere videtur, qbus taxatio seu valutatio scutorū ad 27. solidos & denarios sex est facta.

Ex quo sequeretur nō tantum scuta illa quoad intrinsecū, verūetiam quo ad extrinsecum valorē in obligatione esse, cum æque principaliter de vtroque actum appareat. Et tunc si valor scuti sit augmentatus creueritque, forte ad 30. seu 31. solidos, aut circiter, dicendum debitorem augmentum hoc deducere, & sorti imputare posse. Atque ita ex necessitate ista sequeretur absurditas, quod vel nō numero tot species vel non in ista præscripta valutatione. 27. solidorum & sex denariorum soluerentur.

5 †Ponamus exemplum aliud, consimile tamen priori dicamusque venditam esse domum mille aureis in auro, boni iustique auri, & requisiti ponderis, quorum aureorum liga est 18 Carat. & pondus, vt eorum 72. marcam efficiant, expendanturque communiter pro —— 72. alb. vel stuberis —— 48. pro vt nunc æstimantur, & in commercijs cursum habent atque exponuntur.

Contigit autem in termino, quo solutio fieri deberet, qd valor aureorum istorum inueniatur auctus, forte expendibilis pro marcis 13. seu quod est idē 78. alb. vel stupheror. 52. Quid dicemus? tenebiturq; debitor iuxta præscriptum modū tot numero, mille videlicet auro, manente intrinseca ista preciositate, de qua supra, quo ad ligam 18 Caractat. & quoad pondus in marca 62. persoluere? an vero augmentū hoc 6. alborū in quolibet aureo in auro licebit ei deducere, & ita tantummodo aureos in auro A —— 916. minus 8. alb. numerare? hoc enim actum inter partes videtur, secundum æstimationis modum in conuentionem deductum.

Vel constituamus solutionis tempore valorem istum per sex albos, seu quod idem est marcam vnam simplicem, siue vt modo computamus, stupheros quatuor deminutū, cogeturne debitor defectum talem supplere, & mille aureis in auro in conuentionem deductis, adhuc 84 aureos in auro, octo alb. demptis, adiungere, summamque 1084. aureorum in auro demptis 8. alb. expendere? An vero si numerum mille aureorum refudere paratus fuerit debitor, audiet, eritque

per

per solutionem eorundem liber & securus? Hoc est vt apposite scribit Tiraq. glos. præcit. 18. §. numer. 18. Si adiectus fuerit aliquis valor monetæ, veluti Coronatorum ad 15. marcas taxatorum. Num in tunc idem dicendum sit, ac si hoc ipsum id est, æstimatio 72. alb. & in præmissis coronatis 15. marcarũ, adiectum non fuisset, tanquam scilicet eius expressio, quod
6 tacite inerat, nihil mutet conditionem iuris? per l. non recte. C. de fideiuss. & l. Aliquando. ff. de condit. & demonstr.

Nam quantumuis verba regulariter semper aliquid debeãt operari. l. Si quando ff. de leg. 1. c. Si Papa, de priuileg. in 6. D. Gail. lib. 2. Obseruat. obseruat. 28. numer. 3. illa tamen
7 regula secundum DD. fallit, † quando aliquid exprimitur ex his, quæ dependent à voluntate, vel tacitè insunt & fit expressio ex superabundanti, tunc enim verba illa nihil operantur, secundum Dominic. in d. c. si Papa, & est tex. in l. 3. ff. de lega. 1. Vide Sotin. regu 440. incip. Verba aliquid, vbi decem ponit limitationes regulæ istius.

Sic in simili dicimus de euictione, de qua etiamsi nihil
8 dictum sit, nihilominus tamen contractui de † sua propria natura inesse dicitur, tenebiturque ad eam venditor omnimodò, per l. non dubitatur, C. de euict. l. quæsitum, ff. de distract, pignor. l. si duo. §. si quis iurauerit. i. & ibi glos. ff. de iureiur. Et in l. ex empto, in princ. vbi Bart. de act. empt. & in l. vlti. & in l. vlti. ff. de cond. caus. dat. & in l. 1. in princ. de rer. permut. Schurff. 3. cons. 71. Idem de mutuo refert Angel. in princ. Iusti. tit. quibus modis recontrah. obliga. per l. cum quid, ff. de reb. cred. Tiber. Decian. respon. 3. volum. 3. num. 11. & resp. 116. num. 18. volum 3. vbi num differat euictio ex dispositione debita ab illa quę fit ex dispositione hominis ex sententia Pauli. I. C. ad l. Imperatorẽ, §. fi. de act. empt. tractat, quem si placet, consule.

An vero, habet dicto loc. Tiraq. ea res (præscripta speciei
9 taxatio) faciet perpetuam eius monetę æstimationem, licet postea valor immutetur, argumento eius quod dicitur, æstimationem facere venditionem, remque ita ęstimatam manere periculo siue damno, vel lucro eius qui eam accepit, hoc est debitoris, per l. 1. §. æstimatarum, & §. æstimatas, C. de rei vxor. act. & in l. 3. & ibidem Bart. ff. loca & l. plerunque. §. si antè, ff. de iur. dot. l. quoties, ff. de rei vxor. actio. & ibidem

10 Doct. Vbi dicitur re euicta, † competere actionem ex empto. Gloss. in l. in rebus, in princ. in verbo, æstimatæ, & ibidem Doct. C. dicto tit. Francisc. Crem. singul. 19. habis, & Hippolitus de Marsil. singu. 691. Arius Pinel. in rep. Rubr. de bon. matern. C. Accur. in l. si inter virum. ibi, æstimatæ, & ib. communiter scribentes, C. de iur. dot. Doct. etiam in l. æstimatis, & in l. æstimata, ff. solut matrimon. &c. Iason in l. 1. num. 23 C. de iure emphyt. Mascard. de probat. conclus. 6. 9. in verbo, Emptio Matth. Coler. in tract. de process. execut. 3. part. c. 9. num. 48. Hanc mouet quæstionem dicto loco Tyraq. s. nihil decidit, Lectorem remissiue ad consiliũ Barbatij incip. Clementiss. lib 3. & Franc. Aret. cons. 84. diligenter, c. vlt. vers. venio igitur, remittens.

Verùm quidã Doctor. in quæstio. sua 97. Boerij decision exactissimè examinans, † pro & contra debitorem, itaq; per
11 venerãdum consilium Burdegalense (cui tempore lati arresti Boerius, vt inquit, ipsemet præfuit) determinatum fuisse concludit, eundémque debitorẽ in casu præmisso superueniens augmentum deducere posse, quemadmodum aliàs, si valor aureorum decreuerit, eundem defectum supplendum fore contendit. Et sic vtriusq; creditoris & debitoris, quoad commodum & incommodum, ratione augmenti vel decrementi superueniens, par ratio habebitur, licèt debitoris conditio
12 in hoc longè sit creditoris tolerabilior. Crescit † enim indies q; magis ac magis augmentum sumit monetarum in vniuersum omnium æstimatio, magno certè totius orbis malo & damno nocentissimo.

Quare communis est Doctorum sententia, attestante *ipso* Doctore Gallo in factorum speciebus præmentionatis, *non*
13 curandam illã extrinsecam æstimationem, † seu valutationẽ scutorum, seu aureorum in auro, vel coronatorum factam. Ratio est cõsiderabilis hęc, quod in exemplis his & similibus, istæ æstimationes non tam taxatiuè, quàm demonstratiuè, &
14 solius declarationis gratia sint, dicanturq; adhibitæ, † Et iuris est expressi, quod non tã illa verba, quę demonstrationis causa adhibentur, quam principale cui adhibentur, sit considerandum, vt tradit Specul. tit. de positionib. versic. 11. quem sequitur Anton. de Butri, in c. 1. de plus petitio Bartol. & Bal. in l. si cui. 2. §. si à alio. de legat. 1. Et pulchrè Barto. l. in l. vltim.

vltim.§.Titia,ff.de liber.legat.Et Alexand.qui plura profert, in l. si idem eodem. §. vnic. ff. de iurisdictio. omnium iudic. Felin.in c.causam,quæ, in 4. colum. de rescript. Ita hoc casu dicendum ad differentiam forte paruorum scutorum,solidos binos, tresve continentium æstimationem talem factam. Nã habentur quoq; floreni quinq; stuferorum in ducatu & Episcopatu Leodien. vt apud nos hic floreni Colonien.24. alb. Ad differentiam istorum minorum sortes grandiores esse ita taxatos. Vt in simili habetur apud Signor.de homod. in cons. 74. colum. 2. versic. 5. & citat in istam sententiam Paul. de Castr. Alexand. & modernos alleg. decis. Boerius statim ab initio,secùs verò dicendum erit,si aliter ex mente contrahẽtium constare posset,quo semper diligentissimè erit respiciendum,vt dictum in principio capit.tertio, numer.1.

Neque verò perpetuum hoc est, de quo paulò antè dixi,
15 æstimatam rem † facere venditionem,cum textus d.l. si inter vir.& vxorem,de iure dotiũ.(ac similes longè aliter disputãt, ac contrarium inferant.Ibi enim in loc. præcita. conuentum erat,quod si matrimonium intra quinquennij tempora quoquo modo esset dissolutum, species æstimatæ doti datæ, precijs quibus æstimatæ sunt, redderentur, manifestum est, habet textus,non precia specierum dari,sed ipsas species debere restitui,& quæ sequuntur,Boer.dicta decisio. numer.10. & sequent.Et Crement.singul. de quo suprà. Couarru. Pract. quæstionum c.28.nu.8.Et d.concluſ.Mascatd q istius Regulę, quod æstimatio rei faceret venditionem, limitationes ponit 5.quas vide apud eundem.

16 Postquã † ergo scuta promissa solui,vel in nostro exemplo aurei,coronati,in obligationem deducti, non sunt mutata in substantia,seu bonitate eorum intrinseca, ita tradi debent, siue eorum valor factus fuerit maior, siue vilior. Aymo Crauetta consilio.47.in fine, secùs si in totum vel in parte ratione ligæ aut ponderis fuisset aureus,coronatus,secutumve,ita in bonitate intrinseca respectu essentiæ reprobatum.

17 Tunc enim † habebitur respectus ad istam æstimationem in principio contractus factam, d. l. si inter virum. & ita tenent ibidem Cyn Ioan.Fabr.Bartol.Bald. Salicet. & Alberic. de Rosat.nec non alij plures.

Atque hanc Doctorum communem sententiam in casu

scilicet prẽmisso, flore nos siue aureos propriè nõ est estimatos, sed demonstrationis gratia taxatos, quo certiores essent contrahentes in tenore obligationis, p expresionem intrinseci valoris præfigurato, adiuuant confirmantque, vt ego
18 quidem existimo, variẽ, crebrẽ indesinentes, †quoad extrinsecum valorem, mutationes, quæ de die in diem, vt dixi, intumescunt, viresque capiunt. Quibus irrepentibus sufficiet omninò, etiam per ipsum Gallum alias communi contractũ, currentem illum valorem imposititicium maximi facientem, & vigore illius, qui contractus tempore frequentabat
19 quæstiones passim contrariantes dissoluentem, † sufficiet inquam ad numerum florenorum in obligationem productorum solutiones fieri, nullo habito respectu extrinseci valoris, de quo videlicet valore dubitabatur, vti præcedit, taxatiuene, an verò demonstratiuè, seu significatiuè tantùm valutatio taliter fuerit expressè adhibita, quo in posterũ sciretur, quid florenus; aureus in auro, scutum, & reliquæ species in obligationem deductæ, eò contractus tẽpore valuerint.

Est ergo hæc magis facti & voluntatis, vt dictus Gallus dicit in simili num. 717. quã iuris quæstio, vt plures aliẽ, in quæ
20 præsumit communis sententia, † contrahentes potius ad intrinsecum valorem expressum, quã extrinsecum significati nè adhibitum, oculos direxisse & respexisse. Ideoque scuta, aureos in auro, Coronatos, & si quæ fuerint aliæ species, taliter vt suprà nominatæ, in consideratione atque obligatione permanere. Quæ omnia ab ijs quæ sequentur, lucem accipiẽt. Sũt enim re vera hæc difficilia, nec passim obuia, aut ab alijs tam clarè & expeditè tradita. Verũ διαμὰ τὰ καλὰ, vt est in prouerbio.

THEMA Cap. V.

Species æstimata in obligationem deducta, non dicto, vt fiat solutio in eadem specie, quid dicendum.

SVMMARIA.

1 Ducati ad rationem 4. librarum dati, quo pacto reddantur.

2 Aurei in auro ad rationem 72. alb. expositi.

3 Petia

3 Petitum, ſit eadem taxatio in obligatione erit.
4 Tot libræ quot in promiſſione fuerunt, dabuntur.
5 Ad rationem verba, quid importent.
6 Aeſtimatio & non res petenda.
7 Aeſtimationem reddendam, etſi expreſſè non ſit dictum, vt reddi-
beatur.
8 Taxatio ab initio facta, & tempus ſolutionis non diſcrepant.
9 Augmentum & decrementum debitorem reſpicit.
10 Verba illa, Monetæ tempore ſolutionis, omnem dubitationem
tollunt.

CAPVT V.

QVoniam in illo quæſtionum genere verſamur, quãdo ab initio pecunia eſt æſtimata, (de ſpeciei enim obligatione nõ æſtimatę & tamen quoad extrinſecum valorem, vt plurimum variate dictum eſt in præcedentibus) quare conſequenter hic aliam conſtituo facti ſpeciem, in qua Curtius, Laudenſis, & alij diuerſimodè loquuti ſunt. Dictum eſt obligationis tempore ſimpliciter. Do tibi in dotem, mutuo, vel depono penes te centum ducatos, ad rationem quatuor libra
1 rum† pro ducato, ſeu cẽtum ducatos ad rationem nonaginta quatuor ſolidorum pro ſingulo ducato, non expreſſo quod debeat fieri ſolutio ſeu reſtitutio in ducatis, quid erit dicendum? Formemus caſum euidentioris intellectus gratia, ſecundum vſualem curſum monetarum huius patriæ.

Dati fuerunt in dotem, mutuo, centum aurei in auro, ad rationem trium florenorum Colonienſium, ſeu 72. alborum
2 communium, vel batziorum 20. pro ſingulo, † vel Thalleri centum Imperiales, ad rationem ſexaginta ſex, prædictorum alborum, ſeu 17. batziorũ. Quo pacto fiet ſolutio totidem in ducatis, item aurei in auro, aut Thalleri Imperiales, quot tempore obligationis expoſiti fuerunt, & quidẽ numero ſpecies eædem, ſecundùm præſcriptum modum reddentur, atque in eo ad tempus cõtractus erit confugiendũ, quaſi de eo

conuentum videatur? Hoc ipsum Laudens. num. 29. velle vi-
detur, per Bartol. in l. penult. §. si mancipia, ff. solut. matrim.
quemadmo. dos petat.

Veritas tamen, meo iudicio, est in contrarium, vt scilicet,
3 non tam petias nominatas, ducatos, aureos in auro, Thalle-
ros Imperiales præcisè, quàm eorundem taxationem ab ini-
tio factam in obligatione esse. Ita intelligendo, vt siue du-
cati, aurei in auro, Thalleri Imperiales creuerint, siue in
extrinseco valore deminuti fuerint, (manentibus eorund
liga, & pondere saluis.) rationem habendam taxationis
ctæ ab initio, nempè quatuor librarum, nonaginta quatu
solidorum, alborum 72. vel sexaginta sex. Batziorum vete
viginti, & septendecim, respectiue. Atque ita rectè per du-
catos, vel alias species nominatas, vel etiam non nominatas
(æquum est enim vnam pecuniam pro alia solui, vt infra suo
loco latius) iuxta valorem solutionis tempore currentem, re-
ctè solutio fieri poterit. Habet enim locum supra posita
Conclusio secunda. Maxima, solutionis tempus attenden-
dum.

Quod ipsum Albert. Brun. apertis in primo exemplo ver-
bis attestatur. Debebunt dari tot ducati) consequenter, vt
dixi; species allegatæ aliæ) qui secundum valorem eorum
4 tempore† solutionis tot faciunt libras, quot erant in promis-
sione. Ita quod si erant centum ducati, ad rationem libra-
rum 4. debeant solui tot ducati, qui tempore solutionis va-
leant 4. libras, & si ducatus creuerit in valore, intelligere ex-
trinseco, dabuntur minus, & si decreuerint, dabuntur plures.
Hanc sequutus est deci. dict. 327. Boer. nume. 10. post Baldum
in consil. 339 lib. 2. secundùm veterem, & secundum nouam
impressionem. consil. 213. lib. 5.

Limitat Bald. communem relatam sententiam, nisi tem-
pore contractus florenus, aut scutum fuisset datum ad ratio-
nem librarum, vel solidorum, pro quolibet scuto, aut flore-
no, quia illa æstimatio debet reddi, & non maior, sicut in qua-
libet re æstimata in dotem data vera æstimatione, per l. cum
dotem, C. de iure dot. allega. l. si æstimatis, cum l. sequent. ff.
soluto matrimo. quemadmod. dos petat. & sequitur Petr. de
Ancharan. in Clemen. vnic. de decim. & Bart. in d. l. Paulus de
solutionib. licèt alibi in hoc sibi sit contrarius, quod dammo-
do,

do, quem omnes d.l. communiter sequuntur.

Nam ista præcipua verba, ad rationem librarum, solidorum, alborum, &c. important secundùm eum, quod ipsos florenos, qui sunt in facultate soluendi, & non in obligatione, do tibi in solutionem pro centum libris, sicut & in dotem
6 data æstimata, ideò non possunt, infert, peti, nisi centum † libræ, & sic non res, sed æstimatio petitur.

Idem amplexus est Petr. de Ferrar. tit. de act. hypoth. in verbo, relaxandum, in fine. vers. sed circa prædicta.

Eodem sensu accipio Anton. Gabriel. Roman. de solut. & liber. lib. 3. conclus. 2. nume. 11. Nisi dictum sit, inquit, quod reddatur pecunia ad talem, vel talem rationem, quia tunc reddi debet, prout fuit facta æstimatio, nec addi potest, nec minui per auctoritates ibidem additas. Quibus adde Leoninum consi. 31. nume. 7. licet, inquit, obligatio incipiat à florenis, vel certa specie monetæ, tamen illa verba, Ad computum tot librarum, vel solidorum, aut econtrario, efficiunt, vt vt æstimatio illa tantum debeatur, & aureus florenus sit in soluendi potestate, quam considerari, ac metiri oportet, secundum valorem impositittium, & obseruantiam, seu consuetudinem, quæ obtinet tempore solutionis faciendæ. Etenim in specie monetæ, quæ non est in obligatione, sed in facultate, nemo dubitat, quin inspiciendum sit tempus solutionis, vel consignationis, per Molinæ. quæstio. 98. & Bartol. Socin. consi. 6.

Valeret autem tale pactum, vt ad hanc vel illam æstimationem pecunia reddatur, tenet Bartol. in l. sed addes. § si dominus, & ibidem quoque Fulgos. & Paulus de Castr. ff. locat. Et faciunt illa, de quibus. cap. 3. supra dictum est.

Idem est dicendum, etsi inter contrahentes expressum non
7 sit, vt præcedit, quod † pecunia ad hanc illamve rationem rursus reddatur, & soluatur, sed saltem principaliter dictum, quod ducatus, vel florenus, aureus in auro, Thallerus Imperialis fuisset datus ad talem rationem. Erit enim dicendum ad eandem rationem solutionem fieri debere. Gabriel. nume. 12. dict. concluſ.

Nec quemquam mouere debet, quod nos solutionis tem-
8 pus hic attendendum statuamus: Illi † verò ad taxationem inter contrahentes factam, ab initio respiciendum dicant.

Nam quo ad intellectum rei propositæ in vnum illa coincidunt, nec aliquam difficultatem important.

Ita enim æstimationi factæ insistimus, & inhærendum dicimus, vt augmentum, & decrementum solutionis tempore superueniens non excludamus. Quare Thalleri Imperialis taxati contractus tempore 66. albos. si eorundem æstimatio aduenientè termino solutioni destinato creuerit, fortè ad 72. alb. quoad 66. albos, sit respectus ad initium conuentionis, quo verò ad 72. albos ad solutionis tempus, secundùm decisionem Conclusionis nostræ Maximæ, fit solutio, & deductio ad incommodum debitoris.

Eandem sententiam tuetur Socinus consil. 298. libr. 2. Vbi admodum appositè ait: Licèt obligatio incipiat à florenis vel certa specie monetæ, tamen illa verba (ad computum tot librarum, tot solidorum) significant, quòd illa æstimatio reddi debeat, & non maior, & sic augmentum superueniens deducendum, prout etiam deminutio, si qua superuenisset, supplenda.

Idē hoc pro indubitato ponit doctor Gallus, vbi à simili hoc pacto argumētatur. Valet omnino pactū de certa bonitate extrinseca, puta si quis vendat pro mille aureis, intelligit speciem, num. 7 1 8. ad rationem 40. seu 50. solidorum pro quolibet aureo. Ergo, ait, æquè valeret de bonitate intrinseca, quod latius prosequitur, num. 813.

Adde Didac. Couar. cap. 7. §. vnic. numer. 5. Primum exemplum tale erit. Promitto soluere nummos aureos Castellanos, ad æstimationem 488. Merauendinorum, pro quolibet Castellano, etenim etsi creuerit, vel deminutus fuerit valor Castellani publica auctoritate, nihilominus solutio fieri debet secundum æstimationem taxatam ab initio contractus. Quod tunc, vel maximè procedit, quando ita dictum fit. Do tibi mille ducatos ad æstimationem quatuor librarum pro singulo ducato monetæ tempore solutionis, prout † latius dicetur suis locis infrà. Et quemadmodum procedere debeat, quãdo dictum sit ita, quod ad æstimationem talem in ducatis solutio sit facienda.

THE

THEMA Cap. VI.

Centum libræ in ducatis, vel alijs ſpeciebus datæ, quo pacto ſolutio fieri debeat?

SVMMARIA.

1 *Communis ſententia hic obtinet libras non ſpecies eſſe in obligatione.*
2 *Debitoris eſt electio, in qua moneta ſoluere velit.*
3 *Verba addita tot libræ in ducatis quid operentur.*
4 *In depoſito augmentum etiam decrementum debitorem reſpicit, quod efficaciſſimis auctoritatibus comprobatur.*
5 *Solutionis tempus non contractus conſiderandum.*
6 *Ad iudices, & cauſarum patronos adhortatio.*
7 *Creditori ita erit prouidendum vt debitor non nimium grauetur.*

CAPVT VI.

PRædicta exempla in ijs caſibus loquuntur, quando certæ quædam ſpecies nummiſmatum æſtimatæ, in obligationem ſunt deductæ.

Quid igitur dicendum erit tunc, quando obligatio incipit a ſumma aliqua generali quantitatis, putà a centum libris reddendis in florenis ſub tali, vel tali æſtimatione? Figuremus caſum in ſpecialibus, iuxta præſcriptum Bruni 2. præſup. nume. 9. In inſtrumẽto continetur, quod Titius dederit centum libras groſſorum. Sempronio, ſiue florenos Colon. 100. ſen Brabantinos florenos, aut ad 15. in depoſitum, vel dotis nomine, aut mutuo, in tot ducatis, vel aureis in auro, vel Thalleris Imperialibus, alijſue monetarum ſpeciebus. Quæritur hic quid dicendum, ſi modo ducati, aurei in auro Thalleri Imperiales, & ſimiles ſpecies extrinſecus auctæ fuerint, vel deminutæ? Eo tendit quæſtio, Sintne libræ, & floreni generaliter accepti, an verò ſpecies ipſæ in obligatione, an vero tantũ in facultate

cultate ſoluendi, Et ſi in obligatione, cuiuſnam, tempo-
tio contractuſne, an verò ſolutionis habebitur? poris ra-

Brunus noſter limit. 8. num. 3. dicit Bar. & Pau- de Caſt.
aſſerere ducatos, aureos in auro, non tantùm eſſe, in fa-
ſoluendi, verum etiam in obligatione, quodque in cultate
conſideretur valor ſecundum tempus contractus, quod ab ipſidem
exemplo mellis. in l. ſi ſtipulatus ſum decem in melle. ff. de
ſolut. latius proſequitur. Idem licèt meticuloſius, ſequi vide-
tur Lauden. num 29 Animoſius verò Henricus Hornanu-
ſine tractatus ſui de Monet.

1 Sed magis cõmunis eſt ſententia † ex verborũ pnũciatio-
liquidò deſcendens, in contrarium, à qua non temerè de-
recedendum, Bal. in conſ. 213. in fi. lib. 5. adde V Veſenb. pe-
auctoritates innumerabiles conſil. 38. nume. 76. Videlicet, n
tam ſpecies paulò antè nominatas, quam libras & florenos,
ſub generali expreſsione acceptos, in quo ſemper accuratè
erit diſtinguendum, in obligatione eſſe.

Baldus enim, vt eum refert Brun. parte 3. nume. 6. tale po-
nit exemplum. Si promiſi tibi mille libras Imperialium in
groſsis, quòd Imperiales ſunt in obligatione, & groſsi in
facultate ſoluendi, & quod ſi contingat groſſum qui tempore
promiſſionis valebat 24. Imperiales, tẽpore ſolutionis valere
ſolùm 18. debeat qui vel quę comprehendant tot Imperiales,
quot fuerunt in obligatione, vel promiſsione.

Et idem ſi groſsi valor augeatur, vt tibi per eum fuſius,
quia ſufficit dare qui comprehendant tot Imperiales, quot
ſunt in promiſſione. Habet & illa Oldrad. conſil. 13.

Eodem modo dicendum in præſenti facti ſpecie, quod
nimirum de ſpeciebus nominatis, vel alia quacunque vſuali
& currenti moneta, vſque ad centum libras ſeu florenos re-
ctè ſolutio fiat, per Angel. in d. l. ſi ſtipulatus. & in l. final. C. de
vete. num. poteſt. libr. 11. Vbi ſimpliciter inquit, quod de
qualibet moneta bona, & curſum habente rectè ſolutio fiat.

2 Ita quod erit in electione † debitoris ſoluere, de qua moneta
ipſe voluerit.

Hanc tenent ac ſequuntur Bar. Bal. Pet. de Anch. Franciſ.
de Aret. Et cõmuniter omnes. Et ſecundũ Bartol. infert Brun.
Illa verba in tot ducatis, nihil operari, ſed damnũ & lucrum
3 contingens in valoris variatione (extrinſeci) ducati ſeu au-

rei

rei in auro &c. pertinebit ad debitorē. Eo lib. 3. de solution. num. 13.

Si dictum fuerit libras in scutis vel florenis, vel alia moneta, tunc videtur æstimata pecunia maior per minorem, & propterea minor pecunia est reddenda, pro vt fuit æstimata tempore promissionis, & lucrum & damnum quod peruenit ex moneta maiori, cedet ad commodum, & incommodum debitoris, per Bart. Paul. Bald. Aretyn. Curt. Brun & alios ibidem allegatos. Sequitur apud Brun. num. 16. ampl. 5. Etiam si dictum sit, dabo tibi centum libras, semper enim reddendæ sunt centum libræ, & augmentum, & decrementum ipsius floreni, cedit commodo, & incommodo debitoris. Abb. in cap. quanto. ext. de iureiur.

Extendit consequenter, sequutus Brunum Gabrielius in 4. deposito. Nam si depositæ † sunt centum libræ in florenis, sufficit centum reddere libras, & non attenditur, quod tempore solutionis creuerit, vel decreuerit florenus, l. certi condictio. §. final. ff. si certum petat. l. si ex precio. C. eodem. Et hæc ait, secunda opinio Bruni, est magis communis, & verior. Cui adde Boss. in prax. crim. tit. de Monet. num. 3.

Sic etiam sentit Franciscus Curt. nume. 27. licet postmodum se quodammodo inuoluat. Tractat hanc quæstionem Couar. capit. 7. conclusio. 9. Inferens atque pro hac parte ita concludens.

Hæc verba: Centum libræ traduntur in florenis, eam habent significationem, quod illi floreni traditi, aut depositi, nec pluris, nec minoris æstimentur, nec vnquàm æstimandi sunt, quàm centum libris. Et ea ratione satis erit, quocunque tempore reddi centum libras, etiamsi floreni tempore solutionis pluris æstimentur, quàm eo tempore, quo traditi sunt, fuerint æstimati. Atque ita accipienda est hæc communis sententia. Laudensis etiam pro hac videtur sentire, num. 28. licèt, vt dictum postea vacillet.

Huic quoque adstipulatur Dom. Menoch. consil. 49. nume. 11. & 12. Verba florenorum 1915 soluendorum in tantis scutis auri, &c. significant florenos esse in obligatione positos, scutos verò, seu aureos in solutione. Ita enim censentur aurei illi æstimati per summam nominatam: quare non potest plus quam summa talis exigi, siue auctus siue minutus sit valor.

lor floreni, vel, vt in noſtro exemplo, ducatorum ſ[illegible] aureorum in auro.

Vtrobique ergo ſiue ſpecies in obligatione numerata præcedant, vt in quæſtione præcedenti, ſiue ſubſequantur, generali quantitatis expreſſione præuia, eadem erit decisionis ratio: illaque differentia non merebitur nouam aliquam diſtinctionem, nec re vera differentiam iuris inducit, prout nec vllam implicat diuerſitatem facti, ſed in ſola verborum tranſportatione conſiſtit, quæ vnum idemque vtrinque ſignificant.

5 Atque in iſtis duabus † factorum ſpeciebus, ad taxationem tali modo factam ab initio, habito reſpectu ad monetam ſolutionis tempore currentem, tam quoad groſſam quàm quoad minutiorem, conſideratio haberi debet, itaque ſuperueniens augmentum, & decrementum nummiſmatum cedit commodo, & incommodo debitoris, à quo ego non recedo.

6 Hic † omnes iudices, nec non fideles cauſarum Patronos ſincerè, & ex animo admonitos, & rogatos velim, vt ad hæc & ſimilia, omni affectione, & partialitate, vti par eſt, ſemota, reſpicere, eademque examinare, ac ponderare, quæſtiones que occurrentes controuerſas, & ancipites, non tam iuxta intrinſeci valoris ſummam præſtantiam ſemper, nimis indiſcretè, leuique brachio eaſdem percurrendo, decidere, quàm iuſto moderamine adhibito, & quid apud Doctores noſtros communiter etiam receptum, conſideratius examinando, diſcutere ac definire, miſeroſque debitores, alias vt plurimum propter difficiles penſiones annuas, aliaque incommoda oneratos, præter ius & æquitatem, aggrauare non velint, Vndique enim (vt aureus habet textus in Authent. de fideiuſſ. circa finem) ita creditoribus prouidendum eſt, vt non debitores grauentur.

THEMA

THEMA Cap. VII.

Centum libræ datæ in ducatis, vt ducati ad ſimilem æſtimationem reddantur, creditoris commodum, & incommodum reſpicit.

CAPVT VII.

QVid verò ſi de eſtimatione ex partium conuentione conſtiterit hoc modo. Continetur in inſtrumento, quòd Titius dederit mihi in dotem, mutuo, depoſuerit centum libras in ducatis hoc pacto, quòd reddam ei ducatos ad ſimilem æſtimationem, vel in eadem æſtimatione. Pactum enim hoc valere conſtat ex præmiſsis. per Bart. in l. ſi addes. §. ſi dominus. ff. loca.

Et tunc communis eſt Doctorum ſententia per ea, quæ dicta ſunt in præcedentibus, ducatos eſſe ſoluendos ſecundum valutationem contractus tempore initam, & præſcriptam: ita quòd ſi 25. ducati dati ſunt, vt totidem quoque reſtituãtur ducati numero, prout fuerunt traditi. Et hoc caſu damnum decrementi, & lucrum augmenti valoris iſtius cedet cómodo, & incommodo creditoris.

Quod ita ego exaudio, ſi ducatus in valore extrinſeco ſolutionis tempore ſit deminutus, certè recipiendo illum, prout tenetur, perdet eum exponendo, hoc decrementum: ſi autus fuerit, vt ſit exponendo poſteà illum hoc augmentum lucrabitur: non aliter, quàm de ſpeciei obligatione eſt traditum in princip. concluſ. ſecunda maxima. Brun. limitat. 8. num. 5. Bartol. in d. l. Paulus, quam etiam Brun. ibidem communem effert per auctoritates plures.

THE-

THEMA Cap. VIII.

Centum libræ in ducatis datæ, vt in similibus speciebus reddantur, augmentum, & decrementum ad debitorem pertinet.

CAPVT VIII.

Vid si ita dictum sit. Do tibi centum libras in ducatis largis, vel grossonis, thalleris centum Imperialibus, vel similibus speciebus, hoc pacto quòd reddas in ducatis, thalleris Imperialibus Idemne dicendum erit, quòd in præmissa facti specie est determinatum, videlicet quoad augmentum, & decrementum hoc ipsum ad creditorem pertinere?

Videtur mihi, secundum ea, quæ proponuntur, vt passim Scævola respondit. I.C. dicendum. Quod non. Num quantumuis ducati largi, vel grossoni, vel thalleri Imper. sint in obligatione, de eodemque communiter non dubitetur, attamen ita constricti, & suis quasi alueis inclusi non sunt, vt à superuenientis augmenti, & decrementi ratione excludantur.

Summa enim librarum est determinata, indeterminata verò ducatorum, & thallerorum Imper. numerus, igitur constanter dico tempus solutionis, quoad valorem extrinsecum ducat, vel thall. Imper. omnino esse attendendum, augmentúque, & decrementum debitorem respicere Brun. d. limit. 8. num. 5. verfic. & prædicta.

THEMA Cap. IX.

Thalleri mille communes in Philippicis thalleris expositi, vt in ijsdem speciebus reddantur.

SVMMARIA.

1 Species facti clarius proposita.
2 Cuiusdam sententia pro Creditore.
3 Auctoris decisio communi conformis.

4 Ver-

Digitized by Google

4 *Verba clara coniectur a s reſpuunt.*
5 *Mutationes crebra communem ſententiam adinuant.*
6 *Aurei ad numerum propter frequentes mutationes ſoluendũ*
7 *Achillæum argument ũ pro communi.*
8 *Mens contrahentium attendenda.*
9 *Pariſienſ. cur et hic à communi receſſerit.*
10 *Speciem obligatam non nimis rigoroſè exigendam.*
11 *Mutuum in eadem ſubſtantia, quãtitate, numero, & menſura reddendum.*
12 *In mutuo quidam Iuriſcon. extrinſecum valorem conſiderat.*
13 *Mutuum debet eſſe gratuitum.*
14 *Aymonis Cranettæ auctoritate communis fulcitur.*

CAPVT IX.

ADdo prædictis quæſtionem aliam, re vera propter multa difficilem, quam tractat Gallus. 1. ſuarum Monetarum quęſtionum, aliàs in ordine eſt 90.

1 Inſtrumentum † ita cantat. Titius accepit mille thalleros cõmunes quolibet computato pro 52. albis. Idque in Philippicis thalleris ſeu aureis ſeu aureis in auro A 788. Demptis albis octo, & promiſit ſe quinquaginta ſingulis annis, p penſione perſoluturũ, cui addirũ erat ita, vt tẽpore reluitionis mille talleri in iſdem ſpeciebus Philipicis, aut aureis in auro, redhiberentur.

Contigit autem quod idem ille Philippicus & aureus in auro, qui cõtractus tempore A —— 66. alb. valebãt, tempore quo reluitio offertur, extrinſecus creuerint, valueritq; quilibet A 72. alb. Ita differentia eſt 6. alb. Colonienſ. quos debitor deducere & ſorti imputare, tantumque Philippicos ſiue aureos in auro A 722. cũ 16 alb. pſoluere contendit: creditor ecõtrà promiſſionem ſpecierum acrius vrget, & numerũ expoſitum A 788. Philipp. aut aureorũ in auro repetit, eo omne ſuum intentum, & fundamentũ, tanquàm ad ſacram anchoram, dirigens, Quid dicendum?

Hæc quæſtio etiam ſi cum ea quæ poſteriorem præcedit ſe ptima, tum etiam cum iſta, quæ eſt in ordine quarta decſiuè

sinè conueniat: vtrobique enim commodum augmenti, & incommodum decrementi valoris extrinseci, non secus atque in obligatione speciei creditorem respicit. In eo tamen aliqua cõsistit differentia, quod in illis non exprimatur clarius de reddendis iisdem speciebus, sed vel ad similem æstimationem, vel eiusdem ligę, ponderis, atque cursus, numos persoluendos esse dicatur.

2 Dicti itaq; recentioris Doctoris rationibus tam pro creditore quã debitore facientibus examinatis & discussis, etsi pro creditore aliquando, pro debitore tamen cæpius iudicatum fuisse referat, ita pro eodem debitore concludendum, mordicus defendit, quasi non tam speciem, quàm earum tactus tempore æstimatio tantum modò sit attendenda.

3 Ego verò, saluo † aliorum iudicio, firmiter sto pro creditore, & quemadmodũ supra in quæstionibus præcedentibus, ita quoque & hic dicendum esse incunctanter tueor: tum ex sententia etiam ipsius Galli, hæc sit communiter recepta, itaque ab ea non temerè recedendum, per iura vulgaria, tum quod multum operentur verba illa. In ijdem, hoc est (vt ipse quoque Doctor interpretatur) totidem speciebus reddendis.

4 Quæ quoad intellectũ præmissum, quia clara sunt, & aperta, iccirco ijs nõ insistendum nec coniecturis opus erit vllis per l. continuus. §. cùm ita. ff de verbor. obliga. l. ille aut ille. §. cùm in verbis. ff. de legat. 3. Bald. in consil. 343. colum. 2. circa fin. in 1. Et cons. 174. in fin. nume. 2. vbi dicit, quòd verba clara Statutorum cauillationes, & interpretationes aduocatorum non admittant, etiam si lex esset dura, Decius cons. 503. nu. 4. & 658. nu. 2. Cæphal. consil. 497. num. 67. consi. 517. nu. cons. 344. nu. 11. Et consil. 450. nume. 64. Tiber. Decian. respon. 18. 2. volum. nume. 17. Et respon. 58. num. 4.

Atque illa certè in mutuo, depositio, commodato, alijsque cõtractibus, non secus adeò creditori proficuis, locum habere debere, est fatendum. Prouidere enim ac prospicere sibi in eò creditor voluit, propter frequentem & nimis exorbitantem monetarum mutationem, quarum † intuitu, & ipse recentior. vt dixi suprà, à communi, & quam nos tuemur sententiam non recederet, existimans ijs attentis bonitatem monetarum

netarum extrinſecam, minus curandam, aut in conſideratione habendam, potius tunc ad numernm nummiſmatum reſpiciendum, & ſolutiones deſuper faciendas eſſe. Ita ſentit in fine.q.93.num.718.& 720. Et q 96.nu.732 minori 7.

Si, inquit, tempore contractus non erat tutus, & ſtabilis valor impoſititius, quia imminebāt forte monetarum mutationes (quibus hodie nihil frequentius magiſque obuium repe-
ritur,) & † debent ſolui aurei ad numerum non deducto augmento, prout ſi contigiſſet decrementum, non ſuppleretur.

Rationem ſubiungit hanc. Quod ad has incertas mutationes vtcunq; euitandas, videatur actum, & tranſactum de certo certæ ſpeciei numero. Et hoc caſu locum habebit commu-
nis opinio, refert quidam. Aſſumptio, pro dolor, nimis eſt ma-
7 nifeſta Sequitur ergo ex præmiſsis veris concluſio indubita-
ta. Atque † hoc argumentum eſt Achyllæum, infracto robore conſtans.

Nec creditori verba iſta 52. alborum, quaſi tot albi in obligationem pro thallero ſingulo fuiſſent deducti, obuerſantur, cum hoc caſu illa per ſubſequentia verba, in totidem ijſdemque ſpeciebus, vti pro hac vice accipimus, conſtringantur. Eo enim potius reſpexiſſe contrahentes, quàm de exorbitātibus illis mutationibus cogitaſſe ac ſenſiſſe omnino eſt præſumen-
8 dum, quæ † mens contrahentium ſemper bene eſt attenden-
da, per Guid. Pap.q.493.incip.ſi fiat monetæ mutatio.

Nemo præterea mirabitur, q̄ Pariſienſ. in præſcripto themate à nobis diſſentiat, cùm omne fundamentū quæſtionū ha-
9 rum, † ac ſimiliū monetariarum inuertere, ne dicā euertere co-
netur, ad extrinſecū valorem tempore contractus exiſtentem non verò ad intrinſecū omne ſuū intentū, & fundamentū diri gēs, ac iuxta eūdē deciſiones atq; cōcluſiones ſuas cōformās.

Ita expreſsè tam in hac præmiſſa.q.1.quam in 2.& 3 omnibuſque ſubſequentibus concludit. In illa ſiquidem quoad initam ſocietatem inter aliquot Mercatores, non poſſe eoſdem
10 rigoroſè, aut ſeuerius ad repetitionem ſpecierum agere, infert, etiam ſi ab initio, vt quilibet ſortem ſuam oblatam, & in ſocietatem collectam, in ijſdem corporibus reciperet, fuerit actum habendam rationem augmēti, & deminutionis, quod medio tempore ſupernenit.

In 2.quæſtio.q̄ eſt in ordine 92. Vbi de mutuo tractatus eſt

institutus, inquit. Si thalleri Philippici absque vllatara-
tione sint dati simpliciter centum mutuo, qui restitutionis
tempore creuerint, vel decreuerint, non obstante, quod mu
tuum debeat reddi in eadem substantia, & quantitate, ni me-
11 ro, † & mensura, in eademque bonitate intrinseca, prout
iuxta communes iuris regulas natura mutui exigere videtur,
per l. cum quid & ad illam gloss. Bart. & Doctor ff. si certum
petat Instit. de actio. §. præterea, & l. final. ff. de vsu. & habit.
Zas. ad l. 2. §. mutui datio. eodem titul. ff. attamen vbi dem in
vtramque partem quæstione doctissimè quidem agitata, pro
debitore ita decidit: vt tantummodo extrinseci, & nulla in-
12 trinseci valoris, quæ erat † tempore contractus, ratio habe-
ri debeat. Ita vt si creuerit Philippicus, vel etiam aureus in
auro siue Imperialis hodiè, vt fit, hoc augmentum debito-
ris commodo cederet, atque hoc pacto creditor non tot nu-
mero quot exposuit gratis nummos recipiendo, pro bene fi-
cio præstito (debet enim mutuum esse gratuitum secundum
13 illud Lucæ. † Mutuum dantes nihil inde sperantes, cui con-
sonant iura scripta per l. si quis nec causam, & l. si tibi pecu-
niam, & Zas. ad easdem ff. si certum peta.) ingens incommo-
dum augmentationis gratia superueniens, tolerare, ac per-
ferre cogeretur, quod nimis foret durum, & omni æquitati
obuersum. Adiuuari quippe nos non decipi beneficio oppor-
tet, per tex. l. incommodato, § sicut. in fin ff commod. Quam-
uis Dom. Menoch in præcit. consil. 49. num. 17. Et Leonius in
consi 31. num. 4. & 50. à sententia Parisiens. in proposit. is sibi
facti speciebus non videantur recedere.

Ad prædictum modum, speciem videlicet in obligatione
esse, requisitus Aymo Cravet. in facto non diuerso, sed plane
14 simili † respondit anno 1540. consil. 47. Vbi pactum de retro-
uendendo erat interpositum, de reddendis duodecim mi ille li
bris Turonensibus, in sex mille scutis Regis auri ad marcam
solis, debere videlicet totidem species 6000. scutos refun-
non attento creuerint ijdem, vel decreuerint extrinsecus
que secundum conuentionem, & vi pacti initi.

THE-

THEMA Cap. X.

Verba monetæ currentis tempore solutionis, iuxta diuersitatem quatuor quæstionum consequenter explicata.

SVMMARIA.

Solutionis tempus in extrinseca bonitate attendendum.

1 Solutionis tempus in extrinseca bonitate attendendum.
2 Obligatio dicitur, & generis, & speciei, æstimatæ, & non æstimatæ.

CAPVT X.

QVoniam ex ijs, quæ præcedunt apparet, si de tempore contractus inter partes, de monetæ, vel qualitate, vel quantitate soluendæ sit conuentum, illa pacta seruanda esse. Igitur si solutionis temporis facta sit mentio, videndum anne, & tunc etiam iuxta illud tempus solutiones sint faciendæ? Exempli causa. Promitto soluere centum aureos ad rationem 72. alborum pro quolibet aureo, eo addito, Monetæ currentis tempore solutionis. Quæro quid hæc verba, monetę currentis tempore solutionis, operentur? Si intrinseca bonitate manente salua, nummi extrinsecus sint mutati, res est expedita, albos videlicet secundum tempus solutionis, & non contractus in consideratione esse debere, per communiter Doctor. in d. loc. supra citat. Brun. limit. 8. ibi quarto quæro.

1 Quid igitur dicendum pecunia intrinsecus mutata in materia forte aut pondere hoc est in valore intrinseco? Hoc opus hic labor est. Sed ista difficultas, si quis affectu semoto ad ea, quæ sequentur, attendere velit, facili negotio per subsequentia subleuabitur.

2 Respondeo itaque multum referre, primoque videndum sitne obligatio generis, an verò specifica. Et si specifica, sitne species æstimata, vel non æstimata. Atque ita quatuor hic diuersas constituo, & discutio quæstionum species, earundemq; resolutiones submitto, quarum prima est, in ordine verò vndecima, quæ sequitur.

THEMA. Cap. VI.

Species non æstimata in obligationem deducta, additis verbis Monetæ currentis tempore solutionis.

SVMMARIA.

1 DEbitor speciei existens, hoc addito, Monetæ currentis tempore solutionis.

2 Valor intrinsecus, & hic secundum tempus contractus inspicitur.

3 Valor intrinsecus quondam per currentem monetam æstimatur.

CAPVT XI.

1 SI dictum sit hoc pacto. Titius promisit se daturum centum aureos in auro, monetæ currētis tempore solutionis, hoc est. Videtur prima fronte dicendum fortè, non attendi valorem intrinsecum, vi pacti, & conuentionis initæ, cùm verba illa currētis solutionis tempore, videātur excludere omnem solicitudinem de tempore contractus, per ea quæ dixi supra, per l. semper in stipulationibus cum similib. ff. de actionem empt. Verùm ego in contraria omnino sum sententia, respondendumque hoc casu esse assero, solutionem quidem fieri posse per monetam currentem tempore solutionis, sed de bere nihilominus respici ad intrinsecum valorem, qui fuit tempore contractus.

2 Et ita verba solutionis tēpore, constringunt quidē in eo cōtrahentes, & vi pacti solutio, quæ de moneta fit currenti, recusari per creditorē minimè possit, nihilominus tamen l. sinc. sequitur, & non debeat haberi respectus ad valorem, q ui con. tractus tpe fuit, per glo. in clem. fi. & ibid. scribentes de decim. facit. l. cùm certum, & per Bal. & alios ad illam. ff. de aur. & arg. leg. Panormit. ad c. quanto extr. de iureiur.

Brun. declar. 17. & fall. 7. Prædicta inquit conclusio, quod inspicitur valor, & qualitas pecuniæ iuxta tempus obligationis, procedit, etiamsi dictum fuerit, quòd solutio fieri possit de moneta currente tempore solutionis, quia hoc intelligitur,

3 tur, vt de illa fiat solutio, si sit vilior † ad æstimationem antiquæ. Adde eundem partic. 5. & 6. in fine. Vbi quo pacto habeatur respectus ad valorem temporis contractus per illū, qui solutionis tempore est receptus. Plenius Laudens. num. 25. de Mon. Nam inspicitur tempus contractus, ait, quando æstimatio venit loco qualitatis intrinsecæ, ponderis, vel materiæ, deficientis in pecunia, quæ soluitur secūdum pecuniam quæ debetur.

THEMA Cap. XII.

Specie æstimata exposita, additis verbis Monetæ currentis tempore solutionis, solutionis tempus inspicimus.

SVMMARIA.

1 *Doctores diuersimodè de proposita facti specie sunt loquuti.*
2 *Verborum Monetæ currentis tempore solutionis effectus.*
3 *Extrinseca monetæ mutatio ad tempus solutionis refertur.*
4 *Conuentio inter partes facta omnem tollit dubitationem.*

CAPVT XII.

1 SEcundò si species iuxta præscriptum modum, aut similem in initio æstimata sit, additis ijs verbis. Monetæ currentis tempore solutionis, non ad tempus contractus, sed solutionis sit omnino respectus. Quod declaro: sunt enim illa tam obscurè, & variè a Doctoribus † nostris passim tradita, vt ne Oedipus aliquando se possit resoluere.

2 Dixi obligationem hoc pacto fuisse conceptam Titius debet centū ducatos ad rationem librarum quatuor pro quolibet: aut centum aureos in auro ad rationē 72. alborum † pro vnoquolibet aureo: additis verbis, Monetæ currentis tēpore solutionis. Hic siue aurei in auro, siue aliæ monetarum sortes, per quas solutio offertur, in intrinseco valore, de extrinseco

3 enim absq; dubio ad solutionis tēpus † respicimus, iuxta ma-

ximam Concluſionem ſecundam, 2. cap. etiam omiſſis verbis Mon. curr. temp. ſolut. vt dixi in præced. cap. 5.

Si inquàm in intrinſeco valore ſpecies debilitatæ, aut precioſiores effectæ fuerint, parum id curatur, dummodo ſecundum temporis ſolutionis valutationem communem albotenus, ſolutio fiat: ita enim inter contrahentes videtur conuentum.

Et ſic † hoc caſu liberabitur debitor ſoluendo albos currentes, & vſuales 7200. Multiplicato enim numero centenario cum ſeptuagenario ſecundo, totidem albi prouenient, conſiderato curſu Monetarum vi pacti initi, iuxta tempus fiendæ ſolutionis. Brun. limitat. 8. ibi quartò quæro.

THEMA Cap. XIII.

Generis obligatio conſiderationem intrinſeci valoris excludit, & tempus non contractus, ſed ſolutionis reſpicit, additis verbis Monetæ currentis tempore ſolutionis.

SVMMARIA.

1 *Thalleri ſunt multiplices in commerciis Mercatorum.*
2 *Florenus Colonienſis communis recipit albos 24.*
3 *Error quorundam de extrinſeco valore notatur.*
4 *Intrinſecus valor hic non debet attendi.*
5 *Vſus in pecunia potius quàm materia conſiderabilis.*
6 *Solutionis tempus attendendum, Bruni ſententia eſt.*
7 *Verba Mon. curr. temp. ſolut. non debent eſſe ſuperflua.*
8 *Limitatio inſignis concluſionis primæ Maximę.*
9 *Intrinſeci valoris non curatur mutatio, propter verba ad Monetę current. temp. ſolutionis.*

CAPVT XIII.

1 Certiò, ſi non à ſpecie aliqua, ſed genere quodam obligatio inchoetur, quid tunc dicendum? Exempli gratia. Promitto centum ſoluere thalleros communes, ab † Imperialibus noſtris, qui anno 1566. robur ſuum acceperunt, diſtinctos, quorum valor quaſi

quasi est perpetuus alborum 52. seu stuferorum 30. vel 17. batz. vnius quę Crucigeri. Aut si promitto centum florenos Colonienses, quorum quilibet recepit, & adhuc hodie recipit 24. albos currentes: vel etiam florenos Brabanticos 20. scilicet stuferorum: siue etiam libras centum grossorū, quarum quęlibet sex recipit florenos Brabanticorum, passim horum die inter mercatores vsitatorum, additis semper ijs verbis, quod hic præsupponimus, Monetæ currentis tempore solutionis, quid dicemus?

Quoniam alibi meminimus, quosdam etiam doctos, & expertes viros in illa existere opinione, vt putent etiam tūc, 3 quando † simpliciter extrinsecus pecunia est mutata, debere nos ad tempus contractus, & non solutionis respicere, aliás vrget maximum creditorum damnum, non tantum aureæ argenteæve materiæ, quantum forte exposuerunt, recipientium. Admitatione dignum minus videtur, si & hic, vbi de mutatione valoris intrinseci agitur, eo oculos conuertant, & quæstionum obuenientium resolutiones inde petendas, & hauriendas esse, contra communem Doctorum sententiam autumnent. Quos passim refutauit egregiè quidam Iurisco.

Nos etiam in his prædictis, & similibus casibus, non esse 4 planè de † valore intrinseco, qui contractus tempore receptus fuit, curandum sed magis magisque ad vsum atque cursum respicientes modernum, (ad quem dixi vt plurimum collimandum, per l. quæ extrinsecus, ff. de verbor. obligat. ca. quis ignorat, cum gloss. 32. quæstio. 4. l. Imperatores, ff de contrah. empt.) secundum illum rectè solutiones fieri posse dicimus atque profitemur. Idque hic vel maximè propter adiectionem verborum, Monetæ current. tempor. solutionis, dicendum erit: amouetque atque elidit omnē dubitationis ansam Brunus noster, qui declar. 17. in simili facti specie hoc modo loquitur. Vbi autem obligatio esset in genere concepta, puta in libris 20. vel floren. 20. Mediolanens. vel Sabaud. cum nulla petia sit, quæ ita vocetur, eo casu, ne illa verba Mon. curren. tempo. solut. superflua sint, intelligimus de libris, vel florenis ad monetam temporis solutionis etiā viliorem, vel debiliorem. Nam ita verificatur florenus Mediolanensis in 32 solidis minoris ligæ sicut fortioris, & libra in 20. solidis. Quæ verba omnino ad intrinsecum valorem referenda sunt.

7 Adeo quod nisi sic diceremus, dicta verba: Monetæ currentis solutionis, redderentur superflua, contra Barto. in l. stipulatus sum 10. in mille, vbi in simili tradit, ff. de solut.

8 Adde eundem Brun. limit. 8. numer. 9. Quod si consideremus, ait, mutationem valoris non mutata preciositate metalli, res est clara, vt inspiciamus libras secundum, quod valent tempore solutionis. Idem dico, si contingeret monetam esse factam de metallo † debiliore, & viliore, vel diminutam in pondere, cum libra ita valeat 20. solidos monetæ debilioris ponderis, & vilioris metalli, & fortioris ponderis, & quæ sequuntur ibidem. Et sic propter dicta verba insignē notamus limitationem conclusionis primæ maximæ, de qua cap. 2. diximus.

9

THEMA Cap. XIIII.

Verba simpliciter prolata, per florenos Colonienses Monet. currentis, quo pacto accipienda.

SVMMARIA.

1 *Currentis monetæ verba tempori contractus, & solutionis accommodantur.*
2 *Verborum interpretatio secundum regulas iuris communis fieri debet.*
3 *Testatoris mens iuxta dispositionem iuris communis interpretanda.*
4 *L. centum ff. de auro, & argent. leg. nouus Pinelli intellectus est elegans.*
5 *Bruni distinctio, additis iis verbis, Monetæ currentis,*
6 *Contrarietas talis præsumitur, qualem verba declarant.*
7 *Verba instrumenti dant formam contractui.*
8 *Scriptura mentem contrahentium declarat.*
9 *Verba obligationis semper bene erunt ponderanda.*
10 *Verba non debent esse otiosa.*
11 *Legatum intelligitur secundum tempus testamenti.*
12 *Verba relata ad tempus solutionis, tempus solutionis designant.*
13 *Qualitas verbo adiecta, regulatur secundum tempus verbi.*

CAPVT

CAPVT XIIII.



Vartò, quid dicendum, ſi ita obligationis verba ſint concepta ſimpliciter. Promitto centum florenos Colonienſ. monetæ currentis, non additis ijs verbis ſolutionis tẽporis: Germanicè dicere ſolebamus. Brun. circa finem limitat. 8 tangit hanc quæſtionem, ſeſeque eandem in facto habuiſſe dicit, primoque reſpondet, tempus diſpoſitionis, ſeu contractus
1 in conſideratione eſſe debere, quaſi illa verba, † currentis monetæ, tempori contractus rectius, quàm ſolutionis accommodentur.

2 Et ſic interpretationem verborum ſecundùm † regulas iuris communis in dubio fieri debere inquit, per Barto. & alios, in l. hæredes mei, § cum ita, ff. ad Trebell. & l. Gallus, §. 1. ff. de liber. & poſthum. & ita dicimus in ſimili: Teſtatoris mentem
3 iuxta † iuris communis diſpoſitionem, quam maximè interpretandam, l. vt gradatim §. ſed etſi lege, ff. de minori. l. 1. ff. ad legem Falcid. Zaſi. conſi. 3. lib 1. num. 48. & conſil. 1. nume. 41. Cæphal. pluribus in locis, quorum quædam nos aliquando collegimus: Vtpotè conſil. 311. nu. 26 & 27. conſi. 383. nu. 12. conſil. 364. nu. 2. conſ. 416. nu. 16. conſ. 429. nu. 164. conſ. 450. num. 50. & ſeq. conſ. 484. nu. 15. conſ. 489 nu. 13. 35. & 36. conſi. 500. nu. 17. conſ 529. nu 47. conſ 642. nu. 49, &c.

4 Quo facit admodum eleganter nouus † intellectus Arr. Pinell. ad primam partem rubr. cap. 3. num. 23. C. de reſcindend. vendit. circa verba illa, Precium præſentis temporis, &c. poſita in l. cum certum, ff. de auro, & argent. legato, quæ verba, etſi communiter Doct. ad tempus ſolutionis referant, ipſe tamẽ ad tempus conditi teſtamenti debere referri, omninò contendit, per l. ſi ita, ff. de auro, & argent. legat. ibi, id legatum videri, quod teſtamenti tempore fuiſſet, Sequitur: Præſens enim tempus ſemper intelligit Paulus, ſi aliud comprehenſum non eſſet.

5 Verùm adhibet † Brun. diſtinctionem ſalutarem hanc, & omnino nobis ſequendam, videlicet diligenter eſſe attendendum, quorſum verba illa, Monetę currentis, reſpiciant, aut commodè referri poſsint, ita intelligendo, vt eius quoq; tem-

poris

poris ratio habeatur, de quo contrahentes sensisse est verisimilius.

Cum quilibet contractus talis præsumatur, qualis essentia
6 literarum,& contextus demonstrat,l. cum precib. C. de probationib.l.emptionē,C.plus vale.quod agit,&c. c. nauiganti, de vsuris: Baldus in c.1. de feud. dato in vicem leg. com. miss.

7 Et verba † instrumenti dant formam contractui, obligationemque constituunt. Baldus in l. quoties.12. num.4. C. de
8 suis & legit.l.non figura,ff.de action. † Nec aliter intelligitur actum,quam scriptura sit expressum.l. vlt. vbi Bald. & Salic. C.de falsc.cauc.adiect.

9 Ideòque verba † obligationis in his maximè sunt ponderanda.l.quicquid,l.quoties.ff.de verb.obl.Ita vt nullum † verbum videatur otiosum,Schurff.consil.32.1.Centur.& 2.cons.
10 36.in fin. Tiraquell.de retract. conuent. in fine titul. nu.127. Tiberi.Decian.Respon.52.nu.28.

Si ergo verba prolata, monetæ currentis, referantur ad actum obligationis,tunc prædicto modo,vt fiat solutio secundùm dispositionis tempus, erit dicendum. Ita si alicui in testamento legatum sit relictum, fortè centum librarū grossorum monetæ Flandricæ,de quo consultus Nicol.Euerardus Præses Mechlin.consi.105.respondit, dicendum, non secundum tempus mortis,aditæve hæreditatis aut petitionis, sed
11 testamenti † conditi interpretationem faciendam. Non enim de futuro tempore testator videtur cogitasse. l. Rutilia. Polla, ff.de contrah.empt.Ioan. Aquil. Theorem.2. Laudens. num.27.de Mone.Brunus declaratione 9. Et quidam Doctor quęstio.99.

Quod si verò verba prędicta referant ad factū solutionis,
12 vtpotè † Titius recepit se soluturum de moneta currente, item terminus soluendi in futurum tempus est extensiuus,vt nostri dicere solent.aut similiter, tunc debet intellectus recipi & haberi de currēte moneta tempore solutionis.Grat.cōc. 13.col.pen.versic.item pro opinione,vol.1. Et Menoch. cons. 49.In ipsa facti specie,num.43.versi.non obstat.

13 Ita qualitas,† vt habet Brunus, regulatur secundùm tempus verbi,cui adijcitur l.in delictis,§. si extraneus,ff. de noxa. l.ex facto.ff.de vulgari & pupillari substitutio. Quæ propter multa,

multa, & quia passim non sunt obuia, diligenter & accuratè
sunt notanda & obseruanda.

THEMA Cap. XV.

Num vna pecunia pro alia solui possit?

SVMMARIA.

1 OBligatio generica per speciei solutionem solvitur.
2 Speciei obligatio debitorem constringit.
3 Aliud pro alio inuito creditori solui nequit.
4 Species diuersæ in eodem genere functionem non recipiunt.
5 Species in retractu eadem, quæ in contractu reddenda.
6 Aestimationem contractus tempore currentem loco speciei solui posse, vult quidam Doctor.
7 Strictam speciei obligationem vix admittit quidã Doctor fraudis latentis suspitione.
8 Fraudis præsumptę timore iuris communis decisio mutari nequit.
9 Pecunia extincta, habebitur ratio preciositatis iuxtà tempus contractus.
10 Creditoris interesse in obligatione speciei attenditur.
11 Species præcisè, & absolutè debita etiam per quẽdam recentiorem reddenda.
13 Aliud pro alio inuito creditori solui non posse, fallentias plures recipit.
14 Cõsuetudine generali receptum, vnam pecuniam pro alia solui posse.
15 Vna pecunia pro alia solvitur, respectu habito ad extrinsecum valorem.
16 Consuetudo prędicta, de soluendo pecuniam vnam pro alia, valet.
17 Consuetudinibus loci cives parere debent.
18 Dictus iurisc. hoc ipsum non recipit.
19 Creditoris interesse facit, vt pecunia in specie debita ita reddatur.
20 Forma seu figura externa non multum curatur.
21 Valor extrinsecus, vt sit proportionabiliter, & vbique vniformis, optandum.
22 Publica & perpetua pecuniæ debet esse æstimatio.
23 Vniformitas & nũmorum conuenientia solicite adoptanda.

CAPVT

CAPVT XV.

EX natura distinctæ obligationis generis & speciei omninò apparet, quo pacto in genere obligatione rectè per quamlibet speciem, monetamve currentem bonam & legitimam, solutio † fieri possit. Verùm si contrahentes sese ad aliquam monetæ speciem constrinxerint, veluti ad ducatos largos coronatos, aureos in auro, thalleros Imperiales: tunc dicendum erit, ad solutionem speciei debitorem strictè compellendum, nec cogendum creditorem aliam monetæ speciē, licet probam, ad æstimationem promissæ recipere, per l. 2 §. 1. & ibidem glo. Bart. Bald. Iason, Alexan. Socin Decius, Franc. de Areti. Zas. Costal. & communiter Doct. ff si cert. pet. Bart. & Doct. ad l. Paulus, ff. de solut. Boer. decis. 327. nu. 3.

1 2

3 Hinc regula illa vulgaris traditur: Aliud pro alio † invito creditori solui non posse. d. §. 1. & in l. si se obtulit, §. ait prætor, ff. de re iudic. l. promissor. §. fina. ff. de constitut. pecun. l. item liberatur. §. qui paratus, ff. quibus mod. pig. vel hypoth. &c. l. eum à quo. C. de solutio. Marc. de Mant. sing. 106.

Atque hoc intelligendum est de alia moneta, siue aurea, siue argentea, siue pura, siue ære contaminata. Non enim in 4 eodem genere † functionem recipere videntur, Panormitan. ad d. cap. quantò. Ioan. Aquil. de Monet. potest. theorem. 8. Lauden. statim ab initio, & Curtius num. 22. de monet. q uæst. 8. Albert. Brun. præsuppos. 2. num. 3. & limitat. 2. Menochius consil. 138 Socin. Sen. consil. 6. libr. 1. Capra consi. 49. nume. 9. Crauet. consi. 47. statim ab initio. Glos. ex mente Bart. ad l. si quis argentum, in prin. C. de donat.

Sic si precium centum aureorum coronatorum est expos. 5 tum, † & consanguineus retrahere volens, aliam offert speciē monetę, vel etiam in intrinseco valore deterioratos coronatos, de iure stricto non erit audiendus. Ita ponit exemplū Tiraquel. de retract. ligna. §. 1. gloss. 18. num. 30. per Ioan. Andr. in c peccatum, ad fin 1 articul. in Mercur. de regul. iuris. libr. 6. Ioan. Fabr. in § 1. Institu. quibus mod. toll. obligat. Socin. consi. 6. Prædicta consultatio, colum. 1. & 2. Cæphal. consil. 755. Co-

755. Couarruui.§.vnic.capit.ſeptimo,in prin.de mut. monet-
6 Contrarium † deciſioni prædictæ, tam quoad præmiſſum exemplum in retractu, quam etiam in omnibus generib.con tractuum, tenet Gallus in tit. 1. conſi.Pariſ.de materia feud.§. 13.glo.8 quæſt.8.& alleg.ſupr. quæſt.92. per totum, maximè verò nu 708.709.710.& 721. quæſtio.94.& ſeq.95.

Quibus alijſque in locis mordicus defendit, non tam ſpeciem ipſam, quam æſtimationem iuxta tẽpus contractus cõſiderãdam: ita vt ſiue valor coronatorum creuerit,ſiue minuatus ſit,hoc ipſum debitorem reſpiciat,penes quem eſt augmẽtum deducere, ita quoq; defectum adimplere. Quod,inquit, obtinet,ſiue tacitè,ſiue expreſsè inter partes fuerit actum,de reddendis ſimpliciter in ijſdem ſpeciebus,& eodem numero: & ſic pactionem illam hincinde initam intelligendam eſſe in dubio,rebus ſic ſtantibus (de qua clauſula, vt obiter hoc interſeram,vide præter alios Petr. Beneintend.concluſ.65.in deciſ.Et Tiraquel.in l.ſi vnquam,C. de reuocã. donat.in Præfat. num.166.& 167.ac ſequen.Zaſi.ad l.quod Neratius.in fi. ff.de cond.cauſ.dat.volu.1.) hoc eſt,ſi ducati permanſerint in eſtimatione eadem contractus tempore facta, ſecus verò ſi augmentati, aut deminuti fuerint.

Aliàs prætendit ipſe Gallus.† maximè in retractu,fraudem contractui facilè fieri poſſe,idque in odium retrahere volentis: ſi videlicet ſpeciem aliquam exprimerent dolo malo,quę vel admodum difficulter, vel prorſus haberi, & reſtitui non poſsit, vtpotè in florenis Bononienſib.aut florentinis,in Ioachimicis nummis, aut ſimilibus in obligationum literis, vt fieri aſſolet, ſpecificaris. Et tunc emptor vrgeret illud verum fuiſſe precium, taleſque nummos expoſitos,& in obligationem deductos,quos petens ſibi ſolui, ac refundi, creditorem à ſuo iure ſibi præſeruato retrahendi facili negotio poſſit amouere.

8 Verum propter fraudem aliquam pręſumptam non debet mutari iuris deciſio, & determinatio communis: aliàs facile omnes contractuum formulæ per hoc poſſent ſubuerti. Neq; etiam ſi tales rarę, inuſitatæ, aut abſolutæ ſpecies in obligationem ſint deductæ,quę redemptionis,aut ſolutionis tempore haberi non poſſunt, ob id retrahere volens, liberioris, & ſecurioris erit conditionis, quam ſi ad huc extarent, cum

hoc

hoc casu teneatur solutionem facere per monetam probam
9 currentem, habito † respectu ad ligam & pondus petiarum istarum, quæ nunc interciderunt forte, & ab vsu recesserunt: haud aliter quam si nūmorum istorum cursus, iustis & vrgentibus ex causis fuerit à superioritate reprobatus: tenebitur enim debitor reddere monetam secūdum bonitatem intrinsecam materiæ & ponderis, pro vt tempore contractus erat, quo facit.l.1.C.de vet.num.potest.lib.11.& l.cū quid ff.si cert. pet.DD. ad c.quanto de iureiu. & c.olim, c. tum Canonicis, ex.de cens.Brun.ab initio, nume.6. quod ipsum per officium Zygostatarum facile diiudicabitur atque expedietur.

Hac in parte tamen Gallus communi sententiæ vicinior est ac propior, quod dicat propter euidens interesse emptoris
10 & consequenter creditoris in forma specifica † & expressa nūmos fore restituendos, maxime quando aurei per se absolute deberentur, non autem sub ratione certæ quantitatis, & summæ, speciei, & numeri, quam tempore contractus cōficiebant, quod alibi clarius ita effert. Si debentur certi aurei ad certum numerum, vel si aurei in auro præcise seu absolutè,
11 † & nec plus nec minus debentur, non obstante quacunque mutatione monetę, siue in augmento, siue in decremento debentur, tunc pro communi, ait, omnem disputationem cessare, & omnimodo pacto standum esse, non solum inter emptorem, & venditorem, sed etiam emptorem & tertium retinentem, & siue versemur in iure proximitatis, siue dominicali, vel simili, interposito.

Ex quo sequitur conclusiuè, si quomodocunque, siue pra-
12 scripto modo, siue ex † mente cōtrahentium, ipsoue verborum contextu appareat, speciem aliquam in obligationem deductam, siue sumus in mutuo, depositō, locato, contractu emptionis, & venditionis alijsue, cogi posse debitore omnino per solutionem speciei fidē liberet. Pacta enim talia omnino valent, & sunt seruanda. Et Regula habet, quod aliud pro
13 alio inuito creditori † solui non possit, quæ quas habeat limitationes, & fallentias consulere poteris. Iason. & Zasi. ac reliquos DD. ad l 2.§ 1.ff.si cert.pet.

Maxima tamen inter omnes, & notabilis est illa fallentia,
14 † consuetudine videlicet totius mūdi receptum & obtentum esse, vt vna pecunia pro altera rectè possit solui, DD. in d loc.

Et

Et Bald.in l. libera quidem Theodora. C. de sentent. & inter. omn.iudic Et exinde sequutus Lauden. præci. loc. Et Francis. Curt. numer. 23 attamen de consuetudine totius mundi habent, seruatur, quod diuersa pecunia in forma, vt aurea pro argentea,& è contra solui possit,quia ex generali consuetudine functionem pecunia recepit.d.l. si argentum.

Et hoc in quocunque casu de cõsuetudine seruari tradidit Bart.in d l.diuortio.§ ob donationes circ.med.ff. sol. matrim. quem.dos pet.& in l.1 § vlti. in fin ff. de aur. & arg. leg. Vide Bald. Salicet. Alber. de Rosat. Rebuff in leg. vniuersos. C. de vet.num.potest lib.11. Viui.in commu.opin.188.in verbo Moneta,Brun.decla.5.& limit.2.& præsupp.2.numer.4.Guid. Pap. quæst.492. Et quos allegat Matth. Coler. in Tractat. de proces.executiu.1.cap.10 num. 6. Menoch. consi. 49.nume. 17.18. & 19. quando, ait, vna pecunia pro alia soluitur, 15 tunc habetur respectus ad tempus solutionis, quo ad valorẽ extrinsecum per Brun.in initio.d limit 2.Adde Boer.dec.327. Sic, ait,de cõsuetudine seruatur in contractibus de retrouendendo,quod venditor qui tractu temporis redemit rem venditam, tenetur restituere precium in speciebus seu petijs auri vel argenti receptis,licet valor fuerit mutatus.

16 Huius † autem rei consuetudinem valere eandemque seruandam esse, probatur per d. l. Imperatores de contr. empt. ff.l semper in stipulationibus. ff. de reg.iur. Bald.in d.l.si quis argentum. Tiraqu.gloss.& § præcit.num.31 & Brun d. limit. 2 clarius. Illa consuetudo, inquit, seruanda est in locis vbi viget,quod possit moneta argentea etiam ære contaminata solui pro aurea, qua cessante solui nequiret, Est inquit Lausdens.vna maxima in iure nostro in numeratione pecuniæ, vt in soluendis pecunijs,seruetur consuetudo patriæ, cui se ac-
17 commodare † incolæ omnino tenentur,pro quo facit optimè textus iste. Pactum gentis vel ciuitatis consuetudine firmatũ, nulla ciuis aut peregrini libidine violetur. Turpis enim est pars vniuerso suo non congruens, per c. quæ contra mores, distin.8.& c.tuas, ex de spon.duor,facit l. quisquis distinc 41. Verum licet hoc ipsum, vt videlicet coarctetur & compellat
18 creditor recipere † vnam pecuniam pro alia in obligatio specici(nõ obstante quod DD.contra communiter statuant) consuetudine introduci non posse defendat, d. quæs.92. nu.

708.&

708.& in consil. Paris. §. 1 gloss. 4- num. 11. & Rube- consil. 17.
Menoch. tamen cum alijs illud ipsum non recipit, sed tan-
quam erroneum reijcit atque refutat consil. alle g- 49. nu. 19.
quem. si placet, Vide.

19 Hæc omnia vero cum illo temperamento, salis † sunt ac-
cipienda, si videlicet non verisimiliter de interesse creditoris,
per aliam pecuniam solutionem recusantis, & sic de ipsius
relevantis damno constet. Quid enim si alio profecturus, pro
grandi & onerosa argentea summa auream secum ferre pe-
cuniam necesse habeat? aut alio intentu pro aurea argentea
requirat, aut similiter, vt quotidie fit inter mercatores. Hoc
tenêt Laudens. ab initio statim nu. 5. de Monet. Brun- Pulchre
2. præsupp. num 5. Curt de monet quæst. 9. num 24. Menoch.
consil. 138. in prin. Itaq; non erit in suo proposito debitor ni-
mis pertinax & effrenatus, nec creditor vltra modum moro-
sus, nimiumq; severus. per text. l. si seruos. ff de pig act.

20 Quod † ad formam attinet, de qua supra cap 7. dixi priori
parte sciendum est eam regulariter non considerari, cum
aliud solui non dicatur, qđ saltem forma exteriore discrepat.
per DD. communiter ad d. l. Paulus. Brun. 2. limit. arg. d. l. si
quis argentum cum ibi notat. & l. 1. in fine. l. Titiæ. ff. de aur- &
argen. leg. Curt. statim ab initio. Did. Couar. conclus. 2 - d. c. 7.
Parum etiã aut nihil refert, aurei in auro, thalleri Imperiales,
aut similes monetarum species, vel Moguntiæ, vel apud nos
Tuitij, vel Confluentiæ, vel Heidelbergæ, Reuerẽdissimorũ
Principum, & Electorum Renẽsium, Dominorum meorum
jugi obseruantia mihi Colendissimorum, auctoritate, for-
mis, insignijs, inscriptionibus atq; characteribus diuersis, siue
in vrbe hac celeberrima Colonensi, siue Dusseldorpensi, siue
Leodij, siue apud Monasterienses, Aquisgranenses, aut demũ
in alijs VVestphalici huius inferioris circuli. Argyrocopi
cudantur, si modo iuxta saluberrimas Imper. cõstitutiones,
quo ad mixturam, & pondus, hoc est intrinsecum valorem,
fabricati fuerint. Coler. d. c. 10. num 8 de process. execut.

Vtinam vero hæc nostra tristia & infausta tempora, per
21 Omnipotentis Dei clementiam † ferrent, vt quemadmodum
S. Rom. Imp. Status in valore illo intrinseco magna ex parte
cõueniũt, ita quoq; in ipsa extrinseca valutatione, barbarica,
crebra illa & nimis nociua mutatione ac variatione explosa,
concor-

concordarent itaque: ſymmetriam, ac conuenientiam, ſi nō prorſus eandem, aliquam ſaltem, & tolerabilem, ſibiq; correſpondentem, & non ita madrubuli in morem variabilem, atque omninò exorbitantem ferrent, atque ſuſtinerent. Idque contra ſubſtantialem naturam ipſius pecuniæ, ad hoc inuentæ, vt eius publica, & perpetua † æſtimatione difficultatibus permutationum, æqualitate quantitatis ſubueniretur. Perſæpè all. l. 1. ff. de contrahen. empt. & facit l. elegans ſi ita. 42. ff. de fideiuſſ.

23 Quod commodiſsimè fieri poſſe ego nō dubitarem, ſi modo vnanimi Dominorum conſenſu † tribus, quatuorvè in puncto monetæ probandi, ac ratiocinandi peritia edoctis, atque exercitatis, probis, & integris viris, hoc totum negotij committeretur, & per illos quælibet hodierno die exiſtens monetę ſpecies, ſeu petia, ſecundum eius intrinſecum valorem, ligam, ac pondus, exactiſsimè examinaretur, & ſic cōſequenter æſtimatio cuilibet proportionabiliter, proq; vſu, ac Regionis cuiuſque cōſuetudine inderetur, imponereturque. Quod vt ſemel adhuc, & modo, quam hactenus factum fuit, perfectiori in Imperio fiat, omninò, vt vtile, ac neceſſarium, ita ſummè exoptandum iudico, atque ſentio.

THEMA Cap. XVI.

Num pro minuta pecunia ſolui poſsit groſſa, & qualiter in minutioribus nummis debeat fieri ſolutio.

SVMMARIA.

1 *PRo minuta pecunia non poteſt ſolui groſſa.*
2 *Minuta pecunia cum groſſa æſtimationem non recipit.*
3 *Mora moroſo in groſſa pecunia nocua, non autem in minuta.*
4 *Lucrum ceſſans non vſque adeò curandum.*
5 *Pecunia minuta in valore intrinſeco deteriorata debitori nocet.*
6 *Lucri ceſſantis intereſſe mercatores poſſunt exigere.*
7 *Pecuniam minutam per groſſam æſtimari.*
8 *Pecuniam minutam cum groſſa recipere functionem.*
9 *Intereſſe damni etiam in nummis minutioribus conſideratur.*
10 *Creditor tam minutiores, quam groſſos nūmos tenetur accipere.*

11 *Argenti tantum in minutioribus speciebus proportionabiliter, quantum in grossis habetur.*
12 *Argenti quantum in pecuniis sit parum curandum.*
13 *Minutiores sortes in magnis summis rectè recusari possunt.*
14 *Vsus quotidianus solutionem in minutioribus nummis improbat.*
15 *Mercatores solent in initio contractus de qualitate monetæ disponere.*
16 *Debitor notabilis quantitatis non potest liberari soluendo minutiorem pecuniam.*
17 *Quarta pars mutationis pecuniæ apud Lusitanos soluitur.*
18 *Statutum ibidem pro specie aliam quamlibet monetam solui.*
19 *Ordinatio vetus Ciuitat. Colon. pro aureo in auro. 24. albos rotatos solui potuisse.*
20 *Ordinationes Imperij auctoris sententiam confirmant.*
21 *Centum floreni in grossa pecunia ferunt minutissimorum nummorum 4. aut 6. florenos.*
22 *Minores sortes ad communia commercia exercendas fabricatas non esse.*
23 *Affectio contrahentium in obtrudendis, & recipiendis nummis debet temperari.*
24 *Debitorem non oportet nimis esse delicatum, & creditorem nimis onerosum.*

CAPVT XVI.

DICTVM est capit. præcedenti de pecunia grossa, quo pacto vna per aliam solui possit, vel non possit: non erit inconueniens eandem disputationem simili modo ad sortes etiam monetarum minutiores dirigere.

1 In † quibus dicendum videtur, quòd si aliqua promissio sit facta de nummis minutis, solutio fieri non possit de moneta grossa, non obstante, quod de prædicta consuetudine liceat vnam pecuniam pro alia soluere, per Bartol. in l. si stipulatus sum, decem in melle. 2. colum. ff. de solut. pro qua ex Martini sententia concludit Alb. Brun. Hæc inquit, est rei veritas, per l. primam, C. de vet. numism. potest. libr. 11. & gloss. in cap. quanto de iureiuran. Istius rei ratio hæc esse potest, quod Bartol. in l. Paulus de solut. & in d. l. si stipulatus, sentiat

sentiat minutam pecuniam non recipere aliquam æstimationem † per grossam, per l. si steriles, §. cum per venditorem, ff. de actionib. empt. Ideoque pro regula statuendum, inquit, etiam in morosо, eundem in his minutis nummis non teneri in causam duriorum. Quod exemplo declaramus.

2

3 † Debitor ducentorum ducatorum tenetur vi initæ obligationis illa certa die, & termino constituto persoluere: qđ non facit, vel econtra, creditor oblatam sibi certo tempore pecuniam recusat recipere indebite, & absq; iusta, & idonea causa, crescit interea valor eius in immensum, quid dicendũ, cuius cedet hoc augmentum commodo, vel incommodo? Distinguit d. loc. Bart. hoc pacto. Aut loquimur in moneta grossa, quæ potest recipere æstimationem per monetã inferiorẽ, & tunc vtrobiq; tenetur morosus hoc damnum sustinere. l. si ita. ff. de fideiuss. aut vero loquimur in moneta minuta, gradus inferioris, forte *de Batlijs*, *medijs batlijs*, de octo Thalleris nummulis, rotatis alb. vel similibus. Et existimat Bart. morosum (contra quem alias omnia iura clamitant vt infrã de Mora c. pe.) neq; debitorem neque creditorem eandem reluctantem, & renuentem teneri ad æstimationem talem. Quia ista moneta, ait, minuta, non recipit æstimationem per aliã monetam: vnde dici nequit, variatio æstimata deteriorata, sed

4 potius lucrum cessans, de nouo contigens iste defectus † dicetur, cuius lucri ratio haberi non debet, secundum intellectum l. nummis. §. per vendit. ff. de act. empt.

Cum Bart. sentire videtur Cast. in d. l. Paulus circ. fin. Si debes, inquit, mihi monetam minutam, puta centum libras, & tempore morę de centum libris potuissem acquirere 20. ducatos, quia non valebat ducatus nisi quinque libras, postea creuit æstimatio, & non possum habere 20. ducatos, vtrũ possim petere interesse? Inquit ibidem Castr. petere me interesse non posse. Idq; ex sententia Barto. pro eo quod non creuit æstimatio librarum quę debentur, quia libræ non æstimantur per florenos, vel ducatos, sed è conuerso ducati per libras, & nummos minutiores.

Hanc sententiam Bart. alij quoq; DD. sequuntur, vt refert Bru. lim. 1. vbi eam tamen duobus modis limitat. Primo si pe-

5 cunia minuta sit deteriorata in valore intrinseco. Nam † casu quo non haberetur respectus ad augmentũ grossæ monetæ

per minutum soluendæ, tunc si in intrinseco valore minuta pecunia esset deteriorata, idem foret dicendum pro portionabiliter de ea quod de grossiore l. 3. in fin cum glos. ff. de eo, quod cert. loc. Brun. per Alexan. dict. loc. num. 5 Secundo vult prædictam doctrinam limitandam, quando lucrum effet certum, vt si creditor sit persona quæ soleat cum pecuniis negotiari. Vti sunt Campsores, Collybistæ, & hi qui ex permutationibus quæstum faciunt. Ita quod verisimiliter minutas sortes debitas, si ante moram easdem habuissent, cum aliis grossioribus permutassent, & lucrum fecissent.

6 Possunt † siquidem tales mercatores, maxime de iure Canonum, & in foro conscientiæ, interesse lucri petere, per Bru. alleg. loc. Et Hostien. in cap. salubriter. col. 2. versi. in eo enim, extr. de vsur. Abb. in c. cum venerabilis. col. 3. vers. aduertere an vsuræ. de excep. & in c. dilecti. col. 1. in fi. versic. nota quod ratione, ext. de for. compet. & clarius in c. conquestus. col. 6. vers. nota glos. de vsur. Dec. cons. 116. col. pen. vers. præterea, Inno. in cap. sane, colum. 3. versi. alij tamen dicunt, de sentent. excommu. Felin. in c. cum venerabilis, col. 2. vers. dum dicit, de except. Aretin. consil. 157. colu. fin. vers. ex hoc sequitur. Castran. in consuet. Burg. fol. 204 col. 4. versi. sexto limita. Barto. in l. vnic. num. 11. versic. si verò consuenit. C. de sentent. quæ pro eo quod inter Vide, si placet, super hoc articulo auctoritates, & tam Iuris Biuilis, quàm Canonici Doctores absque numero, apud Anton. Gabr. concluſ. commu. 1. libr. 3. de solut. & liber.

Verùm præmissa Bart. & sequacium opinio de nummis minutioribus, communiter non subsistit, quod & rationem habet. † Quemadmodum enim per minutam grossa, eodem modo rectè per grossam monetam minuta potest æstimari: hoc ipsum satis superque ex eorum fundamento constat, quæ suprà cap. 21. adducta fuerunt, vbi de simmetria ac proportione numerorum fusiùs tractauimus. Recipiunt enim inter se pecuniæ omnes functionem † quandam mutuam, & æquipollere, sibique correspondere videntur, quod vel manifestè ex hac subsequenti ratione conuincitur.

Quemadmodum enim Thallerus, & pecunia ad minorē, ita quoque, & modo similiter minutioris nummi ad ipsum Thallerū intrinseca sua, & extrinseca proportione respectum

respectum habent, & habere debent, mutuoque sibi cor-
9 respondent. Vnde notabile quoque interesse, etiam in vnico
nũmo consideratur, qui quoad commutationem inter mer-
catores respectu maioris alicuius nummi, pluris vel minoris
æstimabit: Ideoq; damnum proculdubiò contingit in muta-
tione pecuniæ minutæ. Hanc tenet sententiã Laudens. nu. 20.
& 21. vbi nec legem, nec Doctorem aliquem pro Bart. opinio
ne facere animosius effert. Sequitur Francisc. Curt. eamque in
praxi seruari dicit, nu. de monet. 6 Didac. Couar. c. 7. §. vnic.
de muta. monet. conclusio. 5. Hornan. in sua de monet. disputa
tiuncula.

Ex quo ergò proportionabiliter grossam cum minutiore,
& econtrà minutam pecũniam cum grossa æstimari rectè di-
ximus. Videtur sequi ex eo indifferenter, vt grossam pecuniã,
ita etiam sortes minutiores, quascunque, vsuales tamen
& probas, creditorem cogendum recipere, aliàs eundem pec-
care contra præscriptum l. 1. C. de veter. num. potesta. libr. 11.
& Bartol. in l. falsam in fin. ff. ad leg. Corne. de fals.

Exemplum tale ponit recentior, quidam quæst. 99. Victus
& cõdemnatus in expensis litis ad 30. libras taxatis, minutis-
simam & fortè rarissimã, licèt probam, conquisiuit monetã,
& solutionem obtulit in paruulis denarijs Parisiens. & Turo-
nensibus, vel fortè in numulis nostris octo thalleris: quas sor-
tes creditor recipere recusauit, petens in Aureis in auro,
aut alijs grandioribus nũmis sibi solui. Re in iudicium dedu-
10 cta, per † duplex arrestum iudicatum fuit pro ipso, ait,
debitore, debere videlicet creditorem ijs paruis sortibus esse
contentum, atque hoc non in parua, sed magna etiam sum-
ma, si modò iuxta præscriptum, & ex auctoritate Supe-
riorum, fortè etiam per concessionem Imperij, ea moneta fa
bricata & percussa sit.

Confirmat illud ex eo, quòd debitor non sit obligatus ad
aliquam certam monetæ speciem, sed ad quantitatem in ge-
11 nere, illam adhibens artificialem rationem, † quod tantum
argenti sit in pluribus minutis nũmis, vnam marcam facien
tibus quantum sit in paucis põderosioribus proportionabili-
12 ter, licèt etiam de iure, † siue plus, siue minus argenti insit,
non referat, modò publica, proba, & legitima moneta fuerit.
Ad quod, quæso, Lector aduertat, propter doctrinam, & sen-

tentiam communem, quam de extrinseco valore, c. 2. supra, & aliàs non semel approbauimus.

Et hanc prætactam sententiam, communem esse tenent Eman. Soarez, recep. senten. in verbo. Monet. per Rubæum consil. 148. num. 1. & Curt. iun. consi. 24. num. 5. Ar. Pinel. in rubr. 1. par. ca. 3. num. 16. & 17. C. de rescind. vendit.

Verùm, quod venia tantorum virorum dixerim, ista opinio nunquam visa mihi fuit æquitati consentanea, maximè
13 in † summis magnis, & exuperantibus, fortè centum 200. 300. aut mille florenis debitis. Quis enim non ad modum molestè ferat tantam summam, etiam quoad numerationem festidiosam, per importunitatem, & vel ex indignatione atque inuidia quadam, vt fit, debitoris, etiam in generali obligatione, sibi obtrudi. † Si ad quotidianum in pecunijs
14 vsum communiter est respiciendum, vt egregio exemplo Budæus ib. 3. Asis. ostendit, & Parisiens. alijque Dd. passim inculcant, nos etiam supra non semel meminimus, certè in hoc solutionis modo, & summis maioribus, contra priorem opinionem omnino erit inferendum. Nam si quis Titio vendat pro magna aliqua summa plaustra aliquot vini, agrum, domum, &c. non est verisimile, quòd fuerit eius mentis atque intentionis, vt vellet sibi tradi magnam summam sextinorum, aut nostrorum octo thallerorum, vel alterius pecuniæ minutioris batziorum fortè, aut crucigerorum, ære non modico contaminatorum?

Et hoc minus est verisimile in Campsore, aut mercatore, qui optimamque pecuniam solicitè solebant quærere, & col-
15 ligere, † etiam de eadem, (vt vsu quotidiano, si non potius abusu, hoc seculo instruimur) in initio contractus disponentes, per ea, quæ tradidimus cap. 3. supra: Secus verò erit decendum in minutissimis rebus, quas quotidianis vsibus nobis comparamus, quod ipsum præcit. loc. Pinell. magis contra priorem opinionem, quàm pro eadem egregiè tuetur.

Etsi enim legitima, & proba pecunia qualiscunque refutaria ac recusari nequeat, vt habet expressè alleg. l. 1. de ve. num. potesta. tamen cum moderamine quodam sal. l. istam intel-
16 ligendam existimamus, † ita si non debitor notabilis, quantitatis vellet soluere in pecunia nigra, hoc est, minutiori, propter admixtionem æris enim, vt hoc obiter addam, nigriores dena-

denariolis fiunt. Hoc siquidem iniquum, & non permittendum foret: vt eleganter tradit Gallus.num.784.qui tamen vt dixi, contrarium tuetur. vide etiam Alb.Brun.præsupp.2.nume.12. Et apud Lusitanos, ait Pinell.est de hoc prudentissima ordi-
17 natio,† vbi tantum permittitur soluere quartam partem debiti in tali pecunia vilioris materię.

18 Quę etiam ordinatio habet aliquid summè notandum,† vt quamuis emptor, vel alius contrahens specialiter se obliget ad soluendum in pecunia aurea, cogatur nihilominus creditor recipere in solutionem aliam pecuniam Regia auctoritate percussam. Cuius contrarium omnino dicendum videretur ex vi cõuentionis,& pacti initi,vt supra est deductum per Imo.& Alex.ad l.non amplius.§.1.ff.de legat. 1.

Huic similis quodammodo videtur constitutio quædam in hac vrbe,anno 1414.promulgata,vt ex Regestis antiquis di-
19 dici,† Vt,vbicunque literæ obligationum, ante illud tẽpus erectarum, facerent mentionem, vel aureorum in auro, vel Superiorum florenorum Rhenensium, illi persoluerentur per alb. rotatos 24. licèt etiam eadem Constitutio de grossis nũmis, in tot,vel tot rotatis albis taxatis, possit intelligi, illorum alborum rotatorum istius temporis liga fuit, 8. dena.& gran.20.eorundemque 104.pẽdebant marcam Colonien.qui albi postmodum ad 6.denar.decreuerunt,& vix 118.marcam Colonien.fecerunt,quæ hic obiter adiunxi.

Prædictam nostram sententiam confirmant quoque Ordinationes Imperij. Licèt enim non sim nescius, Mercatorum quosdam, maximè in Nundinis Francofurdiensibus,Argentoratensibus, & similibus,non nummorum grandiores,quàm minutiores sortes, veluti batzios, medio batz.crucigeros,aut etiam denariolos paruulos,quorum 14.batz. vnum efficiunt, vt plurimum sibi, in summis etiam magnis numerari,ac persolui desiderare, quodque vt fiat, præcauere solere: attamẽ hoc ipsum in inuitum, de quo nos loquimur, concedendum erit neutiquam. Nolenti enim magna,volenti nulla fit iniuria, per l.cùm donationis.C.de transact.l. venditor. C. de rescind.venditio.l.in summa,§.fin.ff. de cond.inde.l. nemo videtur.ff.de reg.iur.

Vigore itaque dictæ Ordinat. Imper. sancitum reperitur, neminem cogi posse de minutioribus denariolis,minusquin-

que crucigeros valentibus, vltra 25. flor. in quacunque etiam licèt magna ſumma in ſolutum recipere. Cuius circa initium Ordinat. de anno 1559. verba hæc habentur: prædictas communes imperiales monetas, qui Sacro imperio ſubijciuntur in mercatu, & ſolutione (crucigero quoque incluſo.) Pro ſufficientibus percipere, & exponere obſtringitur. Sequitur: tamen ad illas, quæ minus quinque crucigeres valebunt nemo obligabitur de denariolis, & thalleris ſequitur paulo poſt in hunc modum: nemo etiam in magnis ſolutionibus nullos, vel plures denariolos recipere tenebitur. Ad quos binos. §. aliquando ſuper his conſultus, Patronos cauſarum, & partes allegaui. Vide ſi placet, Matth. Coler. in tract. de proceſſ. execut. 1. cap. 10. num. 11. vbi & huius Ordinationis meminit.

21 † Præterea, & hoc tempore inter Mercatores hic Coloniæ intelligo concordatum, vt in ſolutione centum librarũ groſſorum creditor non vltra quatuor libras; vel ad ſummum ſex, ex minutioribus ſortibus ſibi obtrudi, poſsit compelli.

22 † Minores enim iſte ſortes reuera non tam ad cõmercia exercenda, domosque & agros comparandos, aut graue æs alienum contractum perſoluendum, quàm tantũmodo, vel principaliter ſaltem ad commutandum maiores nummos, vel ſupplendum quod excurrit, ordinatæ ſunt, & fabricatæ, vt conſulti Præfecti Monetales ſuper hac quæſtione quondam reſpõderunt, & adhuc hodie, vti ego exiſtimo, reſponderent, atteſtante illud ipſum Pariſienſ. Quæ ſententia æquior eſt, & tolerabilior, ac inter Mercatores receptior, & vſitatior. Et quia Ordinationes Imperij præment, huic rei modum præſcribunt: iccirco temerarium foret ab eodem recedere velle.

Habes ita, Lector benevole, explicatam dubiam ſatis, & intricatam hanc quæſtionem groſſarum, & minutarum monetarum; quando videlicet, & qualiter vna pecunia pro alia,

23 quando verò non rectè ſolui poſsit. † In quo contrahentium affectiones moderandas, & tam debitoris, quàm creditoris rigorem ſuperſtitioſum ſubmouendum, aut ſaltem ciuilius temperandum voluimus, per elegantem textum Vlpia. in l. ſeruos. ff. de pignor. act. vbi in fine ita habet: Medie igitu

24 hæc à Iudice erunt diſpicienda: † vt neque delicatus debitor, neque oneroſus creditor audiatur. quo etiam vtitur gloſſ.

gloss. 1 in capit. vt præteritæ, extr. de elect. ad verb. expensæ necessariæ, &c.

THEMA Cap. XVII.

An pro massa aurea, vel argentea pecunia solui possit?

SVMMARIA.

1 Pecuniam putam puram pro massa solui posse.
2 Pro massa pecuniam are contaminatam solui posse.
3 Pro pecunia num massa aliqua aurea vel argentea solui possit?
4 Mastam pro pecunia non solui communiter receptum.
5 Per pecuniam omnes res æstimantur, non econtrà.
6 Moneta debet esse iusta & proba, vt recusari non possit.
7 Princeps ex auaritia deteriorem monetam cudens.
8 Princeps non præsumitur contractus irritare velle.
9 Ratio naturalis debet attendi.
10 Princeps cum clausula, Non obstante, viliorem monetam substituens.
11 Monetam potest æstimare, qui & condere.
12 Princeps potest nummos semel percussos, inutiles reddere.
13 Princeps absoluta sua potestate in quantum possit, remissiuè.
14 Clausula, Quia nobis ita placet.
15 Principis placitum ipsius territorio includitur.
16 Statuta statuentium potestati includuntur.
17 L. inciuilem. C. de furt. habeatne locum in Iudæis.
18 Iudæorum priuilegium contra L. inciuilem. obtentum, forenses non ligat.
19 Iudæus sciens rem furtiuam esse, pecuniam non repetit.
20 Iudæus in bonis Ecclesiæ, & extraneorum non gaudet prædicto priuilegio.
21 Priuilegium contra L. inciuilem. nullum de iure sit licitum.
22 Quòd illa statuta valeant, communis mater tenet.
23 Thalleros Archidux Austriæ percussos debiliores.

CAPVT

CAPVT XVII.



Restat consequenter quæstionem aliam prioribus non dissimilem ἀναλυτικῶς discutere, de qua dixi quædam etiam sup. ca. 3. In facto pro ponitur, quòd Titius hæres teneatur legatum per soluere alicuius massæ auri vel argenti ad pondus, hic quæsitum est, Anne per pecuniam rectè solutio eius fieri possit, & si possit, vtrũ soluenda sit pecunia vsualis & passim currens, ęris admixtione contaminata, an verò ex pura puta aurea siue argentea Titius solutionem facere teneatur? Ego incunctanter dicerẽ,

1 † si talis pecunia possit haberi, scilicet ab omni extranea materia expurgata, qualem ego nũquàm vidi, nisi quòd ipse animi gratia aliquando vt cuderetur in vno atque altero nũmo procuraui, tunc bene posse per eandem ad præscriptum pondus solutionem fieri, pro quo ita decidit Zas. ad §. mutui datio. l. 1. ff. si certum peta. Habes ergò, ait, conclusionem signãdam albo calculo, quod pro argento debito in pondere, potest solui pecunia ære non contaminata, per l. 1. in fine. & l. cùm certum. ff. de aur. & argen. leget. Ita tenet Bartol. Alexand. Deci. & communiter Docto. ad l. 1. ff. de emptio. & venditio. Ratio est, quia pecunia omnia reducit ad æqualitatem, omniaque per eam æstimantur. l. si ita. ff. de fideiussor.

Verùm quòd hoc casu non tantùm per puram 12. denariorum, aut 24. Caractorum, † verùm etiam per mixtam pecu-

2 niam, secundùm valorem & æstimationem publicè ei inditũ, rectè solutio fieri possit, magis fert communis opinio, vt refert & sequitur Arr. Pinell. ad Rubri. tit. de rescind. vendit. 1. part. nume. 9. cap. 3. vbi propius ad hanc monetandi artem respexit: Videlicet, sufficere solutionẽ in pecunia pro massa recepta, dummodò creditori satisfiat impensa reducendi pecuniam ad massam, si eius interest, magis pondus illud informe habere, quàm pecuniam. Nec enim solutio fieri debet alio modo, incommodum aliquod creditori inferente. l. Paulus. de solut. secundùm Bartol. ibidem. Panormit. in c. quanto, extr. de iureiur. Alcia. in d. l. 1. num. 11.

Sed

Sed hic consequenter est inuestigandum, contra modum præcedentis quæstionis casu formato, hoc pacto: Si quis certam† pecuniæ summam debeat, anne, quemadmodum paulo
3 antè dixi de massa obligata auri vel argenti, fieri posse per pecuniam solutionem, eodem quoque modo dicendum erit pecunia in obligationem deducta, per massam ponderalem, fortè per marcas & vncias qualitatis, & quantitatis eiusdem solutionem fieri posse? Videtur paritate rationis attenta, non aliter respondendum fore, quod Bartol. in dicta l. diuortio. §. ob donationem, numero. 3. ff. solut. matrimon. quemadm. dos pet. tenet, posse nempe debitorem, in summa aliqua pecuniæ obligatum, soluere in massa seu metallo, ex quo pecunia illa fit, quod Iason non improbat in d. §. in bonæ fidei, num. 62. Insti. de actio.

4 † Sed contrariam sniam veriorem dicit Decius, ad d. §. 1. l. 2. num. 6. quam ibidem nume. 12. Alciat. communè astruit, quod sequitur indubitatè Buti gel. nume. ibidem 17. Ripa nu. 12. verfic. contrariũ. Et amplexus est Pinel. d. loc. A Ethiologia
5 hæc esse potest, quòd, vt dixi, per † pecuniam omnes res appretientur, ipsa autem per merces quascunque æstimari non poterit, d. l. si ita. quæ hoc apertè probat. & l. 1. de cõtrah. emp. ff.

Siue autem (vt hoc adiungam ad præcedentia omnia pertinens) pro moneta grossa minor, siue econtrà pro minuta grossa soluatur, vti diximus, semper illa subintelligenda erit,
6 vt † fiat solutio in moneta proba, & non reproba, quod fieri potest, vel ratione materiæ, vel ratione indicaturæ. Si igitur Princeps, vel Respublica aliqua, quòd in intrinseco valore sit moneta deteriorata, eam prohibuerit, habebitur respectus in solutione ad monetam bonam antiquam.

7 † Et hoc eò dicendum magis, quando ex auaritia quadam, vt per reprobationem Princeps aliquid lucretur, eam vetauerit. Dabitur enim tunc pecuniæ in eadem materia & pondere conuenienti, vt communiter Docto. videntur sentire antiqui. Ioann. Aquil. de monet. potest. a. part. 2. cõclus. 2. Laudenf. num. 14. Brun. part. 17. & 18. victima. Gabriel. Biel. 5. conclu. in primo dubio, de monet. potesta. Francisc. Viuius in cõmun. opin. libr. 1. opin. 183. in verb. moneta. Oldrad. consil. 250. incip. factum tale. Licèt Princeps mandet, inquit, de noua moneta solutionem fieri posse, non tamen sequitur, non haben-

habendum reſpectum ad antiquam, vt in cap 14. quoque meminimus. Salicet in l. ſi ex legati cauſa, in quæſt. ome, quæ
8 incip. iuxta prædicta. ff. de verborum obligatio. Primo pem per hoc non voluiſſe, quòd pecuniam mutauerit, contractas obligationes irritare.

9 † Videtur hoc ipſum naturali rationi obuerſum, quę ratio naturalis omninò debet attendi, per l. cùm ratio naturalis. ff. de bon. damnat. pro quo facit optime textus in c. quanto. ibi, Requiſito aſſenſu populi, &c. de iureiuran. Et Franciſc. Marc quæſtio. 152. nec non Menoch. caſ. 216. de arbitr. iudic. Vide tamen ad illa, quæ ex ſententia Fabri ad Authen. hoc niſi, de ſolut. C. & in princip Inſtit. quibus mod. toll. oblig. Gallus Roman. Gemin. Boer. ſupra ſunt relata. Et capi. quinto titu cuius auctor. mon. ſit iud. Coniungat his, cui placet, Anton. Gomeſ. pro vtraque parte, pro Principe videlicet, & contra eundem auctoritates citantem, lib. 3. concl. 1. de ſolut. & lib. Arer. conſi. 11.

Adde etiam Tiraque. hanc de Principis poteſtate quæſtionem mouentem de retract. lign. §. 1. gloſſ. 18. num. 29. Si videlicet genus monetæ, quod in vſu fuit contractus tempore, ſit retractus tempore abolitum atque interdictum, cuiuſnam temporis ratio ſit habenda? Quærit, ſed nihil decidit, ſaltem remiſsiuè auctores hanc tractantes citans, vtpote Cyn. poſt Petr. Iacob. & Odofr. in l. minorum, in 9. quæſt. C. in quib. cauſ. in integ. reſtit. Bart. in l. quod te. & Alexan. plenè ibidem. ff. ſi cert. peta Godofred. etiam ad d. l. 3. de reb. cred ff.

10 † Ego exiſtimarem, ſi Princeps cum clauſula, Non obſtante, &c. maximè tunc, quando conſtat eum conſueuiſſe monetam propriā auctoritate, non accedēte aſſenſu populi, formare, mutare, ac variare, arg. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quot. & eſtiua. Laud. nu. 3. ab initio. Is, inquam, Princeps ſi mādet nouā monetā, licet in intrinſeco valore deteriorem, loco antiquæ recipiendam, recuſari eam difficulter poſſe, hoc eſt
11 quod infert Menoch. caſu 316. † Neſcio tamen quantum hoc ipſum Principes obſeruent. Eius enim eſt monetam æſtimare, cuius eſt cudere, per l. 2. C. de falſ. mon. c. Hinc Ariſt. Et hic. 5. c. 5. Et Polit. 1. c. 6. Ipſi, ait, Princeps, &
12 nummum conſtituit, à qua † lege prec Respublica, ipſaque lex accipit, cuiuſque libera poteſtas eſt ium, & valorem certum nummos ſemel percuſſos, inuti-

inutiles efficere, & reddere. Viuius d.loc.Didac. Couar. pulchrè.cap.7.nu.5.& 6. dixi ſupra cap. 1.

13 †Huc faciunt illa, quæ DD.paſſim de abſoluta Principis poteſtate tradiderunt, de quibus præter alios vide Gail. obſer.55 & 56.lib.2. Item Præſ. Mechl.Euerhar. in loc. 129. qui intitulatur, Locus à plenitudine poteſtatis. Emanu. Soarez. Recep.Sent.num.133. in verb.dominia. Menoch.de arbit.iudic. quæſt.48 Zaſ. & alios ad l.Princeps.ff.de legib.Gabriel.3.

14 concluſ.12. & ſubſequen. † De hac clauſula, Quia nobis ita placet. vt ſcribit Reg.Maieſt.Hiſpa. habet quædã Petr. Peck de iur.fiſt. in princip.

15 Verùm tale Principis placitum, de quo ꝓcedit ipſius †territorij fines non egreditur, nec forenſes ſubditòsve aliorum Principum vincere, aut ligare poterit. Coſtal.ad l.5.ff.de ſtat. homi. non ſecùs atque de Statutis, & Conſuetudinibus paſſim, & quidem communiter eſt determinatum, quæ extra ſua territoria non extenduntur, D. Gail.2.obſer.124. cũ præced. ex profeſſo hanc quaſtionem pertractauit. Cui adde Henin. Goden. conſ. 37. & Matth. Coler. de proceſſ. execut.2.cap.3.

16 nu.31.† Sic dicimus Statuta vires ſuas ſumere à ſola poteſtate ſtatuentiũ.c.à nobis primo, de ſent.excom.l.fi. ff. de iuriſd. omn.iud.Præſes conſ 136.nu.15.

Hinc aliquando ſuper illa quæſtione conſultus: Anne vide-

17 licet ſtatutum, ſeu priuilegium loci Iudæis † conceſſum, vt à l.in ciuilem. C.de furt.diſpoſitione (in qua dicitur, rem furtiuam, pretio non redhibito, veris dominis eandem repetentibus, reſtituendam) liberi, & immunes eſſent, etiam forenſes,

18 & extraneos † complecterẽtur, & ligarent? Reſpondi ex DD. recepta ſententia, Quòd non. Hippol.de Marſil.ſingu.13. tradit Regulam hanc, qua dicimus, Iudæos poſſe pecuniam dare per re furto ſubtractam, ita quòd non teneantur eam re-

19 ſtituere, niſi ſibi primùm pecuniam expoſita † cũ vſuris reddatur: Limita, inquit, primo tunc, qñ Iudæus ſciuit rem furtiuam eſſe, per l.ſeruus cuiuſdam.ff. de condit.indeb. Secundò,

20 † ſi bona ſubtracta ſint Eccleſiæ, vel alicuius forenſis, qui non eſſet ſuppoſitus Iuriſdictioni ſtatuentium, vel eius qui fecit tale priuilegium, vel ſtatutum Iudæis; quia tales nõ obligantur iſto ſtatuto, aut priuilegio, ſed ſunt in terminis iuris communis, vt ibi per eum latius, quæ ad Scholarem maximè

foren-

forensem pulchrè extendit Franciſc.Crem.ſingul.82. per Alber.Sicul.in cap.quod Clericis,8.colum.de for.com. Alciat. præſumpt.29.reg.3.Matthe ſil.ſing.110.

21 † An autem iſtiuſmodi Statuta, & conſuetudines quoad proprios ſubditos de iure valeant? Sichard. add.l.in ciuilem, tenet, quòd non. Quoniam, ait, irrationabile eſt, furtiuam rem tantiſper retineri; donec precium reſtituatur, per Statutum, aut priuilegium induci hoc non poſſet, aut oritate Hoſtienſ.in Summa de pœniten. & remiſſ. Capell. T. holoſan.

22 15 t. Franciſc. Marc. 2. part quæſtio. 8. † Communis tamen conſuetudine paſsim corroborata, eſt in contrarium, per Hippolyt. Crem. Alciat. in loc. præcita. Petr. Benintend. concluſ. 34.

Hinc quoque defendi poſsint noſtrates, qui Thalleros Imperiales Illuſtriſsimi Archiducis Auſtriæ Ferdinandi recèter cuſos, pro bonis acceptare recuſant, ex quo in liga, & pondere (quod cum bonis viris ſæpè ſum admiratus) nonnihil deficiant. Nec ſi a Subditis dicti Illuſtriſsimi Archiducis acceptentur, propterea & extraneus quilibet eoſdem recipere compelli deberet, maximè cum Ordinationes Imper. defectum talem maximoperè, & paſsim vetent, atque damnent.

THEMA Cap. XVIII.

De legatis in Teſtamento relictis, quid ſit ſtatuendum.

SVMMARIA.

1 Solutionis tempus in legatis, mutata pecunia extrinſecus, attendendum ſecundum quoſdam.
2 Recent. intellectus de tempore teſtamenti.
3 In obligatione generis, Gallus in effectu cum communi ſentit.
4 Contractus tempus indifferenter inſpiciendum ſemper eſſe, ſumma inſcitia reputatur.
5 Contractus, & ſolutionis tempus quo pacto idem ſignificent.
6 Monetæ valor intrinſecus mutatus in legatis relictis.
7 Mortis tempus in legatis conſiderari ſecundum quoſdam.
8 Solutionis tempus, ſecundum alios, in legatis attendendum.

9 In

9 Interpretatio l. cum certum. communiter recepta.
10 Teſtamenti tempus omninò in legatis inſpiciendum.
11 In lecturis Dd. verius, quàm Conſilijs loquutos.
12 Cingularis intellectus l. cum certum, Arr. Pinelli.
13 Præſentis temporis verba in l. cum certum. explicata.
14 Præſens tempus intelligitur, ſi de alio non conſtat.
15 Teſtator præſumitur de moneta currenti tempore teſtamenti intellexiſſe.
16 Pro diſpoſito haberi, de quo teſtator, ſi interrogatus fuiſſet, veriſimiliter reſpondiſſet.
17 Teſtatoris mens iuri communi conformis.
18 Teſtamenti conditi tempus attendendum, communis ſententia eſt.
19 In legatis vniuerſalibus tempus mortis conſiderari.
20 Communi a ſententia in iudicando non temerè recedendum.

CAPVT XVIII.

LET ſi ex ijs, quæ hactenus a nobis ſunt tradita, facilè reſolui poſsint quæſtiones monetariæ paſsim occurrentes, non tantum ex contractibus, verum etiam teſtamentis, legibus, ſtatutis, alijſque diſpoſitionibus prouenientes: euidentioris tamen intellectus, & informationis gratia, non grauabor ſpeciatim quaſdam eius generis mouere, eademque breuitate, de qua ſupra, eaſdem diſcutere. Quarum prima erit, de relictis legatis in teſtamento. Sit igitur hæc facti ſpecies; Teſtator quidam in ſua poſtrema ordinatione ita de quibuſdam legatis diſpoſuit.

Nepotibus meis N. & N. & vnicuique eorum do, lego, centum libras groſſorum monetæ Flandricæ, ſeu lego ijſdem, centum Thalleros ſimplices, ſiue totidem Colonienſes aureos. Contingit mutatam medio tempore monetam fuiſſe, & hoc quoad valorem extrinſecum. Imperialis forte Thallerus, per quem ſolutio fieret, tempore erecti teſtamenti valebat alb. 54. mortis tempore teſtatoris 64. alb. & demum petitionis tempore ad 70. alb. valor eius excreuit. Quid dicendum, cuinam temporis ratio habebitur? Quoniam ſumus in obligatione generis, & in puncto mutationis monetarum valoris extrinſeci, idcircò illa deciſio, de qua eſt in Concluſione ibid.

ibid.2.maxima, hic locum habebit, videlicet non tempus dispositionis, cœpti vel testamenti aut mortis testatoris, sed petitionis, atque ita solutionis attendendum, per Castr.in l.3. C.commu.de leg. Alc.in l.cùm quid, nu.15.ff.si cert. pet.

Quod ipsum sequitur Menoch.in fin.consi.49. ita inquiens: Cùm in casu nostro præcipue de mutatione extrinseca, nempe de augmento aurei, qui nunc valent nouem florenos, cùm tamen eo anno valeret solum quinque cum dimidio, dicendum est esse attendendum tempus solutionis. Atque ita Imperialis Thallerus in exemplo præmisso rectè poterit solui secundùm æstimationem solutionis tempore currentem, scilicet pro 70. alb. Et si Thalleri simplices in obligationem deducti, supersunt albi 18.Si verò simplices Colonienses floreni, Imperialis secundùm prædict. modum faceret flor. Colon.tres, duobus albis exceptis.

Hanc quæstionem tractat, & discutit Paris.nu.742.quæ est
2 in ordine 99.& quidem, vt ipse fatetur, contra communem. Nam extrinsecum valorem hoc casu affirmat attendendum, qui erat tempore dispositionis, vt si Thallerus Imperialis foret persoluendus, qui dispositionis tempore valuerint alb.60. & nunc valeat 64.quatuor albi de vnoquolibet Imperiali essent subducendi, cederetq; hoc augmentũ commodo eius, qui solutionem facit.

3 In hoc autem ipso, si quis attentius aduertat, scilicet in obligatione generis relictæ alicuius quantitatis, quoad effectum, à nobis non videtur discrepare. Cùm enim in proposita facti specie Thallerorum simplicium (vbi communiter tempus solutionis in consideratione habendum statuimus) augmentum illud, quòd 52.albos in qualibet specie nummorum excedit, hoc debitorem posse deducere concedimus: eodem modo vbi ille tempus contractus attendendum in extrinseco valore dicit, non alium habet, sed quasi similem effectum, & intellectum, constito, &
4 præsuppositio, quòd de eodem genere loquatur. Sic etiam secundùm eum, & nos 52. albos transcedentes albi in specie qualibet oblata, cedent commodo debitoris, defectus verus incommodo.

Quæ omnia propterea expressius inculco, & ob oculos pono, vt tanti viri sententiam, quoad valorem extrinsecum, nõ nihil saluem, eorundem verò ineptias, & phantasias, atque

† igno-

5 † ignorantiam summam paridam, qui nihil magis vociferan-
tur, atque ad vnguem dissum vsque clamitant, quàm in extrin-
seco etiam valore, de quo nobis nunc est sermo, albos tales
fore persoluendos, quales fuerunt fortè anno 1520. vel 1550.
hoc est, eo tempore, quo literæ obligationum erectæ sunt, aut
obligationes aliàs initium sumpserunt. Remitto igitur eos-
dem rursus ad nostram Concluſ. 2. Maximam, per quam me-
ridiana luce clarius hæc intentio nostra probatur, redditur-
que planè indubitabilis.

6 † Sed hæc dicta sint de mutatione valoris extrinseci. Quid
autem obueniente mutatione valoris intrinseci erit dicendũ
Casus talis constitui potest, vt per Oldra. conſ. 31. figuratur.
Quidam condens testamentum, reliquit ad pias causas 200.
libras pro anima sua, per hæc verba: Lego, & accipio de bo-
nis meis pro anima, & parentum meorum, & pro soluendis
ipsorum fore factis, & meis, & expensis, &c. exoluendis 200.
libras: quo testamento erecto, superuixit testator per decem
fortè annos: quæritur, ánne de moneta, quæ currebat tempo-
re testamenti, an verò quæ mortis testatoris, vel demùm quæ
hæreditatis aditæ tempore currebat, dictæ 200 libræ sint sol-
uendæ, posito, quòd moneta vel in liga, vel in pondere, ita-
que in valore intrinseco sit mutata?

7 † Videtur prima fronte dicendum, tempus mortis conside
randum esse, per d. §. disponat, Auth. de nup. Et lex semper est
in viridi obseruantia. l. Arriani. C. de hæretic. Ergò videtur le-
gasse eo tempore, quo moriebatur, secundùm Curt. de mo-
net. num. 5. & ita illud tempus debere in consideratione habe-
ri. Vel tempus petitionis, & ita solutionis attendendum, quod
voluit singulariter Ludouic. Roman. singul. 519 & conſ. 123.

8 In contrarium ait, † quod tempus solutionis attendatur, est
casus singularis in l. cùm certum, in verbis, *Pretium præsentis
temporis*. ff. de aur. & arg. leg. Nisi hæres, inquit, fuerit in mo-
ra, per l. vinum. ff. si cer. pet. Hunc sequuntur Bouer. in sing. in
fin. tit. mixta de contractib. nu. 14. Menoc. conſil. 138. num. 12.
Lemninus conſil. 31. numer. 5. circa fin. verſicul. quod, & pul-
chrè, &c.

Doctores ad dissolutionem huius dubij constituunt aliam
facti speciem ad l. cùm certum, cuius verba prius præmitto:

9 Ait, Cũ certũ auri vel argenti pondus legatũ est si nõ species
designata

designata sit, non materia, sed precium præsentis temporis præstari debet. Textus enim ille non loquitur de certo precio debito, nec de certa quantitate pecuniæ debitæ etiam in genere, sed de precio alterius rei legatæ, & debitæ, cuius æstimatio crescere, & diminui potest; & sic solutionis tempus attenditur, Paris. dict. quæst. 99. nu. 745. Albert. Brun. part. 8. Præses Mechlin. conf. 105. in fin. Cuius verba hæc sunt. In casu d. l. cũ certum, verisimiliter in consideratione fuit tempus solutionis, cum tunc primum constare possit, an massam seu corpus, an vero æstimationem soluere velit hæres, gl. ibidem ad verbum. Non materia.

10 Itaque † aperto marte præses sententiam prædicti Romani eum alijs refutat eundemq; in lecturis suis ad l. eum quid, si cert. pet. aliter sentire asserit, addens, in ijsdem præsumen-
11 dum esse eum veritatem † potius scripsisse, quam in Consilijs, ad requisitionem partis affectuosè exaratis. vide tamen præcit. loc. Leoninum pro intellectu Romani, & Geminiani interentem.

12 † Attigimus autem supra Arr. Pinel. super hanc l. cum certum, longe aliam esse mentem, constat enim ex l. ipsa, & contextu, hæredis arbitrio, vel massam, vel æstimationem persoluendi, relictum non esse, sed eidem præcise iniunctum, ad precij præsẽtis temporis, strictam, & ineuitabilem solutionẽ. Qua de casu, & ad euitandam omnem antimoniam, vtq; nihilominus communis opinio, quæ de testamenti tempore recepta est, quamque tuemur, sustineatur, nouum facit huius l. intellectum, ad Rubr. C de rescin. vendi. ca. 3. 1. part. num. 23.
13 qui meo iudicio tollerari potest. † Refert enim verba illa, præsentis temporis, non ad tempus solutionis, quasi, ex nobis hodie loqueretur, vt DD. communiter illa accipiunt, verum ad tempus conditi testamenti, præsentis temporis, quo ad testatorem, quod per l. si ita, ff. eod. tit. de aur & arg. leg. probari dicit. Cuius hæc sunt verba. Si ita legatum esset: vestem meã, argentum meum, damnas esto dare: id legatum videtur, in-
14 quit Paulus, quod testamenti tempore † tuisset, quia præsens tempus semper intelligitur, si aliud comprehẽsum non esset, vestem meam, argentum meum, hac demonstratione meum, præsens tempus, non futurum ostendit. Cui consonat l. vxorem 41. §. testamento. ff. de leg. & fide 1. co. 3. vbi legaris Publio Mæuio

Mæuio post quinq; annorum septem, quæsitum fuit, cuius ætatis mancipia per hæredes exhibenda debeantur, vtrumne quæ testamenti facti tempore, intra septem annos fuerunt, an quæ mortis tempore intra eam ætatem inueniantur. Respondit, eam videri ætatem designatam, quæ esset, cum à testatore relinqueretur. Ita quoque, & in l. alleg. cum certum precium præsentis temporis scilicet, testamenti conditi exaudiendum, quod & rationem habet, & libenter recipimus.

15 Non † enim est verisimile, quod testator intellexerit de alia moneta, quam ea quæ conditi testamenti tempore vsu erat recepta, cursumque habebat. Brun. part. 9. pro quo facit illa regula, de qua est in l. Tale pactum. §. fin. & ibidem glos. ff. de pact. Illud videlicet pro disposito haberi, quod verisimiliter fuisset dispositum, si de hoc disponens fuisset interro-

16 gatus. † Quod tam in legibus atque statutis, quam pactis, rescriptis, & vltimis voluntatibus obtinet, per Bart. & Bald. in l. fin. C. de posthum. hæred. instituend. facit quod in dubio mēs testatoris ita sit interpretanda, vt ad minimum ius commu-

17 ne lædat. † per Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita in fin. & ibidem, Ripa num. 75. ff. ad S. C. Trebell. Crauet. consi. 75. num. 5. & consi. 250. num. 1. consi. 230. num. 9. Menoch. consi. 95. nu. 61. Soci. consi. 90. nu. 2. vol. 1. VVesemb. consi. 3. nu. 45. vide allega. supra cap. 13.

18 Quod † vero illa sit sententia communiter à Doctoribus recepta: testamenti videlicet tempus in legatis relictis quo ad intrinsecum valorem attendendum, esse attestantur DD. relati paulo ante. Oldrad. præses Mechlin. Brun. Curt. Paris. Laud. & DD. ad l. cum quid. ff. si cert. pet. Panormit. ad c. olim de cens. Socin. consil. 6. lib. 2. Ioann. Andr. ad Specul. tit. de oblig. & solut. §. nunc aliqua, versic. si autem ex contractu, Collectan. in c. indicante, colum. 1. versicul. quid si testator, de testament. Ancharan. in dict. c. olim. Summa Ange. in verbo, solut. 2. quæst. Gabriel. libr. 3. de solut. & liber. concl. 4. Guilicl. de Cun. & Cast. ad l. 3. C. commu. de legat.

19 Quod † ipsum tamen secundū eosdem limitatur notabiliter non procedere in legatis vniuersalibus, & fideicommissis, in quibus attenditur tempus mortis testatoris, in particularibus testamenti conditi, hoc expresse habet præs. Mechlin. allega. consil. & Ioannes Aquil. Theorem. per glos. in dict. ad. l. pen.

l.pen in verbo cedit,ff.de fund. instruct. concludit Præses ita. Atque hæc communis est sententia, a qua in iudicando non
20 † recedendum iuxta nota.per Ioan.Andr.Panorm.& alios,in cap.1.& cap.ne innitaris.de constit.& Bart.in l.fin C.de pœn. iud.qui tem.iudic.l.scire oportet.§.illud cum seq. ff. de excus. tutor.D.Gail.lib.1.obseru.16.num.6.& obseru.39.in fine, lib. 2.& obseruat.84.num.18. Menoch.in fin. consil.38. num.76. per plures auctoritates,& consil.49. num.52. vbi de tempore solutionis,Guid.Pap.quæst.493.colum.2. verficul. vel potest, Roman consil.123. Gigas de pension.quæstion.98.numer.1. capit. consilio 29.num.6. quibus ad de allegata, cap.24.num. 15.& 16. infra.

THEMA Cap. XIX.

De Legibus, atque Statutis pecuniæ alicuius mentionem facientibus.

SVMMARIA.

1 *Statuti, ac legis conditæ temporis rationem habendam.*
2 *Statuta vltima voluntatibus æquiparantur.*
3 *Solutionis tempus non Statuti communiter attendendum.*
4 *Et hoc etiam in pecunia ære contaminata.*
5 *Statutum de moneta loquens intelligitur de vsuali.*
6 *Solutionis tempus in pœnalibus, & salario etiam præstando attenditur.*
7 *Moneta quomodocunque sit mutata, hic non curatur.*
8 *Solemnitas legis, aut Statuti attenditur.*
9 *In modo soluendi tempus solutionis inspicitur.*
10 *Lex, vel Statutū tempus solutionis exprimens, illud considerat.*

CAPVT XIX.

VAritur deinceps non inconueni
cendum sit, si leges, aut statuta fa
alicuius pecuniæ, cuius temporis
ditarum,& statutorū, an verò eius
1 ciendā est rō dēt haberi? Et fortè quibusdā pl

erecti, & legis promulgatæ tempus cõsiderandum, non secus quàm in præcedenti cap. de testamento est a nobis traditum.

2 Cuius ratio hæc esse possit, quod † statuta magis æquiparentur vltimis voluntatibus, quam contractibus, per §. disponat, in authen. de nupt. coll. 4. & l. cum tale. §. falsam causam, ff. de cond. & dem. Io. Fab. in §. ex nõ scripto, col. 3. instit. de iur nat. gen. & ciui. Lud. Rom. cons. 123. circa primum ab initio statim nu. 1. Præs. Mechl. in loc. 47. vlt. vol. ad leg. stat. vel consue. Corras. in Miscel. 3. c. 13. per Bartol. in l. 1. ff. quibus, vt indign. quod ipsum in terminis sequitur. D. Gail. 2. obseru. 73. num 5. ex senten. Alb. Rom. & Ias. in l. cum quid, num. 28. in 1. lectura. ff. si cert. pet. & Bal. post Nicol. de Metar. in l. penul. in fin. vers. quæro quid in verbis, C. de verb. signif. c. conquærente, & ibidem Anton. de Butr. cons. antepen. vers. quæro secundũ quid, ext. de off. ord. & Doctor. plures in locis infra citandis.

3 † Alij, & quidem Doctor. communiter hic tẽpus solutionis non autem conditæ legis, aut statuti erecti, attendẽdum concludunt. Quemadmodum expressis verbis tradidit Brun. circa princ præsup. 2. Vel ait, nisi debitũ causaretur ratione alicuius legis, vel statuti, quo casu attenditur tẽpus solutionis,

4 seu moneta vsualis, & currens, illo tempore quamuis † ære sit contaminata; vel a tẽpore legis conditæ, erectiuè statuti in bonitate intrinseca fuerit deteriorata. Sequitur Minsing. 4. obseruat. 15. per Corn. in cons. 181. incip. nonnullis. 18. colu. vers. Restat. 3. volu. Illamque sententiam D. Assessores in Camera amplexos attestatur, per Raph. Ful. cons. 72. num. 2. Tiraqu. de retract. lign. 18. gloss. nu. 73. & gloss. 20. nu. 14. Statutũ inquit, loquens de moneta, intelligitur de vsuali, & expendi-

5 bili, addens, in † loco statuti, per Alex. consil. 104. incip. statutum loquens, colum. 1 lib 1. Clem. 2. & ad illam gloss. & DD. ext. de decim. Bald. in l. illud, in fin. de sacrosanct. Eccles. & in l. 2. in princip. C. commun. delegat. & in cons. 269. vol. 2. Ioan. Andr. ad Specul. in §. nunc aliqua, in fin. vers. pone in statuto eumdemque secutus Corras. præcit. loc. Corn. consil. 181. nume. 71. vers. Secundo responderi potest, volu. 2 & cons. 287. col. fin. vers. secundo responderi potest, volum. 1. & cons. 321. incip. de pluribus, in vlt. col. 3. vol. Lauden. de Monet. num. 27. vers. quid autem in lege, prolixius Brun. par. 12. in obligatione ex lege, vel constitutione, haber, aut statuto causata, inspi-

citur tempus, quo obligatio contrahitur ex statuto.

6 Si igitur statutum imponat pœnam pro maleficio, aut mã det alicui dare certum salarium, & contingat post conditum statutum mutari monetam, vel in bonitate intrinseca, vel extrinseca, solutio pœnæ, & salarij debebit fieri de moneta current tempore condemnationis, vel salarij præstandi, per Zabarel. Petr. de Anchar. imm. post Zenze. & Mathe. in Clem. fi beneficiorum, de decim. De salario quoque persoluendo vide Brun par. 7. & Mil. in Repet. in verbo, Pecunia, per multas auctoritates.

Negligendum tamen in his, neutiquam erit, hic receptam hanc esse distinctionem. Aut enim statutum, seu lex respicit,

8 vel designat aliquam solemnitatem, † & tunc statuti tempus erecti, aut legis conditæ inspicitur: quemadmodum dixi supra in donatione quingentos aureos excedente, quæ de iure debet insinuari: & tunc fit intellectus de aureis legalibus, & non de moneta currente tempore solutionis. Aut verò lex,

9 statutumve disponit circa † solutionem pecuniæ faciendam, adijciendo fortè diē solutioni, vel hoc ipsum tacitè designãdo: & tunc tẽpus solutionis attenditur. Ita distinguũt magna ex parte in præcedentibus relati DD. & Io. Aqu. Theor. 5 Frã cisc. Curt. de Mon. num. 19. Brun in fin. dict. par. 12. Anton. Gabriel. lib. 3. de solut. concluſ. 5. vbi regulæ principalis tres ponit sententias, ad quas lectorem remitto.

19 Quæ † omni dubitatione semota procedunt, si statutum expresse velit, solutionem fieri debere secundum tempus solutionis, per Brun. limit. 8. & 9. Vel vbi conſue. ndo loci hoc ipsum patiatur, quod secundum tẽpus solutionis per monetam currentem solutio fieri possit. Brun. limit. 3. Adde illa, de quibus supra cap. 13. diximus.

THEMA. Cap. XX.

Aestimatio monetæ Statuto aliter facta, quam vsu quotidiano recepta.

SVMMARIA.

1 Casus ad Thalerum Imperialem figuratum. 2 Con-

2 Contendunt debitor, & creditor ſuper deciſione quæſtionis præcedentis.
3 Ciuis, & incola ſuo magiſtratui parere debet.
4 Turpis pars dicitur vniuerſo ſuo non cohærens.
5 De obligatione generis, & non ſpeciei hic agitur.
6 Vſus pecuniæ potius quam materia conſideratur.
7 Proclamationes factæ per vſum obliterantur.
8 Princeps per patientiam vſum pecuniæ approbat.
9 Gloſſa aurea ad verbum frangere, de Treug. & pac.
10 Vſus monetæ currentis ſtatuto prævalet.
11 Inobſeruantia ſimplex, abſque curſu decem annorum ſufficit.
12 Leges priores per poſteriores abrogantur.
13 Verbis, aut facto quis mentem ſuam declaret, parum refert.
14 Argumentatio a ratione caſus conuerſiua procedit.
15 Vſus, & conſuetudo in nummis prævalent.
16 Pecuniam, & libras magis vſitatas præferendas.
17 Quod minimum eſt in nummis ſæpè attenditur.
18 In teſtamentis plenior, quàm contractibus ſit interpretatio.

CAPVT XX.

RÆdictæ quæſtionis deciſioni commodiſsimè adjungi poteſt elegans, ſatiſque controuerſa facti ſpecies, & de qua ego aliquando conſultus reſpondi. Exempli gratia. Anno 1570. Thallerus noſter Imperialis ſtatuto fuit æſtimatus ad decem marchas
1 Colon. † ſeu quod in idem recidit alb. 60. vtque in plus non exponeretur in vrbe, vel reciperetur, cum aliqua etiam pœna comminatione publicatum fuit: creuit autem medio tempore prædicti Thalleri valor ad vndecim, & vltra marchas primo, & deinceps vſque ad vndecim, & dimid. march. Colon. ſeu alb. 69. aut circiter vel vltra.
2 Hic † creditor augmentum ſuperuentum agnoſcere mordicus recuſat, vrgens proclamationes factas ad decem marchas Colonienſes, atque ita extrinſecò valori à ſuperioritate metam præſcriptam rectè obijcit, vltra quam non liceat trāſilire. Ex quo iuris ſit indubitati, quod ciues, & incolæ talibus
3 factis proclamationibus, & ſanctionibus teneantur morē gerere, per L. incola. ff. ad Municip. vbi Caius † refert incola Ma-

giſtratibus parere debet, apud quos incola eſt, & illis apud quos eſt ciuis, & quæ ibidem ſequuntur facit l. omnes populi cum l. de quibus, ff. de ll. Rebuf. ad conſt. Reg. Gal. tom. 1. de li. obl. ar. 6. glo. 3 num. 43. Bald. ad l. 1 num. 13. C. de ſum. Trinit.

4 Turpis† etiam omnis pars iudicatur, vt alibi quoque memini, vniuerſo ſuo non congruens, per c. tuas, extra de ſpō. duor. D. Gail. 2. obſeru. 35 perfectius hæc diſcutit.

5 Debitor † verò ex aduerſo (præſuppoſito quod non ſit ad certam aliquam ſpeciem, ſed alicuius quantitatis genus obligatus, atque ita Thallerus Imper. præciſe non eſt in obligatione, ſed in facultate ſoluendi) currentem tempore ſolutionis valorē præfert, cogendumque creditorem in iſto, & non in alio, fortè proclamationis tempore impoſito, debitum recipere dicit, ex quo ſecundum ea, quæ aliquoties in præce-

6 dentibus ſunt repetita, in † pecunia vſum magis, valutationemq; hodierno die expendibilē, & cūiter receptam, quā ipſam materiam, aut ēt abuſiuam, vt ſic loquar, taxationē quondam factam, reſpicīmus, & ponderamus. per text. l. quæ extrinſecus. 65. ff. de verborum oblig. & l. Imperat. ff. de contrahen. empt. cum ſimilibus, Oldrad. conſ. 168. in princ.

7 Ita propter inobſeruantiam proclamationum publicatarum vſum prēualere, in ſimili facti ſpecie deciderunt Doctores Collegij Papienſ. in conſilio, ſanè per quam eloquentiſſimo, augmenti Monetarum. §. Nec nos mouet. num. 13. Ex quo enim proclamationes tales non fuerunt obſeruatæ, ſcien

8 te, & patiente Principe, vel, vt in noſtro præmiſſo caſu, tolerante Magiſtratu, videtur † Princeps, & quilibet Magiſtratus tali contrauentioni ſimpliciter acquieuiſſe, & aſſenſum prębuiſſe, per notabilem - & verè auream gloſſ. quam Doctor.

9 non immeritò ſummē commendant, ad verbum frangere, in fin. extr. de treug. & pac. vbi habetur; ſed quod dicit, hic nō tenet. Et Epiſcopi, quī non ſeruant hanc conſtitutionem, nō dicuntur tranſgreſſores.

Eodem modo dicendum videtur in caſu noſtro, quoniam tales proclamationes, aut etiam ſtatuta non obſeruantur, ſed cōtrarijs actibus, & vſibus ſuperuenientibus pro ob lite-

10 ratis, & abrogatis habentur: id circò vſum talis † currentis monetę prēualere, ac præponderare. Quod ipſum Aretin. in conſ. 11. incip. procedendum eſt, c. ol. 3. ad verbum tenet, ſcili-

cet

cet, quod ordinatio facta ſuper curſu monetæ, non præiudicet, nec liger ſubditos, ſi non fuit obſeruata, ſciente, & patiente Principe, qui eam fecit. Brun. d. limit. 3.

Atque ibidem Aretin. quoque concludit notabiliter, quod non requiratur inobſeruantia longa, & præſcripta per decē
11 annos, † ſed ſufficiet ſimplex ceſſatio ſolum, adde Anton. de Butr. & Panorm. in c. quia circa, de conſanguin. & affin. necnō quaſi in terminis I. C. Leoninum Cancel. duca. Gelri conſ. 56. in fine. Poſtremò ait, ſubticendum non eſt, quod etiamſi pecunia controuerſa in Germaniam verè deſtinata, & ibidem erogata fuiſſet, adhuc tamen neque committi, neque confiſcari poſſet, propter non receptas dictas ordinationes in vſum, & quia vbique omnia fermè numiſmata, aliter, & pluris permutantur, quam per edicta liceat, quæ (quantumuis minātia, & ab ipſo Principe manantia) publico populi conſenſu ſuperātur, & infirmantur, communēq; illum, & Negotiatorū vſum & ęſtimationem, non autem legalem, & edictalē vulgus ſequitur. Probat idem Tiber. Decian. reſp. 124. volum. 3. nu. 16. vbi habet; quod tolerantia, & patientia Principis inducat conſuetudinem, & priuilegium, per l. quid ergo, §. 2. ff. de his, qui not. infam. l. cum plures, §. locator. ff. loca. l. 1. §. magiſtrum, ff. de exercit. actio. vbi plura pro hac ſententia ſequuntur.

12 Ita in ſimili dicimus, † priores leges per poſteriores, aut etiam per conſenſum populi tacitum abrogari, l. nā, & poſteriores, ff de legib. Iaſ. in d. l de quibus, num. 33. vbi communē eſſe Doctor. ſententiam refert, vſum, ſeu conſuetudinem loci particularis ſequentem, legi præcedenti præferri debere. Et Curt. in cap. cum tanto, ſect. 1. num. 9. inquit, quod conſuetum eſt haberi pro neceſſario: cum conſuetudo ſit actus practicus ad vnguem obſeruandus. Vide Matth. Coler. de proceſ. execu. 1. par. c. 3 nu. 165. fuſius hæc tractantem, & hoc de re dixi etiā quædam ſupra cap. 16. libri prioris.

13 Huc pertinet, quod dici ſolet, † parum referre, ſiue quis verbis apertis, ſiue ipſo facto mentē ſuam declaret, per tex. l. ſi tamen, §. ei, qui, ff. de ædil. edict. Et l. Paul. ff. rē rat. hab. Doctor. ad l. reprehēdēda, C. de inſtit. & ſubſt. glo. in l legata, §. fi. & ibidem Doctor. ff. de ſuis, & legit. l. prædijs, §. Titiā, & ibi Bart. ff. de legā. 3. c. dilecti filij & ibidem gloſſ. in verbo facto, de appel. facit tex. in l. 1. & l. fi. C. ſi maior fact. alien. tut. hab. l. pupil-

pupillus, §. fanè, ff. de aut. tut. Doctores post Inn. in c. ex parte Decani, de rescript. & in c. in præsentia, de præb. Curt. & Rota decis. 455. per prædictam collationem, & 428. habens, in nouis. Et tenuit Alexand. consi. 118. viso processu, col. 2. lib. 1. & Dec. cons. 232. dura, col. 1. nu. 2. lib. 1. & cons. 362. vide ibi, col. 2. lib. 3. Zasi. ad d. l. de quibus, nu. 11. Menoc. recuper. poss. remedio, nu. 124.

14 Eodem modo in terminis † quoad præsentem casum, idq; tam in decrementa, quam nummorum superuenienti augmento decidit D. Everard Præses Mech. in loc. 95. intitulato A ratione casus conuersiua, nu. 3. Sexto ad hoc facit. Quod si per statutum florenus taxatus sit ad 18. stuferos, deinde valor seu æstimatio cresceret ad 18. stuferos cum dimidiato, quòd debitor obligatus ad florenos, debeat soluere 18. stuferos cum dimidiato, per rationem casus conuersiuam. Quia si florenus decreuisset, & non valuisset nisi quindecim stuferos, non voluisset debitor soluere nisi quindecim. Et ita hanc quæstionem determinat quoque Bald. in l. si quis argentum, 3. col. C. de donat. dicens se sic consuluisse aliquando. Et idem Bald. in cons. suo 213. vol. 5. incip. Punctus quæstionis. idem vult Salic. in l. cmu quid circa fin. ff. si cert. pet.

15 Ex quo bene apparet, † quantum vsus ex consuetudo in soluendis nummis, etiam statuto in contrarium decisoperentur. Vsque adeò, quod etsi vna pecunia magis sit vsitata, quàm alia, respiciamus monetam magis vsitatam, text. & gl. in c. 2. de maled. & in Clem. 2. Doct. ad illam, extr. de decim. Tyraq. de retract. ligna. d. §. 1. & gl. 20.

16 Si igitur in ciuitate † aut regione aliqua frequententur diuersæ libræ pecuniarum, vti 14. cap. part. prioris explicatum est fusius, nec constiterit, de quibus libris contrahentes intellexerint, quæ ve pecunia exbursata fuerit, debitore offerente tales libras, aut pecunia, quæ minoris valet, tredditore maiores, & præstantiores exigente. Accurs. in l. semper in probationibus, ff. de reg. iur. respondet: regionis more primò inspiciendum, quod si in ea æquabiliter moneta sit recepta, spectabitur minor. Nã ita subijcitur in d. l. Quia ergo si neque mos regionis appareat, quia est varius, ad id quod minimum est, jumma reducenda, id quod optime etiam probatur in l. nummis, ff. de leg. 3. Nummis, habet text. in d. l. Si [illegible] electatu, hoc receptius est, vt

est vt exigui legati videantur; si neque ex consuetudine patris familias, neque ex contextu testamenti possit apparere, quales videlicet sint legati, vide glos. ibid.

Quæ in testamentis obtinent, multò magis in contractibus locum habere debent, cum in testamentis plenior fiat interpretatio, † quã in contractibus, l. in testamentis, ff. de reg. iur. c. cum dilecti, in fine. ext. de dona. Petr Iac. tit. de cert. condi gen. exstip § fi. vers. sed quid si non fuisset. Prædicta est amplexus Albert Brun. præs. 2. num. 8. 15. 17. & consequenter vsque ad fin. glos. margin. ex sententia Goffred. & Hostien. ad d. cap 2. de maled. Atque ita apparet in his potius esse electionem penes debitorẽ, quàm creditorem, per Ange. in l. fin. C. de vete. num. potest. lib. 11. Franciſc. Curt. num. 30. & Ioannes Aquila. Theore. vlt. in 1 part. 2. de Monet. hæc pulchra sunt, alijs notanda lapillo.

18

THEMA Cap. XXI.

Diuersitas loci contractus, & solutionis in soluenda Moneta.

SVMMARIA.

1 Locus contractus, & non solutionis inspiciendus.
2 Argumentatio à solitis, & consuetis efficax.
3 Loci contractus rationem habendam, etiam in re alibi sita.
4 Quod principaliter agitur potius, quam quod accessorie venit inspici debet.
5 Veritas rei fictione potior.
6 Locus destinatæ solutionis debet attendi.
7 Aliquando contractus, aliquando loci solutionis attendendus.
8 Locus contractus vbi de eius substantialibus agitur inspiciendus.
9 Locus solutionis, vbi de ijs agitur quæ circa solutionem continguntur, attendendus.
10 Executionis planitas, pertinet ad iudicem executionis.
11 Locus solutionis ab exemplo declaratus.
12 Authoritates Præsidis, Pacij, Old. VV esen. pro loco solutionis.
13 Conclusio prolocō solutionis destinato.

14 Locus

14 *Locus beneficij, & non Impetrationis inſpiciendus.*
15 *Actus ibi cenſetur celebratus, in quem locum conferre iuriſdictionem.*

CAPVT XXI.

QVid autem ſi, quoad valorem pecuniæ extrinſecum currentem, ſtatuto aliter cautum ſit, aut diuerſimodè obſeruetur in loco contractus, & ſolutionis? forte, vt clarius explicem, contraxerunt Mercatores Coloniæ in mille florenis ad 15. batz. ſeu mille floren. Brabant. 20. ſcilicet ſtuferorum (ſubexauditam hic volo obligationem non ſpeciei, ſed generis,) ſoluendis in ipſis Nundinis Francofurdienſibus inſtantibus. quid dicendum', habebiturne ratio loci contractus, an verò ſolutionis? Prima conſideratione appareret fortè, debere valorem monetæ ſecundùm ſtatuta † vel conſuetudinem loci contractus, & ita prout æſtimatur pecunia hic Coloniæ, & non Francofurdiæ attendi, per expreſſum textum iuris in l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regul. iur. De eo enim, & non de alio loco, quam in quo contractus dicitur celebratus, contrahentes videntur cogitaſſe, per l. quod ſi nolit, §. quia aſſidua. ff de ædil. edict. Et ſic vti in præcedentibus de tempore contractus eſt deductum, etiam hic, identitate rationis attenta, de loco ſimiliter erit dicendum, & inferendum, maximè cum ita communiter fieri aſſolet.

2 Quæ argumentatio tanquam † à ſolitis, & conſuetis valet atque procedit, per Præſid. Mechl. loc. 104. Probatur illud ipſum per text. expreſſum l. ſi fundus. ff. de euict. *Si fundus venierit*, Caius inquit, *ex conſuetudine eius regionis, in qua negotium geſtum eſt, pro euictione caueri oportet.* Quod glo. & Docto. vſque adeò extendunt, † vt quamuis fundus diuenditus alibi ſitus ſit, nihilominus habendam rationem loci contractus, dicat. per l. 1. C. de contrahen. empt. l. 1. in princ. ff. de vſur. l. cum de lanionis, §. aſinam, in fine ff. de fund. inſtr. leg. l. quod ſi nolit, §. qui aſſidua, ff. de ædil. edict. l. ſi prius. §. placuit. ff. de aqua pluu. arcen.

Pro quo eſt, & illud, quod dicit, ex inſpiciendum potius eſſe, quod

4 quod princi pallegari eum, quam dom. accessorie, vel alias, debito venit, l. si quis, ff. ad edictum, illi eorum petatur in pecunia ad ipsum contractum, accessorie vero, ad solutionem est directa. Ergo secundum locum contractus deberet fieri solutio.

5 Sic potius † inspici debet res veritas, quam aliqualis fictio per l. filio, ff. de lib. & posthum. Dicitur autem fictè, & non re vera in loco solutionis contrahi, per l. contraxisse, ff. de actio. & obligat. Verbum siquidem ibi insertum, intelligitur, hoc sensu passim accipitur, per l. intelligendus, ff. de verborum significat. & in l. si familia, ff. de iurisdict. omnium iudic. l. 1. §. 1. C. de rei vxoriæ actio. Hinc Brun. præsuppositum, num. 15. ita inferre: Si diuersa sit consuetudo inter locum contractus, & locum solutionis destinatæ, attendi debet consuetudo loci contractus, per Bald. Bart. Oldrad. Alexan. & alios, quos allegat, & sequitur.

Sed prædictis, aliisque non obstantibus in contrarium est veritas, & communis Doctor. assertio, ac disciplina, videlicet in his inspiciendum fore consuetudinem, & statuta loci, in 6 † quem est destinata solutio. Atque ita in præmisso exemplo secundum statuta Ciuit. Francofurdiensis solutio fieri debet, per verum, ac genuinum intellectum, d. l. contraxisse, & ad illa Zas. & reliqui Doct. l. vnic. C. vbi rem. quæ cert. loc. l. vnic. ff. si cert. pet. l. hæres absens, & ad illam Bald. Ang. Alber & alij, §. 1. ff. de iud. l. 2. ff. de bon. auctho. iud. poss. l. fin. & ibi per Ang. ff. de tritica act. tenuit. ff. de dolo, quod certo loco, & l. vnic. C. vbi rem. quæ cert. loc. Ioan. Andr. in c. in obscuris, in fine, de regul. iur. in 6. Tiraquel. de retract. signa. §. 1. glos. 1. A. Nendumum. 49. per Bald. Salicet. Angel. Domin. Alber. Matthæ. de Affict. & alios.

Quod elegantèr, & in longum explicat Nicol. Euerar. Præsides, consil. 78. per totum, adhibita tamen hac recepta distinctione, quo ad casum diuersitatem. Nam si incidat aliquod 7 † dubium in ipsa conuentione, vna pars intelligit contractum profectò capiendo, altera verò pars aliter, & sic dissentiunt incorporeo, vel consentiunt in contractus, vt habet Zasius, seu vt Prasides 8 fes, de perfectione, vel solemnitate, aut de † aliqua substantiali qualitate contractus discepetatur, & inspiciendum tunc, seu consuetudo loci contractus celebrati, atque ita loquitur

d. l. si

d.l.si fundus,quod approbant Doct.passim,Bart.in l.1. num. 37.C.de sum.Trinitate,& fide Cathol.Bald.nu[illegible]m.17.Salic. nume.13.Ias.hanc communem pronunciantem,[illegible]m.44.Nicol. Euerar.cons.185.Port.lib.5.commun.opin.concl[illegible]s.19.& 32. Tenet,extenditque illud ipsum copiosius D.Gail.2.obseruat. 123. quo Lectorem remitto: Admiratione verò dignum non est,quod in his inspiciamus locum initæ conuentionis,vbi cõtractus suam perfectionem accepit. Atque ita saluatur rẽs, & decisio Brunj paulò ante tradita,illudque Gozad.cons.49. num.14.& sequentibus non in contractibus tãtum, vt quoad solemnitates locum contractus inspiciamus, verum etiam in vltimis voluntatibus obseruandum esse, etiam quoad forenses,contendit,facit l.si non speciali,& l.fin. C.de testament. a quo Gail. non recedit.

9 Verùm vbi agitur de soluendi consuetudine, † vt in casu præsenti,vel de his, quæ veniunt implenda diu post contractum,& in alio loco impletioni destinato, tunc ille locus destinatę solutionis etiam inspicitur.Et idem determinat Bald. 10 in † his, quæ concernunt executionem contractus, l. quæro, ff.de solut.& in Auth.quas actiones,C.de sacros.Eccles.& in l. 1.in princ.C.de confess.item in authen.habita,in q.3. C.ne filius pro patre.In executione,inquit, non consideramus causam de præterito, sed locum,& tempus, quando,& vbi fiet, quia executio est actus de futuro.

Exempli causa: si quis fuerit condemnatus in hac Ciuitate Colonienſi, in qua coram quinque testibus liceat testari, 11 & executio est facienda in alio loco,ac Ciuitate,vbi † cõtrarium obseruatur.Hic quamuis Doct.vehementer contendãt, cuiusnã loci statuta sint sequenda,an nè secundum ea executio faciẽda sit,quæ vigent in loco iudicis prioris,an verò eius territorij,in quo executor commoratur:velitq; Ant.de Butr. & quidam alij, prioris iudicis statuta fore obseruandã,tamẽ contraria sententia Baldi est verior,& receptior.per textũ,l. missi opinatores,C.de exact.trib.lib.10. ibi, Exequantur pro 12 consuetudine Regionum,&c. atque † ita obseruari de consuetudine,tenet Zas.ad l.a Diuo Pio.§. sententiam,in fin.ff.de re iud.Videatur omninò Præses Mechl.Euerar.in loco præc,latissimè,& perfectissimè omnium hanc quæstionem pertractantem,& partem illam corrob[illegible]orantem. Et post eum Petr.

Petr.

Petr.Pecch ius de iure ſiſten. c.8.vbi,& ad ſtatuta loci factę ar reſtationis hæc retorquet: Quibus adde Vveſembec.in conſi. 14.num.54. ita loquentem. Quod ſi igitur,vt exiſtimo,D.a B. domicilium, quo ſolutio deſtinata eſt,in Haſsia ſitum eſt,vbi ius cõmune ſeruatur, liquet hic in quæſtione ſolutionis iſtius loci inſtar tendendum eſſe, & non Saxonicum, dato quod in hoc territorio contractum eſſet,per Oldr.conſil.168. in prin. & Alex.conſil.37.volum.5.

13 Sequitur ergò ex præmiſsis, † quo ad valorem monetæ,& florenorum dictorum mille, non eſſe inſpicienda ſtatuta huius Ciuitatis Colonienſis,ſed Francofurdianę,atque ſecundũ ea ſolutionem per debitorem faciendam, atque ita ſimili mo
14 do † dicimus de valore beneficij impetrati,videlicet non eũ locum vbi beneficium eſt impetratum, ſed illum, vbi bene-
15 ficium ſitum eſt, inſpiciendum. Actus enim † cuius expeditio in tertium locum cõfert iuriſdictionem,in illo loco intelligitur celebratus, per Oldradum dicto conſilio 168. in principio.

THEMA Cap. XXII.

In ſententia, & laudo; item Principis reſcripto, ac gratia, cuiuſnam temporis ratio haberi debeat breuiter explicatum.

SVMMARIA.

1 IN ſententia, & laudo tempus ſententiæ attenditur.
2 Condemnatio ex obligatione veniens contractus tempus reſpicit.
3 In debito ex gratia, reſcripto, vel præcepto Principis veniens diſtinguendum.
4 Princeps ſciens, vel ignorans mouet a valorem.
5 Solutionis tempus in ſoluenda decima inſpicimus.
6 Gratia beneficij vacaturi tempus vacationis reſpicit.
7 Gemin. Roman. Menoch. ſententia contra communem.

CAPVT

CAP. IV. XXIII.

1 IN † sententia, & laudo, si moneta in intrinseco sit mutata, non tempus executionis, sed sententiæ inspiciendum esse, Doctorum omnium est assertum. Nonnulli iudex qui arbitrio de alio, tempore iudicetur cogitasse, per ea quæ in præcedentibus sunt dicta, ita tenet Oldr. consil. 13 Et facit textus consil. 31. & consil. 230. Bru. par. 10. Quod, ait, intelligendum si condemnatio fieret ex aliqua

2 † antecedente obligatione, eo casu, quo tempus obligationis solet inspici, quod vnum cum concordantibus ff. sicut per argumentum text. & c. constitutus, extra de præscript. Sequitur Panormit. consil. 56. incip. Quod si solutio, lib. 2. Neapol. decis. 194. nume. 2. versicul. allegatur ad hoc. Anton. Gabriel. concluſ. 6. lib. 3. de solut. & liber. Ioan. Aquil. de monet. potest. Theor. 6. Curt. de monet. num. 19. in fin. Lauden. num. 28. de Monet.

Quid autem in debito ex rescripto, seu gratia, vel Principis præcepto aut mandato veniente, si interim valor monetę

3 intrinsecus sit mutatus? Hic † amplector receptam à Doctoribus hanc distinctionem. Aut enim tempore gratiæ, rescripti, præcepti, & c. sciuit Princeps valorem monetæ, & inspi-

4 ciendum est tempus gratiæ, & † præscientiæ: aut verò Princeps tunc temporis ignorauit valorem monetæ, & dicendũ, habendam rationem valoris monetæ currentis solutionis tẽpore. Ita accipitur text. & glo. in Clem. si beneficiorum. extr.

5 de decim. Quòd decima assignata † alicui super aliquo beneficio, debeatur solui secundum summam monetæ currentis tempore solutionis, vti determinat Bru. part. 11. & 7. num. 4. Oldr. alleg. consil. 230. & consil. 168. Mil. in repert. in verbo, pecunia. Gabriel. dict. loc. concluſ. 7. Summa Ang. in verbo, soluio, num. 19. versic. & sic concludo. Gabriel. de Monte, Lauden. de decim. Addit Brun. Quod si gratia referat se ad beneficium

6 vacaturum, quòd tunc debeamus considerare † pecuniã secundùm tempus vacationis, ex quo gratia effectum sortitur. Qualitas enim verbo adiecta restringenda est ad tempus verbi, quo beneficium vacabit.

Non me præterit, longè aliter, quoad mutationem valoris intrin-

intrinseci, sentire ac determinare etiam in termin's Gemi-
7 nianum consil. 137. Roman. cons. 123. Et † eosdem secuti Gallus. num. 809. in longum Menoch. consil. 49. num. 23. Qui omnia ad tempus solutionis modo supra explicato q. 17. habito, scilicet, respectu ad extrinsecum valorem, qui tempore contractus, testamenti, siue in obligatione speciei, siue generis frequentabatur, considerationem ligæ, ac ponderis non anxiè vrgentes, referunt atque retorquent.

Vide de hac communi, si placet, auctores citatos per Dom. Horat. Mandos. Roman. in additione ad d. consi. Romani, hanc sententiam nostram vti æquiorem, ac communiorem pronúciantem. Cum quo hic ego transeo, & communi, ne hæreticus videar, assisto.

THEMA Cap. XXIII.

De annuo reditu persoluendo.

SVMMARIA.

1 IN annuis reditibus solutionis tempus considerandum, vt quidam volunt.
2 Itaque intrinsecus valor non curandus.
3 Reditus annuos de moneta deteriori solui posse, vt alij.
4 In annuis reditibus contractus tempus inspicimus.
5 Communis sententia contra quendam iuriscon. & alios.
6 Monetarum extrinsecus valor minus curatur.
7 Aestimatio tempore contractus facta, attenditur.
8 Solui non dicitur, quod deterius soluitur.
9 In extrinseca bonitate solutionis tempori inhærendum.
10 Intrinsecus valor secundum Gallos parum curatur.
11 Pecunia magis in quantitate, quàm qualitate consistit.
12 Aestimatio ab initio contractus præscripta attenditur.
13 Generis obligatio ad tempus solutionis refertur.
14 Valutati, & insti talleri, quo pacto accipiantur.
15 Thalleri valutati ad speciem violenter torquentur.
16 Valutatio idem quod æstimatio significat.
17 Species taxata tempus solutionis respicit.
18 Extrinseci valoris mutatio ad tempus solutionis est referenda.

CAPVT XXIII.

PRæcitati Doctores Geminianus, Romanus Menochius, defendũt in effectu, in annuis reditibus, ſi moneta ad quam perſoluendam debitor eſt obligatus, intrinſecus ſit mutata, non tempus contractus, ſed ſolutionis attẽdendum eſſe Figuremus caſum hoc pacto. Fiteræ obligationum volunt, vt quotannis Titio, eiuſdemque hæredibus per Caium ratione doris, aut alias alicuius initæ tranſactionis, ſoluantur quinquaginta thalleri, aut $12\frac{2}{4}$ libræ groſſorum Contigit autemquòd tempore initæ obligationis fortior in valore intrinſeco fuerit pecunia, quam ſit modo, aut annis ſubſequentibus, quid dicendum, cuiuſnam temporis ratio habebitur? 1

Secundùm præmentionatos D. Doctores reſpondendum foret, idque tam in reditu antiquo fundiario, quàm alias in reditibus alijs, pecuniæ ſumma aliqua mediante comparatis ad currentem pecuniam, & ſolutionis tempore vſualem, non verò intrinſecum valorem reſpiciendum eſſe, ſolutioneſque taliter per debitorem rectè fieri poſſe. Quare etiamſi thallerus Imper. aurei in auro, vel † in pondere, vel etiam liga deficerent, parum, inquiunt, hoc erit curandum, ſed prout hodiè exponuntur, ita eoſdem recipere, creditor tenebitur, quidam quæſt 90. & ſeq. & num. 809. quæſt. 100. Menoch conſil. alleg. 49 num. 23. & 24. ac quaſi per totum. Atque ita dicunt illi ex ſententia Romani, & Geminiani, quòd ſufficiat ſoluere dictũ reditum de moneta noua currente tempore ſolutionis. Ita quòd debitor non teneatur ad æſtimationem, quàm antiqua ſucceſſu temporis ſortita eſt ſupra nouam. Et infert Gallus, 2
rectè ac† iuridicè dictos Doctores conſuluiſſe, licèt omnes ferè alij Doctores reprobent, & ſecundùm ipſum malè, quod latius præcitati, vt diximus aliquoties, proſequuntur. Adde ijſdem conſilium de annuo redit u ſex milium Turonenſium, quorum 12. faciunt aureum vnum Florentinum, Leonin. 31. vbi pro ſententia Romani infertur videtur, licèt ipſe principaliter de extrinſeco valore loquatur. 3

Fatemur ergo Menoch. Caterosque alijs præcitati libenter, &

& absque vlla cunctatione, communem sententiam esse, licèt
4 contra illam ipsi decidant, debere in his annuis reditibus, &
cæteris contractibus, mutationem valoris intrinseci, si fortè
superuenit, attendi, & ita solutiones faciendas esse secundùm
illos, pro qua Brun. decidit part. 7. Panormita. consi. 59. Oldr.
consi. 250. incip. factum tale est, facit Regula, & conclusio ma
xima prima supra posita. Item Bald in cap. quanto. de iureiur.
Vbi de annua dote persoluenda, tempus allegationis esse at-
tendendum dicit, pulchrè Natta consil. 664. 4. volum. & con-
sil. 192. circa fin. Henn. Godens. consil. 78. & in consil. Papiens.
5 Colleg. statim ab initio. Et alibi Gallus. Hoc † etiam secundù
omnes, ait, volùt iura Canonica in c olim causam, incip. cum
Canonicis, extra, de cens. c. quanto extr. de iureiur.

Quæ omnia Canonistæ ibi, & vbique intelligunt, vt non so
lum in summa semel soluenda, sed etiam in pensionibus, & ob-
ligationibus successiuis debeat solui pecunia secundum æsti-
mationem non extrinsecam, vt vulgaris habet lectio, sed in-
trinsecam, quæ erat tempore dispositionis. Ita quod etsi de-
ficeret vetus Moneta, non sufficiat soluere de noua deterio-
ris materiæ, etiam eodem valore extrinseco, nisi suppleatur
ad bonitatem intrinsecam, quæ erat tempore dispositionis.
Quo facit d. conclusio nostra prima Maxima, ad quam lecto-
rem remitto.

6 Si verò intrinseco valore saluo, & integro existente atten-
dat, quæso lector diligenter, extrinsecus creuerit, hoc ipsum
non curabitur. Idque tam quoad præcitatos, quàm quoad
sententiam communem aliorum Doctorum. Exempli gra-
tia. In specie aliqua monetę æstimata fortè anno 1570 cum
Imperialis thallerus valeret 56. alb. Obligatio est contracta
in 200. thalleris Imperialibus, & dictum vt quotannis solue-
rentur decem pro annuo reditu, proque Imperiali quolibet.
7 56. albi supputarentur. Contigit † postmodum, quòd Impe-
rialis decreuerit ad 54. alb. quod tamen rarius fieri assolet,
vel quòd, vt frequentius experimur, Imperialis augeatur,
valeatque, & exponatur pro alb. 60. 66. vel 72. quid dicen-
dum, cuius erit periculum commodum, & incommodum,
quem respiciet tale augmentum? Imperitum vulgus, sit ve-
bo venia, aut etiam Doct. non tamen bene in Doctorum tra-
ditionibus versati, respondendum illicò putarent, vti non se-

mel mihi fuit obiectum, Imperiales, eorundem ve veram æstimationem secundùm ligam, aut prætiositatem, id est, valorem intrinsecum, qui contractus tempore erat, esse in obligatione, quæ ad speciem rigorosè nimis, non attenta valutatione ab initio contractus facta, coarctantur. Si quis obijciat de æstimatione tempore contractus facta ad 56. alb. & sic contractui ex conuentione, & pacto, de quo supra, prouisum, nec vlterius procedendum esse? Replicant mox illi quasi bene, si dijs placet informati, tales albos non leuiores, aut deteriores esse in obligatione, & soluendos, quales tunc fuerint cum obligatio initium sumpsit, videlicet d. ann. 1570. Et in oculos conuertunt in hoc valore extrinseco, ad tempus contractus, contra Maximam nostram Secundam Concluſ. c. 2. quasi, & hic non rectè soluatur, quod deterius soluitur, cum alias creditor non leue damnum, si deteriores albi illi obtrudi possint ferre cogeretur, quòd iniquum foret. Itaque neutiquam secundum eos concedendum.

Verum si quis ad ea, quæ pro basi ac fundamento harum, & similium quæstionum omnium supra sunt adducta, & tanquam certa atque indubitata in d. Concluſ. 2. Maxima, & in c. 6. posita, aduertat, facilis erit istorum omnium resolutio. Quæ habet, † quoad bonitatem extrinsecam, liga ac pondere durantibus, non dispositionis, sed solutionis tempus præcise, hæsitationeque omni semota, attendamus, nõ curando de augmento, vel decremento, quod superuenit.

Itaque debitor, vt defectum adimplere, ita quoq; augmentum rectè, albos videlicet 56. in Imperiali excedens, vt passim in alijs monetarum speciebus, deducere poterit. Atque ita se habet rei veritas, quicquid hactenus, siue per Zygostatas, & artis peritos, siue per Iudices, vel Aduocatos, Sollicitatores, Procuratores, siue per quascunque alias personas, & vel iudicialiter, vel extraiudicialiter in contrarium tractatum, sententiatum, definitum, aut decisum fuerit, non obstante.

Si enim præmentionatorum doctissimorum virorum, Germiniani, Romani, Galli, & Menochij auctoritate atque iudicio, eo vsque progressum est, licèt contra communem, vt nũc sæpè est repetitum, vt propter vsum quotidianum monetæ solutionis tẽpore currentis, consideratio, & respectus valoris intrin-

10 intrinſeci, † ligæ ac ponderis, vilipendatur, negligatur, non attendatur, neque curetur, quippe pecunia magis ex quantitate, auctoritateque publica, quam ex materia, aut pon-
11 dere, & ligâ, quatenus † pecunia eſt, ſubſiſtit, & ſuum eſſe ſortitur, per l. 1. ff. de emptio. & venditio. relati auctores ſupra, Et Hotoman. de re nummar. circa princip. Cur nos dubios, vel anci pites teneret hæc noſtra de extrinſeco valore ab ijſmet, tum maximè communi calculo, atque ab omnibus veteribus, & recentioribus ſcriptoribus recepta, & ap-
12 probata ſententia? Sic æſtimationem factam, etiam † in obligatione ſpeciei ab initio contractus inſpicimus, & habito reſpectu ad illam ſolutionem facimus etiam per eandē ſpeciem, ſubducendo ſi pluris, & addendo ſi minoris æſtimetur tempore ſolutionis eadem ſpecies. Prout latius capit. 4. & capit. 5. ſupra, & per tranſcurſum eſt edoctum, quæ hic repetere nolo.

13 De † generis obligatione nulla ſpeciei facta mentione, veluti ſi quis obligatus ſit ad ſoluendos annuatim centum thalleros, pro vna vice expoſitis bis mille thalleris, res eſt expedita, & 2. concluſio maxima, 2. capit. ſupra omnem dubitationis anſam amouet atque tollit. Quare hoc caſu, & ſimilibus debitor ſoluendo monetam iuxta tempus ſolutionis communiter currentem, liberabitur; & in cauſam duriorem condemnari non debebit.

Huius rei gratia, vbi ex parte cuiuſdam Viduæ nuper in ſimili facti contingentia requiſitus eſſem, reſpondere non aliter nec potui, nec debui, quam vti ſubſequitur. Obligatio iuxta documentum ſcrineale, aut literas obligationis hoc pacta erat concepta. Hoc eſt thalleri tales per 52. albos ſunt taxati ſiue æſtimati, veniuntque ita ſoluendi.

Hinc creditor, & qui eidem obſtabant, vrgebant verba illa, quaſi inde videretur inferendum, eſſe Imperiales: alij, qui humaniori, & benigniori affectu erga afflictam, propter annuas peſſiones, viduam, iuxta capit. Exod. cap. 22. mouebantur, dicebant, & volebant eo caſu ad minimum tales albos perſoluendos fore, quales præſcripto anno 50. aut aliàs contractus tempore, vſu, inque commercijs frequentabantur, hoc eſt, vt in exemplo præcedenti poſitum, de quolibet Imperiali deducerent modo, & lucro quaſi debitori cederet,

non nisi 4. alibi excedentes, & consequenter in alijs spe-
bus secundum æstimationem contractus tempore quod
vsitatam.

Verùm attentis ijs, beneque perpensis, & examinatis,
quibus præcedit, dixique supra cap. 5. & aliquoties, Vidua
non teneri, aut compelli debitorem, in al
æstimatione, quàm ea quæ tempore quidem contractus int
partes facta, & præscripta est, verùm respectu adhibito ad tē
pus solutionis, & censum annuum persoluere, & reluitionem
facere, incunctanter respondi. Sic re vera communis habe
sententia, & ipsa suadet æquitas. Non enim vlla ratione ver-
15 ba illa taliter posita valor monetæ illius, aut ad speciem, &
sic Imperialem torqueri poterunt.

16 Valutatio siquidem nihil aliud significat, quam † æstima-
tio, taxatio, hinc valuam quidam nominauit. Quæ taxatio
hòc casu rotundis, & apertis verbis per partes ab initio est fa
cta: bonitas etiam monetæ cursum non minus eum respicit,
qui hodiè receptus est, quàm qui quondam fuit, quemadmo-
dum ipsa experientia edocemur. Neque etiam si species ab
17 initio fuisset nominata, propterea † statim sequitur eam de-
beri, & præcisè in obligatione esse? Ex quo taxatio siue valu
tatio intercesit tempus solutionis respiciens.

Cùm itaque iuris sit, vt præmissum, indubitati, in muta-
tione extranseci valoris, in quo nunc sumus, in his, & simili-
18 bus † facti speciebus, etiam præstationibus annuis, ad æstima-
tionem siue valutationem de publico hodie, hoc est solutio-
nis, & non contractus tempore receptam, nos respicere de-
bere, pro vidua, vt præcedit, respondi, ac manu propria
subscripsi.

Quæ bis sex versiculis termino.

Quilibet aduertat Iudex, omnisque potestas
Mentis ad hæc oculos flectere iura velit.
Fundamenta quidem communis opinio vulgi
Non habet, & veri cognitione caret.
Tu contra prolata moues arresta? quid inde?
Exemplis nimium fidere iura vetant.

THE-

THEMA Cap. XXIIII.

In annuis prestationibus qualiter currat præscriptio, traditum.

SVMMARIA.

1 PRæscriptio in annuis præstationibus tripliciter consideratur.
2 Præscriptionem vnam pro omnibus annis sufficere.
3 Aliud legatis, aliud in contractibus obseruatur, vt quidam volunt.
4 Verbum, quandocunque, & perpetuò, quid velint operenturq;
5 Annuum legatum non vtendo non amittitur.
6 In legato annuo non sufficit vna præscriptio.
7 Anni vniuscuiusque propriam esse præscriptionem.
8 Troisia Martini sententia sæpè iudicatum fuisse.
9 Præscriptio centum annorum est magni effectus.
10 Præscriptio in aliqua parte totalis summæ quo pacto procedat.
11 Mala fides præscriptioni obstat.
12 Contractus tempus in annuis inspicitur redditibus.
13 Præscriptione longissimi temporis omnes actiones tolluntur.
14 D. Gailij opinio, in modo, & qualitate soluendæ pecuniæ, reiecta.
15 Communis quæ dicitur, non semper communem sententiam esse.
16 Communis quæ quondam fuit, non necessariò, & hodie communis vocabitur.
17 Solutiones longo tempore factæ, designant qualitatem modi dubiæ.
18 Præscriptio 30. vel 40. annorum in certa numorum specie obligatione requiritur.
19 Præscriptiones longi temporis in modo, & qualitate soluendi, vis maxima, quod pluribus auctoritatibus comprobatur.
20 Præscriptio vna sufficit in qualitate soluendi, etiam quoad futurum.
21 Præscriptio in modo soluendi tolerabilior, quàm in totali summa.
22 Præscriptio in vsuris, & accessionibus facilius procedit, quam in rebus ipsis principalioribus.
23 Seruitutis qualitas facilius, quam ius ipsum seruitutis præscribitur.

24 Ius decimandi difficilius, quàm eius qualitas præscribitur.
25 Protestatio recipientis pecuniam debiliorem, inefficax est.
26 Conuentio talis præsumitur, quales sunt subsecutæ solutiones.
27 Causa talis præsumitur, qualis per effectum solutionis demonstratur.
28 Secuta obseruantia ambiguitatem precedentem tollit.
29 Obseruantia talis non necessario prescriptionem requirit.
30 Emphyteuta pensiones debitas per factas solutiones probat.
31 Reformatio Illust. Principis Iuliæ, &c. hanc communem probat.
32 Solutiones diuersimode factæ, quid dicendum?
33 Currente isto casu monetam subintelligendam.
34 Creditori non succurritur scienter monetam debiliorem recipienti.
35 Bartoli sententia, communiter reiecta.
36 Prescriptio in casu, l. competit. de prescrip. non procedit.
37 Auctores citantur plures de prescriptione in modo soluendi.
38 Bona fides in prescriptione omnino requiritur.
39 Prescriptio aliter in personalibus, quàm realibus, quoad bonam, vel malam fidem, procedit secundum quosdam.
40 Prescriptionem cum mala fide procedere, sentit V V esembecius.
41 Iure Canonico omnia iura sunt abrogata, quæ malam fidem tolerant.
42 Bona fides præsumitur, donec contrarium probetur.
43 Creditor possitne debitorem in posterum obligare, propter sæpius factas solutiones?
44 Solutiones factas hic non sufficere ostenditur.
45 Subditi ea, quæ Domini longo tempore ex certa causa præstiterunt, in posterum præstare compelluntur.
46 Annua præstatio, longo tempore facta ex causa, tituli præsumptionem inducit.
47 Annua præstatio per 30. annos facta, quid operetur.
48 Temporis cursus maioris, tituli defectum supplet.
49 Annua præstatio immemorialis absque causa, quid operetur?
50 Immemorialis temporis vis maxima.
51 Solutiones factæ trina vice, faciunt præsumi omni decurso tempore solutum.

CA-

CAP. VII. XXIIII.

PRæscriptio in annuis, vel menstruis præstationibus qualiter procedat, breuiter hic nobis erit exponendum, quæ quoad institutum nostrum tripliciter potest considerari.

1 Aut† enim de præscriptione totalis alicuius summæ, aut eius saltem partis, aut verò de modo & qualitate soluendi agitur. Quod ad totalē summam attinet, video per gl. & Doct. ad l. cum notissimi. §. in his C. de præscrip. 30. vel 40 annorum, vbi harum quæstionū propria est sedes, tres diuersas earundem recenseri opiniones.

2 Est vna Bulg. & Rog. sufficere, videlicet† vnam præscriptionem pro omnibus etiam præstationibus, præteritis, & futuris, idque tam in legatis, & præstationibus, aut reliquis contractibus prouenientibus: quæ præscriptio ab illo tempore, quo cessatum est incipit currere. Ita vt si anno 1559. in persolutione primo cessatum, & ad annum vsque 90. nihil penitatum fuerit, quo ad præteritum, & futurum tempus etiam in perpetuum debitor securus erit, & liber l. eos. C. de vsur. per Bald. & Salicet. in d. §. in iis. Barto. Dyn. Pau. de Castr. Alex. Imol. in l. de pupillo. §. si in pluribus. ff. de nou. oper. nunc.

Abbas in c. auditis, in pen. colum. versicul. extr. gloss. de præscript. Massuer. in prax. fua, titul. de præscript. versicul. item Henning. Godens. consil. 79. num. 36. Sicuti, ait, obligatio, & ius annui reditus, seu præstationis annuæ, simul & vnico tempore oritur, licèt differatur in diem exactionis, ita etiam pari formiter simul incipit præscriptio cōtra debitum per lapsum annuum, & quæ sequuntur.

Et hanc opinionem Bulg. ac sequacium in Gallijs ex consuetudine generali seruari, atteſtatur Boer. decis. 336.

3 Secunda opinio fuit antiqui Gloſſatoris Ioan. qui hunc in modum distinguit. Aut† enim sumus in stipulatione annuæ, quia vnica est stipulatio, & obligatio igitur inquit, sufficiet vna præscriptio pro omnib. annis præteritis, & sequentib. pro quo facit, c. quanto, de præscri. atque in eo non differt ab illa quæ

quæ præcedit ſententia Bulga. Vaſq. Illuſtr. cont. cap. 83. num. 89. Vnum, inquit, idemque ius vno ictu extinctum præſcribitur, niſi verbum, quandocunque, fuerit additum, eo caſu cenſeri plures diſpoſitiones, & ſic requirentur plures præſcriptiones. Balb. 4. part. princ. quæſt. 4. de præſcript. de quo & de verbo perpetuò, quodq; per illa 10. & 20. benè, non 20. annorum præſcriptio tollatur, vide D. Couatr. var. reſp. 1. cap. 9. nu. 4. Et VVeſenb. cõſ. 2. nu. 93. circa fin. Chaſſ. in conſ. Burg. rub. 9. §. 2. Verba, Par quelque laps de temps. nu. 5. & ſequen. Omninò verò ſuper hoc pũcto ét additis ijs verbis quandocunq; omni tempore, Vide Tiber. Decian. reſp. 10. volu. 1. nu. 51. & conſeq. per infinit. auctoritates, qui illam omnino dicit in praxi ſeruandum, in quam ſententiam inclinat Leonin. Cancell. Gelrienſ. ducat. conſil. 43. Et hanc quoque communẽ dicit Boer. d. deciſ. 336. Cuma. in d. §. in pluribus, col. 2. Fulgo. in d. §. in his. Corn. conſil. 72. nume. 23. Vbi infert ex gloſſ. ad d. §. in his, ex eo ſequi, quòd † annuum legatum non vtendo non amittatur, per l. vſusfructus alterius annis. ff. quib. mod. vſusfruct. amitt. Et per Doct. ibidem alleg. Pro hac ſententia concludit Schurff. conſ. 10. numer. 12. Centur. 1. quam etiã cõmunem refert: Sequitur. Villal. in commun. opinion. verbo Præſcriptio, num. 251. Egregiè aſtipulatur Capel. Tholoſ. q. 343. in princ. Vide Aym. Crauet. de antiq. temp. part. 4. nu. 34. §. materia iſta. Balb. d. §. part. 4. q. 4. Fcli. 10. And. in d. ca. auditis. de præſcript.

6 Aut verſamur, inquit Ioan. in legatis annuis, quia tunc plura videntur legata, non ſufficiet quoque vna præſcriptio pro omnibus, l. ſi Stichũ. §. ſtipulatio. ff. de ver. oblig. Et ſic quot ſunt anni, tot ſunt actiones & præſcriptiones. Hanc ſequitur Accurſ. in d. §. in §. in his. Old. Odof. Bart. Angel. in præcit. §. Signorol. de Homod. conſi. 31. Specul. in titu. de loc. §. nunc aliqua, verſic. 41. Vide etiam pro hac ſententia Tiber. Decian. reſpon. 2. volum. 1. num. 39. & conſequenter per multas alleg.

7 Tertia fuit Martin. de Fano, Doctoris antiqui † ſententia, qui voluit tot eſſe præſcriptiones, quot ſunt præſtationes, & vniuſcuiuſq; anni propriam eſſe, ac remanere præſcriptionẽ. Exempli cauſa. Si ab anno quinquageſimo nono ad hunc vſque præſentẽ 90. ceſſatum fuerit in perſolutione præſtationis annuæ,

annuæ, præscripti erit anno 59. & omnib. præcedētib. 57. 56. 55. & deinceps retrò annis, intermedijs verò & futuris annis, 60. 61. ltē 90. 91. 94. 96. & sequētib. unequaquàm. Ratio est, quòd vniuscuiusque anni sua sit propria & peculiaris præscriptio.

Huic sententiæ assistunt Doctores Vltramontani, Iacob. de Aretin. Petr. Cyn. Raph. Fulg. Bal. in d. § in ijs. nec nō Doct. communiter moderni, pro qua concludit Guid. Pap. quæst. 406. incip. Pone quod debes. Atque † pro hac semper in Delphin. patria sua iudicatū fuisse, eandemq; veriorem, licèt præcedentem magis communem esse refert. Sequitur Boer. q. 336. circ. fi. Idque propter expressum, satisque clarū textum, d. § in ijs. Cuius verba sunt hęc. *Hęc in hisce tam promissionibus vel legatis vel alijs obligationibus, tēpora memoratarū præscriptionum non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cuius libet anni vel mēsis, vel alterius singularis temporis computari manifestū est.*

Qui textus, ait Bartol. est clarus iudicio meo. Quem etiam laudat, pro eadēque aliquot vicibus in Cam. Imper. iudicatū fuisse testatur Minsing. 3. Obs. 13. Et D. Gail. lib. 2. Obseru. 73. Costal. ad l. si vsusf. ff. quib. mod. vsusf. vel vsus amit. Hoc, ait, text. præmentionatę Constitutionis Iustin. manifestè probat, quæ non in legatis solùm, sed etiam in debitis ex contractu loquitur. Idem tenet Vvmser. in Pract. Forens. titu. de præscript. 5.

Cui ego sententiæ imperterritus subscribo, ab eademque in iudicando recedendum neutiquam esse iudico. Cum illa tamen communi Doctorum limitatione. Nisi cessatum † fuerit in persolutione per centum annos. Tunc enim satis dici potest omne ius sublatum, per l. si vsusfructus. & ad illam Bar. ff. de vsuf. leg. Boer. in fi. d. loc. Quamuis Guid. Pap. alios q; illā sententiam tenentes reprehendat Aym. Crauet. d. loc. de ant. temp. num 34. existimans liberationem præscriptionum & annuorum reditūum longissimo tempore præscribi posse.

Altera est quæstio † de aliqua parte summæ principalis nō soluta, vtputà, debet quis decem thalleros Imper. & per 30. annos, non nisi quinque soluit, anne in alijs quinque præscriptum erit?

Respondet gloss. 1. ad d. § in ijs. in fin. Quòd non erit præscriptum, per l. cùm fidem. C. de non nume. pecun. soluendō eam partem debiti, videtur quis totum debitum agnoscere.

Schurff.

Schurff.d.consil. 10.nume.3.Cent.1 Itaque idem quod de to-
to,etiam in parte locum habebit.per l.quod de tota ff. de rei
vendica.Bart.post Dynum, & etiam Sal icece. distinguit. Ve-
11 si solutio fuerit facta,tanquam † vnum debitum, nec sit de-
bitor in mala fide,præscriptio locum habeat, secus vero si fe-
uerit se in plus obligatum,solueritq; tanquam debiti partem.
Balb.4.part.4 q.3.vbi infert vixisse, vt præscriptio in istius-
modi annuis præstationibus locum inueniat: Propter præ-
sumptam malam fidem, quæ etiam hæredi vniuersali nocet.
Nisi de tertio singulari successore,ad quem res peruenit,sic
per quæ annua pensio est assignata,quo casu etiam 10. & 100.
annorum præscriptio haberet locum per eum ibidem. & q.7.
num.4.fusius.

Tertia consequenter quæstio discutienda venit, ad propo-
situm nostrum vt plurimum pertinens: Quæ est de qualitate &
modo soluendæ pecuniæ præscriptione superueniente. Di-
ctum est in præcedentibus,quemadmodum quoad intrinsecũ
12 valorem mutatum in omnibus † contractibus, ita etiam in
annuis reditibus ad contractus,& non solutionis tempus nos
respicere, & secundùm eum debitoré persoluere debere. Hic
nunc videndum & discutiendum venit, anne contra com-
munem illam regulam aliquid valeat præscriptio, maximè
longissimi temporis triginta, videlicet,vel quadraginta an-
norum, quibus regulariter omnes actiones tolluntur, per l.
13 sicut. l. omnes. C. de præscript.30. vel 40. ann. † an potius,
quemadmodũ in præcedentibus est traditum de præscriptio-
ne alicuius totalis summæ, eiusdemque partis. Idem quoque
& hic valoris intrinseci mutatione superueniente, iudicium
ferendum erit?

Quod ex iis sequi videtur, quæ tradit d. quæst.7. nume.4.
Vbi non referre ait, siue quis minorem summam in numero,
siue aliàs de pecunia debiliori, quàm quæ fuerit quondam,
soluerit. Nam quod in toto,hoc etiam in parte meritò ob-
seruabitur. Ita infert per d. l. quæ de tota. Quo respexisse D.
Gail.est verisimile, d. Obser.73. Vbi cùm præscriptionem in
annuis præstationibus locum non habere, idque multis præ-
iudicijs in Camera fuisse obseruatũ & determinatũ præmisit,
mox quasi ex eodem fundamento infert. Quapropter reci-
pienti solutionem in minori valore,quàm fuit tempore con-
tractus,

tractus, non poteſt obijci præſcriptio longiſsimi temporis.

14 Verùm † illa illatio, quòd pace tanti viri, iam in Domnino mortui, dixerim, nimis eſt generalis, neque ſatis tuta, nec mirũ ſi aliquando bonus dormiter Homerus. vt ex multis conſtat locis in diſcutiendis & decidendis & quęſtionibus præmiſſis & ſimilibus, tum etiam maximè ex præceptis artis huius

15 cudendę monetę lib. priorià nobis traditis. Sępè † etiã opinio illa quę pro communi allegatur, communis non eſt re vera, vt de Alexand. id atteſtante dicit Decius conſi. 180. nu. 7. verſ. non obſtat quod contr. Petr. & Socin. Iun. in conſi. 112. in vlt. verb. 3. colum. Et neque ſi olim pro communi fuerit habita

16 opinio quædam, itaque † neceſſario, & illam hodie pro communi amplecti cogimur, vt tenet Iaſon in l. 1. ff. de offic. eius cui, &c. nu. 64 Socin. conſi. 174. nu. 21. in 2. & item in aliocõſ. 158. nu. 70. eod. vol. Tiber. Decian. reſp. 31. nu. 1161. 1. vol. & 3. reſp. 44. nu. 6.

Eſt ergo (vt euidentioris intellectus gratia hoc præmittã) vbi conſtat de certa aliqua pecunia in obligationem deducta, fortè de aureis in auro, Thaller. Imperial. Coronat. aut ſimilibus ſpeciebus annuatim perſoluendis: aliquando verò de certa aliqua nũmorum ſpecie non habemus determinatam veritatem, & tamen de continuatione ſolutionis per longum, aut longiſsimum tempus facta, conſtat, quæ omninò notari ac conſiderari debent.

17 Dico igitur primò † in hoc poſteriori membro, vbi dubitatur de certo genere nũmorum, hoc dubium declarari per ſolutiones longo tempore, hoc eſt, per decenniũ factas. In alio verò membro, vbi conſtat de certo numorum genere, requi-

18 ri præſcriptionẽ inter priuatas perſonas 30. & † Eccleſiaſticas 40. annorum, pro vt habet communis Doctorum opinio. Exempli cauſa. In literis obligationum eſt ſpecificata annua præſtatio ducentorum aureorum Rhenenſium ſimpliciter. Si dubitetur, quales illi aurei Rhenenſes fuerint, vt fieri non iniquè poteſt, iam communis illa deciſio locum habebit, vt ſi per decem annos ſolutio aliqualiter fuerit facta, in poſterum ſimili poterit fieri modo. Si verò de ijs certa ſit ſcientia, qualeſve Rhenenſes illi fuerint, cõſtet, & ſolutiones hactenus factę ſint p marcas tres & ſolidos quinque, hoc eſt 41. alb. ſolutionis tẽpore currentes, vt illos modo accipio, idque p 30. vel

40. an-

40. annorum ſpacium, vt dictum, propter talem long
præſcriptionem, liberabitur in poſterum debitor, ſol
3. marcas, & 5 ſolidos, ſiue 41. alb. monetæ currentis.

Probatur hæc doctrina primo per Laudenſ. in fine ſu
19 &tus de Monet. Cuius hæc ſunt verba. Noca † vnum in
conſului: nam in teſtamento continetur, qualiter T
promiſit centum florenos omni anno ex tali poſſeſsione,
iude per decennium fuit facta ſolutio per debitorem duc
torum florenorum in auro, vel in tanta pecunia, certè co
uit, quod iſta promiſsio de centum florenis, intelligatur
aureis, non autem de ſolidis 31. florenorum. Rationem ſu
iungit hanc. Quia ſequens ſolutio continuata per decenn
declarat qualitatem monetæ dubiæ. l. cum de in rem verſo,
de vſur. & hoc, ibi ſequitur, quando dubium eſt, de qua mo
neta ſenſerint contrahentes. Si autem eſſet certum, puta
promiſi centum aureos Venetos iuſti ponderis, & boni auri
ad hoc, vt poſsit præſcribi pecuniæ qualitas, requiruntur tri
ginta anni in priuato, quadraginta verò in Eccleſiaſtico, per
tex. c. olim, de cenſib.

Idem tenet Ioan. Aquil. de Monet. poteſt. in initio cap. 2. &
in fin. Elicitur vtiliter, ait, quod vbi accipientes, & ſoluentes
cenſus nihil expreſſerint de pecunia aliqua, tunc dubitatio
ſubleuatur per ſolutiones præcedétes longo tempore factas,
quia iſta pecunia videtur fuiſſe in obligatione, in qua diutur-
na ſolutio fuit facta, pro qua eſt elegans, & verè aureus tex-
tus in cap. cum veniſſent, extr. de inſtit. vbi quia non conſta-
bat de aliqua conceſsione, dubitabatur vtrum eſſet perſona-
lis, an verò realis, deciditur quod realis præſumatur. Semper
enim vt realis fuit obſeruata, & poſſeſſa. Cui adde c. dilectus,
de conſuetudi. l. ſed & Iulianus. §. perinde. ff. ad Macedon. l. ſer
uus plurium. §. fin. ff. de legat. 1. Ita in iſtum ſenſum eadem iu-
ra citat Tiberi. Decian. reſp. 1243. volum. num. 13. Nam, ait,
ex obſeruantia ſecuta, declaratur ambiguitas præcedentis de-
clarationis, &c.

Sequitur Franc. Curt. de Monet. in fin. adducens pro eo au-
ctoritatem Laudenſ. & aliorum per eundem citatorum, idem
tenet Brun. limit. 4. in initio. Fallit, ſcilicet regula principa-
lis, quando longo tempore aliquis debitor certæ pecuniæ ſol-
uiſſet de pecunia minoris valoris, vel ſoluiſſet ſecundum va-

lorem

lorem temporis solutionis, c. olim à contrario sensu, cum ibidem notatis, idque ex sententia Laud. Curt. & aliorum, postà numer. 8. latius prosequitur, pro eademq; concludit. Et ibi eidem etiam, qui tempore intermedio, præscriptione nec dum completa, plus ignoranter soluit, quam soluere tenebatur, restitutionem dandã infert. Et hoc ista præscriptio operatur in foro Ecclesiastico annorum 40. Cæsareo verò 30. ac paulò post. Incipit ista præscriptio currere, cum primũ quis incipit soluere de Móneta, seu ad aliam æstimationem, quam teneretur tempore obligationis, reprobata opinione eorum, qui dicebant in annuis præstationibus necesse esse, vt contra quamlibet præstationem de nouo inchoaretur præscriptio, quo casu exigeretur tempus duplicatum, per notata ibidem.

Idem amplexus est Aegid. Boss. in praxi crimi. tit. de Monet. nu. 5 Aduertendum est, inquit, an per 30. annos creditor receperit solutionem pecuniæ, quæ expenditur, quia eo casu etiam tenetur semper in futurum recipere, per c. olim causã, de censi. vbi Alberi. quoque in fine dicit, ita cõmuniter teneri, Aretin. consi 112. colum. 2. incip. consideratis. Atque istam
20 doctrinam, quod vna † tantummodò sit obligatio & præscriptio, quo ad annos præteritos & futuros, vbi scilicet de modo & qualitate alicuius monetæ præscribendæ agitur, ego libenter recipio, neque hoc ipsum ijs quę præcedunt, aliquid obuersatur. Ex quo facilius modo & qualitati per soluendi,
21 quam annuæ præstationi in summa aliqua totali eiusdemve parte præscribitur, quod magnam habet rationem, per gloss. in §. fin. l. talis scriptura, ff de legat. 1. Et per Speculat. in titu. de legat. §. superest, versic illud quoque. & prosequuntur Doctor. latius in alleg consi. collegij Papiensis.

22 Sic dicimus in vsuris, † fructibus, & accessionibus, per l. eos, in princ. C. de vsur. facit gloss ad d. §. in his. in princ. Costal. ad d. l. si vsusfructus, ff. quibus mod. vsus. amit. Brun. fallen. 5. vbi notabiliter inquit, odio vsurarum non contractus, sed solutionis tempus attendendum.

23 Simile quid † videmus in seruitute præscribenda, in qua cum agatur de præscribenda tota re, aut de graui aliquo præiudicio, tũc iuxtà communem sententiam, requiritur titulus, vt loquitur c. 1. extr. de præscript. in 6. Si verò de modica aliqua læsione, aut de præiudicio leuiori agatur, præscriptio,

absque

absque titulo etiam procedit, per gloss. Bart. Bald. Alber. Angel. Paul. & Doct. communiter ad l. si quis diuturno, ff. si seruit. vend. & gloss. in l. seruitutes, ff. de seruit. Bal. ib. despriæscriptio. in 2. part. 3. part. principalis, quæstio 9. num. 7. Didacus Couarruuias Variar. Resolutio. 1. c. 17. nu. 7. Cui additipulaē, Vasq. contr. illustr. 2. cap. 78. in d. c. 1. Agebatur, ait, de præscri-
24 bendo ipso † iure decimandi, quod nocumum magis esse constat, quam si ageretur de præscribenda alicuius rei qualitate, vt in d. l. si quis diuturno.

Hęc vsque adeò vera sunt, vt quamuis per recipientem pecuniam protestatio interponatur, quod per hoc non velit
25 sibi præiudicari in futurum, † talis protestatio viribus carens, nihil operabitur, quæ non nisi certis in casibus præscriptione interrumpit. l. vt perfectius, C. de ann. except. Schurff. alleg. cons. 10.

Absolutissimè habes hæc pertractata in præcit. cons. collegij Papiens. quasi per totum. Præsumitur talis, ait, conuentio
26 fuisse, † quales sunt subsecutæ solutiones, per Baldum in famosa sua decis. ad l. si certis annis, vers. aut non constat, C.
27 de pact. vbi dicit, quod talis præsumatur causa, qualis per ef-
28 fectum solutionis demonstratur. Et † qualis apparet solutio, talis præsumitur præcessisse concessio, per l. cum de in rem verso, ff. de vsur.

Facit quod habet pulchrè Aym. Crauet. cons. 101. incip.
29 nobilis Guido de Balseijs. Ex † Obseruantia, ait, secuta, declaratur ambiguitas, quæ in præcedentibus esse poterat. Ex ijs enim quę posteà fiunt, declaratur qualis fuerit actus in præcedentibus: additq; quod obseruantia posteà secuta, sit tam potens ad declarationem ambiguæ voluntatis, vt non requiratur præscriptio in tali obseruantia, id est, quod longo tempore ita fuit obseruatum. Est enim, inquit, obseruantia in qua nulla præscriptio requiritur, sequit Lenoninus Cancellarius cons. 12. num. 9.

Atque hoc notandum pro emphyteutis Bald. præcit. loc.
30 refert, qui instrumenta sua perdiderunt, vt si non † appareat pro quanta pensione sit concessa emphyteusis, præsumatur pro ea concessa, pro qua reperitur solutum, per Alexan. cons. 107. incip. in causa & lite vertente, in princi. lib. 1. & in præcit. cons. colleg. Papien. nume. 8. Sequitur: Communis sententia est,

Digitized by Google

eſt, quod per 30. annos contra laicum, vel 40. contra Eccleſiam currat præſcriptio, ſi debitor in aliqua moneta ſoluat per tempus 30. vel 40. annorum, in moneta noua deteriore. Conſentit his Schurff. conſ. 10. vbi admodum pro ea vrget, c. olim, & Natta conſ. 664. In annuis, ait, reditibus valor monetæ eſt inſpiciendus, qui fuit tempore cõtractus. Itaque initiũ ſemper conſpicimus. Quando autem fuiſſet præſcriptum longiſsimo tempore, & cum bona fide, vtputà cum eſſet ſolutũ de minori moneta per 30. vel 40. annos, tunc procederet contraria opinio, vt dicunt Doct. ait in locis prę alleg. & per Aretin. latè in conſ. 111. Conſideratis quæ in puncto.

Idem Natta in conſ. 192. his verbis ſequitur. Poſſet etiam pro parte Communitatis adduci præſcriptio triginta annorum, quoniam qui debet ſoluere in pecunia maioris æſtimationis, ſi ſoluat pecuniam minoris æſtimationis per tẽpus prędictum, tutus eſt præſcriptione, ſi modo ſoluit bona fide, & recipiens putauit ſibi plus non deberi, de quo tamen poſteriori annexo, infra latius. Si placet, vide ibidem auctoritates plures pro hac facientes.

31 Hæc eadem in † Reformatione Illuſtriſsimi Principis Iuliacenſ Cliu. & Montis, &c. recepta, & approbata video, titul. De annuis reditibus ex aliorum bonis, fol. 104. cap. 107. Vbi poſtquam communem noſtram de tempore contractus ſententiam, eò ſemper reſpiciendum eſſe, ſi non aliter conuentum præmiſit, textus habet. Niſi emptor, & creditor annui redditus vltra 30. annos in moneta vſuali, & currẽte ſolutionem agnouerint, & receperint. Ijs enim duob. caſibus dictus emptor, & creditor currentem, & vſualem monetam recipere, eademque contentus eſſe tenetur.

Hanc quoque approbat Menoch. conſ. ſuorum 49. nu. 20. vbi ex mente Aretini, hanc ſententiam confirmari ex eo ait, quod hæc dicitur quædam interpretatio rei dubiæ, quæ a ſecuta obſeruantia prouenit, & quæ quidem obſeruantia præſcriptione omninò perfecta nõ indiget, quod nota. Socin. cõſil. 145. libr. 1. Cravet. conſil. 101. num. 4. & conſ. 18. nume. 2. & conſ. 211. in fine.

32 Quid autem ſi non † vniformiter ſemper, ſeu ad vnum, eũdemque modum ſolutiones ſint factæ, an nè perinde præſcriptioni 30. & 40. annorum locus erit? Et ſi fuerit, cuius tẽporis

ratio, quoad solutiones diuersimodè factas habebitur? Exẽpli causa, Thallerus, quem vocant Ioachimicum, inuenitur in obligatione, & per 30. annos, nunc per 40. nunc 50. nunc 60. item 70. & vltra albos, vt ea inconstantia lyppis, & tonsoribus est nota, diuersimodè solutiones sunt factæ, quo pacto hac varietate solutionum mediante, in posterum solutiones fient? Hostien. in summa, de decim. in §. ex quibus, col. 1. verſ. quod si moneta, & Bertran. cons. 261. in fi. verſ. & illud nõ hẽt dubium, in antiq. vol. 1. Præscriptionem in ista difformitate solutionũ non admittunt, sed secundũ istum valorem, habito ad tempus contractus respectu, easdẽ fieri debere autumant, alij vero de moneta, quæ plus valuit, intra tẽpus præscriptionis vrgent, & ad illam debitorem obligatum esse contendũt, per Signor. in gloſſ. præmiſſa 74. col. vlt.

Ego verò, vt qui in his omnibus in nullius magiſtri verba iurauí, licet a communi ægrius euellar, eorum sequor sententiam, qui volunt præscriptum esse, & vniformitatem subesse in eo, quod semper solutiones fint factæ secundũ tempus nõ
33 contractus, † sed solutionis, prout tunc semper valuit nũmus fuitque communiter expositus. Et sic præscriptum erit, Brunonem tenere, vt possit, & debeat solui moneta, secundum vsualem monetam, tempore faciendarum solutionum, & secundũ valorem monetarum eo tempore, sic soluendum in futurũ, quasi ita foret conuentum, vel dispositum, per Corn. consil. 181. num. 173. verſic. 2. dicti rei, & colu. fin. verſ. nec obstat, quod dicit Hostien. vbi d. clarat vol. 2. per Ioan. Anto. & Alexan. in cons. 17. col. fin. verſ. solum ergò, & cons. 75. col. 1. verſi. & præcedit dicta conclusio. Hæc reuera præclara sunt, & non passim obuia, ideoque diligenter notanda.

Ponit Bart. doctrinæ prædictæ de præscriptione fallẽtiam vnam notabilem non dissimilem isti, de qua paulo ante, quo-
34 ad protestationem, est dictum. Videlicet, † si creditor scies sibi debitorẽ in plus, vel in præstantiorem monetam obligatũ, pensionem recipiat, per hoc præscriptionem nihil contra eũ operari, ad l. si prius, ff. de aqua plu. arcend. quæ Bar. opinio merito est reijcienda. Si enim contra ignorãtem talis præscriptio locum habet, vti, & ipse sentit, multo pòtius, magis ſcõtra scientem operabitur, quod non prosequor latius, cũ Do-
35 &or. contra Bar. sentiant † communiter. Vide cons. prẽallega.

Papien.

Papiens.& Schurff.conſ.10.vbi inquit,Ex his patet,quod Bar. iſto caſu,ſalua ſua pace, malè diſtinguit, an ſcilicet creditor receperit minorem monetam ſciens, vel ignorans, quia iſta deciſio eſt præcisè contra textum alleg.c olim,& ita dicit Io. de Imol.ad d.l ſi prius,vbi expreſſe quoque reprobat illud dictum Bar.Vide Balb.d.q.7.ibi,puto tamen Curt.Iun.in conſi. 34.col.fin.verſ.nec obſtat.

36 Eſt autem caſus notabilis † annuorum redituum,in quo præſcriptio minus procedit,videlicet in l.comperit C de præſcr. 30.vel 50.annorum,in qua l. dicitur annum cenſum præſcribi non poſſe,cuius ſolutio talis eſt, legem iſtam procedere in cenſu debito, in ſignum recognitionis dominij, & ſuperioritatis,Balb.in fin.d.quæſt.7 & ſeq. & 1.q.2.par.5.in prin. Panorm.ad cap.audientiam,col.vlt.de præſcrip. in conſ.colleg. Papienſ.num.3,in fin.& num.11.

Sequitur ex præmiſsis illatio hæc optimè concludens.Vt ſi dubium ſit,de qua moneta ſenſerint contrahentes,tunc ſufficere præſcriptionem longi temporis decem annorum:ſi verò ſit certa aliqua ſpecies nominata,aut alias notorium, qua-

37 lis pecunia fuerit expoſita,& in obligationem deducta, † eo caſu requiri præſcriptionem 30.annorum,& 40. iuxta modũ præſcriptum. Cui placet, conſulat hac de re præter allegat. D.Doct.Gabr.in commun opin.tit de ſolut.& liber. Concluſ. 1.num.25.Felin.in cap.cum Bertoldus,in 11.col.extr.de re iudic.& Are.in d.conſ.111.incip.cõſiderari. Signor.de Homod. Alexan.in conſ.17.colum.fin.verſ.ſolum ergo.Socin.conſ.50. num 9.lib.4 Rub.conſ.75.num.2.

In hac præſcriptione redituum,etiam ibi,vbi de modo, &

38 qualitate ſoluendæ pecuniæ, † non eſt ignorandum, bonam fidem ſemper requiri,ſine qua præſcriptio nullatenus procedit,ſecundum magis communem & veriorem Doctor.ſentẽtiam.Natta conſ.192.Balb.d.quæſt.7.ex ſententia Hoſt. Ioã. Andr.Butrig.& aliorum Doct.ad c.vigilanti, & final. extr.de præſcript. & cap.poſſeſſor,de regul iuris,in 6.Brun.d.limit.4. & in conſ.Papienſ.num.4.Mynſing.4.Obſer.6.Omnis,inquit, de iure ciuili præſcriptio 30.annorum cum mala fide procedit,tamen communis Doctorum eſt theorica,quod omnes ll. ciuiles, quæ dicunt præſcriptionem in certis caſibus non requirere bonam fidem,per ius Canonicũ ſunt correctę,ac ſub-

latæ: atque illud ſequi tenemur. Cum in præſcriptione tri-
ſetur de peccato, d.c.fin. idem Mynſ. conſ. 97. & conſ. 48.
39 Sunt qui diſtinguunt inter perſonales, & reales, † actiones.
In illis præſcriptionem cum mala fide procedere, in his verò
neutiquam valere contendentes, per Hoſt. in ſua aurea ſum-
ma tit. de præſcr. rerũ immob. in §. quę res præſcribi poſſunt,
& Bart. in l. ſequitur. §. fi viam. ff. de vſuc. quod mordicus de-
40 fendit Vveſ. conſ. 14. nu. 46. falſiſsimum † arguẽs, quod Doct.
in præſcript. 30. annorũ, de bona fide communiſcuntur, cum il
la non pendeat a bona fide poſſeſſoris, vt qui nihil poſſideat,
ſed cuius ius a creditore poſsidetur, per l. 2. in gloſſ. fin. C. de
cond. ex leg. cumquè ob ſolam negligentiã non petentis hæc
præſcriptio ſit introducta, per auctoritates plures, quas habet
ibid. Vveſ. & conſ. 5. de præſc. nu. 31. & cõſequenter. Vbi quod
in terris Imperij ius ciuile obſeruetur, quod ſuperuenientem
malam fidem non excludit. per Guid. Pap. q. 199. deciſ. Thol.
74. & latius ibidem. Item Vveſ. conſ. 8. de rerum Eccleſ. luit.
nu. 15. Schurff. 3. conſ. 20.

Sed Matthæſil. ſing. 23. Nota, ait, quod omnes ſt. & omnia
ſtatuta, quæ permittunt præſcriptiones cum mala fide, cõtra
41 reales, & perſonales, vel mixtas actiones, non valent ipſo iu-
re, quia ſunt contra ius commune, † & nutriunt peccatũ. Vbi
copioſiſsimè hoc proſequitur pro, & contra, Gab. Sayr. in an-
notat. rub. & Did. Couar. in Relect. ad c. poſſeſſor malæ fidei,
de reg. iur. in 6. §. 11. num 3. & 4. qui tandem in hæc verba ſuã
interponit ſententiam.

Quapropter illud opinor certiſsimum eſſe, & ita quidem
in praxi ſeruandum fore in vtroque foro, quod nulla præſcri-
ptio, nec in realibus, nec in perſonalibus cum mala fide ad-
mittatur, cuius ego auctoritati ſubſcribo, per Balb. de præſcr.
2. par. 4. princ. quæſt. 2. num. 2. Alexan. conſil. 99. num. 5. volu.
4. Capolla de ſeruit. ruſt. præd. c. 24. num. 7. Crauet. de antiqu.
tempor. par. 4. §. abſolutis, num. 30. pro quibus vide Vveſenb.
allegat. conſ. 5. num. 22 hanc quoque cõmunem pronuncian-
tem Et omninò Anton. Gabr. Roman. lib. 5. de præſcript. con-
cluſ. 3. vbi inquit. Innumeri ſunt Doct. qui tenent iſtam opi-
nionem, vt etiã in actionibus perſonalibus (attenta iuris Ca-
nonici diſpoſitione, per quam malę fidei poſſeſſor nullo tem-
pore præſcribit, d.c. fin.) bona fides requiratur, & aliter non

procedat præſcriptio, apud quem Gabr. habes auctoritates pro, & contra vſque ad ſatietatem. Adde Tiber. Decia. alleg. reſpon. 2. vol. 1. nu. 190. & ſeq. in longum.

42 Bona † autem fides ex longiſsima temporis præſcriptione tandiu præſumitur, donec contrarium probetur. per gloſ. ad d.c. fin. & c. ſi diligenti. Bart. in l. Celſus. ff. de vſuc. & in l. fin. vnde vi. C. & Bald. in l. pen. C. de lon. temp. præſcrip. & in l. qui contra, C. de inceſt. nup. l. pen. C. de euict. gloſſ. in verbo bona fides, inſtit. de vſuc. Alc. de præſumpt. Reg. 3. præſ. Dida. Couar. de ſponſ. 2 par. c. 8. §. 1. num. 4. Curt. Sen. conſil. 71. & conſ. 82. colum. 4. Curt. Iun. conſ. 28. colum. 2. Aym. Crau. de antiq. temp. 4. part. num. 17. §. Materia iſta. Viuius in comm. opin. 276. & Menoch. de arb. iudic. Caſ. 43. intitulatur. *Quando ex temporis diuturnitate bona fides præſumatur.* Et Rem. recup. poſſ. 13. num. 70. atque hanc communem refert. Ripa in c. ſuſtrina, nu. 99. de cauſa poſſ. & propr. Iaſon in §. ſed iſtæ, num. 99. Inſt. de action. Alexand. conſ. 200. viſo, num. 21. lib. 2. Vveſemb. cõſil. 2. numer. 86. & conſil. 4. num. 85. Deciſ. Neapol. 40. num. 2. Quidam conſil. 20. Balb. latè in 3. part. princ. & 2. 4 princ. q. 1. & ad repetitionem, l. Celſus, par. 3. ſtatim ab initio. Andr. de Iſern. ſing. 6. Matth. Afil. ſing. 12. nu. 12. Tib. Deci. reſp. 108. vol. 3. nu. 11. & reſp. 13. vol. 2. num. 78. vbi infert, quod bona fides præſumatur, ex quacunque leui, & colorata cauſa, in præſcr. videl. 30. & 40. anno. per glo. not. ſecun. Bal. in l. 1. C. ne de cauſa ſtatus. & Alex. in conſ. 16. in cauſa, colum. 6. conſil. 110. viſis colum. vltim. in fin. 1. volum. vide plura apud Decian. in loc. præcitat.

43 † Quo pacto creditor ob ſolutiones longo tempore factas debitorem in poſterum ſibi obliget.

Hactenus quo pacto debitori ſuccurratur, qui per longum vel longiſsimum tempus annuas præſtationes in alia moneta, quam de qua conuentum erat, ſiue etiam vbi dubitabatur de qualitate monetæ, ſecundum valorem currentem, & ſic leuiorem, ac debiliorem, ſolutiones fecit, ita vt in poſterum non vlterius, cauſamvè duriorem teneatur, eſt expoſitũ. Ad quam pertinet, & hæc elegans quæſtio ad multa conducibilis, quam breuibus verbis ſaltem remiſsiuè expediam. Soluit Titius 10. 30. aut 40. annos Mæuio annuam penſionem aliquam, forte centum florenos, aut aliquot modios frumẽti.

Quæritur an nè propter diutinam solutionem factam reci-
piens creditor contra soluentem, attenta faltem præscriptio-
ne illa solutionis factæ, in posterum efficaciter agere possit,
vt perpetuo sibi ad cētum florenorum, seu vt ad modiorum
solutionem sit obligatus.

Et dicendum quod etsi annuæ præstationes etiam confor-
44 mes, aut aliqua pecuniæ summa, longo † tempore singulis
annis sit præstita, non tamen soluentem in futurum obliga-
re valebunt: nisi specificè allegatum, & probatum fuerit, istas
præstationes factas esse causa aliqua certa, & specificata, ita-
que intentio exactoris non tam super cursu temporis, quam
expressione, & comprobatione alicuius iustæ, & idoneæ cau-
sæ debet esse fundata, ac radicata, l. ad probationem. C. loc. l.
neque naturalis. C. de probat. l. penult. ff. de his, quę su. vel alie.
iur. sunt.

45 † Hinc subditi, atque vassalli compelli, ac cogi possunt, ad
soluendum, & præstandum dominis suis ea, quæ longo tem-
pore, & ex certa aliqua, ac legitima causa præstare consueue
runt, quamuis aliter de eius veritate neutiquam probetur,
per Alexan. consil. 124. lib. 4. Quare ex sententia Bart. ad di-
ctam l. cum de in rem verso, & Costal. ibidem. Cum rusticus
soluit singulis annis par caponum; & nulla causa in promptu
est, nemo dixerit teneri eum futuro tempore ad præstatio-
nem, at cum causa adfertur, eaque ex diutina possessione
probatur, satis obligatio induci credita est, vt text. leg.
præment.

Quod ipsum Couarru. 2. part. Relect. §. 4. ad cap. possessor
malæ fidei distinguendo accuratius prosequitur, habetq; hu-
ius propositionis, & regulæ conclusiones tres, quarum 1. est
46 ista. Annua, & vniformis præstatio cuiuslibet reditus facta
ex causa expressa decem annis cōtinuis, inducit præsumptio-
nem veræ causæ, & tituli.

47 Secunda † conclusio habet ita. Annua præstatio iure, & ra
tione reditus perpetui continuis 30. annis facta, non tantum
inducit tituli præsumptionem, sed veram reditus perpetui
48 acquisitionem per præscriptionem. † Cursus enim tempo-
ris maioris supplet tituli defectum. per text. in capit. sancto,
16. quæst. 3. l. sicut, l. cum notissimi, C. de præscript. trigin-
ta, vel quadraginta ann. §. potest, Panormitan. ad cap. illud
ad fi-

ad finem, secund. colum. versicul. præterea dubitatur, de præscriptio.

49 Tertia † conclusio est, Annua præstatio vniformis, & contingens per tempus, cuius initium memoriam hominis excedit, titulum iustum, & sufficientem inducit, etiamsi præstationes non fuerint factæ ex causa illa, quam præscribens allegat. Immo nullius causæ specialis allegatio est necessaria.

50 Hæc † enim est vis immemorialis præscriptionis, vt in his quæ absque titulo acquiri tempore non possunt, immemoriali præscriptione acquirantur, quę, & tunc requiritur, quando iuris cõmunis, grauis, & ingens præsumptio contra præscribentem militat. Couarru. ad dictum cap. possessor. §. 4. & Gallus quæst 20. de vsur. & in consil. Parisiens. titul. 1. §. 7. numer. 21. Guid. Pap. quæst. 407. & 408. Balb. de præscript. alleg. quæst. 10 2. par. 3. in princip. Doctor. ad l. cum de in rem verso. de vsur. Cui placet videat Auctores infinitos apud præmẽtionatos scriptores hac de re, & de tempore immemoriali, & quantum præscriptio, siue consuetudo istius temporis spacio munita valeat. Anton. Gabr. Roman. lib. 5. de præscrip. tit. concluf. 1. fusissimè illa tractantem.

His obiter addo in casu quodam huc pertinente Doctor. conclusionem, videlicet si quis annuam, vel semestrem, vel

51 menstruam † quocunque modo pensionem debeat, & si tres ante solutiones, suis statis temporibus cont inuatis, soluisse probauerit, præsumendum fore, eundem omnes ante actas pẽsiones exoluisse. per l. quicunque, C. de apoch publ. lib. 10. & ibidem Bartol. qui illum textum admodum mirabilem dicit. Item per gloss. in l. 2. C. de iur. emphyt. & ibidem Gulielm. Cyn. Bartol. Bald. & Alberic. Alciat. in l. si certis annis, C. de pact. in verbo annis. Crem. sing. 79. Duen. regul. 54. Guiel. in cap. Raynutius, & verbis. Absque libris, in 2. num. 165. cum. sequent. Eman. Soar. Rec. sent. in verbo pensionem. Petr. de Rauen. sing. 219. & 22. & omninõ Ioan. Ant. Trig. singul. fin. 125.

THEMA Cap. XXV.

Debitum contractum aliquot Thallerorum Colonienſis pagamenti, boni argenti, & iuſti ponderis.

SVMMARIA.

1 *Caſus. ſeu facti ſpecies præfiguratur.*
2 *Contractus tempus, ſi valor intrinſecus mutetur inſpicitur.*
3 *Speciei obligatio ſolutionem requirit in ſpecie.*
4 *Verba, aurei in auro, quid velint.*
5 *Generis obligationem hic auctor vult ſubintelligendam.*
6 *Thalleri communiter pro 52. alb. aut triginta ſtupher. accipiuntur.*
7 *Verba Colonienſis ſolutio explicantur.*
8 *Vſus loquendi ſemper attendendus.*
9 *Verba non debent cenſeri otiosè appoſita.*
10 *Monetæ currentis verba ſolutionis tempus deſignant.*
11 *Thallerorum percuſſura quondam fuit impermiſſa.*
12 *Item quando fuerunt admiſſi thalleri Imperiales.*
13 *Mens contrahentium ſemper debet attendi.*
14 *Teſtatoris mentem lex, & Iudex, ſicut venator leporem, ſequuntur.*
15 *Creditori rectè fit ſolutio per 52. alb. currentes.*
16 *In dubio de minimis fit interpretatio.*

CAPVT XXV.

DIlacet hic quæſtionem quandam, eo quo hæc ſcriberem tempore mihi propoſitam, ἀναλυτικῶς, diſcutere, de qua nonnulla diximus quoque ſupra cap. 23. In obligationem literis circa principium
1 anni 1550. erectis ita † ſcriptum reperiebatur. Hoc eſt debẽtur mihi decem thalleri Colonienſis pagamenti, boni argenti, & iuſti ponderis, annui reditus. Tum etiam in fine literarum, vbi de reluitione talis annui reditus fit mentio, ita habebatur, prædictorum 200. thalicum 200. thalleris ſimilibus boni argenti, & iuſti ponderis, & vſualis ſumma capitalis relui poterit.

Hic

Digitized by Google

Hic quæritur, de qua moneta annuus reditus sit soluendus, tunc etiam reluitio facienda? Præsupponendum est, non hic agi de mutatione monetarum intrinseca, tunc † enim absque dubio contractus temporis haberetur ratio, secund. conc. sup. relatam maximã 4.2.c. Verum dicendum hic agi de mutatione valoris extrinseci: Pone enim thalleros Imperiales vel similes, contractus tempore anno præmisso. 50. octo, vel nouẽ nummorum, marcas Colonienses valuisse, qui nunc, forte pro 10.11.aut 12. exponatur, & recipiantur, cuius mã variatio talis periculo, & sic commodo vel incommodo augmentum illud cedet, debitori sine an vero creditoris?

Videtur prima fronte omnino ex ipsis verbis, obligationũ literis incertis apparere, quod † sit obligatio speciei, & nõ generis, arq; ita soluendos esse thalleros, vel Imperiales, vel talles, quales tunc temporis currebãt, scilicet, vel Ioachimos, vel Saxonicos, Brandeburgicos, aut similes: aut saltem eorundem æstimationem, quæ contractus tempore frequentabatur red. dendam. Quo faciunt illa verba in obligatione, Ita & in fundamento Bonj argenti, & ponderosi, & floreni, per ea literis expresse adhibita, Boni argenti, & ponderosi, addantur, per ea verba Boli, aureoq; in auro determinat Minsing. ex iuris fundamento in simili, quasi indubitato. 1. obs. 65. Quantumuis enim florenus, non subintelligatur præcise aurei, tamen florenus in auro: sunt enim 15. Batlijs, & hic forte Coloniæ vulgaris 24. alborum, & similes boni aurei, & floreni, per ea verba Boni argenti, & ponderosi, addantur omnis dubitationis scrupulus amotus, & accipiendos esse aureos in auro: vt ibidem decidit, nec ab eo dissentit Mynsing. ex iuris fundamento in simili, & in literis inserta hæc, Coloniensis pagamenti, non obstante quod in literis inserta hæc, Coloniensis pagamenti, non obstante quod moneta subintelligi, † quam ea quæ tempore contractus frequentabatur. Facit, quod nisi specialiter frequentabatur ingens damnum sentire, creditor videretur creditor ingens damnum sentire, cogeretur enim si verba trinsecum valorem acceptare. Quod nimis foret iuxta quæ nimis exorbitantem, & iniquum.

His tamen aut quibuscunq; alijs non obstantibus, dico nostram villa cunctatione in proposita facti specie, dico non esse dicendum ciscam quam † generalem obligationem subesse, sed generalem obligationem debere, quod hic ad solutionis tempus respicere debere, quod

deductione eorum quæ ſequuntur perfectius patebit.

Notorium enim ex multis ſit retro annis vti adhuc hodie, thallerorum verbum nō tam ad ſpeciem aliquam reſtrictiuè ſemper, directum, ſed vt plurimum, & quidē frequētiſsime ꝑ
6 genere ideoq; † in his partib. pro 52. alb. apud Burgundos, & Germanos inferiores pro 30. ſtupheris, vti florenus Brabantinus, inter mercatores noſtros vſitatiſsimus, pro ſtupheris, in Superiori Germania, pro 17. Batlijs, vſurpatū fuiſſe, Hoc ipſum, primo ēt ſequi vr̄ ex verbis ſubſequentibus cum moneta vſuali, & currente, pagament. per illa enim regulariter ſubin-
7 telligimus monetam omnem, maxime vero etiam † minorem quamlibet, vſualem tamen probam atque approbatam à verbo pagare, & pagador quod ſoluere ſignificat.

Quæ etiam contrahentium intentio admodum iuuatur p adiectionem verborū iſtorū in fine obligationis poſitorum. cum currente, & vſuali moneta, quæ commodè, & abſque violentia ad obligationē ſpeciei referri nō poſſunt. Et ſic modus
8 vſuſq; loquendi † hanc intentionē ſatis ſuperq; approbare vr̄: qui ante omnia, & tam in p̄ctibus quā vltimis volūtatibus eſt attendendus. per l. Labeo. ff. de ſupell. leg. c. ad audientiā, & ib. gl. in verbo intelligeremus, extr. de decim. c. ex literis, 7. extr. de ſponſ. & matrim. l. liberorum. §. libris, & ibid. gl. marg. & §.
9 ſeq. quod tamē. ff. de leg. 3. pro quo † valde faciunt verba Baldi in l. leg. 12. tabularum ad fi. C. de leg. hære. in his, ait, vocabulis quæ non ſunt ita proprie latina maxime attenditur cōmunis vſus loquendi, & groſſus. Adde Cyn. in l. ſi cū antea, C. de don. an nupt. & Alex. conſ. 2. nu. 17. verſ. vide in propoſito, 1. vol. & per Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. hoc quoq; ff. de verb. ob. Hoc ſi non, & hic diceremus, tunc verba permiſſa, cum currente, & vſuali moneta, omnino forent ſuperflua, contra l. ſtipulatus, ff. de vſur. & c. ſi Papa, de priuil. in 6. cum ſimilib.
10 Eodem † modo verba illā, Monetæ currentis ſimpliciter ꝑlata, ſupra ſumus interpretati cap. 13. vt ſi referantur ad tractum in futurum ſolutionis fiendæ, tunc ſecundum monetam vſualem ſolutionem fieri poſſe. Cum igitur ex propoſito caſu, & obligationum literis nihil aliud inferri poſsit, quam quod quotannis in futurum, ſecundùm currentem vſualem (in pondere tamen, & liga monetam probam) ſolutio, & liberatio fieri poſsit, nec debitor vlterius de iure aggrauari

aut

Digitized by Google

aut molestari debeat: manet decisio huius quæstionis secundum modum præmissum, certa ac indubitata. Vide Menoch. & quos allegat cons.49.nu.43.& Guid.Pap.quæst.493.

Et si rem ipsam paulo attentius atque diligentius examinare atque indagare velimus, ex ipsis Imperij Ordinat. constat, 11 ſ quod prędicto tempore anno 1550.etsi quidem nummi tales percussi fuerint, licet pauciores, qui thallerorum appellatione, siue Ioachimicorum à Valle Ioachimica, siue Saxonicorum, aut Brandeburgicorum, vocabantur, tamen imperfecta, & vetita fuit eorū percussura, & ne vlterius cuderent, sub graui postea pœna prohibitum. Postea nihilominus, & tandem quidem post longas disputationes, & difficultates in quoque sortes, vt cum reliquis in Ordina. de anno 1559.& §.& vlterius de anno 1566. tit. iusmodi 12 dictis prȩhabitas atque interpositas, anno 1566. Dixi ficatis, cuderentur, Imperij Status ordinauerunt. Hæc habentur in §.præterea ordinamus. Ordin. de anno 1551. & §.post hæc. Ordin. de anno 1559.& §.& vlterius de anno 1566. Dixi quædam de his thalleris, lib.priori, cap.18.

Ex his bene sequitur, contrahentes de aliqua obligatione speciei impermissæ non contraxisse nec sensisse, ac proinde 13 & † intentio semper, & ante omnia debet attendi. Ac ponderari. Lin conuentionalibus, in fin. C. quæ res pign. obli. non poss l.promittendo.ff.de verbor.obligat. Schruff. cons.12.& conſ.64.num.4.& l.si quis filium.C.de liber.præter. Vele exher. Boer.decis.327. Hinc Bal.adimodum eleganter ait in l.quidā, 14 in fin.C.de ſerv.necess.har.instit. † Quod lex, & ratio ex pedetentim vadunt post mentem testatoris, sicut verba incompositam Cot.in Memorabil.in verb.testator. Et sic argumentum post-colum. inualidum, & mancum corruit. Quod ad alterum, de obligatione speciei priùs quidem dictum est, quod creditoris causari non possit, & recipere debuit, satisq; est, & iuſſicit ei quam recusare non potest, per l.2.C.de veter.numi.

Google

libr. 11, Facit nostra concluſ. 2. Maxima, capit. 2. posita.

Eſt præterea iuri, ac æquitati conforme (vt ſuperpondij lo-
16 co hoc addam) in † dubijs de minimis, aut mediocribus ſal-
tem nummis ſolutionem fieri poſſe, l. ſemper, & l. ſemper in
ſtipulationibus, in fin. ff. de regul. iur. l. nummis. cum ibi notat.
ff. de lega. 3. & c. ex parte, extr. de cenſ. Ita hoc quoque caſu di-
cendum eſt de thalleris vſualibus alborum communiter cur-
rentium 52. ſolutionem, tam quoad annuum reditum, quàm
quoad reluitionem eiuſdem, niſi aliter ex mente contrahen-
tium conſtiterit, fieri debere. Cui ſententiæ tanquam verita-
ti, & æquitati conſentaneæ (aliorum concepta in contrariũ
fortè opinione, arreſtiſque deſuper factis non obſtantibus)
ego imperterritus ſubſcribo.

THEMA. Cap. XXVI.

De mora, & quo pacto illa moroſo ſit nociua.

SVMMARIA.

1 *Mora moroſo ſemper eſt nociua.*
2 *Moræ probatio cui incumbat.*
3 *Moram tam creditor, quàm debitor committit.*
4 *Mora quo pacto definiatur.*
5 *Mora facit rem æſtimari quanti plurimi.*
6 *Moram quo pacto creditor committat.*
7 *Mora nociua etiam in nummis minutioribus.*
8 *Moræ periculum indiſtinctè moroſum reſpicit.*
9 *Intereſſe duplex, damni emergentis, & lucri ceſſantis.*
10 *Moroſus ad intrinſecum, non extrinſecum intereſſe tenetur.*
11 *Intereſſe lucri ceſſantis etiam in delictis conſideravi.*
12 *Intereſſe lucri ceſſantis in contractibus ſtricti iuris attenditur.*
13 *Intereſſe damni in bon. fid. contractibus locum habet.*
14 *Intereſſe vtrunque ſolitus mercari poteſt exigere.*
15 *Iudex ex officio mercatori vtrunque intereſſe adiudicabit.*
16 *Intereſſe vtrumque tam iure Ciuili, quàm Canonico peti poſſe.*
17 *Intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis quomodo probetur.*
18 *Mora eſt, vel regularis, vel irregularis.*

19 *Mora*

Digitized by Google

19 Mora fumit ab actis, Ecclesiæ, piæ causæ, libertatis, contrahi-tur.
20 Ipso iure, & sententiam declaratoriam non excludit.
21 Mora per vnicam extraiudicialem interpellationem contrahi-tur.
22 Debitor ex vrbanitate prius admonendus, quàm citandus.
23 Debitorem creditor non prius admonens, in expensas condemna-tur.
24 Interpellatio vnica extraiudicialis moram causat.
25 Interpellationes aliquando plures requiruntur.
26 Dies interpellat pro homine.
27 Moram lapsus vnius diei facit.
28 Interpellatio iudicialis efficacissima.
29 Mora purgatio fit multis de causis.
30 Mora, non obstante iuramento, de iure Canonico potest purgari.
31 Mora in contractibus bonæ fidei, etsi dies sit appositus, purga-tur.
32 Moræ purgatio cessat oppositione per aduersarium facta, facit sententiam valere, quæ aliàs ob defectum mandati esset nulla.
33 Ratihabitio subsequens facit sententiam ob defectum mandati nullam, ratificari non posse.
34 Oppositio per aduersarium facta, facit sententiam ob defectum mandati nullam, ratificari non posse.
35 Confessio facta prætextu erroris, reuocatur, si non per partem ad-uersam fuerit acceptata.

CAPVT XXVI.

VONIAM mora tam in annuis præstationibus, & pensionibus, quàm aliàs in omnibus pariebus, debitis ex quibuscunque causis prouenientibus, plures, & notabiles effectus tam contra creditorem, quàm debitorem produceit. Iccircò placuit mihi in hoc loco quædam de mora etiam subijcere. Atque hanc materiam, per l. quod te. ff. si cert. peta. l. 3. in fin. ff. de actio. emit. regulariter moroso nocere, omnia totius mundi iura concordant. l. si insulam. l. si ex legari causa. ff. de verbor. oblig. l. creditor. ff. de solutio. l. mora. ff. de vsur. l. mora. ff. solut. matrim. quem & de dos per. l. item Labeo, in fin., in verbo, mora, & ibidem

Mora

2 † Moræ autem probatio ei, qui eam allegat, incumbit, vt
in cæteris regulariter. Ita Ioseph. Mascard. de probatio. con-
3 clus. 1070 in verb. mora, per totum. Et † moram committere
tam dicitur creditor, quam debitor, per Salic. ind. sequel. mo-
ra. ff. sol. mat. Spec. in Sum. Roma. Pontifi. cap. 67. §. de mora, in
princ. Mascar. dicto loc.

4 Hinc non inconuenienter Doctores nostri moram hoc pa-
cto describunt, vt sit debiti soluendi, vel crediti recipiendi à
iure improbata, & punita dilatio. De qua definitione vide
Corasi. 2. Miscellan. cap. 6. Exemplum in debitore tale consti-
tui potest, Accepit quis mutuo centum florenos Colonienses
monetæ, quas debitor in ipso festo D. Iohannis se velle resti-
tuere recepit. Contingit autem, quòd per menses aliquot
redhibitionem distulerit, valorque medio tempore nummo-
rum in immensum creuerit: hic quæritur, cuiusnam cõmodo
aut incommodo ista augmentatio, debitorisne an verò credi-
toris cedet? Quòd si debito tempore solutio fuerit oblata, iu-
xta augmentum superuentum, habito respectu ad tempus so-
lutionis, debitor soluendo centum florenos liberabitur. Post
5 † moram verò, habebitur ratio eius temporis, quanti plurimi
à tempore moræ pecunia valuerit, & hoc moroso imputabi-
tur, per l. vinum. & ad illam Costal. Zas. & Doctores. iunct. l.
pen. & vlt. ff. de tritic. actio. l. ratio. §. cum per venditorem. ff.
de actio. empt. Boeri. quæst. 327. in fin. per Bar. & Doct. omnes,
ad l. cùm quid, & l. Paulus. ff. de solutio.

6 † Et idem dicendum est de creditore, cui debito loco, &
tempore pecunia debita fuit oblata, & præsentata, qui eam-
dem recipere recusauit; talis mora eidē meritò nocebit. Bru.
exemplum in creditore tale ponit, Si debebam tibi centum
ducatos, eo tempore quo valebat ducatus 4. libras cum dimi-
dio, quos volui soluere, & noluisti eosdem acceptare: post mo
ram commissam, ducatus creuit ad libras 4. & 14. solidos, non
cogor, ait, soluere centũ ducatos propter morã: plus enim sol-
uerem, quàm essem obligatus, & ideò rectè potero 400. soli-
dos de centũ ducatis detrahere. Communiter DD. ad d. l. vi-
nũ. & ad l. numis, ff. de in lit. iur. Brun. lim. 1. per Bar. Ang. Imm.
Cuma. Paul. de Cast. & reliquos, ad d. l. Paulus, & ad c. quanto,
ext. de iureiur. Laud. de monet. num. 21. Franc. Curt. statim ab
initio, de monet. nu. 6. & Brun. declara. 2. num. 2. & 4. & num. 7.

& part.

& part.6.num.4. Paris. quæst.97. nu.349. Didac. Couar.cap.7.
& S.vnic.de mut. monet.

7 † Atque hic ego moram committi contra Bart. fretus au-
toritate præmissorum Doctorum, affirmo, idque tam in mi-
nutioribus, quàm grossis nummis: vti etiam memini supra c.
15.Bartol. etiam ad d.l Paulus, & l. si stipulatus fuit opinione, licèt hoc pacto: Aut loqui-
melle.ff.de solut.in mirabili fuit decem in
in d.l.Curtius.Distinguendo videlicet eum sequatur
mur in moneta grossa, quæ per aliam minutiorem recipit
æstimationem, & tunc morosus debitor tenetur creditori sa-
tisfacere: aut est nobis sermo de minutioribus monetis, quia
per aliam monetam æstimari nequeunt: ideircò debitor
etiam morosus ad æstimationem non tenebitur. Semper tunc
ait, periculum est creditoris.

Sed quia communiter in praxi Bart. sententia non recipi-
8 tur, attestante eodem Curtio, & alijs, igitur periculum moræ
vtrobique † pertinebit, & semper ad ipsum morosum. Iacob.
Menoch.de arbitrar.iudicum, casu 220 Neque hoc solum, ve-
9 rùm etiam facit, vt propter moram interesse non ratiõ locum
habeat, † quod ipsum duplex à Doctoribus reputatur, vnum
videlicet damni emergentis, alterum lucri cessantis, hinc ex-
trinsecum vocant. Parisien.proxim.num. & intrinsecum, illud intrinsecum, vnum
remotum dicit, numer.de vsur.29.per Barto.in l.vnic. nume-
ro octauo, & nono, Bald.num.6.& Salicet.6.C.de sentent. quę
pro eo, quod inter.profer.Ferrar.in pract. de form.libell. Pro
ad quòdnam interesse morosus teneatur.
10 Et d.loc.Bart.ad l.Paul.a col post multa concludit, † mo-
sum omninò teneri, qua enus in damno, non etiam lucro ce-
fillit id quod interest, per apertum tex.l.si steril.s.§. cùm fe-
venditorem.ff.de acti empt. Vtilitas emptoris, inquit, in re
mationem venit, quæ modò circa ipsam rem consistit, non ve-
tum lucrari potuit, &c. Cui consonat tex.l.fi.ff.de per. & co
rei vend.Vbi Hermogen. ita dicit. Venditori si emptor in pre
solvendo mora fecerit, vsuras duntaxat præstabit, non omne
quod venditor mora non facta consequi potuit, satisfiet
fiat or fuerit, & pretio ex mercibus soluto plus quã vsuras
potuit. Atq; in istam sententiã, quoad interesse dampni emer
tis, omnes inclinare videntur. Quid igitur de co interesse
tuendum

Digitized by Google

tuendum erit, quod extra rem, Parisien. vt suprà, remotum dicitur? Scribentes in eo non per omnia conueniunt.

11 In delictis obtinuit celebriori quidem calculo, † vtilitatẽ extra rem in reputationem venire, etiam si duplum excedat, l.vnde Neratius § ait.& l.pen.ff.ad leg.Aquil.l.tenetur.§.sed si vas, & l.Iulianus in princip. ff de act.empt. Quare contra furem, aut alium delinquentem cuiusuis lucri ratio habebitur, l.proinde. ff.ad leg.Aquil.l.vlt. ff.de cond.furt. Quam probat Alcia.ad d.l.vnic.de sent.quæ pro eo qui inter.prof.

12 † Præterea hoc ipsum placuit in contractibus stricti iuris, qui natura sua arbitrarij fieri solent, per l.sed etsi hæreditas, ff.ad exhib.l.2.§.nunc de officio.ff.de eo quod cert. loc. Quod prosequitur Cost. ad l nummis.ff.de in lit.iur.& ad d §.cũ per venditorem. Quidam Recentior.de vsur.nu.82.And.Gail.lib. 2.pract.Obser.6.Regulariter,ait,in actione bonæfidei actorẽ

13 † à tempore moræ, interesse damni emergentis semper, non verò lucri cessantis petere posse: illudq; in Cam.Imp. obseruari, pro eademq;sententia iudicatũ esse affirmat. Subiungẽs

14 notabilem,& communiter à Doct.receptam fallentiam,† videlicet, si fuerit ille Mercator, & non solùm lucrari solitus, verùm etiam si probauerit, quòd tales merces præ manibus habuerit, quibus emptis tantum superlucratus fuisset verisimiliter, quod propter tale impedimentum moræ facere non

15 potuit.Illis præuijs scilicet articulatis, & probatis, † Iudicis officium erit, tam lucri cessantis, quàm damni emergentis, rationem habendam. per text.d.l.2.§ fin.de eo quod cert.loc. Quid,inquit,si merces solebat comparere,& an lucri ratio habeatur? Resp.Non solius damni pu.o, sed & lucri habendam rationem, addde gl..bid.in verb.lucri.& text.l.si commissa.ff. rem rat.hab.Alex.conf.141.col.2.in fin.versic.fortius videtur, vol.5.& conf.52 col.2.vers.& si videtur,vol.6.& conf.121.col. fin.vers.expeditum est. Vbi hanc communem refert.

Pro hac sententia mille auctores citantem, vide Gabrielium lib.3.de solu.& libr.conclu.10.& Bartol.in d.l.vnic.num. 15.versi.si verò consueuit.C.de sentent.quæ pro eo quod int. profer.& in l.nummis,circa fin.ff.de in lit.iur.& Zas.ad illam, num.11.Menoch.de arbitr.iudic.casu 119. Nattam conf.370, Soci.reg.3.fallent.31.& 33.cum ibi alleg. Coras.in Miscellan. lib.3.cap.13.nu.6.Vbi præmissam legem final. de per.& com.

rei

rel ven.breuiter explicat.Grammat.decis.Neapolita.103.nume.93.& sequen. Quod, inquit, interesse, etiam si non esset pro batum iudici, Iudex tamen ex suo officio potest illud taxare & arbitrari ex coniecturis, per l. si traditio, & ibidem Barto. ff. de actio emptio & Grammat. decis. 58. num. 8. & 9. Adde Didac. Couar. variar. resolut. 3. cap. 4. vbi l. curabit, de actio. emp. in longum, & egregiè explicat. Omninò verò Carol. quidam de vsur. num. 28. & conseq. ad num. vsque 36. Item Matth. Coler. in tract. de process execut. part. 1. cap. 10. nume. 100. & sequentib. Vbi infert, tam damni emergētis, quàm lucri cessantis interesse, si videlicet illud probatum fuerit, † iudque tam iure Ciuili, quam Pontificio peti, & exigi posse. Plura in hanc rem ibidem sequuntur, † maximè de modo interesse vtriusq; probandi. Cui adiunge super hoc puncto Natt. alleg. consil. 370. incip Articulus. quo Lectorem remittimus.

18 Fit autem mora dupliciter, vt tradunt Dd. † Vel ex re, vel ex persona. Ex re mora, quam irregularem vocant, contrahitur cum lex eam introducit, facitque aliquem esse morosum absque hominis facto, siue diei interpositione, aut interpellatione: & sic iure ipso debitor moram contrahit, quod ipsum abs-

19 aliquando in fauorem † minorennitatis, per Bald. & alios in l. in minorum. ff. quib. ex cauf. in integ. restit. l. Titia Seia. §. vsuras. ff. de legat. 2. Ita aliquando fit fauore Ecclesiæ, & piæ Causæ, per eundem Bald. in authent. hoc amplius. 2. colum. fin. C. de fideicommiss. Pet. de Anchar. in consil. 280. incip. in Christi, &c. circa fi. Et glo. in §. item mixta, super verb. iudicium, circa principi. Institut. de act. & ibid. Iaf. Quam glo. admodum, circa 4. Socin. fallent. regul. 269. fallent. 3. Ioan. de Imol. in repetit. l. 1. §. de vero. ff. folut. matrimon. & glo. in §. fi verò §. de vero. ff. folut. matrimon.

Similiter cōtrahitur aliquando mora fauore libertatis, prout singulariter exclamat Roman. singul. 118. Matth. singu. 44. num. 1. l. cùm verò. §. apparet igitur. ff. de fideicommiss. libert. & glo. in d. l. mora, de vsur. Plures casus recensēt Dom. Menoch. d. 10. cent. 1. Si igitur, vt rem ipsam exemplo declarem, minor sit, vel persona miserabilis, quæ domum fortè Titio vendiderit pro mille aureis, eamque tradiderit statim, & is Titius solutionem pro minori non fecerit, etiam nulla appellatione interueniente, tunc Titius statim in moram incurrisse, eandemque in vsuras & causam duriorem, quoad decrementū, quod fortè in

ſuperuenit,condemnandum fore dicetur, d.l.in minorum.

20 † Quantumuis verò prædicto,& ſimilibus caſibus ipſo iure moram committi dicatur, declaratoria tamen ſententia per illa verba neutiquam excluditur: idq; regulariter ſeruari infert.d.loc.Menoch.Et egregiè Andr.Gail.lib.2.de pac.publ.c. 3 & lib.2.Obſer.51 Grammat.deciſ.15.Omnia,ait,iura mundi diſponentia pro aliquo crimine ipſo iure pœnam imponi, intelligenda ſunt, dummodò ſecuta fuerit ſententia declaratoria. Idem tenet Afflict.ad cap. ſancimus. quo tempo. mil. Schurff.3.conſil.10.& conſil.21.Cacheran. deciſ.29. Vide pro ea innumerabiles auctoritates apud Anton.Gabriel.lib.8.cõcluſio.12.

21 † Alter modus contrahendæ moræ fit per vnicam ſaltem extraiudicialem interpellationem, qua præuia,ſi debitor ſoluere differat,in mora conſtituitur. Atque hæc vocatur regu-

22 laris mora,ſiue Ordinaria.Doct. in d.l. mora. † Eſt autem ciuilitatis, & vrbanitatis,cum pura ſubeſt obligatio, debitorẽ prius admonere, & contracti debiti auiſare, quàm recta via eundem ſtatim in ius vocare, per l.quidã hyberus,& ibi Paul. & Bald.ff.de ſeruit. vrb. præd. ſecundum communem intelle-

23 ctum. Quod niſi creditor fecerit,† à Iudice in expenſas condemnari, poterit Panor.in c.licet Heli,extr.de ſimon.num.13. quod latius proſequitur Coſt.ad d.l.mora.

24 † Quòd autem vnica interpellatio extraiudicialis ſufficiat defendit contra Aemil.Ferret.Corraſium,& alios. d.loc. Menochius,quem laudat Emanu.Soarez recept.ſent.in verb. mora,num.212. Vide gloſſ.in l.qui Romæ.§.cohæredes,in verbo, reſtato & ibid.Bart.Raph.Paul.Caſtr & Alex.latè ff.de verbo. obliga.& glo.in l.fideiuſſor obligari.§.vlt.ff.de fideiuſſo.Petr. Iacob.in titu.de reſtit.in integr.circa med.Bart. Bald.& Ang. in l.cum poſtulaſſem, in prin. ff. de damn.infect. Corn.conſil. 196.incip.licèt in hac, verſicu.videndum eſt, libr.4. Omninò autem Maſcard.præcit.loc nnm. 11.hanc ex ſententia Fely.in c.ex literis.num.8.de conſtitu.communem referentem.Et Tiraquel.lib.2.de retract.§ 4 glo.6.num.39.& Ioan.de Lambert. in tracta de mora,cap.4.tuſius.Cui adde Matth.Coler.de proceſſ.execu.3.par.cap.3. num.3. & Chaſſan.in Conſue.Burgun. in verbo,Suffiſament, num.8. cum ſeqq.

25 † Et pro communi hac ſententia videat lector loca quædã

plures

plures interpellationes requirentia apud Costal. quæ conciliat ipse in §. & nó sufficit, d. l. moræ. Ita enim denunciatione procuratori facta, non per eam constituitur dominus in mora. Cost. in lactione. §. item scriptum. & ad §. renunciasse. ff. pro soc. Multum autem in eo valet arbitrium Iudicis, vt dicit idem Costal. ad finem. §. & non sufficit. Vide Menoch. dicto loco. Et Cæpoll. caut. 342. Cui adiunge Mascard. numer. 12.

26 † Aliquãdo per diei appositionem mora cõtrahitur, tacita ita interpellatione. Et tunc locum habet trita illa & vulgaris Regula, qua dicimus, Quòd dies interpellat pro homine. l. magnam. C. de contrah. & commit. stipulat. l. 2. C. de iure emphyt. l quoties in diem, cum seq. ff. de verb. obligat. c. potuit, extr. locat. gloss in capit. cupientes. §. si verb. compserit, de elect. in 6 & gloss. in Clement quia contigit, in S. vt autem, in verb singulis annis, extr. de religios. domib. Affli et. de cis. 150. num. 18. Et decis. 399. nume. 12. Negusant. in tracta. pignor. & hypothe. part 6. membr. 1. in princip. Cacheran. conf. 48. nu. 6. Boss. consil 84. nume. 1. & 2. volum. 1. Cotta in Memorabil. in verb. mora. Mascard. d. conclus. nu. 19. Et Corn. consil. 77. placet mihi, 1. colum. versic. sed ad hoc, volum. 3.

27 † Et tunc vnius diei lapsus moram facit. Menoch. num. 44. Et Anton. Gabriel. late lib. 3. de solu. & lib. conclus. 9. Hinc Tiber. Decian. respon. 84 volum 2. num. 4. & 5. ita inquit: Vbicunque additus est dies, & is sit lapsus, vt iam mora commissa intelligitur, neque vlla est expectanda interpellatio. d. l. magnam. Quinimò & horæ lapsus indubium. num. moram, per Bald. in l. 1. colum. 1. versic. id occurit dubium. num. ne lice. tert. prouoc. per Decium post alios in l. vinum. num. ff. Si certum peta. Adde And. de Isern. ad tit. quo temp. marginem. mil. feud. ibi, Sancimus, nume. 9. & ibidem per gloss. Quando verò instrumento obligationis dies certa adiecta sit non est, arbitrio discreti Iudicis relinquitur, quale tempus debeat considerari, per gloss. in l. si pro ea. C. mand. & in l. Titius. ff. eodem. Negusant. consil. 56. num 3. & 7. Socin. Lucius. iunior consil. 67. num. 9. vol. 1. Guid. Pap. decis. 132. & Menoch. de arbitrar. iudicum, 2. consil. 12. nume. 4. Adde præcit. 10 Coler.

28 †Per iudicialem demùm interpellationem omninò & quidem

dem pleniſsimè debitor in mora conſtituitur, l. nemo rem ſuã. §. 1. ff. de verbor. obligat. l. homo. ff. de re iudic & Menoch.
29 num. 45. Vbi † plures ſequuntur cauſæ, propter quas moræ purgatio admittitur. adde glo. in c. potuit, in verb. clerici, extr. loc. & cond. & dict. tractat. Iohan. de Lambert. Vide Zaſ. fuſiùs ad d. l. vinum. & Cacheran. deciſ. alleg. 49. & deciſ. 71. Eman. Soarez recept. ſentent. nume. nume. 218. Guid. Pap. q. 497. & quæſt 23. & conſ. 212. Graſſ. in commun. opin. c. 1. lib. 2. Viuium in commu. opin 219.

Qua regula, & conclusione stante videntur obstare verba 4 monetæ currentis, seu vsualis tempore solutionum, quia si non fuisset dictum illud debebat intelligi. Corn. dict. consil. 181.sub numer. 67. & propterea nihil potest operari.l.3. ff.de leg.1.vel tempore solutionis,quia tunc alia non reperiretur. Socyn.iun.consil.145.num.96.volum.1. vel si dixisset tantum 5 de moneta currenti, & vsuali † ideſt tempore contractus. Socin. ibi. operatur etenim debitorem non teneri soluere de moneta antiqua prædicta, sed posse soluere de noua.Abb.in dict.capit.quanto.num.14.de iureiuran.& scribit Oldr.consil. 6 250.num.3. verficu. ad secundum, si statuto † caueatur solutionem fieri posse de certa moneta, illam esse reducendam ad æstimationem antiquæ, quia non fuerit intentionis statuentium augere, vel diminuere obligationem, sed demonstrare qualitatem monetæ soluendæ. sequitur Brun. declar. 17. & part. 18. & limitat. 8. Socin.iun.consil.142.nume.7. volum. 1. comprobat pluribus auctoritatibus. Surd. consil. 120. per totum.

Nec obstat auctoritas Bruni tenentis contrarium in d. de- 7 clar.17.& limi.8.scilicet,quando obligatio † est in genere concepta puta in libris, vel florenis Sabaudiæ, quorum nulla est species ita vocata, vel concepta, quod tunc ne illa verba sint superflua intelligatur de moneta temporis solutionis etiam

etiam viliore, aut debiliore, quia respondet ibi S[illegible]rd.nu.15.
differentiam esse portus verbalem, quam essentialem[illegible]n. Nam
præsupposito quod florenus semper sit 12. grossorum[illegible]m, & li-
bra 20.solidorum, tamen grossi, & solidi non semper[illegible]n per sunt
ciusdem valoris, sed deteriores monetæ. Brun. de mo[illegible]net.in 6.
part. num.6. Surd.d. consil.220. num.195. quia loquitur v[illegible]bi auctoritas
Purpu.in d.l.cum quid. num.195. quia loquitur v[illegible]bi erat con-
uentum solui de moneta deteriorata in bonitate intrinseca, quę ver-
borum adiectio ponit casum extra dubium,
si fuisset moneta deteriorata currenti tempore solutionum, etiam
8 Et quod spectandum sit hoc tempus procedi[illegible]t siue hoc
procedat ex testamento, siue ex contractu, siue quasi, siue ex
iudicis taxatione Panorm. in cap. olim. de censi. Brun. de mo-
net. concul. 1. siue in solemnitate puta si dictum fuit, non va-
leat contractus excedens tantam summam, sine tali solemni-
tate. Bald. in l. illud. C. de sacrosan. eccles. Brun. de monet.
9 dict. concluf 1. sub num. 2. sed in salario † potestatis, cum quo
in ingressu officij contrahitur, videtur id deberi ad ratio-
nem illius temporis, & non statuti. Brun. de monet. conclusio.
septima, numero quinto, idem quod inspiciatur tale tem-
pus contractus in contractu conditionali. Brun. de monet.
concluf. 8.

CASVS XI.

SVMMARIVM.

1 Debitor obligatus ad tot libras, vel florenos, qui non extent, quá-
do soluere possit de moneta currente tempore solutionis, secun-
dum opinionem Bruni.

2 Et quid si promissio fiat in aureis, seu Ducatis quorum certa est
species.

1 VNdecimo præsupposito opinionem Bruni verio-
rem quem sequitur Cauet. consil. 836. num. 8. illa
non procederet si debitor † soluisset pluribus vi-
cibus de moneta currenti tempore solutionum
non habita ratione valoris antiquæ monetæ. Corn. d. consil.
118. Purp.

118. Purpurat. in l. cum quid, numero 171.

Prout etiam dict. 17. Concluſio. Brun. dicit, quæ præſuppoſuit de moneta currente, tempore ſolutionis ſi promiſſio fiat in aureis, ſeu ducatis, quorum certa eſt ſpecies, nam
2 ſi promittantur aurei, † vel ducati de moneta currente tempore ſolutionis poteſt quidem ſolui de viliore, tamen plus dabitur, cum quanto plus vilefcit moneta argentea, tanto magis creſcat aurea. Et dicit facere, l. 2. C. de veter. numiſm. poteſt. libr. 11. atque ita dabitur tanta moneta noua æquivalens ducatum.

CASVS XII.

SVMMARIVM.

1 *Moneta deteriorata in bonitate intrinſeca facto, culpæ, aut cauſa creditoris, ipſi ſolui poteſt, nullo habito reſpectu ad antiquam.*

1 DVodecimo, ſi mutatio bonitatis intrinſecæ deriuaret a facto, culpa, aut cauſa creditoris, verbi gratia in Principe, cuius auctoritate eſſet deteriorata moneta † illi poſſet ſolui de huiuſmodi moneta nullo habito reſpectu ad antiquam. Rub. conſilio 17. in fine, vt dicit colligi ex Zabarel. in Clement. ſi beneficiorum de decim. & argum. l. ſi creditor. ff. de ſolution. ſequitur Gabriel. conſ. 164. num. 6.

CASVS XIII.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitum faciendum in tot libris, ſeu florenis non extantibus, in quibus pecunia fieri poſſit.*

2 *Pecunia vbi in facculo obſignata nō deponitur, ſed numeratur, arguitur mutuum non depoſitum.*

Dcimo-

DEcimoterrio, quæ ſupradictæ ſunt procedunt etiam in depoſito † faciendo in libris florenis, depoſitario ſoluto in tot aureis, vel ſimonetis magnis, quæ dictæ cenſentur in ſoluto ſeu ven- ditæ vt inquit Bartol. in d.l. Paulus ſub num. 10. quia vbi pecunia † numeratur, tunc arguitur in depoſitario ſecus, & domi- nium in depoſitarium transfertur Caſtr. in l. Lucius §. 1. & in l. ſi facculum, ff. depoſiti. Cyn. in l. incendium. C. ſi certum pet. Caſtr. in l. cum quid num. 12. & Dec. nu. 23. ff. ſi cert. pet. ex ph. conſi. 603. num. 39.

CASVS XIIII.

SVMMARIVM

1 *Aurei vel magnæ monetæ numeratæ pro libris ſeu florenis, vt reſtituantur in æſtimatione numeratæ, pactum fieri poteſt.*

2 *Monetis æſtimationem ponere ſolius Principis eſt non contrahen-*

3 *Idque etiam ſi fuiſſent deteriorati.*

1 DEcimoquarto quid ſi dictum ſit quod illæ libræ, ſeu floreni reſtituantur in illis aureis † ducatis, ſeu magnis monetis, & in æſtimatione numerata, ſeu tum recepta, nulli dubium, quin tunc tale pa- ctum ſic obſeruandum. Bartol. in d. & l. Paulus. ſub num. 10. per l. pen. §. ſi mancipia. ff. ſi cert. pet. & in l. cum quid num. 17. Abb. in cap. quanto de iureiurand. Brun. de monet. declara- tione 6. Aret. conſi. 84. Boer. q. 327. Crau. conſi 826. in princip. Boſſ. titu. de monet. num. 11. quia etſi non ſit partium ponere

2 æſtimationem monetis, † ſed Principis. l. 1. & 2. C. de vete. nu- miſ. pot. libr. 11. tamen hoc communiter receptum eſt ex not. per Alber. in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. act. Brun. de monet. 8. lim. ſub nu. 7. facit quod partes poſſunt de men- ſura conuenire.

Quinimo valeret etiam ſi dictum fuiſſet reddendos in ea-

3 dem æſtimatione etiam ſi fuiſſent † deteriorati Purpur. in d.l. cum quid nu. 165. ff. ſi cert. pet.

CA-

CASVS XV.

SVMMARIVM.

1 *Diminutio, vel augmentum monetarũ magnarum cedit oneri, vel commodo creditoris quando pactum fuit, vt tot eadem ſpecies numerata, reſtituantur?*

1 DEcimoquinto ea propter hoc caſu diminutio, vel augmentum erat oneri, † vel commodo creditoris. Bartol. in dicta l. cum quid. numer 17. Aretin. conſilio 84. Boer. dicta quæſtio. 327. Crauet. conſilio 836.

CASVS XVI.

SVMMARIVM.

1 *Debitor in mora ſoluendi exiſtens tenetur reſarcire creditorẽ omne detrimentum, quod ex ea mora ob mutationem monetarum pati poteſt.*
2 *Ad ad omne intereſſe quanti plurimi.*
3 *Et an ad intereſſe lucri ceſſantis.*
4 *Debitoris moroſi odio non eſt habenda conſideratio augmenti, vel decrementi monetarum, quod exiguo tempore durauit.*
5 *Mora obligationem perpetuat, quando res caſmate perit.*
6 *Monetarum valor exigui temporis non eſt attendendus.*
7 *Aurei æſtimatio ex affectione priuatorum, qui præter communem pro pluri, vel accipiunt, vel expendunt non attendenda.*

1 DEcimoſexto niſi debitor † fuiſſet in mora ſoluendi, tunc tenetur reſarcire omne detrimentum, quod ex ea mora creditor pati poſſet, Bartol. in dicta l. Paulus, ſub numer. 6. Bald. in dicta l. cum quid. colum. 2. ac ad omne intereſſe † quanti plurimi. Baldus in dicta l. cum quid, Abb. in cap. quanto. de iureiuran. Aretin. dicto conſ. 84. Socin. dicto conſ. 298. volum. 2. Boſſ. dicto tit. de monet.

2

Quod

Quod Castr. intellexit in d.l. Paulus.nu.4. quoad
3 damni emergentis non lucri † cessantis, quod
nisi in mercatore, alio ve solito negotiari cui hoc lu
intereſſe lucri ceſſantis licite etiam debetur, vt di
caſu nono.

4 Prout etiam in moratore † censuit non habend
odio conſiderationem ſi exiguo tempore illud dec
aut augumentum duraſſet, vt puta vno die, vel
aut quinque diebus. Bar. in d.l. Paulus. nume. 9. ff. de
l. precia rerũ ff, ad l. Falci. Butr. & Abb. in c. quanto
Brun. de monet. in 14. conclu.

Contrarium cuius putauit verius Bal. d.l. Paul
inſpiciatur momentũ ſicut res, quæ caſmatę perit
5 † obligationem propter moram.

6 Et ſicut nõ attenditur valor † exigui tempor
aliquorum campſorum, ſeu perſonarum, quæ
7 mationem communem expendunt, ſeu capiunt
maiore valore, quam ſit communis. ſecundum
beneficio in verbo conſuetum. de decim. Brun. de
conclu. 14.

CASVS XVII.

SVMMARIVM.

1 *Soluendi modus præſcriptus in contractu, accuratè ſpectandus quando difficultas ſuper monetis oritur.*

DEcimo ſeptimo, qu i igitur inſpiciatur conuentio,
vt dixi ſupra caſu 14. quum exhibetur ſcriptum & ac-
consulendum, vel iudicandum, diligenter, & con uentũ nos
1 curatè † ſpectandum eſt quid actum, vel conuen
fuerit ſuper modo ſoluendi. Bald. conſi. 213. lib. 5. monet
ad hoc Aret. d. conſ. 112. circa prin. Calca. conſi. 15. Guid. Pap.
quæſtio. 493. Brun. in tract. de monet. decla. 16. Boer. quæſt.
327. numer. 10. verſi. & ideo debet Crau. conſil. 836. Menoch.
conſi. 258.

CASVS

CASVS XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Monetæ magnæ, vel aurei pro libris, vel florenis numerati, si conuenit, vt restituantur in eadem specie, & quantitate, an in obligatione esse dicantur, quomodo cognoscendum.*

1 DEcimo octauo proinde dixit Aret. numer. 2. & 3. quem sequitur Boss. titu. de monet. posse colligi ex mente contrahentium, quod illi aurei, ducati, aut magnæ monetæ † non essent datæ in solutum, sed quod essent in obligatione restituendi, & exemplificat Aret. in eo qui in rationibus suis diuersimode scribit, nempè si in aliqua ratione scribat dedisse mutuo libras, vel florenos numeratos in tot aureis, vel ducatis, & in alia ratione scribat, itē eidem mutuo dedi tot aureos.

CASVS. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Mutuo dans tot libras, vel florenos in tot aureis promittenti soluere in eadem specie, nec de quantitate, quid dictum sit, quomodo facienda solutio, si creueris aurens.*
2 *Iactare suum aliquem voluisse præsumptio non est facienda.*
3 *Monetarum in mutatione inspiciendum est, quod est verisimilius inter contrahentes conuentum.*
4 *Monetarum mutationis notabilis periculo contrahentes voluisse se subijcere non est verisimile.*

1 DEcimo nono aliqui dubitarunt si dictum sit mutuo † do tot libras, vel florenos in tot aureis, vel ducatis quo prōmitto soluere in eadem specie, & non dixerit in tanta quantitate, seu numero, vtrum sufficiat numerum librarum, vel florenorum soluere in paucioribus aureis, vel ducatis facientibus eum numerum libra-

librarum, vel florenorum, vt est quando valor aut
nitate extrinseca excreuit, ita vt minor numerus
soluat, nunc illam summam florenorum, quam fuer
tractu receptus, ac ita satisfiat conuentioni solut
dem, seu similis speciei, licet non eodem, seu tam
ro de quo non loquitur promissio restituendi Abb
quanto de iureiurand. dicit obseruandam promi
conuentum sit, vt restitutio fiat in florenis, idest
dos eos florenos, nec mentionem facit de eadem
ne prout fecit Bartol. & re vera ego puto credito
lexisse sub verbo speciei etiam numerum non min
debitorem intellexisse de maiore, ne præsumatur
alter in dubio voluisse iactare † suum. l. cum de
ff. de probat. & quia verisimiliter interrogati sic rei
argumen. glo. in l. tale pactum. C. de pact. quum
3 tationibus monetæ † sit inspiciendum, quod
inter contrahentes conuentum Calcan. consil.
qualitate negotij. l. semper in stipulationibus. ff.
l. Imperatores. ff. de in diem adiec. maximè si
4 tatio monetæ † notabilis cuius periculo non
trahentes se voluisse subijcere Calcan. d. consil.
versicu. item facit, & pro hac mea sententia videtur
tus Clarus in l. 2. in princ. ff. si certum petat. ibi
mus recepturi non eandem speciem, ecce, quod
ne speciei ibi id totum continebatur, quod in
mero, & mensura consistebat, vt verbum ipsum ita
Alberi. in suo dictionario in verbo species ita
uet. consil. 47.

CASVS XX.

SVMMARIVM.

1 *Floreni numeri in alijs speciebus, si dictum non sit in eisdem spe-*
ciebus, & in eadem æstimatione restituendos, quomodo soluendi.
2 *Moneta antiqua quando est soluenda, vel illius æstimatio de nouo,*
si non inueniatur, nec de illius valore constet, poterit de nouo eius-
dem nominis solui, non attenta æstimatione antiqua.

Vigesi-

i in bo-
rcorum
in con-
ne eius-
nume-
i n capit.
i onem si
ftituen-
macio-
m intel-
em, nec
us atque
ito. §. 1.
dilient.
in mu-
similius
m. 15. ex
gul. iur.
rit mu-
me. 15.
hi tex-
um da-
bellatio-
ere nu-
plicat,
uit Cra-

Digitized by Google

1 Igesimo si dictum non fuisset restitutionem fieri oportere in aureis in eadem æstimatione, libræ ipsæ, vel floreni† solui poterũt, vt dixi supra in primo, secundo, & quarto casu, solui etenim debent de moneta illa antiqua, aũt de noua æquiualenti æstimatione antiquæ, vt latius supra 10. casu, Sed quid si amplius moneta antiqua non inueniatur, nec de illius
2 valore† constet qualis, & quantus fuerit, tunc solui poterit de moneta noua eiusdem nominis, puta solidus pro solido obolus pro obolo secundum valorem illius nouæ monetę tẽpore solutionis. Corn. consi. 181. colum. antep. in prin. volum. 2. Purpur. in d. l. cum quid. num. 173. Curt. iun. consil. 24. colu. 4. allegat Salic. in l. quicunque. colum. 2. versic. quomodo præcitab. C. de ser. fugit. Gabr. consi. 164. num. 2. Brun. de monet. concl. 1. vers. item prædicta.

CASVS XXI.

SVMMARIVM.

1 *Moneta antiqua in melius commutata, de noua solutio fiet ad æstimationem antiquæ.*

1 Igesimo primo, si antiqua moneta† in melius cõmutetur, fiatque grauior ac preciosior, de hac noua soluendum erit solummodo tantum, quantum sufficiat pro æstimatione antiquæ. capit. cum canonicis. de constitu. Corn. consil. 279. & 287. volum. 2. Iacob. in l. res dotem. ff. de iure dot. Soc. in d. l. cum quid. Gabriel. consilio 164.

CASVS XXII.

SVMMARIVM.

1 *Moneta antiqua ex toto reprobata, ad illius æstimationem de noua solutio facienda, si debitor non fuit in mora.*
2 *Et cuius periculo in deposito cedat in huiusmodi reprobatio.*

3 Quod

3 *Quod ſi de illa reperiatur ſufficit de illa in bonitate ea[illegible] in intrinſeca ſoluere.*

4 *Et quando iſtud procedat diſtinguitur.*

5 *Quid ſi nondum ſit reprobata, ſed ſtatim reprobanda.*

VIgeſimoſecundo ſi pecunia ipſa antiq[illegible] fuerit reprobata, an licebit de ea ſolu[illegible] torem, qui non fuit in mora & ſoluer[illegible] noua moneta æſtimatio a antiquæ. l. [illegible] qui reprobos. ff. de pignoractio. Barto. in d.l. Paul[illegible] dicit eſſe communem opinionem. Boer. quæſtio[illegible] Natt. conſil. 454. Viuius in commun. opin. 612. di[illegible]

2 Brun. de monet. concluſio. 2. in depoſito† autem depoſitario tributa facultas vtendi, depoſitar[illegible] ti in mora reſtituendi periret pecunia credit[illegible] in fine.

Si tamen de illa reperiatur, ſufficit reddere i[illegible]

3 nitate† intrinſeca. Cyn. & Petr. in l. minorem bus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſar[illegible] in l. cum quid. Ioan. And. in capit. quanto. de [illegible] limitationem aſſerit non eſſe veram. Boer. d. quæſtio[illegible]

4 pa in l. quod te ſub numer. 24. ff. ſi certum petat. con[illegible] niones diſtinctione. † Primò, aut pecunia eſt [illegible] bata, vt venti pœna imponatur, tunc ſi debeatur [illegible] lucratiua erit ex toto debitor liberatus; ſi autem [illegible] oneroſa, cum hoc caſu debitor fuerit conſequutus [illegible] mentum pecuniæ, æquum eſt, vt æſtimationem ſolu[illegible] nulla venti eſt pœna impoſita, tunc cum poſsit debitor [illegible] bere pecuniam reprobam ſoluere poterit reprobam [illegible] hoc caſu procedere opinionem Petri † & Cyn. quam [illegible] communem Decius per textum in lege creditor [illegible] latio.

5 Quid ſi non reprobata, ſed ſtatim † reprobanda. Cur. iun. in l. cum quid ponit pro eodem ſi id ſciat debitor, & credit[illegible] ignoret, non ſequitur liberatio. Brun. de monet. 14. concluſ. & ſi erat publica fama, quod deberet bannir[illegible] 28. ſub num 12.

ex toto
Per debi-
ta erit de
anter. §.
cum quo
num. 12.
commun.
ius non ſit
exiſtens
Brun. ibi
dem bo-
ex qui-
Roman.
quam
n. 327. Ri-
liat opi-
repro-
ex cauſa
ex cauſa
emolu-
tor li-
dixit
de ſo-
iun.
creditor
& conſil.

CASVS XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Moneta antiqua ex toto non immutata, ſed valore vel pondere diminuta, periculo ſtat debitoris, qui valorem prioris ſoluere debet.*

1 VIgeſimotertio, ſi ex toto non immutata ſit, ſed diminuta † ob diminutionem valoris, vel ponderis, tunc periculum ſpectat ad debitorem, qui tenetur ſoluere valorem prioris monetæ. Bart. in l. Paulus. ſub nu. 6. ff. de ſolut. Oldr. conſ. 250. Abb. conſ. 56. vol. 2. Affli. deciſ. 90. Natt. conſil. 454. Crauet. conſi. 47. Viuius in communi opinio. opin. 513.

CASVS XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Monetarum mutatio ſi contingat edicto Principis, vel ſtatuto in valore extrinſeco, bonitate intrinſeca remanente, commodum, vel incommodum ſpectat creditori.*
2 *Idque procedit, & obſeruandum eſt in dote.*
3 *Et exemplificatur in debito aureorum.*
4 *Aureorum, vel monetarum ſolo valore, ſeu bonitate extrinſeca mutata, non etiam intrinſeca, ſolutionis, non contractus tempus attendendum.*
5 *Et idem in pacto de retrouendendo.*
6 *Et in legato, & vltimis voluntatibus.*
Rationes concluſionis adferuntur. num. 7. 9. & 11.
8 *Debitor in creditorem eo iure vti non debet cuius contrarium pro ſe ipſo non eſſet admiſſurus.*
10 *Pecunia talis eſſe debet, quæ præbeat ſuam vtilitatem in forma æqualem ſicut in materia.*
12 *Valor rerum omnium creſcit creſcente aurei valore.*
13 *Monetam argenteam pro aurea, & è contra ex generali conſuetudine ſoluere licitum eſt.*
14 *Et eſſe generalem conſuetudinem totius mundi.*

Et

Et in Patria Pedemontium num. 15. & quomodo proceda

17. & 19.

16 *Pecunia, vt soluatur secundum consuetudinem loci* p

egisse censentur.

18 *Creditor inuitus aliud pro alio recipere à debitore non*

20 *Monetam argenteam pro aurea, velle contra soluisse* P

tudinem qui dicit esse, probare debet eam vigere in Lo

tionem fieri oportet.

Quod an verum sit. num. 21. ibid.

1 VIgesimoquarto si mutatio † contigat ex facto, vel statuto Principis in valore extrinseco monetæ, sed illæsa remanente bonitate intrinseca, tunc illorum, Zabarel. Ancharan. & Imol. in clemen. 2. de tori. Zabarel. Ancharan. & Imol. in clemen. 2. de Salicet. Angel. & Fulgos. Socin. Alc. & alij in l. cum tacita, certum peta. Butr. in capit. quanto de iureiuran. clem. tunc il- Zabarel. & Ancharan. de decim. Boer. decisio. 327. credi- 13. Rot. Bonon. vt testatur Petr. Benintendis. decis. 39. tor. Bald. mer. 1. Viuius opin. 514. Quod etiam obseruabitur. 3 † Bartol. in l. Paulus in fine. ff. de solut. Aret. consil. 1. 3 decisio. 327. sub num. 4. exempli gratia † si debitum effet florenorum decem cum dimidio, & tempore solutionis florenos decem cum dimidio loco vniuscuiusque aurei, tenetur debitor soluere, aut aureos, aut florenos. 123. & fos 3 pro singulo aureo, quia vbi nulla contingit varia- netarum, vel aurei in bonitate intrinseca, sed tantum in 4 mero valore, † qui bonitas appellatur extrinseca, tunc com- munis est doctorum opinio attendendum tempus solutionis non contractus. Roman. consil. 123. & singul. 513. Aret. 112. nume. 3. Boer. quæstio. 327. Boss. in pract. crimina. tit. de 5 monet. & in pacto † retrouendendi Tiraquel. lib. de retra. §. 1. gloss. 18. num. 26. Cagnol. in l. 2. num. 210. & 217. C. de pact. inter empto. & vendit. Neuizan. consil. 88. Cruet. consil. 47. Bolognet. consil. 111. num. 34. Gigas de pensio. nume. 98. Natt. consil. 302. & consil. 664. nume. 4. Caphal. consil. 31. volum. 1. Gabriel.

Digitized by Google

Gabriel. consil. 164. Panci. 168. nume. 20. Bero. consil. 143.
6 num. 28. volum. 1. In legato, † & vltimis voluntatibus. Menoch. consil. 138. Plot. consil. 18. Petr. Anguis. consil. 37. lib. 2. & consilio 55. Cravet. consi. 836. & 887. Puteus decis. 149. lib. 2. quos omnes Borgninus accumulauit decis. 16. num. 42. Soc. iun. consilio 44. volum. 4. Covar. in sua pract. titu. de monet. ca. 17. Vivius in commun. opin. opi. 516. Capr. consil. 29. num. 19. moderni Paris. in tracta. de vsuris. nn. 741. vers. limita si legatum. Brun. de monet. conclusio. vlt. par. 9.

7 Atque huius conclusionis adferuntur rationes † primo, quia si aurei valor extrinsecus decreuisset vtique debitor non esset soluturus numerum illum florenorum, seu librarum, quas aureus valebat tempore contractus, sed potius ipsum
8 aureum, & proinde debitor † non debet in creditorem eo iure vti cuius contrarium pro se ipso non esset admissurus. l. penult. C. de solut. ita Crauer. dict. consilio 47. Boer. d. quæstio. 327. Menoch. consil. 138. volum. 2. Secundo, quia † cum
9 obligatio consistat in numero aureorum, si reciperet florenos vndecim loco vnius aurei valoris florenorum 13. & gross. 3. non tantos consequenter quot sibi debentur, & pecunia
10 † debeat esse talis, quæ præbeat suam vtilitatem in forma æqualem sicut in materia. l. prima ff. de contrahen. empt. Bartol. in lege Paulus. nume. 4. ff. de solutio. Tertia adduci po-
11 test, quia † etsi videar in illa summa aureorum centum consequi maiorem numerum florenorum, quam tempore contractus non consequor, tamen ex eo maiore numero maiorem vtilitatem consequor, quum crescente valore aurei crescat valor † omnium aliarum rerum. Ifern. & Afflict. titul.
10 quæ sint regal. capit. primo, in verb. moneta. Purpu. in l. cum quid. numero 170. adeo quod non sint mihi futuri vtiliores. flor. 13. & gross. 3. quam illi floreni vndecim pro quibus aureus tempore contractus impendebatur. Et respondit Menoch. d. consi. 138. consil. Oldra. trigesimo primo, loqui de bonitate intrinseca, vt per mod. Paris. in dict. tract. num. 742. & 843. & Soc. d. consi. 6. loqui de certa specie florenorum in genere, & Alber. in l. si vinum. ff. si cert. petat. & Castren. in l. 3. C. commun. de leg. de bonitate intrinseca, & cap. olim de censu. fundari in præscriptione.

Nec obstare, quod ex generali consuetudine liceret argenteam

13 genteam monetam † pro aurea ſoluere, & conter
l.Paulus.num.4. verſicu. etſi tu debes mihi.& ibi
Imol.ac alij.ff.de ſolu.quam dixit generalem, Bal
ra.C.de ſentent.& interlo. omn. glo. in l. ſi quis a
de donat.Curt.iun.conſil.24.num.5.Bartol.Alexa
& Purpur. in l.cum quid.ff.ſi certum petat.But.&
pit.quanto de iureiuran.Laud.in tracta.de monet.
aſſerit eſſe conſuetudinem totius mundi. Affict.
Boer.quæſtio.327. Brun. in tracta.de monet.in ſe
tatione Rube. conſil.158. Natt. conſil.454.& effe
14 totius † mundi Ioan. de Plat.in l.prima. C. de at
10.Plot.conſil.18.nume.12. Viuius commun.
517.Couar.in ſua prax. titu. de Nummi. capit.
15 conſil.44.num.5.volum.4. & in patria Pedemon
noch.conſil.49.num.18. & partes cenſeantur tacit
16 ſecundum conſuetudinem loci ſoluatur † pecunia
quæ ſint reg.in verb.monetæ.num.21.Ioachi. in
ſi de precio.cent. 4.

Quia reſpondetur, etſi poſsit ſolui pecunia aurea, argenteam tamen, quæ non fuit variata ratione intrinſeca ſoluendam ad æquabilitatem valoris tempore ſolutionis non contractus. Secundo reſpondetur,

17 ſuetudinem † intelligi modo creditor acceptando
loco alterius pecuniæ aureæ non ſentiat damnum
dict.l.Paulus. Curt.ſenior in tract.de monet.quæſtio.
24. Brun. in tract. de monet. in ſecundo præſuppo
5.Menoch.conſil.158.Purpur.conſil.522.ſub nume
tem euidens eſſet.damnum recipiendo florenos vnd
ſingulo aureo, vt tempore contractus valebat, & non
nos tredecim cum groſsis tribus, iuxta valorem
lutionis. Nam quum reſtitutio fieri debeat in
dem, eadem bonitate. lege cum quid. ff. ſi certum
18 cogatur creditor † inuitus aliud pro alio accipere
19 cert. prædicta conſuetudo † intelligenda eſt, vt quo
fieri poteſt ius commune offendat. Purpurat. in dicta
cum quid. nume. 174. Surd.dict.conſil.220.ſub nume
cut etiam pactum per quod ius commune corrigatur
conſilio 220. numero undecimo poſt Gom.conſil.
Gozad.conſil.74.num.14.Cæphal.conſil.104.nu.17. Vltra

20 dicta consuetudo† probanda est vigere in eo loco, vbi contigit solutionem fieri secundum Purpur. dict. consil. 522. nume. 8 9. 10. sequitur Menoch. consil. 259. libr. 2. Rub. consilio 148. in fine.

21 Quod verum† ego non puto de hac probatione, tum quod vsus forensis ita me docuit, in quo dicta consuetudo seruatur, nulla vnquam facta simili probatione, tum quod tot doctoribus testantib. de ea consuetudine credendum sit citra aliam probationem. Menoch. consil. 49 num. 18.

Cum itaque ex moneta argentea non sufficiant florenі vndecim, sed requirantur. 13. & gross. 3. ad consequendum aureum consuetudo prædicta ita damnosa cessat Purpur. in d. l. cum quid. num. 174. alioqui si tot aureos posset consequi, nullum resultaret probabile damnum, & propterea non posset monetam refutare, vt ibi Purpur. Soc. in l. cum quid. colum. 1. Brun. de monet. in 1. par. num 7.

CASVS XXV.

SVMMARIVM.

1 *Aurei soluendi si post tempus contractus effecti sunt deterioris ligæ, vel ponderis, recte per creditorem refutari possunt.*

1 VIgesimoquinto si aurei illi post tempus contractus essent effecti deterioris ligæ, † vel ponderis, per creditorem merito possent refutari. Imol. in dict. l. Paulus. Cagnol. in l. 2. num. 217. C. de pact. inter empto. & vendit.

CASVS XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Monetam vnam pro alia soluendi consuetudo generalis, quando nō procedat.*

2 *Monetam argenteam pro aureis recipere etiamsi sit consuetudo, non tenetur creditor aliquibus in casibus, vt ibi.*

Vigesi-

Vigesimosexto minusque † dicta consuet[illegible] do gene-
ralis effectum sortiri deberet si credito[illegible] esset na-
uigaturus ad partes, vbi aut talis pecu[illegible] a non sic
facilè expenderetur, vel si deberet ipse [illegible] js aurum
soluere. Angel. & Imol. in d. l. Paulus. Menoch. con[illegible] - 138. vol.
2. Surd. consil. 220. vel tanta esset summa monetæ, ut [illegible] illas cre-
ditor nequiret sine difficultate, vel periculo domi[illegible] adferre.
Brun. in tract. de mone. secundo præsup.

CASVS XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Aureorum triginta, qui extrinsecus tantum creuerint pensionem si super beneficio, quis debet non auditur, si velit solue[illegible] re valorem tempore pensionis.*

Vigesimoseptimo stante prædicta conclusione in de
bito aureorũ, vbi nulla præcessit mutatio bonita-
tis intrinsecæ, si quis sup aliquo beneficio dẽat pẽ-
sionem aureorum, † vel ducatorum triginta quo-
rum valor non in pondere sed extrinsecus creuerit, non erit
audiendus debitor volens soluere in moneta valorem ducati
tempore promissæ, seu reseruatæ pensionis, ne pauciores sol-
uat ducatos, quam promissos, & reseruatos. Gigas de pensio.
quæst. 98.

CASVS XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Aureis in æstimatione florenorum decem cum dimidio, mutuo datis, an debeti florenis decem cum dimidio pro singulo aureo, attentua consuetudine soluendi monetam pro aureo, solui possint.*
2 *Et quid si aureus creuerit.*
3 *Et quid si dictum ad rationem florenorum decem cum dimidio moneta currentis tempore solutionis.*
Distinguitur. nu. 9. & nu. 10.

Mone-

3 *Moneta cuius bonitatis erat tempore contractus de eiusdem bonitatis monetasolutionem fieri debere inter partes actum intelligitur.*

4 *Aureorum æstimationem seu valorem cur instrumentis apponi solitum sit.*

5 *Aurei decrescentiam, quæ raro accidit non est verisimile contrahentes cogitasse.*

6 *Aurei æstimatio in instrumentis facta non fit semper ad finem emptionis, sed ad certificandum rei valorem vtriusque temporis.*

7 *Monetarum cum bonitate dotem sibi reddi etiam nulla precedente mora mulieres petere, qua ratione praxis sustineat.*

VIgesimooctauo si aureus esset taxatus ad certam summam, verbi gratia ad florenos † decem cum dimidio, prout taxari frequenter consueuerunt tempore promulgationis edicti, quo ita taxatus fuerat aureus, an hoc casu sit in facultate debitoris soluere florenos decem cum dimidio pro singulo aureo attenta consuetudine prædicta. Respondetur si solutio fiat in aureis, qui tempore obligationis valebant florenos decem cum dimidio erit res expedita, si autem aurei erunt maioris valoris, quam tunc essent illi floreni decem cum dimidio, tanti sunt numerandi, quanti, facient summam illam aureorum ad rationem prædicti valoris flor. 10. cũ dimidio de moneta tunc currenti, quum fieri possit re vera tunc verum aurei valorem excessisse dictos florenos decem cum dimidio, atque ita non cogeretur creditor inuitus tantam aureorum summam
2 soluere. Quod si aureus † creuit prout frequentius euenit magis, quam quod decrescat, propter deteriorationem monetarum, solui debent, tot aurei quorum singuli valeant dictos florenos decem cum dimidio monetæ æquæ bonæ bonitate intrinseca scilicet eiusdem ponderis, & metalli, qualis erant monetæ vsuales, & currentes tempore contractus. Martin. Lauden. in tract. de mon. pen. & antepen. col. in specie Soc. cons. 298. in 2. volum. Brun. de monet. limitat. 8. versi. tertio quæro, post Oldra. cons. 31.

Cum semper inter partes actum intelligatur solutio fieri debere de moneta eiusdem bonitatis cuius erat moneta
3 † temporis contractus. l. cum quid. ff. si cert. peta. vt fuit mentis

tis Are.conſ.11.in dote.& ita intelligendus ſit Bal
punctus quæſtionis.volum.5.vt explicat Brun.
8.vnde quotidie ponitur in inſtrumentis numerus
4 ma ducatorum, vel aureorum† ad æſtimationem
vel groſſorum pro quolibet aureo, Nam talis æſti
ſit, vt moneta magna tranſeat in paruam, ſed vt
poſſit, quanti tũc valoris eſſet ducatus, vel aureus.
39.viſo puncto.vol.4.Boer.quæſt.327.ſub num.10.
conſ.11.nume.42.& 46.Tiraquel.de retract.§.1.gl.
28.Crau. conſ.761.num.7. nam inquit ibi Crau.
frequenter creſcat, & pro raro decreſcat, illa
ſit, vt emptio aureorum fiat, ſed vt illo excreſce
quantam iacturam paſſurus ſit creditor, de qua
5 †raro contingente non eſt veriſimile contrahentes
6 Bal.conſ.390.col.3.volum.2.& æſtimatio† ſemper
finem emptionis, ſed ad certificandũ valorem rei
temporis nempe contractus, & reſtitutionis. l. pl
de iure dot. ad effectum de quo in l.inter virum,&
de iure dot.nec illa valoris expreſsio temporis
tacitè ineſſet, quatenus ille communis eſſet aurei,
ti valor.

Et ita ſuſtineri praxim qua mulieres poſtulant, ac
7 dotes cum bonitate monetarum† etiam nulla
mora vt per Purp.in l cum quid.nu.163.ff ſi cert.petat.

Niſi dictum eſſet ad rationem librarum quatuor ſeu flo-
8 renoum decem cum dimidio monetæ currentis tempore† ſo-
lutionis.Brun.d.limita.7. ſub num.8 de veritate cuius rei dixi
ſupra in decimo.& 11.caſu poſt.Surd.conſi.220.vol.2.

Sed eſt animaduertendum Brun.facere tres† caſus primus
9 eſt in promiſsione aureorum,ſeu ducatorum ad valorem flo-
renorum,vel librarum quatuor ſine expreſsione alicuius qua-
litatis monetarum, & hic eſt de quo nunc agimus. Secundus
eſt alius ſi dictum ſit promitto aureos, vel ducatos centum
de moneta currente tempore ſolutionis, nulla adiecta æſti-
matione aurei, vel ducati ad libras, vel florenos, de quo di-
ctum fuit ſupra in decimo, & vndecimo, caſu, & de quo per
Brun. concluſio.17. Tertius eſt ſi dicatur promitto aureos,
vel ducatos centum ad rationem librarum,quatuor vel flore-
norum decem, vel vndecim monetæ currentis tempore ſo-
lutionis,

tolutionis, † hoc inquam caſu ſi non mutetur moneta res erit clara, ſi vero contingat mutari, ac fieri debiliorem, vel viliorem, cum 12. groſsi huius deteriorate monetæ, ita faciant vnũ florenum, ſicut olim tempore cõtractus, & contrahentes ita conuenerint, ſufficeret ſolutio florenorum decem cũ dimidio de moneta currente tempore ſolutionis, ita Brun. d. limi. 8. num. 9. num. 11. nam conuentio ſoluendi monetam currentẽ tempore ſolutionis excludit currentem tempore contractus. l. cum prætor de iudic. l. matitus. C. de procur.

Quia etſi tempore ſolutionis fortior, ac melior expenderetur moneta de hac ſolui oporteret, ac ita creditor, quandoque plures quandoque pauciores reciperet aureos, quam promiſsione contineatur niſi ſemper vellet ſoluere in aureis. Brun. d. limit. 8. nu. 10.

Si tamen aureus eſſet taxatus ad numerum librarum, quæ certam habent ſpeciem in hac patria, & quæ libra in valore inde extrinſeco creſcit, teneretur ſoluere libras, aut valorem earum tempore ſolutionis, ſicuti ſi promittantur centum ducati monetæ currentis tempore ſolutionum, quod ſoluantur ducati, vel valor eorum tempore ſolutionum. Brun. d. concl. 17. verſ. non eſt ſic.

CASVS XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Aurei centum ſi mutuo dentur ad rationem florenorum decẽ cum dimidio monetę currentis nullo adiecto tempore, intelligitur de moneta currente tempore contractus.*

2 *Et verba illa moneta currentis, tacite ſubintellecta ſi apponatur nihil operantur.*

1 VIgeſimonono, quid ſi dictum ſit, do mutuo aureos † centum ad rationem florenorum decem cum dimidio monetæ currentis nullo adiecto tempore ſcilicet, nec nunc nec tũc tpe reſtitutionis Cor. d. conſ. 181. ſub nu. 70. volum. 2. dicit expreſſum, quod tacitè inerat, & intelligi de moneta currente, & vſuali tempore cõtractus.

2 tractus,& quod illa verba † nil operentur, vti tacitè subintelecta Curt. iun.consi. 24. sub nu 4. Brun. de monet.in 8.limit. vbi distinguit.

CASVS XXX.

SVMMARIVM.

1 *Debitor aureorum centum si eos cum iuramento promisit soluere, tenetur præcisè soluere in auro.*

2 *Sed an per iuramentum derogetur consuetudini generali soluendi argenteam pro aurea.*

1 TRigesimo, quid si debeat,† quis aureos centum quos restituere promittit cum iuramento, scribit Alexā. consil.37. tume 34. & 37.cum iuramentum præcisè obliget ad factum, nec liberetur quis ob vim iuramenti præstando interesse, teneri præcisè soluere in auro. vnde dixit Bald.in l.fin.C.de non numerat. pecun. promissorem certæ pecuniæ cum iuramento, quæ inde mandato superioris propter eius vtilitatem fuit in aliam formam conflata teneri illius æstimationem soluere alias esset periurus, nec eo liberari,quod in aliam formam conflata sit.

2 Ego puto non derogare consuetudini † generali, vt quis possit argenteam producatis soluere, quia cum tacitè contrahentes videantur agere, vt secundum loci consuetudinem soluatur. Affli&.tit.u.quæ sint rega.in verbo, monetæ, num. 27.Ioach.in obser.15.cent 4 sequitur iuramentum non debere resoperari vltra,& præter intentionem agentium. l. non omni.ff.si cert.petat.

CASVS XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Aureos centum si quis simpliciter promiserit, tenebitur soluere secundum valorem temporis solutionis, & quid si dixerit aureos*

mediolani num.3.

2 *Bonitas moneta extrinseca non curanda, vbi eadem est moneta in bonitate intrinseca, nisi à tempore moræ.*

1 TRigesimoprimo, si quis promiserit aureos † centum simpliciter, tenebitur soluere secundum valorem temporis solutionis, vt colligitur ex Imol. in clem. 2. num. 12. de decim. nec curandum de decremento, vel incremento inde superuento. Brun. de mone. in tertia con clusione, seu particula allegat. d. clemen. 2. & ibi Imol. Zabar. & Anchar. Bald. in l. cum quid. in vlt. colum. ibi Angel. Salice. Fulgos. Castren. ff. si certum petat. Bartol. in l. Paulus. pen. col. ff. de solut. dum dixit, quando est eadem moneta in bonitate
2 intrinseca non esse curandum de bonitate † extrinseca nisi à tempore moræ. Isern. titu. quæ sint rega. in prin. colum. 8. vers. & sic videtur. Bald. in l. fi. col. 1. C. com. de legat.

Vnde si loco aureorum debitor prætendat soluere monetam, tenebitur tantam dare quantus erit valor tempore solutionis, siue pluris, siue minoris valeat aureus, quam tempore contractus. Brun. de monet. declara. 5. & limitat. 8. numero 11.

3 Etiam si dixerit aureos † Mediolani, vel Ienuæ, vel Venetos, quia ista adiectio non derogat consuetudini, quin adhuc possit solui moneta pro auro, cum sit qualitas demonstratiua, & non præcisa, vt contra. Curt. iun notauit Brun. de monet. in secunda præsuppositione, versic. circa tertium.

CASVS XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ, vel aurei certa specie promissa, qua reperitur, si soluatur valor, attendendum est tempus solutionis.*

1 TRigesimosecundo, aut dictum fuit restituendos aureos, aut ipsorum valorem, nam vbicunque est promissa certa species † pecuniæ puta aurei centum Italiæ, qui reperiuntur, cum sit in facultate debitoris, vel ex consuetudine generali, vel ex conuentione soluere eius valorem, tunc attendendus est valor aurei temporis solutionis.

nis, Aretin. consil. 11. & consi. 12. Brun. de monet. in 5. & 6. conclusio. & in limitat. 2. in terminis. Grat. consil 12. num 44. volum. 1. Capr. consil. 29. Bologni. consil. 16. & Grat. ibi consi. 12. respondit ad nonnulla in oppositum, & non obstante, quod aliquando valor aurei possit esse minor, quam tempore contractus, quia si soluantur soluitur cum illis augumentum, solutúsq; quod est debitum. si igitur valorem sine augmento soluere vellet non solueret integrum debitum. Grat. d. consi. 12. numer. 49.

CASVS XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Scuta de florenis octo, vel nouem alia quorum nulla extat species tempore promissionis, & contractus si promissa fuerint, quomodo eris solutio facienda.*

2 *Et quid si postea creuit valor aurei ob deteriorationem partarum monetarum.*

Vel nulla interessit mutatio. nu. 3. & 4.

1 TRigesimotertio, aut debentur aurei, seu scuta de florenis octo, vel nouem, aut decem pro singulo quorum aureorum; seu scutorum tempore promissionis, seu contractus nulla erat species, & tunc idem dicendum est, quod dicit de promissione tot florenorũ, quid enim est dicere promitto scutos centum de florenis nouẽ, quã dicere promitto tibi florenos nouem centum, ita vt hæc verba scutos centum nihil videantur operari, vt in simili dixit Bart. in l. Paulus numer. 10. de recipiente flo. 100. in florenis vt non teneatur nisi ad libras, non ad florenos, quo casu promissionis florenorum nouem centum tempore contractus, & tenos de moneta currente tempore contractus, quam intrinsecæ, valorem illius temporis, tam extrinsecæ, quæ ideſt de albis, solidis, grossis, cabalotis, qui rectimuerint eundẽ valorem, & si non esset mutatus valor nec bonitas ipsarum monetarum, & hoc non obstante creuisset valor extrinsecus aureorum, idem esset dicendum prout dixi supra in 5. & 6. casu.

2 Ideſt ſi poſt contractum creuit valor, aurei † quia groſſi, ſolidi, cabaloti, albi, & quarti fuerint refabricati deterioris ligæ, vel minoris ponderis, tunc oportet ſoluere de antiquis, vel tot de ijs nouis, quæ in bonitate intrinſeca, valeant antiquos quartos, groſſos, ſolidos, cabalotos, albos, vel ſoluere tot aureos, quod faciebant tunc illi floreni nouem centum tempore contractus. Purpur. in d.l.cum quid. num.169. & 170.ff.ſi cert. petat.

3 Si verò nulla interceſsit mutatio † iſtarum monetarum inferiorum, & debilium, quibus florenus conficitur, & creuit nihilominus aureus, poſſet debitor, aut ſoluere ipſas minutas, aut paruas monetas prædictas, aut earum loco ſcutos aureos, vel monetam magnam etiam auctam extrinſecus, quæ faceret florenos nouem centum, quia cum ſit habiturus ex iſtis aureis, vel monetis antiquis tot numerum florenorum illius bonitatis monetarũ, videtur quod eius non interſit quicquam opponere, ſcilicet, non habere tot aureos, qui ſecundum bonitatem intrinſecam, valeant monetam illam flor. 900. temporis contractus, cum hæc noua moneta licet vilior, aut minoris ponderis ex edicto Principis, pro tanto expendatur quantum antiqua melior. prout dicit Soci. in l. cum quid. num.40.ff.ſi certum petat. Brun de mone. in prima parte, numero 7.

4 Sed in hoc † putarem contrarium verius, cum Socin. & Brun. non loquantur in proprijs terminis, quia dicerem, etſi iſti aurei in bonitate extrinſeca, valeant illos florenos nouem centum, quartorum, groſſorum, ſolidorum, cabalotorum, alborum antiquorum, ſeu temporis contractus, non tamen eos valeant, quantum ad bonitatem intrinſecam, atque ideo poſſet creditor, vti in hoc læſus, excipere ſe potius velle dictos. flor. 900. in dictis primis monetis paruis, quam in ſcutis ſecundum valorem ad auctum ſine deteriorationepartus rum monetarum, vt dictum fuit, ac probatum in quinto caſu, ceſſante etiam conſuetudine generali, vt quis poſsit monetam auream pro argentea ſoluere, & e contra vbi ſolutio ſit futura incommoda creditori, vt ſupra dictum fuit in 23. caſu verſ. nec obſtare.

CA-

CASVS XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Monetam paruam soluere debitor, an possit si illius promissio, seu obligatio sit aureorum centum eo casu quo licet ex consuetudine generali soluere monetam pro aureis.*

2 *Debitor volens soluere in huartis, grossis, vel sesinis, summam centorum centum an audiendus.*

1 TRigesimoquarto, quid si promissio sit centum aureorum eo casu, quo ex consuetudine generali licet soluere monetam, vtrum monetam † paruam. Castren. in l. Paulus. ff. de solut. argumen. l. legato generaliter. ff. de lega. 1. dicit capiendam viam mediocrem, & propterea dicit Brun. de monet. in secundo præsuppositio, quod
2 non esset audiendus debitor † volens soluere in quartis, grossi Sabaudiæ, vel sesinis.

CASVS. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Aurei qualitate puta solis, vel alia, posita in obligatione, an deroget consuetudini generali soluendi monetam pro aureis.*

1 TRigesimoquinto, aut quis promisit tot aureos Ianuę, vel Mediolani, aut solis, vel similiter, & hoc etiam casu qualitas † hæc prouinciæ non derrogat consuetudini generali, quin adhuc loco istorum aureorum possit solui moneta, cum sit potius demonstratiua, quam præcisa qualitas, vt contra. Curt. iun. notauit Brun. in tract. de monet. in secunda præsuppositione. vers. circa tertium.

CASVS XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Promissio aureorum boni auri, & iusti ponderis, an circa solutionem quid operetur.*

2 *Pecunia in minuta centum dare promittens, an poterit soluere in magna inuito creditore.*

1
Rigesimosexto, aut promissio est aureorum † boni auri, & iusti ponderis tunc secundum aliquos 1
hæc verba nil operantur. Barto. in l. lecta super gl. in verb. prob. ff. si cert. pet. Sed Bru dicit nil operari nisi inquantum, vt de bona moneta aurea, & non vitiosa in 2
pondere, vel bonitate auri soluatur, & nihil operantur de iure communi, vt eo attento debitor auri teneatur soluere in auro. l. Paulus ff. de solutio. Sed consuetudine inspecta, ne hæc verba sint superflua, secus erit. Brun. in tracta. de monet. in secunda præsuppo. verficu. aliquando auctoritate. Bartol. in l. 1
si stipulatus fuit 10 an melle. ff. de solut. vbi promittens dare
2 centum in pecunia minuta, † non poterit dare in magna inuito creditore, non obstante consuetudine, & hanc opinionem dixit tenere Marti. in tracta de monet. Franc. Curt. in l. cum quid. ff. si cert. petat. nisi inquit. Brun. hoc etiam casu aliter obseruaretur, vt Mediolani.

CASVS XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Aureos seu scutos auri in auro promittens tenetur soluere in auro.*

2 *Etiam si dictum sit reuenantes florenos tot.*

1 TRigesimoseptimo promittens ducatos, vel aureos, † seu scutos auri in auro secundum omnes citra dubium tenetur soluere in auro. Marti. & Cur. vbi supra. Brun. in dict. tractat. de monet. in dict. 2. præsupp num. 8. Alc. consil 155.

2 Quinimo, & si dictum esset auri in auro facientes, † seu releuantes. flor. tot. cum ista clausula subsequens demonstratiua nō restringat antecedentem, vt pluribus comprobat. Alc. d. consi. 155.

CASVS

CASVS XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo solutionem fieri secundum valorem, & cursum pecuniæ temporis solutionis, attendenda.*

1 TRigesimooctauo si consuetudo † alicubi sit solutionem pecuniæ debitæ fieri secundum valorem, & cursum temporis solutionis, illud namque tempus tunc spectandum est Bald. consil. 38. incipien. super eo. volum. 1. & 423. volum. 2. Hostien. in titu. de constit. §. ex quibus in princ. versic. quid si moneta. Roma. consil. 123 Alex. consil. 21. visis vol. 2. Corn. consil. 181. vol. 2.

CASVS XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Emptor census annui redimibilis pro summa eadem in eisdem speciebus numeratis soluenda, si creuit ea pecuniæ species, an teneatur recipere minores in quantitate, quam numerauerit à debitore redimente.*

Debitoris, & creditoris rationes adducuntur nu. 2. & 3.

4 *Iudicatum in Senatu Parisiensi pro emptore, sine creditore ratione.*

5 *Et quid in contractu societatis.*

6 *Monetarum, vel auri incrementum initæ societatis, an de capitalibus debeat deduci.*

7 *Speciebus aureorum, vel monetarum in eisdem, & totidem faciendam solutionem, clausula, quomodo intelligenda.*

8 *Pactum cum redimendo in eisdem speciebus dumtaxat, an valeat, & remissiuè.*

9 *Defectus leuis non est attendendus.*

10 *Monetæ de pondere, & probitate si ambigatur ab aurifice probanda est.*

11 *Pactum restituendi debitum in eadem specie, & restitutione valiedum etiamsi deteriores interim efficiantur.*

12 Con-

12 *Conuentiones ad exequi, & aptare oportet, quæ frequentius non quæ raro accidunt.*

13 *Monetarum in mutationibus inſpiciendum, quod veriſimile eſt inter contrahentes conuentum.*

14 *Pactum ſoluendi in eiſdem ſpeciebus ſi aliquam patiatur ambiguitatem reſpectu quantitatis contra venditorem eſt interpretandũ.*

15 *Aurei valor tempore ſolutionis non contractæ obligationis attendendus.*

16 *Lucrum duplex conſequi in contractu illicito non licet, in permiſſo autem non eſt indecens.*

17 *Retrahenda de re virtute pacti de retrouendendo cum agitur, an duplex lucrum veniat.*

18 *Retrahens rem virtute pacti retrouendendi pro ſumma numerata in tot ſimilibus ſpeciebus, quæ creuerint tempore reemptionis, quomodo ſoluere teneatur.*

19 *Et reprobatur Modern. Pariſienſ. & defenditur. Cranetæ opinio.*

Rigeſimonono emptor cenſus annui ducentorum Francorum Turonenſium pro bis mille quingentis franchis ſolutis in mille tricentis octuaginta octo aureis ſolis cum 32. ſolidis valente aureo 36. ſolidos Turonenſes, conuenit, vt cenſus ipſe eſſet redimibilis pro eadem ſumma francorum 2500. in eiſdem ſpeciebus ſoluenda, tempore redemptus autem aureus ſolis, valebat ſolidos 45. vnde venditor redimere volẽs offerebat tantum 954. aureos ſolis cum 20. ſolidis Turonenſibus ſingentes ad dictos
1 francos 2500. emptor † recuſat niſi addantur aurei 378. & ſolidi ſexdecim, quæritur quid iuris, moderni. Pariſ. tractant hanc q. quæ eſt prima eius tractatus monetarum incipiens no
nageſimo quæro, in tractatu vſurarum emptor, ſeu creditor recuſat niſi totidem aurei ſolares ſibi reſtituantur, cum con-
2 uentum ſit in eiſdem ſpeciebus, debitor † repplicat de eiſdem quidem ſpeciebus, ſed non de totidem corporibus conuentum, ac ita accipiendum, vt dictæ libræ, ſeu francum, 2500. reddantur non vt ea quantitas excedatur, quæ maior reddere tur in dictis aureis 2388. & ſolidis triginta duobus, quia ſcire oporteat francos, ſeu francum vnum ſemper vtroque tempore conſtitutum de ſolidis 20.

3 Creditor † duplici ratione nititur primo, quod ſit conuẽtum

cum de dictis franchis. 2500 ac de eiſdem ſpeciebus, & propterea non inſpiciendum ſi creuerint, vel decreuerint l. Rutilia polla. ff. de contrah. empt. & vendit. ſecundo quod etſi ſpecies modernæ pluris valeant, non tamen ſi totidem reddantur maiorem ſortem, vel ſummam ſpecierum reddi, cum maxime creuerit aureus ob deterioratam minutam, & vſitatam monetam, nec valeant magis illi 45. ſolidi, quam illi 36. currentes tempore contractus, nec aurei facti nunc meliores ſint ſed æquales illis tunc receptis, & numeratis: atque ita creditor multipliciter damnum pateretur, ſcilicet, damnum ſequutæ deterioration is intrinſecæ, & augumenti intrinſeci, tanto magis ſi aurei moderni non fuiſſent æquæ bonitatis illorum antiquorum, ac ita fuiſſe iudicatum per quoſdam iudices.

Contra ipſe modern. Pariſiẽ. pro qua opinione ter ita fuiſſe iudicatum † per Senatum Pariſienſem, primo, quia ſi tempore diminutionis fuiſſent diminuti, nec valuiſſent niſi 20. aut 30. ſolidis oportuiſſet debitorem ſupplere numerum aureorum, qui feciſſet illam ſummam francorum 2500. igitur æquum eſſe ſi aucti ſint, vt creditor minorem numerum accipieret. ex reg. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. Secundo non eſſe conueniens, vt ex eadem negociatione duplex commodum, vel lucrum creditor referat, vnum ſcilicet, annuæ penſionis. vt per Aquen. in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verborum obligatio. quem ſequitur Purpur. in l. cum quid num. 168. ff. ſi certum petat. alterum ex augumento aureorum ex iuſdem fortis ex qua fructum percepit. Tertio cum illi aurei dati ſint ad negociandum ſalua ſorte, neceſſe eſt, vt ea ſpecies aureorum, non vt certa ſpecies nec ſub ratione certorum corporum, ſed tanquam quantitas, & ſub ratione certæ ſummæ pecuniæ reſultantis ex illis ſpeciebus tempore numerationis inſpecto, & ſic illa ſors francorum 2500. ſemel limitata, & determinata non poteſt in ſe plus augeri, vel minui prætextu augumenti, vel decrementi ſpecierum numeratarum ex interna ilo ſuperueniẽtis, vnde ipſe hoc ampliat in ſocietate † etiam ſi expreſsim dictum ſic, quod ea finita vnuſquiſque percipere poſſit capitale ſuum, vel quantitatem a ſe datam in eiſdem ſpeciebus. Secundo ampliat etiam ſi collatio in ſocietate facta ſit nõ

in quantitate librarum, vel florenorum, ſed in numero ſpecierum id eſt in tot aureis, vt quod totidem perciperetur, ideſt quod conferat centum aureos, & finita ſocietate centum retrahat ſine recipiat, & interim multum excreuerit, valor
6 aurei debet etenim inquit hoc incrementum † de capitali deduci, & inter ſocios diuidi, quamuis in hoc (dicit) contrarium conſuluerit. Corn. & peſsimè conſi. 279. lib. 1. ſolum ſe fundans Cor. in reg. l. cum quid. ff. ſi cert. petat. quæ non poteſt habere locum inquit in hoc caſu.

Concludit propterea non deberi tantum numerum aureo
7 rum, etiam ſi dictum fuiſſet in † totidem, vel eiſdem ſpeciebus, ibi nu. 14. cum clauſulas ipſas intelligendas cenſeat reſubiectam, & ſpecierum qualitatem eſſe in diſpoſitione quantum ad hoc vt ſors non debeat reddi in qualibet monetæ materia, ſed in eadem ſpecie, & forma, nec fieri iniuriam creditori minus numerando in aureis, quia poſſet id procederè ſi aurei ſibi abſolutè deberentur, non autem quando debetur illi certa alia quantitas, ſcilicet librarum, ſeu francorum 2500. quæ conficiebatur ex prædicto numero aureorum.

placuit, nec lege aliqua probatur, vt emptor qui tribuit com
moditatem venditori ad redimendum, loco, vt ita dicam au-
reorum octingentorum in auro numeratorum pro dictis ſcu-
tis de flor. octo, vel nouem, nunc teneatur acceptare ſeptin-
16 gentos, & nullibi dubiũ quin creditor † ſeu emptor recipiens
pro octingentis aureis ſeptingentos, vel ſexcentos aureos
graue incommodum vel damnum ſentiat contra expreſſam
diſpoſitionem. l. Paulus. ff. de ſolut. ac ! cũ quid. ff. ſi cert. petat.
Minuſq; ſit veriſimile vnquam contrahentes cogitauiſſe de
ſimili auctione, & mutatione valoris aurei extrinſeci, vt di-
xi ac probaui ſupra quæſt. 40. tanto magis ſi edicto Principis
caueatur ſub pœna ne quis expendat, vel recipiat auros, vel
alias monetas grandiores maioreve precio quam taxato, &
à Principe limitato, vt cauebatur edicto pro mulgato anno
1587. mulctante contrauentores pœna confiſcationis bono-
rum, & vitæ. Nam eo edicto aureus Italiæ taxabatur ad flo-
renos decem cum dimidio, quare exprimente emptore, ſeu
creditore ſe numerare aureos ad eam rationem dabant au-
reum pro omni eo valore quo poterat expendi, qui potuit
vnquam diuinare tam arduum, ac formidabile edictum ab
ipſo principio vniuerſaliter in toto dominio receptum, ac
per aliquod tempus ad vnguem obſeruatum contrario inde
17 aut diuerſo vſu fuiſſe abrogandũ, nemo enim diuinare † te-
netur. l. ſi putator. ff. ad l. Aquil. nec contrahentium diſpoſitio
18 trahi † debet ad incogitata. l. ſi. §. pen ff. de condi. indebiti. l.
cum Aquiliana. ff. de tranſac. l. de ijs. & l. qui cum tutoribus. &
l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. ſed de tali mutatione monetæ,
non fuit cogitatum per contrahentes, ergo &c. Calca. conſil.
15. num 16. minuſcq; contra ipſorum intentionem quicquam
operari. l. non omnis. ff. ſi cert. petat. idq; et iam agi inter con-
trahentes intelligatur, vt eiuſdem generis, & eadem bonita-
te ſoluatur quod datum fuit. l. cum quid. ff. ſi cert. petat. at
quomodo erit eiuſdem bonitatis ſi non tantum fingamus hũc
emptorem fuiſſe interrogatum ſi loco aureorum octigento-
rum

rum cõsentiat acceptare septingentos, vel sex centum, nemo
docet fuisse consensurum cum repugnet hoc sensui, ac præ-
sumptioni iuris, ne quis censeatur iactare suum. l. cum de inde
bito. ff. de probat. tantundem dico de venditore, qui si fuisset
interrogatus vbi aureus quem recipiebat ad rationem flore-
norum decem cum dimidio reductus fuisset ad florenos octo,
an intelligeret loco aureorum octogintorum soluere nonin-
gentos, aut mille, respondisset vtique se soluturum quãtos ac
cepit quicquid valituri essent tempore solutionis, quia simili-
ter iactauisset suum, vnde non est vera illa argumentatio do-
norum venditorem non teneri soluere eam speciem aureo-
rum, seu magnarum monetarum communis eorum cursus sit ad duo
cem cum dimidio, si tunc communis florenos, quia si decreuisset, aut limita-
decim, vel tredecim florenos, quia si decreuisset, aut limita-
tus fuisset valor ad minorem summam, seu æstimatione, em-
ptor, seu creditor non fuisset acceptaturus eos aureos mino-
ris valoris, quia negatur hoc quinimo sicut rõni conuenit vẽ-
19 ditorem † redimentem, seu debitorem soluentem oportere
reddere quantum accepit et si id expressum non sit. d. l. cum
quid. ita astringi debet emptor, vel creditor recipere tantam
ac talem pecuniam, qualem ipse persoluerat, vt contrariorũ
eadem sit disciplina, ac vt secundum naturã sentiat illud præ
censum magis, quam verum incommodum. l. secũdum naturam. ff. de reg.
iur. videturq; hoc probari ex doctr. Bart. in l. cum quid. nume.
20 16. declarans valorem vini † esse bonitatem extrinsecam qd
siue minor, siue maior fit non considerari, nisi post moram,
& tale posse restitui, quale est. l. vinum. ff. si cer. petat. eo etiam
inspecto, quod pretia rerum valore aurei, ac alia-
rum magnarum monetarum secundum regulariter crescere, vel decres-
cere consueuerunt. Ifer. & Afflic. tit. quæ sint reg. in verbo, mo
netæ. Curt. iun. in l. cum quid. nu. 23. ff. si cer. petat. allegans. l. 2.
C. de vete. nummis. potest. lib. 11. Bolog. consi. 12. nu. 49. quod od
etiam solet Princeps suis edictis monetarum cauere, nam si re
stringit valorem aurei, vel dictarum monetarum, mandat etiã
sub pœna, solutiones futuras etiam præteritarum causarum, prout
ac creditorum ad proportionem diminui, ac rerum pretijs
commensurari, ita vt partes non sentiant incommodum ex
quacunq; taxa valoris.

21 Minusque considerabilis † alia argumentatio eas pecunias magnas, vel aureos non esse in obligatione, sed in facultate, seu libertate soluendi, quos propterea si soluet vendicor, vel debitor, esse ex arbitrio non ex necessitate, ac ita licere illi soluere ad valorem currentem tempore solutionis, quia responderi potest non negari, quin sit eius facultatis soluere aliam monetam, sed negari si velit soluere illam, aut aleram, quod non teneatur soluere tantum quantum recipit. l. Paulus. ff. de solut. & d. l. cum quid, sicuti etiam parum valet aliud argumentum adductum ad corroborationem proximi antecedentis de animali dando pro noxa, vt ante moram tradi possit, quale sit, quia respondetur Dominum animalis nihil accepisse ab eo, cui animal suum tradit, quinimo priuari suo animali sine eius facto, & culpa. toto tit. ff. si quadr. paup fecisse dicatur, secus est in hoc casu, in quo emptor complacuit de proprijs pecunijs venditori, & debitori, quæ vulgo dicuntur secundus hominis sanguis, vnde ratio suadet, vt strictius obligetur debitor versus suum creditorem, à quo beneficium accepit, quam dominus animalis, qui nihil ab alio habuit.

Alia etiam argumentatio, censeri illas pecunias magnas, & aureos datos in solutum loco illorum scutorum de florenis octo & ideo ipsorum augumentum, vel diminutionem cede-
22 re lucro, vel damno debitoris, vt cedit fundus † dotalis æstimatus traditus marito. d. l. si æstimatis. ff. solu. matr. Bart. in d. l. Paulus. ista inquam argumentatio non vrget stante manifesta diuersitatis ratione. Nam venditor verisimiliter, qui recipit pecunias illis statim vsus fuit, aut potuit vti ad eam æstimationem ad quam recepit, & sensit commodum integrè, prout illas recepit, nec sibi subiacent periculo diminutionis, ac eúdem effectum iam sibi produxerunt, qualem possit producere creditori omnis futura restitutio, imo forte maiorem si aurei valor extrinsecus restringeretur ac limitaretur, prout, & hoc casu puto illum teneri acceptare, vt proximè dixi solutionem, & dum vẽditor seu debitor restituit, aut redimit non soluit easdem pecunias, quibus iam fuit gauisus, sed alias similes. l. 2. ff. si cer. pet. maritus vero acceptans fundum dotalem illum conseruat, & potest crescere, vel decrescere eius valor, nec statim eo vtitur pro tanta æstimatione, pro qua accepit, vt contigit in pecunia, in qua verisimiliter debitori nihil

possit

13 potest deperire, tum quod illa ad expẽdendum destinata sint ac fragilis, & de ijs rebus, quę seruando seruari nequeũt. §. cõstituantur. Inst. de vsufruc. gl. & DD. in l. 1. §. quæsitũ ff. ad Trebel. Dec. cons. 409. nu. 14. tum quod æstimationem habeat cer tam, de qua non oportet mercari, vt de alijs rebus, quæ vsu cõsumuntur, aut non consumuntur. Hæc opinio vltra æquitatẽ, ac rationem naturalem, vt vnusquisq; recipiat quantum dedit, quæ per se sola, satis esse deberet. l. cũ ratio. ff. de bon. dam. non destituit etiam aliqua auctoritate doctorum nam. Curt. iun. in d. l. cũ quid, nu. 2. vers. circa quæstionem dixit sibi semper visam inconuenientem, & nimis rigorosam opinionem Bartoli, licet cõem, sed in iure periculosam, vt si mutuo dans libras quatuor centum tradat pro libris quatuor, aureos singulos, quos numerat, & cogatur inde p dictis libris quadringentis recipere aureum ad libras, quatuor cum dimidia, si ad tantum creuisset æstimatio aurei, negarie tenim minime possit creditorem magno damno affici, & illius conditionem deteriorem fieri, & asserit non contingere in alijs rebus mutuali bus, & propterea dixit Mediolani, & Papiæ statutũ, vt quæcũque solutio in tps dilata, fieri debeat secundum æstimationẽ monetæ existentis tpe contractus. Curt. sequitur Bologn. cõsi. 1 r. nu. 49. qui quatenus intelligerent hoc de augumento valoris aurei extrinseci ob mutatam bonitatem extrinsecam monetarum, perpetuam allegarent communem (. s. Curt.) esse communem, quia hoc casu vbi creuisset ob mutationem bonitatis monetarum, vel de nouo iungente ad valorem tot aurei, quot tunc valebat ante, quæ Soc. cons. 198. vol. 2. dixi supra casu 43. vnde quia præcedebat mutatio bonitatis intrinsecæ monetarum minutarum, facta rigorosam opinionem, Quinimo nulla etiam fallacia, seu constituitur, nec aliarum magnarum, seu de floribus, quia si ista scuti mille de floribus, seu renus efficitur, seu constituitur, nec aliarum magnarum, seu de floribus, quia si ista scuti mille de floribus, seu aurei, videtur idem censendum, quia si ista scuti mille de floribus, seu renus octo hodie soluendi debent æquiualere in bonitate in trinseca illis quibus fuerat pretium constitutum, vel de floribus, dixi supra in quinto casu, & in hoc met supra. vers. præsupposito igitur sequitur quidem emptorem non teneri accipere æquiualentes aureos, iuxta valorem modernum, nisi tantas monetas seu aureos, iuxta valorem nunc currentem, mille de flo. octo tunc currentes

A-

CASVS XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Venditæ rei pretio constituto in florenis tantum, quorum in nulla extat species, & post contractum nulla contigit mutatio monetarum paruarum, vel mutatio bonitatis intrinsecæ contigit, quid oporteat, volentem redimere soluere.*

2 *Et quid si mutatio contigit aliquarum monetarum magnarum auri, & argenti extrinsecè tantum puta quia creuerit illarum æstimatio.*

3 *Moneta an habeat certam speciem, vel non differentia nulla, ex DD. doctrina colligi potest, contra Brunum.*

4 *Clausula rebus sic stantibus in qualibet dispositione etiam conuentionali subintelligitur.*

5 *Alternatiua inter duas res bonitate valde differentes poni non dēt.*

1 QVadragesimonono quid si pretium rei venditæ † consistat in florenis non autem in aureis, vel duplis, quorum florenorum nulla est certa species, sed à tempore immemorabili semper constituti fuerunt, vt dixi supra in sexto casu. Nam, aut post contractum nulla contigit mutatio bonitatis intrinsecæ, & extrinsecæ, tunc res est clara, aut mutatio fuit bonitatis intrinsecę monetarum paruarum, quibus isti floreni cōstituuntur, tunc oportet venditorem redimentem fundū soluere hos florenos de moneta currenti tēpore contractus, vel tantam nouam æquiualentem illam antiquam. Bru. de mone. dec. 6. Purp. in l. cum quid nu. 169. & 170. ff. si cer. pet. docens ibi liquidationem istius rei: si vero nulla facta sit mutatio aliquarum monetarum aurei, nec argenti in
2 bonitate intrinseca, sed tantum † extrinseca, ita vt aurei nūc, ac aliæ magnæ monetæ pluris valeant, iuxta communem sententiam Bart. de qua in proxima conclusione, pro illis mille florenis posset venditor soluere pretium in minore numero aureorum, aut aliarum magnarum monetarum, quam ab emptore recepisset, quod nihil potest esse iniquius, ac contra dispositionem. dict. l. Paulus, & l. cum quid. ff. si certum petat, & lege 3. §. si reddita. ff. commod. Si ita simpliciter, ac sine distinctione intelligeretur, & quā propterea opinionē ibi nō

sum

sum sequutus, nec soleo sequi, vbi similes differentiæ arbitrio meo amica biliter committuntur, adeo quod ex doctri-
3 na DD. potest colligi nullam esse differentiam, † vel pretium consistat in aureis, seu alia moneta habente certam speciem, vel alia non habente hanc speciem, vt in florenis Surdus cons. 220. contra Brunum me animaduertit Dominus Surdus, quia vbi fit mutatio bonitatis constituentem differentiam, quia vbi fit mutatio bonitatis intrinsecæ, idem obseruatur in vno atque altero casu, ac si-militer in mutatione bonitatis in conclusione Bart. in l. Paulus, quod & ra, citra quam summis non possint emi tot aurei, quot habiti fuis-si ex istis florenis non possint emi tot aurei, quot habiti fuis-sent tempore contractus, nihil referre, cum hoc sit lucrum cessans, & non damnum emergens, & si in hac vltima muta-tione bonitatis extrinsecæ contingeret mutationem fieri tan-tum in aureo, vel monetis magnis, firmo manente cursu mo-netarum parùarum, in eisdem terminis, ac statu tempore con-tractus, ne vt paulo ante dixi, creditor, seu emptor patiatur tantam iniquitatem, & iacturam, certe hoc casu dicerem nō esse in facultate venditoris soluere monetas magnas facientes in bonitate, in intrinseca minorem numerum florenorum, licet tantundem facerent in bonitate extrinseca, sed si vellet em-ptor, præcisè cogendum venditorem ipsum soluere numero florenorum de illis monetis non mutatis interius nec ex
4 subintelligatur clausula † rebus sic stantibus Ia. post Bart. in l. quod Seruius. colum. pen. verse. circa secundum. ff. de condi. ob causam. Dec. consil. 335. nu. 3. Rub. consil. 146. Crauet. con-sil. 95. Ozaf. decis. 91. vel si loco florenorum sit in facultate de-bitoris soluere florenos in aureis, teneri solutionem facere in tot aureis, quot fuissent necessarij ad solutionem tempore cō-tractus, cuius tempus regulariter inspicitur. vt dixi supra in
5. & 6. casu.

Facit ad hoc propositum, quia si sit in facultate debitoris soluere, vel monetam antiquam eiusdem bonitatis, cuius erat tempore contractus, vel aureum seu magnas monetas in auctas valore extrinseco sine mutatione monetæ minutæ, & antiquæ non valentes in bonitate intrinseca monetas paruas
5 & inferiores, conuentio reduceretur ad rem non vtilem, quod alternatiua † esset posita inter duas res bonitate valde diffe-

differentes, quod non est verisimile. l. x. ff. de reb. dub. his, ideo hoc non est dicendum. Calc. d. cons. 15. nu. 15. vers. item pro.

CASVS L.

SVMMARIVM:

1 Dotes an semper cum meliorameto antiquæ monetæ restitui debeant.
2 Et quid in dotibus constitutis tantum, & in qua moneta postea soluendæ sint.
3 Dote centum florenorum auri soluta, quo tempore valebat quilibet libras tres cum dimidia, & tempore restitutionis libras quatuor, & solidos 15. ad quam rationem solutio admittenda.
4 Dotis promissio soluenda de moneta currente tempore solutionis seu promissionis, mariti erit electio.
5 Seu, dictionis natura est, vt augere soleat.
6 Pro dotibus in dubio respondendum.
7 Aureis, vel florenis auri tot in dotem datis adiecta æstimatione librarum, seu alterius monetæ minutæ, aurei, vel florenі censentur dati in solutum, & dos erit in libris, quas sufficit restituere.
8 Bonitate intrinseca mutata restitutio dotis facienda secundum bonitatem monetæ antiquæ, etiam sine mora aliqua.
9 Dote in tot florenis, vel aureis ad rationem trium librarum pro singulis soluta, quomodo restitui debeat, & diuersi casus, & variæ doctorum opiniones circa restitutionem dotis recensentur vsque ad fin.
10 Et quid si mora interuenerit.
11 Dotis receptæ confessione precedente, & promissione soluendi eam statim subsequente per diuersa instrumenta, cuius temporis, contractus ne, vel solutionis, in restitutione ratio habenda sit.

QVinquagesimo venio ad dotes constitutas, sed nondum solutas, in qua idem in summa dici posset, quod supra quamuis aliqui putent casus dotales esse magis in hoc priuilegiatos, quod posset confirmari auctoritate Bal. in l. cum quid. ff. si cert. pet. dicentis quotidie videri dotes † antiquas restitui cum melioramento antiquæ monetæ, idem dicendum in constitutione. argum. nihil tam naturale,

turale.ff.de regu.iur.l.ab emptione.ff.de pact.

Quod igitur attinet ad dotium conſtitutionem. Barto in d.l.Paulus ſub nu.10.ff. de ſolu. loquitur de reſtitutione dotis, ſed hic agimus de conſtitutione,ideo prius de conſtitutione,
2 † & videtur dicẽdum ſolutionem fieri debere de moneta currenti tempore ſolutionis, & quæ tunc ſit communiter in vſu-Corn.conſi.287.num.21.vol.1. quia inquit regulariter ſolutio fit de moneta vſuali,tex.& glo.in clem.2.de decim.c.2.in fi.de malefic.etiam ſi dictum non ſit.glo.in d.c.2.allegans concordantes, facit.l.Imperatores.ff.de contrah.empt.& dixit Bald. non attendendam æſtimationem vigentem tempore contractus, ſed vigentem tempore ſolutionis.in d.l. cum quid.

Dicemus de vtroque ſimul, & poſtea diſtinguemus, & dixit Bald.conſ.213.vol.5. quod ſi fuerunt traditi in dotem centum floreni
3 † boni auri iam ſunt anni 30. quo tempore valebat florenus tres libras cum dimidia, & tempore reſtitutionis valebat libr.4.& flor.15. dicit hæredes non liberari ſoluendo florenos ad hanc rationem, ſed illam ſoluendam in florenis, qui ſunt in obligatione, & eorum bonitas intrinſeca nõ eſt mutata, ſed valor extrinſecus, ſeu æſtimatio tantum. ſequitur Anchar.in clem.fin. de decim. refert, & dicit communem Aret.conſil.11.dicens veram, & communem opinionem ſub num.3.& conſi.84.in princip. & quod augumentum, vel diminutio cedet commodo, vel incommodo creditoris. vnde poſt Aretin.reſpondit Bologn.conſil.16.in princip. ducatos centum Venetos in dotem datos reſtituendos ad æſtimationem tempore ſolutionis fiendæ, non autem habito reſpectu ad æſtimationem temporis contractus, & quod diminutio, ſeu augumentum cedet periculo creditoris,& dicit Bart. in l.res in dotem.ff.de pact.dot. dotem ſolutam in moneta antiqua in illa eſſe reſtitueudam, quod ait intelligendum, niſi poſtea ſit variata in materia, vel in forma, ſed ſi eſſet eadem moneta, & tamen valor floreni creuiſſet, vel decreuiſſet hoc non inſpiceretur niſi à tempore moræ. l. vinum. ff. ſi certum petat.& ſcribit Iacob. in l.plerunque.§.fin.ff.de iure dot. pro-
4 miſsionem dotis† pro quadam filia ſoluendæ de moneta currente tempore ſolutionis, ſeu promiſsionis, quod electio
5 erit mariti, quia dictio, ſeu, † ſolet augere, l. ſi quis ita legauerit.ff. de auro, & argen. leg. & in re dubia pro dotibus

6 † respondendum sit.l.in ambiguis.ff.de reg.iur.ne aliquando etiam sequatur absurdum, quod tempore soluti onus posset moneta ita esse vilis, vt mulier remaneret indotata allegat Alb.in l.vnica.§.maneat.C.de rei vxo.act. & dicit Barto.in d. l.Paulus.sub num.10.quod si tibi dedi centum libras in florenis,& venerit tempus restitutionis,dicit florenos censeri datos in solutum pro illis centum libris, nec cogendum debitore in ad restitutionem tot florenorum si creuerint in valore, ideo non posse peti,nisi libras centum,& damnum,& lucrum florenorum cedere debitori, qui illos receperat.cum dotem C.de iure dot.l.si æstimatis.ff.solut.matrim.& si quis det in do

7 tem tot aureos, † vel florenos adiecta æstimatione librarum, seu alterius monetę minutę floreni censentur dati in solutum & dos erit in libris,seu moneta minuta pro qua aurei,seu floreni fuerunt soluti.Plot.consil.18.allegans Bart.in d.l.Paulus, qui non loquitur propriè sic, sed quando dos est in libris,& soluta in aureis, seu floremis. Ideo inquit Plot. non potest compelli debitor ad restitutionem tot florenorum, seu aureorum, quot accepit, sed sufficit, quod restituat tot libras, vel pecuniam minutam, secundum quam fuerant illi floreni æstimati, ac ita pauciores aureos citat Cur.iun.consi.24.nu. 6.& 7.Cur. in tracta. monetar.in 2.q. prin. qui Curt.iun. non loquitur in dote.Purpu.in l. cũ quid.nu.162.dicit quod si bo-

8 nitas † intrinseca sit mutata,restitutio dotis fieri debet secundum bonitatem monetæ antiquæ, ac ita sustineri practicam, secundum quam mulieres nunc petunt dotem in bonitate monetę,etiam sine mora cum pecunię reperiantur variatę,etiam in intrinseca bonitate, vt in dote dicit tenere Corn. consil. 321.lib.3.cum ampliationibus& limitationibus,& consi.109. lib.4.& 181.lib.2.& 135.lib.3.Socin.consil.298.lib.2.dicit, quod si instrumentum dotale disponat esse in 150.florenis ad

9 computum librarum † trium pro singulo floreno significari hanc æstimationem reddi debere non maiorem, sicut quælibet res data in dotem vera æstimatione.l.si æstimatis.ff.solu. matrimon.citat Bald. d.consil.213.volum.quinto, vnde dicit soluendam de moneta antiqua, si haberi possit, libræ tres pro singulo floreno, si autem non potest haberi, tot de noua,

10 quæ valeat æstimationem antiquæ, & si quis sit in mora † teneatur ad interesse, quantiplurimi. Salic. in l. res in dotem. ff. de

de iure dot. dicit quod si fuit dos in florenis, debet reddi in florenis, nec inspici si pretium floreni sit auctum, vel diminutum, nisi à tempore moræ. l. si vinum. ff. si cert. peta. Iacob. in l. res in dotem. ff. de iure dot. quod si dos est data in antiqua moneta in illa debet restitui, si materia est variata in materia, vel forma, alioqui si solum in valore est variatio non teneri, nisi à tempore moræ, allegat Bart. ibi & addit Bald. in d. l. cum quid. dicentem dotes antiquas restituendas cum bonitate monetæ. Aflict. decis. 194. dos florenorum 1100. quo tempore ducatus valebat florenos duos, & baiochos tres cum vno terno, & tempore restitutionis ducatus valebat flor. 3. & & baiochos 10. quæritur ad quam rationem fieri debeat restitutio, & dicit secundum tempus contractus. & non restitutionis. ex cap. olim. de censibus, & cap. cum canonicis, & quia tempus contractus inspicitur. l. si fundum. ff. de euict. l. Rutilia Pola. ff. de contrah. emp. etiam si non esset mutata pecuniæ bonitas, sed tantum valor, cum pecuniæ bonitas inspicitur principaliter respectu vsus, vt ibi per eum. Capra consilio 39. quod dos florenorum in auro est maioris valoris, quam florenorum in moneta, ad rationem Bologninorum 40. pro floreno, ideo si fit florenorum in auro, ita est restituenda. Boer. d. quæst. 327. in dote promissa in mille quingentis aureis, & recti ponderis, Cunei, & lighæ Franciæ, Regis computato, & existente aureo in valore sollidorum 27. & denariorum sex & auctus sit valor aurei in qua solutione fieri debeat, dicit in fine maiorem partem Dominorum fuisse pro opinione Bart. in d l. Paulus in prin. quæst. ff. de solut. & pro opinione Bald. d. consil. 213. volum. 1. nam Bart. in d. q. ponit casum de constituente in dotem libras centum in florenis, dicit florenos datos in solutum, & siue crescant, siue decrescant esse periculo recipientis, & Bald. d. consil. 213. dicit, quod si tempore contractus florenus fuisset datus ad rationem librarum tot pro quolibet floreno, tunc illam æstimationem, idem tot libras debere reddi, & non maiorem, sicut in qualibet re æstimata data in dotem vera æstimatione. ff. solut. matri. l. si æstimatis. ac ita cautos homines futura aspicientes facere consueuisse, & propterea diligenter attendendum tenorem obligationis, quare illi Domini, consequenter iudicarunt debitorem dotis non teneri soluere dictos scu. 1500. auri regis solis, Cunei,

& li-

& ligiæ Franciæ, sed sat esse quod solueret solidos 3.27. & de
narios sex pro quolibet aureo, ac ita pauciores, nec aliquam
constituerunt differentiam inter casum. Bart. de dote con-
stituta in libris, soluta in florenis, & de constituta in florenis,
seu aureis appretiatis ad libras, vt est casus Baldi.

Sed esto quod sit ita opporteret tamen intelligere modo
valor aurei non creuisset ob deteriorationem monetæ in bo-
nitate intrinseca, vt per Socin. consi. 298. vol. 2. & dixi supra
casu 43.

Corne. cons. 287. vol. 1. dicit dotem quando moneta est mu
tata in bonitate intrinseca solui debere de antiqua, vel æsti-
matio antiquæ. c. olim causam. de censi. & Bal. in d. l. cū quid.
esse intelligendum de æstimatione rei, quæ augetur vel mi-
nuitur aliunde quam ex variatione bonitatis intrinsecæ, pu-
ta si floreni crescant in æstimatione, quia multi extrahantur,
vel ex alia simili causa, prout in vino, oleo, & huiusmodi quo-
rum æstimatio crescit, & decrescit manente eadem intrinseca
bonitate, nam hoc respectu attenditur tempus solutionis, vel
moræ. l. vinum ff. si cert. peta.

Corne. consi. 109. libr. 4 quando factum est instrumentum
11 dotis, † confessionis, & statim sequutum est instrumentum
promissionis, soluendi non obstante confessione, an attendi
debeat in restitutione tempus contractus, vel solutionis ca-
rum dotiū, & dicit attendendum tempus contractus, vel solu-
tionis earum.

Quę desunt perficere, & quę scripta sient sub incude reuocare, & adamussim perpolire morte preuenti non potuit.

CON-

CONSILIVM SVPER
Eadem materia de Monetis,
GASPARIS BELLETIÆ
IVRISCONSVLTI,
ET CORAM EXCELLENTISS. SENATV
Pedemontano Clariſsimi cauſarum patroni.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum ſcutorum 3000. ad rationem florenorum 11. & gr. 2. pro ſingulo, factum in tot ſcutis auri in auro bonę ligę, & iuſti ponderis, cum promiſſione reſtituendi in tot ſcutis auri in auro, bonę ligę, & iuſti ponderis, & prędicti valoris, an auctu aurei valore, tot aurei ſint reſtituendi, quot numerati.*

2 *Pro negatiua opinione quod ſufficiat tot reddere, qui iuxta valorē auctum efficiant quantitatem florenorum reſultantem ex aureis numeratis, rationes adducuntur per diſcurſum.*
Affirmatiua tamen opinio totidem aureos eſſe ſoluendos, quot numerati pro veriori defenditur a nu. 13.
Et reſpondetur rationib. in contrarium adductis a nu. 20. vſq; ad fi.

3 *Aeſtimatio reifacit emptionem, & ipſa ſola, non autem res peti poteſt.*

4 *Verba, (aurei, ad rationem florenorum tot) important in mutuo, vt dati pro ſolutione florenorum videantur auri.*
Et an mutatio valoris monet ę hoc caſu contrahentibus, vel profit, vel noceat, ibid.

5 *Petere nemo debet id cuius contrarium non eſſet poſtulaturus.*

6 *Aurei, vel monet ę ſpecies, quando ſunt in obligatione, & inde illorum eſtimatio aucta, vel diminuta, eodem pondere, & materia manentibus, mutatio an profit, vel noceat creditori, & nu. 23.*

7 *Aureis centum promiſſis, quiſnt poſt obligationem extrinſecus diminuti, ſoluenda eſtimatio, quam tempore contractus habebant.*
Quod ſi fuerint auctі, ſufficit ſoluere pauciores iuxta nouum argumentum.

8 Monetarum vnam speciem pro alia solui per totum orbem consuetudo induxit.
Quę tamen quando non procedat. vide nu. 14.

9 Bonitas extrinseca monetę non debitori, sed creditori debitum adsilenti quod lucrum recipitur.
Et an istud procedat etiam post moram debitoris. vide nu. 10. & 24.

11 Clausula rebus sic stantibus intelligitur in omnibus & quando non operetur. nu. 27.

12 Interpretatio facienda in stipulationibus, vt cessent iniquitates, & nemo quis indebite ditetur.

13 Aureis in obligatione existentibus, vt si dictum sit quod quis teneatur reddere in totidem aureis auri in auro, & an in alia moneta estimatio reddi possit.
Etiam vigore consuetudinis soluendi vnam monetam pro alia. nu. 14.

15 Aurei valore auctę propter deteriorationem monetę minuto, augmentum creditori debetur, & debet solui tot aurei quot fuerunt tradita, vel antiqua moneta, si extat secundum tempus contractus, vel noua ad illius estimationem.

16 Pecunia, vt in eadem bonitate qualitate & quantitate existimatur, secundum tempus mutui inter contrahentes semper actum intelligitur.

17 Nummi veteres si fuerint mutati non tantum in pondere, & materia, sed simul in valore, ac pretio publico, soluendi similes veteres, aut eorum estimatio antiqua.

18 Verba ista (& al valor sudetto) in promissione restitutionis mutui aureorum estimatorum, quid operentur.

16 Pecunia cum in aureis creditur, valore expresso, illa expressio quando cedat debitori.

20 Aestimatio rei emptionem non facit, quoties promittitur restitutio eiusdem rei estimatę eo modo quo data fuit.

21 Et huiusmodi estimatio censetur facta causa demonstrationis, vt exemplificatur.

22 Monetę de certa specie soluendę si actum sit expresse inter contrahentes, cessat omnis difficultas.

24 Aurei in auro eiusdem ligę bonitatis, & valoris vt restituantur, si conuentum fuerit, quomodo erit solutio facienda.

25 Mo-

25 *Monetæ de ſolutione controuerſia a tenore obligationis pendent, & diffiniuntur.*

26 *Contractus diſſolutionis natura eſt, vt fieri debeat cum eiſdem qualitatibus retrotraditis, quibus conſtitutus fuit.*

28 *In claris interpretatio non eſt neceſſaria.*

VIſo inſtrumento mutui ab Illuſtr. D. Marchione Ciriaci, Domino Macri, & Vallis, facti Domino Ioanni Michaeli Malleto anno 1577. 18. Nouembris, cuius verba, in quibus difficultas verſatur, ſunt hæc, Perſonalmente conſtituto il Sig. Gio. Michele Malletto Cittadino di Torino ſpontaneamente, &c. ha confeſſato eſſer vero, & real debitore dell'Illuſtr. Sig. Gio. Gerolamo Doria Marcheſe di Ciriè, Conte di Caualer Maggiore iui preſente, &c. della ſomma di ſcudi tre milla, ragionati a fiorini vndeci, & groſsi due per ogni ſcundo moneta di Piemonte,
1 per cauſa di puro, gratioſo, & real preſto † fattoli in tanti ſcudi d'oro in oro, di buona liga, & giuſto peſo, iui realmente contati, quali ſcudi tre milla, alla ragione, & ſpeciè predetta, detto Sig. Malletto per ſe, & ſuoi heredi, ha promeſſo pagarli al detto Sig. Marcheſe frà vn'anno proſsimo in Genoa, in tanti ſcud. d'oro in oro di buona liga, giuſto peſo, & del valor ſudetto. Dicendum primo videbatur debitorem non teneri reddere tot aureos in eodem numero, quot accepit. Primò
2 quia in dicto inſtrumento aureus † eſt æſtimatus ad rationem. flor. 11. gr. 2. & nunc valet ff. 13. gr. 3. & ſufficere videtur, quod debitor reddat tot aureos, quot faciunt quantitatem florenorum, quibus aurei mutuati fuerunt æſtimati, quia æſtimatio
3 † facit emptionem, & tunc non res, ſed æſtimatio peti poteſt. l. æſtimatis. cum l. ſeq. ff. ſolu. matri. l. cum dotem. C. de iu. do. ſic Bald. in conſi. 213. punctus quæſtionis. libr. 5. illa enim verba
4 † ragionati a fiorini vndeci, groſsi due, important, quod illi aurei dati ſint in ſolutione pro illis florenis, & ideo non poſſunt peti, niſi illi floreni ſoluendi in tot aureis, & hoc caſu mutatio valoris monetæ contrahentibus, neque nocet, neque prodeſt. lege penult. §. ſi mancipia. ff. ſolut. matrimon. Bartol. in l. ſi quis ſtipulatus decem in melle. ff. de verbor. obligat. num. 2. & in l. Paulus, num. 10. ff. de ſolut. Aretin. conſ. 84. colum. penult. verſic. venio igitur ad ſecundum. Curt. ſen. in

tract.

tract.de mone.q.11.nu.27. Soc.sen.consi.6.col.vlt.lib.1.& cõ. 298.lib.2.Bru.in tract.de monet.in secundo præsuppositõ.nu. 9.& in 8.limita.Rui.consi.65.nu.8.lib.2.& consi.134.nu.3. & 5.lib.4.Mart.Gar.in tract.de monet.nu.29.Curt.iun.cons.24. nu 5.& communem dicit Cabal.in tract.de vsu.q.97.nu 735. Tira.de retrac.consang.§.1.gl.18.nu.27 Did. Couar.de vete. colla.numis.c.7.§.vni.col.7.nu.5.D. Menoc.consil.49.numer. 11.& plu.seq. Bursat. consil.325.nume.13.Papo. libr.10.tit.5. arresto 2.

Secundo si valor aurei fuisset diminutus eadem intrinseca bonitate remanente, creditor petijsset sibi solui numerum florenorum, quem faciebant aurei mutuati tempore obligationis, & sic coactus fuisset debitor soluere numerum aureorum maiorem illo, quem mutuo receperat, & noluisset creditor pati decrementum, ergo nunc non põt augumentum prętendere, quia nemo debet petere † id, cuius contrarium non esset
5 postulaturus.l.pen.C.de solu.

Tertio quando aureus, vel alia moneta species est in obligatione, & æstimatio aurei est aucta, vel diminuta eodem
6 pondere, & materia manentibus, mutationem † non nocere, nec prodesse creditori voluerunt. Abb. in c.quanto. col. pen. fub nu.12. de iureiu. Curt. sen. in tracta. de monet. q.3.& Cur. iun.in l.cum quid. nu.23.ff. si cer. pet. Ant. Burgen.in c. cum dilecti.de emptione.nu.39.& veriorem dicit Ioan. Aquila. in tract.de monet.põt.par.2.tenor.1. versi. altera conclusio, qui
7 concludunt, quod si quis est obligatus in centum aureis, † qui sint post obligationem extrinsecus diminuti; tenetur omnino soluere creditori illam æstimationem, quam tempore contractus habebant, & si aureus sit auctus satis est, quod debitor solvat pauciores aureos, qui iuxta nouum augumentum ęqui polleant illis centum in obligationem deductis. quam sniam probat Cabal.in tracta.de vsu.q.92.& illam communem dicit D.Meno.d.cons.49.nu.17. qñ adest cõsuetudo in regione, ꝙ debitor posit vnã speciẽ monetę, ꝙ altera soluere, & citat ad hoc Bar.in l.cũ certũ.ff.de auro, & arg.leg. Bal.in cons.269.sup eo ꝙ quarit.li.2. Calc.cons. 15.n.1.& nu.48. Curtiu.cõs.24. nu. 6. versi.confirmant põmissa. Rom.cons.123. col.3.versi. hoc aũt maxime.& alios & adducit rationem, quia cõsuetudo hoc facit, ne plus sint in obligatione aurei, quam florẽi, vel libræ,

& ibi

& ibi nu.18. probat atteſtationibus multorum DD. eſſe ferè
8 totius orbis vniuerſalem conſuetudinem,† vt vna moneta pro
alia ſoluatur.

Quarto hæc maximè opinio locum habere debet in præ-
ſenti caſu,in quo ſolutum fuit intereſſe, & quando ex ſorte
9 aliquod lucrum recipitur, tunc bonitas monetæ † extrinſeca
etiam poſt moram non debetur. arg.l. Titius. ff. de præſcrip.
verb.Cla.de Seiſel.in l.ſi ex legati cã.col.1.de ver.ob.Purp.in l.
cũ qd.n.168.ff.ſi cer.pe.Caba.in trac.de vſu.q.90.n.687.& fuit
originalis conſideratio Pilei inter q.ſuas q.35.incip.quidã cre
dit.in fi. vbi dicit ita fuiſſe deciſum per Papã,& illius opinio-
nẽ ſequuti ſunt Io.And.in add.ad Spe.de obli.& ſolut.§.nunc
aliqua. in vlt.addi.Parpalia in d.l cũ quid. col.fi. ver. 4.concl.
Afflic.in ti.quæ ſint regalia.§.monetæ.num.15.verſi.fallit niſi
creditor.Bru.in tract.de aug.monet. in 5.limi.Gabr.com opi-
nio.lib.3.tit.de ſolutio.concl.1.nu.33.D.Præſes Theſau. deciſ.
174. qui teſtatur ſic pluries iudicatum per Senatum, quando
10 debitor nõ eſt in mora;ipſe vero tenet poſt moram † vtrumq;
deberi intereſſe ſcilicet, & augumentum, quod tamen vi-
detur expreſsè contra id quod tenet Purp.in loco ſupra cita-
to, ac etiam Gabriel.ab eo citatus,vult augumentum mone-
tæ, poſt moram tantum deberi ſolito negotiari, & ſic augu-
mentum illud cum intereſſe confunditur.

Nõ obſtat quod promiſsio legatur facta de ſoluẽdo in toti-
dem aureis,& in eiſdem ſpeciebus, quia intelligi debet rebus
11 ſic ſtantibus, quæ clauſula † ſub intelligitur in omni actu. c.
breui. de iureiurand. l. quod Seruius. de conditio. ob cau-
ſam.l.ſi cõuenerit.ff.pro ſocio.ſic in terminis declarat Cabal.
in trac. de vſu.q.90.nu.687.& q.91.nu.710.& ſemper in ſtipu-
12 lationibus debet fieri interpretatio, vt ceſſet † iniquitas, &
ne aliquis indebitè lædatur. l.3.§. qui Stichum. ff. de eo quod
certo loco.l.5.§. fin.l. quoties in diem. l. inter ſtipulantem. §.
1.ff.de verb.obl.l.quoties nihil.ff. de reg.iu. Pau. de Caſtr.in l.
1. per illum tex. ff. ſi quis cautio. cùm igitur debitor lædatur
in duobus florenis pro ſingulo aureo intelligi debet dicta
clauſula,ſi aureus in eodem valore permanſerit.

His tamen non obſtantibus contrarium verius eſſe cenſeo.
13 Primo, quia † aurei ſunt in obligatione, & non poteſt red-
di æſtimatio in alia moneta, cum dictum ſit, quod reddere

in

in totidem aureis auri in auro, bonæ li ghæ, iusti p onderij, & eiusdem valoris. l. 1. ibi iusti ponderis sint. C. de v ete. numis. poteſt. libr. 11. c. quanto & ibi gl. de iureiu. Bar. in l. si stipulatus sim decẽ in melle. ff. de solu. Bru. in tract. mone. in 2. pre. miſſo. nu. 6. verſ. aliquando quis promittit 25 scutas solis. Affli. in tit. quæ sint regalia. in verſ. monetæ. nu. 21. verſ. hoc tamen fallit. Cepha. cõſ. 31. nu 5. Io. Aquila in tract. de monet. poteſt. par. 2. nu. 9. Curt. ſen. in tract de mone. q. 10. Ioan. Bologne. conſi. 11. nu. 39. Meno. conſi. 258. nu. 2 & ſeq. Put. libr. 1. deciſ. 149. nu. 10. qui omnes concludunt hoc caſu conſuetudinem
14 † locum non habere, & non poſſe ſolui vnam monetam pro alia, quod ſecus eſſet, ſi fuiſſet promiſſa ſolutio trium millium aureorum in tanta moneta, vel promiſſa fuiſſent tria millia aureorum, vel eorum valor, vel ſimpliciter ter mille aurei fuiſſent promiſsi.

Secundo poſito, quod aurei eſſent æſtimati, & ſolutio in moneta argentea, vel ærea fieri poſſet, quando valor aurei
15 † eſt auctus propter deteriorationem monetæ, tunc debetur creditori augmentum, & nõ ſufficit ſoluere tot aureos quot tempore ſolutionis faciunt ſummam florenorum, qui ſunt in obligatione, ſed debent ſolui tot aurei, quot fuerunt mutuo traditi, vel ſi extat antiqua moneta, debet ſolui ſecundum valorem tempore contractus, vel debet ſolui noua ad æſtimatio-
16 nem antiquæ, quia ſemper cenſetur actum, vt pecunia † reſtituatur in eadem bonitate, qualitate, & quantitate ſecundũ tempus mutui. l. cum quid. ff. ſi cer. pet. c. olim. & c. cũ canonicis. de cenſi. Grat. conſi. 12. & 13. lib. 1. Bru. in trac. de mone. limi. 8. q. 3. Tiraq. de retrac. conſanguí. §. 1. gl. 18 nu. 26. Guido Pap. q. 493. ſi fiat monetarum mutatio. Affli. deciſ. 90. & 194. Crau. conſi. 447. nu. 6. & conſi. 436. ſub nu. 1. verſ. ſecundo cum 3. Ceph. conſil. 31. nu. 8. Nat. conſi. 156. in vlt. dub & conſi. 302. & cõſ. 454. nu. 6. Gabriel. de ſolu. concl. 1. Myſing. ſing. obſeru. centu. 4. obſer. 1. Dom. Præſes. Theſſau. d. deciſ. 174. in prin. Menoch. d. conſi. 49 nu. 1. 2. & 3 Hieron. Gabr. conſi. 164. nu. 4. lib. 1 Aſinius in tract. de execu. c. 128. §. 8. Rub. Alex. conſil. 17. ſub nu. 2, & conſi. 148. nu. 2. And. Gail. pract. obſer. libr. 2. obſeru. 73. D. Senator Sola in decr. Sabau. ex frequentibus. nu. 72. & num. 77. & hoc caſu opinionem Pilei, & Aquen ſupra relatam

relatam locum non habere declarat. Cag. in l.2.q.73.nu.216. C.de pact.inter empt.& vend.vbi ſcripſit,q̃ licèt ex ſorte quis lucrum capiat,tamen pecunia debet reddi in eadem intrinſeca bonitate,quæ erat tempore contractus, & in his terminis loquitur Neuiz.conſi.88.nu.14.& D.Sola in d.decreto,ex frequentibus num.72.

Et quamuis Io.Faber in auth.hoc niſi.C.de ſolu.& Inſti. quib. mod.tollitur obligatio.in fi.prin.Cabal.in trac.de vſu. q. 100. in hoc diſſentiãt,dicentes, quando noua pecunia in materia, & pondere diminuta habet eundem valorem publica auctoritate conſtitutum,quem habebat antiqua, quod poſsit noua pro vetere ſolui,ſine aliquo augumento,tamẽ ijdem cenſeut,
179 q̃ ſi veteres nummi† ſunt non tantum in pondere, & materia mutati,ſed ſimul in valore,ac pretio publico, tunc ſoluendos eſſe veteres nummos aut eorum propriam,ac veterem ęſtimationem,q̃ adeo rationi congruum eſſe dicunt, vt temerè contrarium admittatur,& hanc eſſe propriam ſpeciem,& caſum c.cum canonicis.de cenſib.& illos tefert, & ſequitur Didac. d. trac.c.7.§.vlt.cõcl 3.in fi.Cùm igitur moneta variata ſit in bonitate intrinſeca, & extrinſeca dicendum eſt hoc caſu augmẽtum à debitore deduci non poſſe, ſed illud cedere lucro creditoris.

Tertio ponderanda ſunt verba (in tanti ſcudi, & al valor ſudetto) per quæ clarè apparet creditorem noluiſſe pendere ab augumẽto,vel diminutione futuri temporis,ſed voluit ſibi reddi eandem quantitatem ſcutorum,quam mutuo tradidit,
188 & illa verba† (al valor ſudetto)illud important,q̃ aureus no poſsit cõputari plus,vel minus valore in inſtrumento expreſſo,ſic in his fere terminis reſpondit Crauet conſ.47. & tradũt Brun.d tract.de monet parti. 16.& alij quos citat Gabr.de ſolutionibus.concl.2.nu.10.& 11.quibus addo Crauet.in conſil.
1976 1.nu.6.vbi inquit q̃ cum in aureis pecunia† creditur valore expreſſo,expreſsio illa valoris emptionem facit, & debitori omne commodum, atque incommodum cedit niſi actũ ſit, vt in aureis ad eandem æſtimationem,ſeu modo ſimili,reſtitutio fiat Io.Bologn. conſ.11. num.37. & ſic iudicatum teſtatur Boer.deciſ.327.num.11.

20 Non obſtant in contrarium† adducta,& ad primum q̃ eſti-

matio facit emptionē. Respondetur æstimationem emptionē non facere, quoties promittitur restitutio eiusdem rei æstimatæ eo modo, quo data fuit quo casu illa æstimatio fit facta cā demonstrationis, vt si aurei in bonitate intrinseca fuissent deteriorati, ad illam æstimationem solutio fieret. l. si inter virum. C. de iur. dot. l vlt. ff. de pact. dota. l. æstimatis ff. solu. matr. Didac. Couar. pract. q. c. 28. nu. 3. & in his terminis sic declarant Boer. d. decis. 327. nu. 10. & 11. Caph. d. cons. 31. nu. 6. vers. nec obstat Io. Bolog. d. consi. 11. num. 42.

21 tæ

Ad secundum respondetur illud procedere, quando inter partes expresse actum non est de certa specie monetæ solue-

22 da, vt declarat gl. in d. l. pen. ibi ex vi pacti. quod factum fuit in præsenti casu, in quo de bonitate intrinseca, & extrinseca inter partes satis clarè conuentum est.

Ad tertium respondetur, q contrarium tenet Bart. in l. 1. & l. cum aurum. de auro, & arg. leg. & in l. cum quid. si cert. pet. in l. Paulus. de solu. Albe. Bal. Fulg. Paul. Alex. Ias. & Purp. in d. l. cū qd & est magis cōis opinio, vt apparet ex cumulatis à Tiraq. d. tract. de retract. consang. §. 1. gl. 18. nu. 26. & à Gabr. conclu. 2. & cōem etiam testatur. Didac. d. tract. concl. 4. & 8. & alios citat D. Menoc. d. cons. 49. nu. 8. & consi. 138. Hierony. Lau. de decis. 41. sub nu. 1. vbi inquit florenorum valorem non mutari, sed scutorum passim pro arbitrio, & Principis voluntate, quod vertitur in odium illius, qui tenetur scutos soluere. Ber. cons. 143. nu. 25. lib. 1. Papo lib. 10. tit. 5. arrest. 2. D. Senator Sola in commen. ad decre. Sabau. decre. ex frequentib. gl. 1. num. 71. vbi inquit se obtinuisse pro Priore Viscarum dum Senatus Carignani resideret, & cōem fatetur Cabal. d. q. 92. licet ipse contrarium conetur defendere in eo casu, quando deviatione circa intrinsecam bonitatem tātum, vel extrinsecam duntaxat agitur, qui tamen censet augumentum deberi, quādo mutatio est in vtraq; bonitate intrinseca, & extrinseca, q multo magis locum habere debet in præsenti casu, in quo expresse conuentum fuit de reddenda eadem bonitate intrinseca, & extrinseca.

Ad quartum respondetur illam opinionem Pilei locum nō habere, quando conuentum fuit, q restituantur totidem au-

24 rei † in auro, eiusdem lighæ bonitatis, & valoris sic declarat D. Præses Thessau. d. decis. 174 nu. 3. & 6. ratio est, quia contractus ex

ctus ex conuentione legem accipiunt. l. 1. §. si conueniat. ff de po. & facit illud euangelicum amice non facio tibi iniuriam, nonne ex denario conuenisti mecum, controuersiæ enim de
25 monetæ † solutione à tenore obligationis pendent, & diffiniuntur. Bal. d. cons. 213. punctus quæstionis. in fi. libr. 5. Boer. d. q. 327. nu. 10. vers. & ideo debet. Menoc. d. cons. 49. nu. 10. & cons. 258 nu. 2. & 3. Io. Bolog. d. cons. 11. nu. 37. vbi inquit huiusmodi pactum, quod pecunia mutuata reddatur in eadem bonitate intrinseca, & extrinseca esse de naturalibus contra-
26 ctus, quia ea est natura dissolutionis contractus, † vt fieri debeat cum eisdem qualitatibus retrotraditis, quib. constitutus fuit. l. ab emptione. ff. de pac. l. 1. & 2. C. quãdo licet ab emptione discedere. & l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. & nihil est cõgruum humanæ fidei quam pacta seruare. l. 1. ff de pactis.

Non etiam aduersatur, q in promissione subintelligatur
27 clausula reb. sic stantibus, quia illa clausula non operatur in his, quæ tempore variantur. Rui cons. 79. circa prin. vol. 1 nec quando de noua causa, quæ superuenire possit, saltim implicitè fuit cogitatum. Bar. in l. quod Seruius. num. 4. de condict. ob cau. Gozad. cons. 27. col. 3. vers. non obstant contraria. D. Cache. Pedem. decis. 91. nu. 14. Seraph. de Seraphi in tract. de priuileg. iura. priu. 73. num. 22. & nulla iniquitas resultat, quando
28 sic inter partes conuentum legitur, & in claris † interpretatio non est necessaria. l. continuus. §. cum ita. de verb. oblig. generali. §. idem quæsijt. de vsufr. lega. cum igitur non tantũ implicitè, sed explicitè fuerit cogitatum de augumento, & diminutione valoris aurei, & ideo expressè conuentum fuerit, quod restituantur in eadem bonitate, totidem aurei, quę verba eundem numerum designant, & ad prædictam rationem, & consequenter in eadem intrinseca, & extrinseca bonitate censeo debitorem debere reddere tot aureos, quot accepit, & non posse reddere pauciores propter valoris augumentum, quod lucro creditoris cedit, & sic iuris esse censeo, sub censura, &c.

FINIS.

GASPARIS ANTONII THESAVRI Senatoris Pedemontani:

TRACTATVS DE AVGMENTO MONETARVM.

PARS PRIMA.

SVMMARIA PRIMÆ PARTIS.

1 Quæstionis vtilitas, & incunditas circa Monetarum tractationem.

2 Multorum authorum nomina, qui de materia monetarum scripserunt referuntur.

3 Diuisio huius operis.

4 Augmenti monetalis definitio.

5 Moneta vsus admodum necessarius, & de intellectu l. 1. D. de contraben. empt.

6 Pondus, & Materia in moneta debent esse correspectiua.

7 Pecunia sine forma nulla esse potest.

8 Moneta quot modis vitiari possit, & vnde dicta.

9 Falsi monetarij variis pœnis puniuntur.

10 Ligha an sit in moneta necessaria.

11 Moneta pura est melior ad expendendum, quàm mixta.

12 Text. in l. Paulus. de solut. interpretatur.

13 Principum effigies quare in moneta ponatur.

14 Moneta probata non potest per creditorem recusari.

15 For-

15 Forma mutatio in moneta soli Principi competit.
16 Monetæ augmentum à pretio ab initio statutum regulatur, & à quo pretium illud imponi possit.
17 Aurum coronarium quid sit.
18 Moneta vna potest ab altera æstimationem recipere.
19 De auri, & argenti pretio remissiue.
20 In pretio monetæ an sit habenda ratio fabricationis.
21 De materia augmenti monetæ, quare Antiqui non tractauerint.
22 Varia monetarum species hodie vsitatæ referuntur, & nu. 23.
24 Florenti nomen vnde fluxerit.
25 Imaginariæ monetæ nominatio etiam proficua demonstratur.
26 Augmentum à variatione descendit. Et de variis variationum casibus, & num. 27. 30. & 32.
28 Moneta antiqua quando reprobari possit.
29 Variationis experimentum quomodo fiat.
31 Moneta minuta in parua quantitate est fabricanda.
33 Variatio monetæ per edicta reprimenda, & quomodo. nu. 36. 37.
34 Mutatio monetarum non est de facili facienda.
35 Moneta extera qualiter prohibenda.
38 Edictum anni 1587. in patria factum comprobatur.
39 Augmenti calculatio qualiter facienda.
40 Rubei opinio in consi. 148. reprobatur.
41 Monetæ æstimatio facienda est iuxta verum valorem non abusiuum.
42 Aurei valor in calculatione augmenti, an semper attendatur.
43 Surdi error circa calculationem in consi. 220. notatur.
44 Imaginaria moneta calculatio quomodo fiat.
45 Bonitas intrinseca, & extrinseca in moneta consideratur.
46 Differentia bonitatis monetæ vnde proueniat.
47 Bonitatis extrinsecæ denominatio damnatur.
48 Bonitas intrinseca in omnibus monetis consideratur.
49 Augmentum omne ex intrinseca bonitate proficiscens debetur.
40 Textus cum Canonicis de censibus examinatur.
51 Statutum prohibens capi augmentum monetæ, non intelligitur de
bonitate intrinseca. Et quid in pacto.
52 Augmentum intrinsecum ex extrinseca mutatione proueniens.
53 Morosus debitor omne augmentum solvere quocunque casu tenetur.
54 Pecunia restituenda est creditori iuxta valorem temporis contra-
ctus, declarat, vt num. 58.

55 Confutatur opinio tenentium contrarium.
56 In ſtipulatione facta de florenis **paruæ monetæ**, quod tempus attendendum. Et quid ſi promiſſa ſit **aurea moneta**. nume.) ſ. & num. 86.
59 Solutio facienda eſt creditori ad **valorem antiquæ monetæ**.
60 Moneta per edictum mutata, **qualiter ſit facienda ſolutio**. & num. 68. & 70.
61 Moneta in totum reprobata, **quomodo ſit ſoluendum**, variæ opiniones referuntur. Et nu. 63. 64. 65. & 66.
62 Text. in l. in ratione. §. diligenter. D. **ad l. Falcidiam** declaratur.
67 Roberti Maran. opinio in conſ. 138. **reprobatur**.
68 Moneta variatione contingente à **tempore** edicti ad tempus ſolutionis, qualiter ſit prouidendum.
71 Periculum mutationis in moneta **contingens** ad debitorem pertinet.
72 Pactis contrahentium in ſolutione **monetæ** ſtandum eſt.
73 Conſuetudo in ſolutione eſt ſeruanda. **Et quæ requirantur**, vt iſta concluſio locum habeat. num. 74. & 76.
75 Conſuetudo in actibus diſformibus **non attenditur**.
77 Conſuetudo ſolutionis quanto tempore **inducatur**.
78 Præſcripta conſuetudo in qualitate **ſolutionis** attenditur.
79 Vna moneta pro altera quando ſolui **poſſit**. & nu. 80.
81 Promiſſione facta in certa monetæ **ſpecie illa** eſt ſeruanda. Quid ſi illa non reperiatur num. 82.
83 Solutione promiſſa in auro, de quo auro **intelligatur**.
84 Stipulatio facta de certa nummorũ **ſpecie**, vel eius vera valuta, qualiter ſit facienda ſolutio.
85 Debitor an poſſit ſoluere in moneta minuta.
87 Stilus Senatus ſuper qualitate ſolutionis **comprobatur**.

CONTIGIT ſæpiſsimè dubitari, ac diſputari inter debitores, & creditores ſuper ſolutione Augmenti Monetarum, quando à tempore obligationis vſque ad tempus reſtitutionis, pecuniæ pretium mutatur, an illud debeatur, & quando, ac quomodo ſoluendum ſit; & quæſtionem iſtam antiquam, & vtilem dicit Alberic. in l. cum quid, num. 12. ſi cert. petat. Nos verò etiam iucundam hanc materiam

riam dicere possumus cum auri, & argenti nomen auribus omnium cum optimè sonet, & hæc metalla suo splendore, ac tinnitu oculos, & aures dulcedine impleant, cordaque hominum mirificè lætificare soleant, vnde non sine ratione ab Horatio pecunia omnium rerum regina vocatur.

Et genus, & formam regina pecunia donat,
Et bene nummatum decorat Suadela venusque.

mulcaque in hanc rem ponit Iucundam ob id vocat ingeniosissimus Io. Gutierez. practic. quæstionum, lib. 2. cap. 179. Ideò de hac vtili, & iucunda materia hisce temporibus frequentissima aliqua scribere decreui.

Pro introductione autem huius disputationis opere pretium esset de metallis ipsis ad monetæ inuentoriam aptis, de illorum inuicem proportione, de modo fabricationis, de antiquo nummismatum pretio, & potestate aliquid præfari, bus, de valore auri, & argenti, de monetis, ac

piant,& puriorum nũmiſmatum loco expendant. Quo fit, vt aliqui dixerint pecuniam, quid incorporeum eſſe, & in imaginatione ratione huius pretij conſiſtere, quorum opinio re ipſa falſiſsima eſt, Et in æſtimatione monetæ erit prius diligenter conſideranda qualitas metalli, & quantitas, quæ in pecunia percuſſa ingreditur, & in ipſo auro, & argento eſt in æſtimatione varietas, quia vnum altero purius reperitur, vnde vna moneta eiuſdem ponderis ſolet plus altera æſtimari propter qualitatem auri, vel argenti, ſic aurum, & argentum purum, & perfectum, aliud impurius reperitur, quòd dicitur Italice *Oro, & argento baſſo*, non ex qualitate temperaturæ, quæ immiſcetur, ſed ex qualitate metalli, prout ex argenti vel auri fodinis eruitur, & aurũ purum ſolet eſſe de caractis vigintiquatuor, & argentũ denariorũ duodecim, aliud vero 17 minus: de auro puro habemus in iure noſtro † aurũ coronariũ quo aureæ coronæ conficiebantur. l. vnica. C. de auro coronar. de quo plura ſcribit VVolfangus Lazius in comment. Reipubl. Rom. lib. 2. cap. 13. qui in eo grauiter labitur dum aurum dicit genus eſſe tributi; Erat & aurum obrizatum. l. fin. C. de vet. nũ. pot. & in æſtimatione à peritioribus monetarijs id efficitur, vt iuxta debitam proportionem argentea moneta aurea valeat, & aurea argenteæ correſpondeat, & æreæ quæ argento, & ære commiſcentur debito modo mediam viam teneant, & propterea non videri debet inconueniens, vt vna per alteram æſtimetur, & vna ab altera, & augmen-
18 tum, & decrementum recipiant, ſic enim argenteam † monetam fuiſſe per aurum æſtimatam reperimus in l. vnica. C. de argen. præt. lib. 10. vbi ſtatuitur, quòd pro ſingulis argenti libris quinque ſolidi auri reponantur in Theſauro, quo loci doctè ab Antonio Auguſtino acutiſsimo viro, lib. 2. Emendat. c. 9. Accurſianus error notatur, qui verbum *quinos* pro decem interpretatur. Eſt enim hęc græca frafis p quinq; vt octonus procto legimus. in l. 1. C. de metallar. libr. 11. & quinos pro quinque ponit Iulianus in l. cum duo 20. D. de in di. addict. aurum etiã per argenteos ſolidos æſtimatur, vt tpe Alexandri Imperatoris, Seueri cognominati, qui (vt in illius vita hyſtorici referunt) monetas auri, & argenti reformauit, & ad verum pretium reduxit factum legimus, cum libra auri ſolidis ſeptuaginta duobus argenti fuerit æſtimata, l. quotieſcunque.

C. de

C. de ſuſceptoribus præpoſ. & arcar. libr. 10. & in ſoluendo canone metallico, ſeu cenſu quatuordecim vnciæ balucę pro ſingulis libris metalli ſoluebantur l. 2. C. de metallar. Et hodie vna libra auri valet centum aureos, & vna vncia aurei valet paulò minus libra argenti, prout etiam ſuis temporibus valuiſſe teſtatur Brun. de augmento in princ. nu. 7. vbi plura de hac re. Libram argenti Marcam dicunt monetarij, & Bud. de Aſſe lib. 2. in 12. vncias diuidit, vnciam in octo Drachmas, Drachmam in ſcrupulos, quos in aurea moneta grana appellamus: In vncia noſtra ſunt quatuor, & viginti. denarij:

19 De auri † vero, & argenti pretio plura Agricola. lib. primo, & 3. de re metallica. & Did. c. 1. de collat. veter. nũ. poſt Plin. lib. 33. cap. 9. natural. hyſtor. Alexan. ab Alex. gen. dier. lib. 4. c. 24 qui ex profeſſo rem pertractant quam nobis attigiſſe ſufficiat, prout materia noſtri Augmenti monetalis, de qua diſputamus deſiderare videtur. Ex hoc enim pretio monetæ prudentes calculatores antiquatum monetarum valorem cũ nouis comparantes, quid in re illa agendum erit tutius deliberabunt, & vt ſingularum monetarum valor certus ſit multi Principes pretium pecuniæ in ipſa moneta inſcribi curant, vt etiam ante nos aduertit Decian. lib. 7. practic. crimin. cap. 23.

20 num. 22. In pretio † autem monetæ expenſam fabricationis connumerari debere communiter placuit, quę tamen aſſertio mihi, vt alijs pluribus non placet cum illa expenſa fieri debeat de publico. Boer. deciſ 327. nume. 3. & ideo malè meo iudicio. Didac. dict. tracta. cap. 7. num. 2. reprehendit illorum ſententiam, qui voluerunt monetam à maſſa auri, & argenti æſtimationem recipere, nam illorum opinio intelligenda eſt, vt pro rata, & iuxta debitam proportionem monetę æſtimentur, non pro tota maſſa auri, vel argenti, prout bene I. C. declarauit in d. l. 1. D. de contrah. empt. & colligitur ex verbis ſupra in proxima antecedenti concluſione notatis. & ſi expenſa fabricationis includeretur, vera nunquam monetę æſtimatio fieret.

Cæterum Priſcis Romanorum temporibus vniformem in

21 † pondere, & ſubſtantia monetam fuiſſe reperimus, atque ideo inuariabilem, & immutabilem, nec de hac variatione ob id iuris auctores circa augmentum, & diminutionẽ loquuti ſunt, cum Romani totius ferè mundi dominatores vnica

vteren-

vterentur monetæ ſpecie iuſto pondere, & recta ma
que forma exiſtens, quæ tamen forma mutato Im
Auguſtum Cæſarem mutari cœpit. Sed hodie di
æſtimantur monetæ, & ferè vbique, & in Italia
vnius cuiuſque Principis moneta, ſiue argętea, ſiue a
penditur; Et vſuales ſunt Duplæ quarum varia æſti
aliæ enim ſunt duorum aliæ quatuor aureorum, aliæ pl
que ad octo decem, & viginti, inter illas plus valent
antiquę Aragonenſes, quæ vulgo dicuntur duorum ca
quæ fuerunt impreſſe tempore Regum Ferdinandi, &
læ; ſecundum locum tenet dupla Angliæ, quæ nob
citur, tertium Hyſpaniæ, vltimum verò illa Italiæ: Item au
rei nummi, quorum multæ ſunt ſpecies; ſunt enim ducati in
ter quos Veneti hodie expenduntur, & Zechini vocantur,
ſunt, & ducati Vngarici, Itali, & Sabaudi, qui ſunt in pretio,
& valore æquales, vt etiam Turcici: ſunt & aurei Franciæ,
qui dicuntur Solis, Hiſpaniæ, qui dicuntur Piſtoletti, & pro-
ut aliorum Principum moneta aurea iſtis in qualitate auri vi
cina eſt, ita, & illorum pretium regulatur, vnde Ianuenſes,
qui Hyſpano in bonitate auri, (vti ex dupla Hyſpaniæ fabri-
cati) comparantur, eodem ferè pretio æſtimantur, ſunt etiã
aurei Italiæ, qui inter aureos puriores auri nominantur, &
vulgo dicuntur de quinque ſtampis; De duplarum valore, &
pretio atque aureorum Italiæ, & Solis primo Ioannes Nevi-
zanus Aſtenſis, inde doctiſsimus olim collega noſter Anto-
nius Sola verba fecerunt; Sed hodie crevit, & in dies creſcit
monetarum valor, tàm in patria noſtra, quam in vicinis re-
gionibus, & de cauſis infra dicemus; Dupla Hyſpaniæ com-
muniter æſtimatur florenos triginta noſtrę monetę Sabaudię,
dum hæc ſcribo, Italiæ flor. 29. Ducatus Venetus quorũ mul-
ti expenduntur, florenos decem & ſeptem, groſſos tres Du-
catus Vngaricus, Germanus, Aragonenſis, Sabaudiæ, & Ita-
lus, cum Turcho flor. ſexdecim; Aureus Solis flor. quindecim,
& ſemis, Italiæ flor. 14. cum ſemiſſe, Hyſpaniæ ff. 14. cum do-
drante, & ita variatur pretium, vt non obſtantibus quibuſcũ-
que edictis indies creſcat valor, & per abuſum mercatorum
forenſium, qui omni auro nos ſpoliare ſolent, emitur dupla,
& aureus groſsis tribus, & ſex vltra communem valorem, &
iuxta hunc abuſum poſtea communis æſtimatio fit, vnde cum

maxi.

maximo commertiorum damno, & incommodo nihil certi hodie circa iſtum valorem poſſumus deliberare, & hic oriuntur lites ſuper augmento, quæ maxima cum difficultate terminantur, & adeo creuit abuſus, vt pretio rei concordato ſit ſuper monetæ pretio iterum inter contrahentes conueniendum.

23 Quo verò ad monetas † argenteas, omittendo aliorum Principum pecunias, & loquendo de moneta hic vſitata, multæ ſimiliter monetæ expenduntur inter quas quædam ſunt eſſentiales, & quædam ſunt fantaſticæ, & imaginariæ, ab antiquo vſu nomen receperunt, eſſentiales ſunt Ducatoni, Teſtones, Libræ, Croſoni, Talari, Imaginariæ, ſunt floreni, quorum duo ſunt ſpecies magni ponderis, & parui; florenorum magni ponderis vſus erat antiquus in patria iſta, vt ex inſtrumentis antiquis conſtat, & pretium currebat iuxta valorem aurei Italiæ, parui verò ponderis vſus frequentior fuit, & ideo ſi in antiquis inſtrumẽtis nomen florenorum ſit ſcriptus, intelligetur de florenis parui ponderis valoris groſſorũ duodecim, at ſi de floreno maioris ponderis fiet mentio, calculatio illius erit facienda ad valorem aurei nummi, prout vidi declaratum per Illuſtriſsimam Cameram Sabaudiæ in ſolutione cenſuum vaſſalli, ſeu Principi debitorum, & hoc caſu operatur præſcriptio in qualitate ſolutionis de vno floreno ad alterum, vt per Surd. conſil. 220. nume. 18. lib. 2. & ex iſta imaginaria moneta aliarum monetarum pretium calculatur & non ſolum duplæ, & aurei, vt ſupra dixi, ſed etiam ſcuta quædam, quæ monetæ dicuntur vulgo conficiuntur etiam in Idea, & imaginariæ, & chimericæ, vnde nominantur in contractibus aurei de flor. octo, & de flor. 9. de flor. 10. & huiuſmodi, qui aurei nullo modo reperiuntur, ſicut nec ipſi floreni: & iſtorum etiam florenorum diuerſus eſt valor inter Sabaudios, Nitienſes, & Pedemontanos. Habuit autem flo-

24 reni † nomen initium à Ciuitate Florentiæ, ob florem in ea moneta impreſſum, vt teſtatur Chriſtophorus Laudinus in ſuis gloſis ad Italicum poema Dantis, ac etiam refert Plot. in additio. ad conſil. Martini Lauden. conſilio 52. prout, & multæ monetæ ab imaginæ impreſſa nomen receperunt, vt caroli, cabalotti, duplæ roſæ, & duorum capitum, aurei ſolis, Filippi, Iulij, Pauli, & ſimiles, Sic etiam Mediola-

ni, & alibi (libra) Imaginaria moneta est, & valor incertus, & in antiquis documentis nominantur libræ Turonenses, & libræ Astenses, communiter autem libra 20. solidi æstimatur, & si essentialiter reperiretur valeret solidos 27. - Sabaudiæ, & quamuis librę argenteæ, prout etiam floreni aliquando fuerint impressæ nunc amplius non reperiuntur, & tamen omne commertium super istis libris, & florenis regulatur.

Sicque in multis prouincijs longo vsu fuit à camporibus, & mercatoribus introductum, vt pretia rerum vno monetarũ genere æstimentur, quod imaginarium est; alio autem solutiones fiant, quod reale dici potest: Huius rei hæc est ratio, quia imaginaria moneta certior habebatur, quam realis, & sicuti essentialis veraq; moneta plerunq; mutationem, ac variationem in sua æstimatione ab initio constituta, recipit, ita hæc imaginaria inuariabilis, & immutabilis est; cum enim ab exteris, vt plurimum pecunia introducatur alij vnius, alij alterius Principis causa nummismata important, & propterea difficilè solutiones à debitoribus fieri queunt, nisi peregrina pecunia, quæ non vnius etiam generis esse potest, ideo necesse fuit certum monetæ genus adinuenire quo contractus regulentur; Venetijs sunt grossi, & piccioli, Romæ habentur Iulij, & baiochi. In Gallia nominantur Franchi, & solidi. In Hyspania Reales, & sic de alijs. Sed particularis auaritia, & auri-fames, vel alijs nocendi studium, vel frigescens charitas huic publicæ commoditati multifariam obstitit, & innumera mala excogitauit, ac disseminauit antiqua nummismata, quæ vero valori auri, & argenti proportionata fuerant nouis cusis alterantes, aut alio modo in materia vel pondere, vt supra dictum fuit vitiãtes, quare qui solutionem aliquam extraneis, aut in alieno dominio facere volunt, & ob id exteras, aut alias monetas puri auri, vel argenti extrahere cupiunt, coguntur illas maiori indigenariæ pecuniæ quantitate comparare, exẽpli gratia si quis congregare modo vellet duplarum Hyspaniæ quantitatem, vt iis in suo negotio, vel solutione vtatur necesse illi erit florenos triginta, & semis pro singula dupla persoluere cum paucis ad hinc mensibus pro florenis 28. aut 29. eandem habuisset. qui Ducatonos, vel Sabaudiæ, vel alterius Principis quærit florenos 12. pro singulo persoluet, cum nuper florenis vndecim, cum dimidio eius valori satisfeciisset,

Ex

Digitized by Google

Ex iis autem æroſis monetis tria damna negotiatori extrahere cupienti ſequuntur; primum eſt metalli vitiatio ex nimia æris mixtione, vnde in alijs pronûtijs minimè moneta illa expendi poteſt, niſi cum magna iactura eam nummularijs ad fundendum deferendo, qui non pluris æſtimant, quàm puri argenti, inde igne extracti ratio poſtulet; ſecundo eſt eiuſdem pecuniæ ad portandum præſertim longo itinere grauitas, quòd enim pondus auri, vel argenti ipſe deferre poſſem, eiuſdem valorem vitiatæ pecuniæ vix iumento conducam. Tertium eſt numerationis, & aſſeruationis incômodum, mille enim duplis auri ſacculus ſufficiet, monetam vero earû valori reſpondêtem capſa difficile capiet. Huic malo aliqui occurriſſe putantur, tam grandia, quàm minima, & popularia nummiſmata puro argento cudentes, quòd nunc etiam alicubi obſeruatur, at experientia docuit, & plebem in minutis impenſis aliquando neceſsitate paruæ monetæ vrgeri, & ob paruitatem nummorum tractatu temporis multum argenti publico deperire; alij maiores nummos aureos, & argenteos ediderunt paruos autem, & populares ex puro ære conflant, vt Hyſpania, & Neapolis conſueuerunt; ſed numerationi id valde eſt incommodum.

Idéo ego cõſulerem iuxta ſuperius iam dicta, vt Principes prætioſora nummiſmata ex puro auro, & argento cudi facerent viliora vero, ex argento ære mixto, ea tamen quantitate limitata, vt ſuis ſubditis vix ſatis eſſet pro minutijs comparãdis, & prætioſioribus permutandis, atque alias monetas æroſas continuò, & grauiſsimis pœnis prohiberent, & exteras ad verum valorem reducentes nõ vltra pretium ab eis taxatum expendi permitterent. Nec non ad tollendas omnes ſimplegades, & harum controuerſiarum difficultates contrahentibus etiam conſulendũ eſt, vt in ſuis inſtrumentis non vtantur denominatione huius Imaginariæ monetæ, ſed reducant† pretia ad aurum, vel monetam argenteam expendibilem, & ſibi etiam pro reſtitutione illa cautela prouideant, vt moneta reſtituatur in eadem materia valore pondere, & curſu vt dicit Ant. de But. in c. quanto num. 10. in fi. de iureiur. & Hoſt. ac alij ibi, atque ita percautos homines futura reſpicientes fieri cõſuetum tradit Bald. in conſi. 213. lib. 5. Io. Aquila. de mone. poteſt. c. 3. in fi. Et in Gallia optima Henrici IIII. conſtitutione

cautum est, vt nulli contractus fiant ad monetam Imagina-
riam, vt erat libra Turonensis solidi Vinnenses & » & alias sed
omnes stipulationes de moneta curenti fiant, ad aureos,
medios aureos, & quartum aurei. Nisi dicamus, & imagina-
riæ monetæ vsum proficuum esse, quia inuari abilem monet-
tam designat ad tollendas augmenti, & diminutionis con-
troversias, & ea quæ antiquam formam habuerunt non sunt
mutanda. l. minimè de legib. Alias monetarum species notat
Neuizan. & Brun. quæ conferunt ad minutam monetam, vt
erant illi antiqui solidi Viennenses denarij Turonenses, scili-
ni, denarij Secusienses, solidi fortes, grossi, hodie nostri Pria
cipis minutas monetas habemus, quæ vocantur Albi, valoris
grossorum septem, caballotti propter effigiem æqui, valoris
grossorum trium, solidi, siue caroli valoris quartorum se-
ptem, grossi valoris quartorum quatuor, & quarti sic nun-
cupati, quia vnus eorum valet quartam partem grossi, &
ad istorum exemplum vicini suas fabricant monetas impor-
tantque, & introducunt in patria ista, magno cum fœno-
re, & maximo cum damno subditorum, quia sunt dete-
riores nostris, & ijdem bonas inde monetas extrahunt, illa-
que introductio prauarum monetarum grossioris pecuniæ
valorem mutat, & augmentum causat, vt latius infra su-
bijciam.

26 Tertia sequitur conclusio. Augmentum, † ac diminutio-
nem monetarum ex alteratione, ac variatione valoris earun-
dem descendere, quæ variatio non ex soli auri, argentiq; pe-
nuria, sed ex alijs prouenit causis, de quibus aliquid nobis di-
cendum est. Illud in primis præsupponendo, monetę variatio-
nem vniuersam, seu alterationem duabus necessario de cau-
sis contingere quartum altera incrementum, altera decremē-
tum appellatur, Incrementum illud est cum res vltra consue
vt ait Cicero in Verrem cum plus res efficitur, quàm esse con
suevit, Ideo Tribonianus incremētum modo latens modo pa
tens appellauit cum quid per alluuionem vltra cōsuetū prę-
dij qualitati adijcitur. § præterea, & §. seq. Institu. de rer. di-
uis. Et in iure nostro ius accrescendi nominatur. l. vnica. §. pro
secundo. C. de cad. tollen. & hoc est quod vulgo augmen-
tum dicitur, & nos accessionem pretij in definitione nostra
diximus.

diximus. Decrementum contra illud eſt, cum quid priſtinæ quantitati deducitur, vel diminuitur. Hinc Cicero lucrum creſcere, & decreſcere, & interpretes frequenter decrementum dicunt quod prædijs detrahitur à flumine ex l. 1. C. de iur. emphy. Et vtrunque in moneta contingit, ſeu in illius valore cum poſt (publica authoritate) conſtitutam æſtimationem pretium augetur, vel minuitur. Et quamuis Ant. de Butr. Ancharan. Barto. in locis infra citandis multas referant variationis cauſas, & latè ponat Lauden. de monet. nume. 12. & ſeqq. Imol. in cap. quanto num. 16. de iureiuran. & quatuor mutationis cauſas referat Gabriel. Biel. de monet. pot. 3. notab. Ego tres tantum conſiderandas propono. Prima eſt quando pretio monetis præfixo, tam auri, quam argenti iuxta proportionabilem quantitatem, aurum, vel argentum propter alterius penuriam creſcit in pretio, ita vt libra auri, vel marcha argenti plus ſint in æſtimo reſpectiuo, quam erant antea tempore fabricationis; vt quæ iam dudum proportio erat argẽti puri ad aurũ purũ, nẽpè vndecim ad vnũ, nunc mutata ſit, & aucta ad duodecim, & trientẽ, quod euenisſe creditur, vel ob multiplicatum ab indis argentum in eo proportionis augmento, vel ob conſumptum aurum in ſupellectilibus, indumentis, & alijs ornatibus à nimio luxu inductis, ex hoc enim augmento creſcit etiam valor monetæ, qui à maſſa auri, vel argenti regulari ſolet, & hac conſideratione inſpecta poſſet etiam pretium minui, prout ex magna auri argentique copia metalli pretium diminutum fuit, quod legimus contigiſſe Iulij Cæſaris temporibus apud Romanos, cum ille deuictis Gallijs maximam auri copiam Romæ attuliſſet, vt Sueton. & alij referunt, & apud Indos vbi magna copia auri eſt non multum æſtimatur, & omne rarum pretioſum; idque vidiſſe ſuis temporibus teſtatur Crauet. in conſi. 836. ſub num. 5. & hoc caſu licet non mutetur bonitas, & pondus nummi, nec illius forma tamen augmentum in valore continget ex quadam extrinſeca mutatione, quæ valorem, & æſtimationem reſpicit; & tunc vt dicit Abb. in capit. quanto de iureiurand. variatur moneta reſpectu curſus illius, & hæc variatio rarò contingit, cum circa qualitatem, ſiue intrinſecam bonitatem verſetur, vt ex Plin. libr. 33. capit. tertio, & Saluſtio in catilina legitur. Secunda cauſa † variationis eſt, quando

pecunia minuta per quam groſsior æſtimatur, dicitur minuta et
in pondere, vel facta deterior in liga, quod vltimum frequen
tius contingit ob præfectorum culpam, qui ordinario lucro
non contenti, temperaturæ tantum argento commiſcent, vt
ea ſumma ſolidorum, quæ prius Marcam argenti puri con-
ficiebat in maſſam reducta nunc ſeptem drachmas non com-
ponat, & ita efficitur æroſa, quandoque, vt æris valoré non
excedat, & de iſta moneta loquitur I. C. in l. creditor. aliàs
Paulus de ſolut. & ex hoc ſolo augmentum monetarum oriri
tradunt communiter Doctores noſtri, vt teſtantur. Crau. con-
ſilio 47. num. 6. & conſi. 836. num. 1. Natt. conſ. 37. num. 5. Me-
noch. conſil. 49. num. 3. Grat. conſil. 12. num. 53. Boſſ. de mone.
num. 3. verſ. eſt etiam aduertendum. Sola in antiqu. decr. titu.
pact. num. 72. & in tract. de monet. caſ. 7. num. 4. qui dicit ita
in dubio præſumi. & ob deteriorationem monetæ minutæ,
groſsioris valorem alterari docet Ioan. de Plat. in l. col. 1. verſ.
ſed quæro. C. de vet. nummiſ. poteſta. Gabriell. de ſolut. conclu.
1. num. 21. Purpurat. in l. cum quid. nu. 169. & ſeq. de reb. cred.
Et hoc caſu adueniente valoris ratio habenda erit, quæ cur-
rebat tempore contractus iuxta ea quæ in decima concluſ.
28 poſui. & monetę † antiquę ſolutio recuſari poterit, quando
habet quidem formam antiquam, ſed in ſubſtantia defectuoſa
reperitur, & ita accipendū eſt, quod de iſta mutatione ſcribit
Iaſ. in l. 2. nume. 91. C. de iur. emphy. & quod dicit Salic. in l. ſi
argentum. C. de donat. poſt eum Brun. de augm. 2. præſuppoſ.
29 nu. 1. in fi. Afflict. deciſ. 194. nu. 5. Huius autem † variationis
experimentum eſſe poterit capiendo Argenti tantam quan-
titatem, quæ conſtituat Ducatonum, & ex altera parte ponan
tur vigint. albi ſolidorum, qui hodie conſtituere ſolent du-
catonum, ſi illi ſolidi non facient tantam argenti maſſam,
quanta eſt in ducatono dicetur moneta deteriorata, neque
poterit de illa ſolutio fieri ſub eo prætextu, quod antiquæ for
mam habeat, quia in nummo ſola forma non requiritur, ſed
pondus, & ſubſtantia. d. l. 1. de contrah. empt. Tertia eſt cauſa
30 variationis, quando † nimmis æroſa moneta cuditur, vel
aliunde importatur, tunc. n. ſemper alteratur pretium per-
fectioris monetæ, & iſtam variationem dicemus creditori
nociuam ſi ſolutio fiat in ea moneta, quia etſi quantitas æro-
ſæ monetæ reſpondeat iuſtæ æſtimationi auręę, vel argenteę

tamen

Digitized by Google

tamen ob faſtidium numerationis, ob incommodum conſeruationis, & ob impenſam aſportationis aliquod damnũ creditori ſequeretur, quia cogitur bonas monetas auri, & argẽti maiori quantitate æroſæ comparare, quam iuſta æſtimatio requirat, & ſic valor variatur; vt autem euitetur iſta alteratio
31 bonum eſt, vt parum minutæ ac æroſæ monetæ † fabricetur cum illa ſoleat fabricari pro cibarijs minutatim ſoluendis, & pro ſupplemento groſſioris monetæ non pro ſatisfaciendo creditoribus, vt dixi in additionibus ad Deciſ. D. mei 174. & idem eſt, quando externæ monetæ deteriores introducuntur, prout exemplum videmus in patria iſta ob introductas vicinas monetas Montisferrati; quorum ob cauſam creuit aureus, & aliæ monetæ argenteæ longè vltra verum valorem.
32 Hanc autem † variationem, & ampliorem æſtimationem plerunque ab inuitis Principibus, & Magiſtratibus neceſsitas commerciorum, & infelicitas temporum extorquet, quibus concurrentibus recedi a ratione iuris cõmunis, quandoque ſolet, propter promiſcui vſus vtilitatem, quam ſubtiliter Paulus I C. conſiderauit in l. ſi quis mancipijs. 17. §. ſi impubes. D. de Inſtitut. act. Et abuſus eo rem perduxit, vt pecunia cuius æſtimatio debet eſſe certa, & inuariabilis, variabilis, & incerta efficiatur, nulliuſque mercis minus ſit certa æſtimatio, quam pecuniæ, quæ perpetuã, & certam rationem habere deberet, cum illa res omnes æſtimare ſoleat, & non ab alijs æſtimari, vti rerum omnium menſura. l. nummis. D. de in lit. iur. l. ſi ità 42. D. de fideiuſſor.
33 Quarta ſuccedit hinc concluſio. Ad † cohibendam, & cohercendam hanc monetarum variationem Principum opus eſſe vigilantia qua pecuniæ valor in ſuo eſſe contineatur, & exterorum Principum nummi, niſi ſint puri auri, & argenti prohibeantur, vel ad iuſtum precium, & valorem reducantur, nec alio remedio oportunius variationem illam cohiberi. Quare iure meritò rigoroſis edictis reprimitur abuſus valoris introductus paulatim contra iuſtam nummi æſtimationem ab initio præfixam, quod fieri vt plurimum videmus in publicis mercatorum nundinis, cum exteri mercatores, vt bonas monetas auri, & argenti extrahant, illas maiori pretio cõparant æroſas pro puris tradentes, neque curant perdere ſuper monetã æroſa, vt bonam recipiant, & in patria iſta id vi-

demus ferè semper contingere in nundinis Astensis Ciuitatis quæ fiunt de mense Martij, & Octobris. Sed aduertendum est ad huiusmodi edicta, vt fiant cum temperamento, & matura deliberatione, nec permittendum paulatim augeri valorem puræ monetæ ad notabilem excessus differentiam, vt inde pristinæ valutationi lege reducatur, quia in hisce magnis, & repentinis mutationibus † monetarum, legimus alias
34 quid noui contigisse, vnde bellum Aureliani temporibus ciuile ortum à monetarijs, quod ex Suidæ authoritate non ab alijs quàm à monetarum præfectis proueniisse scribit Adrian. Turneb. aduersar. lib. 18. cap. 17. & apud Gallos hoc fuit peculiare, vt inter Annales Gall. fol. mihi 16. par. 2. & refert Budæ lib. 3. de Asse, & ob id P. Belluga in speculo Princip. Rub. 36. de mutat. mon. in fi. monet consiliarios Principum ne consulant mutationem monetarum cum damno Principis; & hoc est, quod voluit Pontifex in d. c. quanto. de iureiur. Et propterea traditur in hac materia Doctores nostri, quòd tribus modis per edictum variatur moneta. Primo reprobando in totum exteram monetam, quod optimè fit, quando non est iusti ponderis, vel est deterior, & ærosa; sed tunc vnum notandum censeo, quod si de moneta vicini Principis reprobanda agitur,
35 tunc difficulter † edicto obtemperari potest, propter promiscua subditorum commertia, & arbitror tutius esse, vt per Dominos Camerarios quorum curæ, & diligentiæ ista relinquuntur primo externa moneta probetur, prout fieri solet, vel coticulo, vel fornace, vel Aqua qua metalla distinguuntur, & hoc facto habita relatione iusti valoris illius monetæ, authoritate Principis edictum promulgare faciant per quod illa moneta non reprobetur in totum, sed mandetur expendi pro iusto, & taxando valore grauissimas pœnas contrauentoribus indicendo, & Principum Gabellarijs Thesaurarijsque iubeant ne alio modo recipiant, vel expendant, & cum hoc temperamento omnibus satisfactum erit, vicinis nempè cum non in totum illorum moneta reprobetur ne commertia impediantur, subditis autem relinquendo liberam facultatem recipiendi, & hac mitiori via sine incommodo per indirectum deterior moneta a statu eijcietur, quia vicini forenses ne sint in damno non introducent, & subditi vt lucrentur super ea statim receptam in eo dominio (vnde prouenit) cum vtilitate

tate reportabunt, falſam verò, & omnino æroſam reprobare neceſſe eſt, atque ita factum in Turingia, & Miſena refert Agricola, & apud Luſitanos, ita lege cautum fuiſſe ab illis regibus commemorat. Pinell. in rub. C. de reſcind. vendit. par. 1. num. 8. de qua conſtitutione meminit Ant. Gamma, in deciſ. Luſitana. 374. & dum ſub prælo eſſent ſcripta noſtra fuerunt iuſſu Sereniſsimi Ducis publicata edicta, quę cabalottos Mõtisferrati, & taleros ad verum valorem reduxerunt, quorum edictorum ratio à ſuperioribus peti poteſt.

36 Secundo† modo Principes ædicere ſolent reprobando pro priam monetam, vel illam minuendo in valutatione, prout requirit æris in ea mixti detractio, de qua re an iuſta ſit tradunt communiter canoniſtæ in d. cap. quanto, per quem text. nec etiam iuramentum in cõtrarium præſtitum Princeps ſeruare teneretur, vt in ſpecie ibi concludit Ant. de Butr. nume. 11. & Innocen. Io. Andr. & Bellamer. Didac. de collat. vet. num miſma. cap. 7. num. 6. Alber. in rub. C. de vet. nummiſ. poteſta. Lauden. de mon. num. 8. Brun. in prin. num. 4. hoc tamen iuſtè facere poſſent ſi culpa præfecti monetæ, aut aliorum officialium deterior reperitur; vel ſi per vſum, & attrectationẽ continuam, ita deteriorata fuit ſolita moneta, vt multo minus valeat, quàm in exitu officinæ fuerit æſtimata, prout Alexandri ſeueri Imperatoris edicto reprobatas Heliogabali ſui antecеſſoris monetas in pondere, & pretio variatas reperimus teſte Lampridio in Seuero. Aliquando verò non minuit Princeps, ſed auget pretium propriæ monetæ, prout tempore ſuo ſic factum fuiſſe teſtatur Brun. in principio ſui tracta nume. 3. & legimus hoc feciſſe Romanos tempore belli punici, & cum hac in re nullum ſentiant damnum ſubditi licite illos facere hoc poſſe crediderim, ſed prouidendum erit pro foren
37 ſium commercio. Tertiò† fit edictum quo monetæ ad verũ, & iuſtum valorem reducuntur, tam forenſes, quam propriæ, prout factum fuit de anno 1587. 23. Iunij, & videmus quotidie ſimilia edicta fieri, & facta reiterari propter difficilem obſeruantiam, & iſta edicta ſancta, & iuſta ſunt, nec de illis iuſte populi conqueri poſſunt. Quo fit vt quamuis dura aliqui-
38 bus† videretur lex Principis noſtri ſub anno 1587. quatenus propriam monetam ad verum valorem taxauit præſertim æroſam, iuſta magis dicenda ſit, quia cum antiqua moneta

moneta in ipſius monetaria officina impreſſa fuiſſet, ve-
tuſtate peiorata, atque in ſubſtantia, & pondere imminuta
per continuam attrectationē, licita fuit mutatio, vt pulchrè
notat Gabriel. Biel. in tracta. de moneta. poteſta. con clu. 2. nu.
2. ſed, vt dicebamus, in eo debent oculatiſsimi eſſe Principes
ne abuſus culpa monetariorum, & campſorum irrepat, &
tam vltra procedat, vt violenta prouiſione opus ſit ad rem in
priſtinum reſtituendam. De veterum Principum edictis hac
in re apud hiſtoricos curioſus lector reperiet, nempè apud
Plin. lib 33. cap. 3. Zonaram Tom. 3. pag. 162. & 237. Garſiam
in vita Federici. 2. Impera. Vopiſcum in Aureliano. Zoſimum
lib. 1. hyſtoriar. De caſibus autem propter edicta iſta contin-
gentibus circa augmentum dicemus infra.

Quinta cadit concluſio (quę liquidationem,) atque calcu
lationem augmenti reſpicit, quòd in caſu quo Augmentum
deberi per iudicem declaratum eſt; ab expertis liquidatio il-
39 lius facienda erit habita ratione ad pretium antiquæ, † &
nouæ monetæ, prout Senatus noſter facere ſolitus eſt, & codē
iure vti Senatum Sabaudię teſtatur Antonius Faber ingenio-
ſiſsimus, & doctiſsimus Senator in ſuo Codice Fabriano lib.
8. tit. 29. Definit. 21. Id autem fieri debet non reducta aurea,
vel argentea moneta in maſſa, vt quidam ſunt arbitrati, ſed
vt videamus ex arithmetica proportione quanta portio auri,
& quanta argenti, quantaque mixtionis in monetis antiquis
inſit, & ex illis valor nouæ monetæ æſtimetur, ſi etenim in
noua moneta eadem ſit portio, quæ erat in antiquis nullum
poterit deſiderari augmentum, ſed ſi variata ſit quantitas,
ſeu metalli pondus in ſingulo nummo, tunc debebitur au-
gmentum vnde ſi de anno 1540. quo florenus auri valebat
florenos 5. parui pōderis quis mutuo dederit centum aureos,
licet hodie aurei nummi valent flo. 14. ſi tamen in aureo num-
mo ſit eadem quantitas auri, & idem pondus inſit, liberabitur
debitor ſoluendo nummos aureos hodie currentes, ſed ſi in
alterius generis moneta vellet debitor ſoluere, tenebitur ad
augmentum de vno tempore ad aliud contingens maiorem
quantitatem florenorum parui ponderis, ſeu alterius mone-
tæ per quam florenus æſtimatur ſoluendo, quia variatio in
æroſa moneta contigit? Quinimo ſi antiqui ſolidi, ſeu floreni
extarent plus eſſent in æſtimatione quam noui, quia ſunt mi-

noris

noris ponderis, & bonitatis, prout in Hyſpania contigiſſe in illis Maraueditijs teſtatur Didac. de collat. veter. nũmiſma. cap. 5. num. 1. in fin. & de hac proportione, & modo calculandi pulchrè tractat Nicolaus Tartaglia. par. prima ſuę arithmet. lib. 15. cap. 1. & in regula prima. Quocirca nõ erit recipienda opinio Rubei, † qui in conſ. 148. voluit debitorem non liberari ſolutione aurei eiuſdem ponderis, & formę, quando eadem auri bonitas reperitur, nam in praxi ſeruatur contrarium & hodie ſunt eiuſdem valoris, & hoc ſenſit Sola in tract. de mon. caſu. 20. Ideo in calculatione experti debent plenam notitiam habere veteris monetæ, & vtriuſque pondus expendere, deinde ſi vtraque pura non fuerit, vtriuſque temperaturam, ſeu ligam explere, tum quod ad veterem pertinet diligenter conſiderare, an verè illa vetus ſit, an ad veteris exemplar facta, quod ſi verè vetus ſit, an mutilata, vel atrita, aut corroſa, nam hæc omnia niſi quis diligenter aduerterit, plenè neque cognita habuerit, nullius antiquæ monetæ pretium, nullius rei nummariç ſummam rectè poterit aperire, vt egregiè monet Agricola lib. 3. de pretio vete. monet. In temperatura verò calculanda cauere debet, vt dignoſcat quantum argenti ſit in Beſſe, vel Marcha, quot grana ſiue ſcrupula in auro, & quot ſiliquæ in quoque grano. Prudenter autem faciet calculator ſi monetas † omnes non prout mercatorum abuſus introduxit, ſed prout quantitas metalli ferre ſolet æſtimabit; licet enim pecunia ſoleat à communi curſu æſtimationem recipere tamen communis curſus a vero valore regulari debet, ſolent enim p̃ mercatores, vt ſupra dixi alterari pretia monetarum maioris ponderis, vt dimittant æroſam monetam, & perfectiorem extrahant, vt dicit etiam Put. deci. 149. nume. 4. libr. 2. Ideo in facti contingentia ſuperioribus diebus dicebam non teneri debitorem, qui tenetur ſoluere aureos nummos creditori, emere illos aureos plus iuſto pretio, ſed rem eſſe per optimum iudicem ad æquitatem reducendam, vt non excedat iuſtum valorem; & ſi factum ſit editorum per quod monetæ valor ſit declaratus, licet tractu temporis fuerit variata æſtimatio non tamen erit ab edicto recedendum, prout cenſuit Senatus, & declarauit in caſu vxoris D. Claudij de Ruffia, contra D. Comitem Carolum Coſtam ex Comitibus Polongheriæ, 1607. men. Februarij, & dicam infra

infra latius in 4. casu. In hac autem calculatione est animadu-
uertendum, quod licet magis communiter Doctores nostri
in eam transeant sententiam, vt faciliorem liquidationem fa-
41 ciẽdam, sit tota summa quæ debetur, ad valorem aurei nu-
mi reducenda, & quando debetur augmentum, tunc vide-
dum sit quanta aureorum quantitas ingrederetur in summa
debita, quia aurum vti omnium metallorum præstantius de-
bet regulare cætera metalla, & ab eius valore pretia regulan-
da sunt, cum in metallorum genere aurum perfectum natura
opus existat, multaque habeat specialia, quę vir doctissimus
Georgius Agricola lib. primo de pretio metallorum, & mo-
netarum abundè refert, & hac ratione Alchimistæ tanto
studio cætera metalla in aurum conuertere, (fatuè quidem &
maximo cum credentium detrimento) perquirant; cum hæc
transformatio si non impossibilis arti chimichæ afferatur,
saltem fallacissimi sit euentus, ob innumera requisita quo-
rum vno defficiente totum perit opus, vt experientia ipsa do-
cuit, & rerum vsus demonstrat, Ita vt fiant, iuxta valorem
aurei, tot floreni imaginariæ monetæ nostræ valore, atque
æstimatione inspecta currente tempore solutionis; & si in hac
re controuersia oriatur soleat Excellentissimus Senatus or-
dinare, vt eadem summa pro tertia in auro, pro tertia in ar-
gento, & pro tertia in moneta soluatur; & in hoc cõsuetudini
standum esse super valore auri dicat obseruatum per Senatũ
Sabaudię, idem Senator Faber. dicto tit. definit. 27. Ego tamẽ
semper tutius existimaui instrumentorum verba diligenter
perpendere, & considerare si apertè vel tacitè appareat cõtra
hentes animum habuisse ad valorẽ aurearum, & argentearũ
monetarum; aut creditorem stipulasse, vt solutio in ea pecu-
nia pura fieret; vel respexisse tantum ad valorem nummo-
rum immaginatorum, nempè floreni, siue librę, & similium,
si enim constet propositum valorem auri; tunc censerem ha-
bendam rationem valoris aurei nummi, & ad eum proportio-
nandam quantitatem monetarum argenti, aut puri, aut ære
mixti, itaut creditor recipiat tantum argenteę, vel ęroseę mo-
netæ, quantum aureę posset ex illis à campsoribus permutari,
si autem videt respexisse valorem argentei nummi, pari mo-
do ad eius valorem puto reducendam liquidationem in so-
lutione, quę fieri cogitur in alio monetarum genere; si vero

mens

mens contrahentium pro fine habuerit tantum valorem im-
magi ariæ monetæ, (quod sæpius inter idiotas contigit, quia
non unt huius materiæ capaces) tunc iudico satis esse si sol-
vam augmentum habita cõsideratione ad communem cur-
sum florenorum, & librarum, & aliarum monetarum, prout
erat tempore contractus, data dumtaxat intrinsecæ bonita-
tis estimatione, considerata ex deterioratione metalli, aut
pon deris ipsius monetæ immaginatæ à tempore contractus
ad tempus solutionis, exempli gratia si tempore contractus
mar arca rosæ pecuniæ currentis continebat solidos 576. tem-
pore autem solutionis continet 640. debet creditori liquida-
re augmentum ad rationem 64. pro singula marca solidorum
ciuſdem sint ligæ, sin deterior liga facta sit, istud etiam au-
gmentum considerari debet, prout concluſi in Additionibus
ad Decisiones D. mei 174. Ex cuius loci dictis, & conclusione
43 ista colligimus erasse Surdum † in hac calculatione in cons.
220. num. 3. ver sic. Non tamen, & cum eo Solam, qui voluerũt
aurei nummi habendam esse rationem. Nam contrahẽtes, qui
contraxerunt in florenis, seu libris, & in illa qualitate monetæ
stipulati sunt, non respexerunt ad aurum, sed ad argentum, &
rosam monetam, nempè ad florenum valoris grossorum 12.
& libram valoris solidorum 20. & aliud est calculare valorem
libræ, & floreni de tempore cõtractus, aliud soluere tot libras
seu florenos, qua cõstituant aureum nummum; Et hoc modo
euitatur quod pro absurdo ponit Brun. de augmen. 6. par. nu.
1. quod dari non possint centum libræ pecuniæ contaminatæ
loco centum librarum antiquarum, quia datur valor antiqua
rum de moneta currenti, prout hodie valerent si essent in rerũ
natura, vt dixit Oldr. cons. 168. vers. ad tertiam quæstionem,
& ponam infra casu. 5. in secundo exemplo vbi latè articu-
lum examinabo, & sic valorem floreni in calculo ponendum
dicit Bertrand. consil. 168. nume. 1. lib. primo, & non esse iu-
stam proportionem in calculo isto, contrarium tenendo tra-
dit idem Surd. consi. 335. num. 7. in fin. lib. 3. & ita fuit me pro-
ponente in non moroso debitore declaratum, & fuerunt à
me, vti relatore, (cui de more solet committi liquidatio) or-
dinatæ hoc modo calculationes, satis enim mihi videbatur
esse creditori, ne sit in damno, sed non in lucro cum debitoris
iactura.

Sed

Sed dubium est quo nam modo sit faciẽda florenorum,& 44 librarum calculatio, cum vt dixi † sint istæ monetæ imaginarię, quę neque augmentum, neque diminutionem recipere possunt? Et dixi argenti, quod in floreno vel libra ingredere tur habendam rationem, & habita proportione ad valorem argenteæ monetę posse iustam fieri calculationem; Exempli gratia videndum est tempore contractus floreni illius monetæ constituerent Ducatonum, seu Crosonum, & quanti nunc illa moneta argentea in florenis ęstimetur, & iuxta illam ęstimationem detur floreni valor in alia moneta, quæ tempore solutionis currere solita est, vt in cabalottis, & solidis; & sic erit satisfactum creditori, cui non in auro, sed in illis florenis, seu libris est facienda solutio: Et quamuis vt supra dicebam aliqui. voluerint monetam ærosam non æstimari perpuriorem, vt tenuit Bar. in l. Paulus. de solut. tamen contrarium tenent magis communiter Doctores, dum volunt deberi augmentum monetæ ærosæ, etiam quod debitor non sit in mora, & Bartolum reprehendit Imol. in c. quanto. & erit solutum creditori si fiat solutio de moneta, quæ currebat tempore contractus, quæ in substantia non sit variata, & illa moneta minuta, vt florenus recipit suam ęstimationem hoc considerato, quod si illa moneta reperiretur in rerum natura, (prout reperiebatur tempore Serenissimi Ducis EMANVELIS FILIBERTI, quo tempore etiam libra argenti fuit impressa) illa esse tanti valoris, & per solutionem illorum florenorum non est dubium, quod debitor non morosus esset omni obligatione liberatus, & ridiculum esset dicere quod debitor, qui est obligatus soluere tot florenos, vel argenteam monetam, quæ tot florenis ęstimatur, cogatur soluere pro illa moneta aurum vel argenteam pecuniam maioris ponderis, & valoris contra conuenta.

Sexta hinc subsequitur conclusio. Ad hanc calculationem faciendam duplicem bonitatem considerari in moneta, quã admodũ necessariã esse omnes vno ore Doctores asseuerant, Intrinsecam vnam, & extrinsecam alteram; vnde & Augmentum siue Incrementum illud de quo loquimur, & quod supra diffiniuimus in duplici differentia versari intelligimus, prout ex variatione bonitatis rerum quibus adijcitur illud quoque cernimus variari. Intrinseca bonitas vulgo dicitur, quæ in

metalli

meta li (ex quo moneta fabricata eſt) ſubſtantia, & qualitate
verſa ex qua monetã ipſam pretiũ, atquæ æſtimationẽ ſibi
ſume ſolitam eſſe ſcripſimus ſupra concluſ. ſecunda. Intrin-
ca d ca, quia intra rem, & in ipſa rei ſubſtantia conſtat, vt in
aur puro in argento fino, ac nitido, & denique in moneta
mul impura tura commixta, & appellatur qualitas. l. ſi olei.
D. Vſufr. ear. rer. quæ vſu conſumũt. l. 2. C. de ponderat. lib.
10. Extrinſeca verò dicitur, quæ extra rem puta in ſola pecu-
ni æſtimatione coutinetur, ac ex communi curſu monetæ
pe oficiſcitur, & dicitur quantitas l. 1. D. de contrah. empt. Za-
b arell. in c. quanto. num. 2. de iureiur. Bar. in l. vinum. num. 16.
ſi cert. pet. Cagnol. in l. 2. C. de pac. inter emp. num. 213. & 215.
46 Hanc autem differentiam ex duplici † variatione cõtingere
reperimus, nam aliquando mutatur moneta in pondere, ma-
teria, & forma, & tunc dicetur mutata bonitas monetę, in
auro vel ar gento, & ſic in bonitate intrinſeca, quòd à mone-
tarijs ſæpius fit modis ſupra narratis, nempè æs plus ſolito ar-
gento, aut argentum auro miſcendo; vel nummos læuiores,
quam antea ſub eodem nomine cudendo; ſed ſæpiſsime ab
impijs, & falſarijs hominibus, qui pecunias, & falſas, aut mu-
tilatas, diſcemināt aliquando remanet eadem materia, &
ſubſtantia in moneta, tàm in auro, quàm in argento, & ta-
men mutatur valor, & pretium monetę ex alijs cauſis de qui
bus diximus ſupra concluſ. 3. præſertim arte campſorum, qui
ad rem attenti multoties ſolutiones fieri curant in ſuis cãbijs
modo in aurea, modo in argentea monẽta, quare eo tempore
hæc, aut illa pecunia valorem conſuetum mutat, & ſi vna
pretio augetur, altera minuitur, vt his proximis diebus vidi-
mus Ducatos quos Vngaros nominant, pluris æſtimari in
valutatione florenorũ, & groſſorũ q̃ cętera nũmiſmata aurei
ciuſdẽ bonitatis, & põderis, & quia nõ mutatur ſubſtantia nõ
dicitur mutatus valor ob bonitatẽ intriſecam, ſed extrinſecè
ob extrinſecã illã cãm, quę mutationẽ facit, vt pretiũ, & ęſti-
matio. l. ſi ſterilis. 22. §. cum per venditorem. D. de act. empt. &
hanc conſiderationem variationis facit Bart. in d. l. paulus nu.
6. & in l. cum quid. ſi cert. pet. Curt. de mon. nume. 2. P. de An-
chara. in clement. ſi beneficiorum. nume. 8. de Decim. Sed in
hac bonitatis diſtinctione ſunt notandi aliquot noſtrorum
47 † Doctorum errores in extrinſeca, & intrinſeca variatione er-

rores

rores,& primo dum in intrinseca bonitate Bar. & alij volunt
haberi rationem formę: nam hoc est ridiculum,vt considerare
Butigell in repetit.l.cum quid.num. 17. & ibi Purpur. numer.
164.nã forma magis dicitur, quid extrinsecũ,quã intrinsecũ,
& forma non mutat valorem monetæ nisi in aliam monetam
47 transeat. Secundo dum extrinsecus†nascentem mutationem
ob valorem nummi bonitatem vocant nam illa(bonitas proficiscatur,
lo modo dici potest cũ ex mala,& praua causa proueniat
vel enim prouenit ex fabricatione æroſę monetę, vel ex metal
li mutatione,prout plus,vel minus æstimatur,& cũ extrinseca,
ex intrinseca causa non potest appellari bonitas & dicit Bal .in l. Acceptam.q 17.C.de vsur.quod æstimatio in
moneta est qualitas intrinseca, seu accidens prò prium quod
pro intrinseca bonitate habetur. & Bald. sequit ut Purpur. in
d.l.cum quid.nu. 166.poterit tamen considerari bonitas hac
in re de vna moneta ad alteram, vt moneta grossa aurea, vel
argentea sit desiderabilior,& ideo fit à mercatoribus solutio
pro illius melioris monetæ commoditate quam agium ap-
pellant, quo fit vt si incrementum, seu augmentum, de quo
loquimur addatur extrinsecę bonitati dicatur extrinsecum,
vt si pretium aurei, vel alterius monetæ crescat, si autem ad-
datur intrinsecæ bonitati, vt quia in auro liga fiat purior, &
perfectior,tunc intrinsecum appelletur. Ex qua conclusione
colligimus malè scripsisse Iaſ.in cõſ.54.col.6.lib.1.dum voluit
in aureis nummis nullam contingere mutationem in illa in-
trinseca bonitate, nam hoc est falsum, vt optimè aduertit
Cagnol. in l 2. C. de pact. inter emp. num.217. Imo dicemus
48 etiam in aureis nummis,& argenteis† monetis bonitatem
intrinsecam considerari respectu minutæ monetæ, quæ dete-
rior facta, vel in substantia, vel in pondere dat causam au-
gméti,vt videmus hodie in solidis Sabaudiæ,qui minuti sunt
in pondere statuto, & in caballotis Montisferrati, qui praui
sunt in substantia, quorum causa indies crescit aurea, & ar-
gentea moneta:& crederem hoc casu verum,deberi augmen-
tum creditori, etiam quod in æstimatione tantum creuerit
grossior moneta,& sic in bonitate extrinseca; propter ratio-
nem tex.in l.Paulus. de solut. idem enim arbitror dicendum,
siue moneta vti æroſa reprobetur, siue fit vti pondere iniusta

repro-

reprob anda,& hac de cauſa creſcat aurum, & argentum, ne
ſit in d amno creditor cui bona moneta ſoluenda eſt.
Se ima concluſio deſcendit ex iſta communi traditione;
qua ugmenti debitum concernit nempè. Augmẽtum ſom-
ne, quod propter intrinſecæ bonitatis variationem contin-
git creditori debitum eſſe, ſiue ille in mora ſoluendi fuerit,
ſiue non. Hanc concluſionem ponit, & communem aſſerit
Did ac.de veter. nummiſmat.collat.cap.7.§.vnico num.2.& ex
Bar lo.do&rima illam colligit Purpur. in d.l. cum quid nume.
16 3.& 165. atque communiſsimam,& indubitatam dicit So-
ci .iun. conſil. 145. nume. 94. & ſeqq.lib.1.Brun. de augmen.
par t.1.num. 3. Com.conſil. 287. num.22.lib.1.181.lib.2. & 109.
li .4. Ratio eſt quia res tradi debet in eadem bonitate, quæ
e at tempore contractus ad quod ſemper contrahẽtes reſpe-
x iſſe cenſentur, vt dicemus infra concluſio.10.& eandem con-
c luſionem vult locum habere Guid.Pap.q.493. num.1.etiam
quod ex facto, & decreto Principis mutata fuerit antiqua
moneta, quia non eſt credendum Principem voluiſſe contra-
hentibus præiudicare,& iam contractas,& communi ſtipulan
tium pacto firmatas obligationes immutare. Et hanc ſolam
intrinſecæ bonitatis rationem conſiderauit I.C.in l.Paulus de
ſolut.cum roſa moneta reprobata fuit iuſſu ſuperioris. Et
quamuis illam controuertant Pariſienſis,& Ioan. Fabri. quos
refert Didac. volentes nouam monetam loco veteris excuſam
licet in bonitate,& ſubſtantia variatam eſſe eodem pretio ca
piendam per debitorem nulla variationis habita ratione per
text.in cap.cum canonicis. de cenſibus,quam opinionem vi-
detur nouiſsimè confirmare Peregrin. in conſil. 13. libr.3. Ta-
men ceſſabit controuerſia ſi illius loci verba diligenter per-
50 pendantur, ibi enim † non agitur de bonitate intrinſeca,ſeu
extrinſeca, ſed quæritur an per ſolutionem antiquę pecuniæ,
quæ currebat tempore contractus debitor eſſet liberatus, &
reſpondit Summus Pontifex, vel ſoluendam antiquam pe-
cuniam, vel quatenus illa amplius non reperiatur, vel non
ſit in vſu ſoluendam æſtimationem antiquæ monetæ, quæ
quidem æſtimatio, vt diximus ſupra concluſione quinta
non rectè fieri poterit, niſi conſiderata bonitate antiquio-
ris monetæ, & hoc non tantum procedit fauore debito-
ris, vt arbitratur Pariſienſis, ſed etiam fauore creditoris,

cui solutio est per debitorem facienda, cum omnia augmento antiquæ monetæ, vnde quoties præsupponimus nouam monetam creuisse veteris monetæ æstimationem, ob variationem nouæ monetæ, quæ vel ærosa facta fuerit, vel in pondere, & substantia deterior, semper debetur augmentum, iuxta liquidationem de qua in dicta conclusione quinta scripsimus, cuius relatio licet facillima sit in æstimatione antiquæ monetæ grossioris aureæ, vel argenteæ, difficilior tamen redditur in minuta moneta, sed & illius erit facilis calculatio si considerem⁹ in experimento quanta moneta erat necessaria ad marcam argenteæ monetæ constituendam, & quanta nunc ex nouis, siue ex veteri deteriori necessaria sit, & totum id quod plus est de vna moneta ad alteram erit creditori soluendum, vt est exemplum in istis solidis antiquis Sabaudiæ; nam ex illis bonis centum triginta quatuor constituebant marcam argenti, siue libram, aut paulò minus nunc ex nouis, siue ex illis antiquis deterioribus, qui remanserunt sunt necessarij solidi centum sexaginto octo; quo fit vt non sit liberatus debitor, qui soluere debens in moneta ærosa, vult soluere de illis antiquis solidis deterioribus, currentibus tamen tempore contractus, vt constituat illos florenos imaginariè in instrumento conceptos, nisi soluat in moneta eiusdem valoris, & bonitatis, tam in pondere, quàm in substantia, quæ currebat tempore contractus; hoc etenim receptissimum est in iure nostro augmentum per deteriorationem monetarum contingens nocere debitori vulgata l. Paulus de solut. Et hoc procedere etiam, quod dictum fuisset in instrumento, quod fieret solutio de moneta currenti tempore solutionum voluit Dom. Senator Sola de monet. casu. 10. quia illa cautela eius effectus est, vt liberetur debitor à perquisitione veteris monetæ, non autem vt per eam damnum possit sentire creditor cui deterior moneta soluitur. quicquid scripserit Cauet. cons. 836. num. 8 post Brun. declarat. 17. de quo tamen dicemus infra in examinatione casuum vbi istius Theoricæ praxim habebimus. Et cum ista conclusione solet passim transire Senatus sine vlla difficultate reprobata opinione Doctorum contrarium tenentium.

51 Ex quo infertur statutum † prohibens capi augmentum monetæ, prout est statutum in Ciuitate Vercellarum non intelligi

telligi de bonitate intrinseca quin illa eo non obstãte debeatur, vt in ea statuti specie concludit Cagn. in l. 2. C. de pact. interpret. num. 216. Sed an idem dicendum sit in pacto? & videre eo non obstante deberi augmentum ab intrinseca bonitate proueniens, ita vt etiamsi fuerit conuentum inter partes, nullum debeatur augmentum, sed solutio fiat de monete tempore nihilominus debeatur augmentum à deteriorata moneta causatum, contrarium tamẽ verius esse existimo, prout sentit Brun. declarat. 17. & cum eo Crau. in cõsil. 836. num. 8. quia pacta contrahentium sunt strictè intelligenda, & illa moneta deteriorata erat in vsu tempore solutionis, ad quem vsum contrahentes respexerunt. Et cum hac conclusione intelligendum est, quod aliqui scripserunt, variata moneta in bonitate intrinseca, vel antiquam soluendam, vel de noua ad æstimationem antiquæ, hoc est vt per nouam soluatur augmẽtum, quod prouenit à tempore illius monetæ ad tempus solutionis, vt ex communi tradit Bertrand. cons. 168. num. 1. lib. 1. & cons. 261. num. 7. cod. lib. Rub. consil. 17. nume. 1. qui dicit hoc verum esse etiam quod fuerit dictum, in qua moneta sit facienda solutio, nec ab ista opinione recedit Crauet. in di. consil. 836. si bene ponderetur, licet ibi videatur recedere stante pacto, quod soluantur floreni in tot scutis auri solis, & idem voluit Dom. Sola in dicto casu 10. sutis per illa cautella, de qua supra dixi, quod soluatur debitum de moneta currente tempore solutionum. Item infertur non bene scripsisse Bartol. & post eum Butigell. in dict. lege cum quid nume. 30. dum voluerunt nullam rationem haberi augmenti, si variata fuerit moneta per intrinsecam bonitatem, quorum opinio non habebit locum, nisi de illa met moneta solutio fiat, quæ currebat tempore contractus, & quæ posita fuit in obligazione; Vnde in facti contingentia inferebam variatam etiam dici monetam minutam in bonitate intrinseca, quando iustum pondus non habet, nam tot solidi puta 134. faciunt marcam argenti, si nunc maior quantitas desideretur dicemus variatam monetam, & grossiores monetas ob minutæ deteriorationem creuisse.

Octaua nunc subsequitur conclusio; quod variata moneta in bonitate extrinseca hoc est in solo valore, & æstimatione, nulla facta mutatione in substantia, & pondere, nullum

52 † debeatur augmentum, sed illud augmentum cedat lucro? Conclu-
& commodo debitoris non morosi. hanc similiter conclu-
sionem vti communem firmat Didac. dicto capit. septimo,
§. vnico.numero tertio, & dicit ita omnium consensu rece-
ptum, nec dissentit Parisiensis in loco per Didacum allegato,
& illa posita sequitur, quòd si solutio fiat creditori de anti-
qua moneta currente tempore contractus, liberetur ab obli-
gatione debitor, quamuis illa moneta creuerit in æstimatio-
ne, & pretio, & soluendo in moneta aurea, vel argentea flo-
renos parui ponderis, seu libras, soluere possit cum minori
numero, quam fecisset tempore obligationis, & hoc est,
quod voluit Bartol.& Castr.in dict.l.Paulus, quos secuti sunt
Socin sen.consil.6.libr.primo.Curt.de monet.2.qu æstio.prin-
cipa.Butr.& Innocen.in d.cap.quanto.Boer. decisio.327.nu-
me.7.in fin.Curt.iun consi.24.nume.5. & 6.& ita communem
conclusionem intelligit Sola post Boss.casu.5.vt patet in exē-
plo per eum posito,& videtur clarè id sensisse in antiqu.decr.
num.73.& 77.& Barto.sic percipit Purpurat. in d.l. cum quid
nume.166.Lauden de monet. nume. 17.Brun. particul. 3. Ca-
gnol.in d.l.cum quid.num.93.Peregrin.consi.13.num.6.lib.3.
qui dicit ita obseruari Venetijs,vt solutio fiat de moneta,quæ
currit tempore solutionis, nulla habita ratione augmenti,
quia ratio,quæ in contrarium consideratur pröuenit à ratio-
ne lucri cessantis, cuius nulla habetur ratio.vt dicit idem Pe-
regr. nume. 8. nec ab ista opinione recedit Crauet.in consilio
836.num.1.versic.Argumentis his.vbi,& nu.5.versic.2.respon
detur rationem adfert. Verum ista conclusio non est ita ab
omnibus recepta, vt sensit Didac. sed ab ea recedunt Bald.
Azo.Io.Andr.Ancharan.Oldrad. Imol. Zabarell.Panormitan.
& Anton. de Butr. quos sequitur Curt. a priori recedendo in
dicto tracta.de monet.num.13 & Ioan.Aquilà.in tract.de mo
netar.potesta. par. 2. conclus.2. volentes omnes haberi etiam
iu extrinseca bonitate variationis rationem fauore creditō-
ris; durum sibi videntes, vt super pecunia lucrum faciat de-
bitor cursu temporis,& creditor minorem consequatur sum-
mam, quam ipse soluit,vel quam illi tēpore contractus ex rei
venditione,vel alia de causa promissa fuit, & vidi creditores
quosdam super hac lucri cessantis consideratione noctes in-
somnes ducere, & ob id Azonis opinionem summè laudat Io.

Rainaud

Digitized by Google

Raina[illegible]d de monet.nu.2.& varietatem Doctorum in hoc con
ſidera[illegible] Brun. particu. 5. Et illorum opinio præcipuè videtur
obtin[illegible]re, quando pecunia variauit de per ſe ſine edicto, vt
comm[illegible]uniter contingit, quo in caſu loquitur Bal.in conſi.pe-
[illegible] lib. 1. licet ibi velit poſt Iacob. Butrigarij dari pecu-
[illegible] ad æſtimationem antiquæ, prout & conſil. ſequ.
[illegible] in cap. conquerente in verbo duos ſolidos.de offic.or
din. Soc. conſi. 298.lib.2.& cum opinione iſtorum Doctorum
tra[illegible]ſire videntur omnes illi, qui voluerunt in ſolutione quo
ad [illegible] valorem monetæ attendendum eſſe tempus contractus, de
qu[illegible] a recedemus infra concluſio. 10. Ego verò iſtam duritiem
in [illegible] hac opinione non reperio, & cum Bartolo, & ſequacibus
te[illegible]nerem, Nam durior mihi videretur conſtituta cauſa debi-
to[illegible]oris, qui ſoluendo de moneta currenti tempore contractus,
te[illegible]neretur ſoluere maiorem quantitatem pecuniæ, quam fue-
rit in ſtipulatio né deducta, contra pacta, & conuentiones,&
non eſt dubium, quòd ſi debitor ſoluat creditori de eadem-
met pecunia, quæ currebat tempore contractus, ille remanet
liberatus, vt latè tradit Natt.in conſi.545. nec illa poterit à
creditore refutari, niſi per edictum fuiſſet reprobata,quo ca-
ſu ſeruandum eſſet,quòd dixi infra concluſio.11.nec erit con
ſideranda extrinſeca variatio, niſi illa variatio proueniret à
deterioratione minutæ monetæ, quam ſi ſoluere vellet debi-
tor crederem non liberari, vt voluit D.Senator Sola.de mone.
caſu.7. Cæterum reſolutio iſtius concluſionis rectè fiet con-
ſideratis verbis contractuũ,& tenore obligationis,nam aliud
eſt ſi ſumus in mutuo, aliud in venditione in qua tempus ad
ſoluendum datum ſit, aliud in ſolutione, quæ fieri debet in
ea monetæ ſpecie, quæ variata non eſt in bonitate intrinſeca
tempore ſolutionis,aliud ſi ſolutio in monera minuta fieri ve-
lit, quæ deterior reperiatur tempore ſolutionis, quam ſole-
bat eſſe tempore contractus; & propterea iuxta reſolutio-
nem caſuum, de quibus infra tota hæc concluſio terminabi-
tur,& diſcrepantes Doctorum ſententiæ per diuerſorum ca-
ſuum conſiderationes conciliabuntur.

53 Nona erit concluſio. Debitorem † morioſum teneri ad om-
ne damnum,& periculum, quod ſentiet creditor ex monetæ
variatione,ſiue illa extra rem, ſiue intrinſecus cõtingat. Butr.
in d.c.quanto.verſ.vlt.caſus.Gabr.de ſolut.concluſ.3.nume.1.

nam creditor nullo casu debet ex mora debitoris damnum consequi. Abb. in d.c. quanto. num. 12. in fi. & ita omnes tenet in l. cum quid. & in l. quod te. si cert. pet. Socin. sen. cons. 298. lib. 2. Boss. de monet. Sola casu 16. qui tamen hoc non credit verum in lucro cessante, quod lucrum considerari posset in extrinseca variatione, quod & voluit Castr. per eum relatus. Peregr. cons. 13. num. 8. libr. 3. Plot. consil. 18. & idem Sola in antiqu. decr. de pact. inter emp. nume. 74. versi. Ego hoc casu. Sed hæc opinio non est tenenda, quia morosus tenetur praestare omne damnum, & extrinsecus monetæ valor propter moram debetur, ne sit in damno creditor, qui cum illo numero monetarum currentium tempore cadentis solutionis habuisset, vel meliores monetas, vel à melioribus lucrum certum perciperet, vt dixi in addit. ad d. Decis. 174. & in hoc opinionem Bart. in l. Paulus. communiter reprobatam dicit Curt. de mon. numer. 6. Laudens. numer. 21. Gamma. decis. 374. nume. 1.

Decima est conclusio in hac materia. Quod licet alta, antiqua, & profonda satisque agitata quæstio sit, cuius temporis valor in contractibus sit respiciendus, vt dicit Io. Rainaud. de monet. in principio, tamen pecunia † restituenda erit creditori iuxta valorem currentem tempore contractus, & sic habito respectu ad tempus contractus, non autem solutionis, & hęc est cõmunis conclusio, & recepta in scholis, & palatijs, vt refert Viu. in silua. commu. opin. litera M. opin. 516. Cepha. cons. 31. num. 8. Corn. cons. 287. nume. 18. & seqq. lib. 1. Rub. cons. 17. nume. 1. & 2. Bellamer. d. c. quanto. nume. 12. & ibi Henric. Boich. Andr. de Isern. in tit. quę sint regal. in verbo monetę. Alber. in d. l. cum quid. num. 12. Camill. Plaut. ibidem. nu. 109. lib. 3. Boer. decis. 327. nu. 9. Afflict. decis. 194. Menoch. cons. 49. num. 16. Surd. cons. 368. nume. 6. & 10. & consil. 392. num. 14. lib. 3. & latissimè illam comprobat Collegium Louanij impressum post illam opinionem Viuij 516. & per multas etiam authoritates confirmat D. Pater meus d. decis. 174. num. 1. referens stilum Senatus, ita iudicandi, & vidi semper fine contradictione resolutum, & hanc conclusionem indubitatam dicit, & ab omnibus scribentibus receptam, Socin. iun. cons. 145. num. 94. & 97. Rub. d. cons. 17. nume. 1. & 2. Put. decis. 149. num. 1. lib. 2. vbi optime declarat quomodo fit in

54

solutio-

solutionē, temporum distinctio facienda. Et quamuis primo aspectu Doctores videantur in hoc articulo contrarij, quoniam aliqui dicunt spectandum tempus solutionis, alij contractus, prout credidit Viu. in dicta opin. 516. reprehendit Natt. in conſ. 454. & Bertrandus in conſ. 168. nu. 1. libr. 1. di nullam habendam rationem variationis à tempore contractus ad tempus ſolutionis. Tamen re vera non ſunt contrarij, ſed concordes, vt aduertit Rainaud. num. 1. Brun. practic. 1. concluſ. 1. omnes enim ad eundem finem tendunt, vt demonſtrent, nullis exiſtentibus conuentionibus pecuniam ſoluendam eſſe habita ratione ad tempus contractus, licet in ſolutione tempus ſolutionis conſideretur, vt Doctè explicat Iohachim. Miſinger. ſingular. obſeruat. centur. 4. cap. 1. di cens ſoluendam eſſe monetam vſualem proportionabiliter ad æſtimationem antiquę, & idem voluit collegium Louanij. nume. 57. & pulchrè explicat Borgnin. Caualcan. deciſ. 16. nu. 42. lib. 2. vt ſcilicet quo ad bonitatem intrinſecã tempus contractus, quo ad valorem illius ſolutionis tempus conſideretur. Ratio huius concluſionis eſt, quia in dubio contrahentes cenſentur contraxiſſe iuxta valorem monetæ currentem tempore contractus, & ad eundemmet valorem ſtipulationē reduxiſſe. c. olim. cauſam. & c. penult. de cenſibus. Bart. & Purpur. in d. l cum quid. Bero. & vterque Socin. quos ſequitur Sola d. num. 73. Surd. conſ. 220. num. 4. & 14. libr. 2. Rom. conſ. 123. col. 1. Brun. par. 4. num. 2. & par. 9. num. 1. Spec. de ſolut. §. 1. in fi. Neque in hoc erit recipienda opinio Calcanei conſ. 14. & 15. Aretini conſ. 84. in princ. & fi. Barbat. conſ. 119. lib. 4. qui † voluerunt in variatione, vel non attendi tempus cum illud non ſit iuſta cauſa mutandæ obligationis, vel vltimum tempus attendendum. l. fi mater in fi. C. ne de ſta. defunc. l. ſi quis aũt. in princ. D. de acquir. poſſ. quia cum ex mutatione temporis qualitas rei mutari ſoleat. l. ſeruus. §. qui fideiuſſ. D. de hæred. inſtituen. erit tempus attendendum, & melius erit attendi tempus contractus, quam ſolutionis. Quinimo Aretin. & Barbat. qui in eodem caſu conſuluerunt voluerunt attendi tempus ſolutionis fauore creditoris, quemadmodum ipſe ex decremento damnũ ſentiret; licet ipſi velint tunc debitorem liberari, quando ſoluitur de illa pecunia currenti tempore contractus, quod credo verum; & ſemper cõ-

firmauit Senatus,& in ſpecie declarauit in præallegata cau-
Polongheriæ,de qua in 5.concluſ. Neque minus com proban-
da erit Rotæ Bononien.deciſio apud Pet. de Benintend. decis.
29.& aliorum quos retuli in addit.ad Deci. 174.quod hæc cō-
cluſio ad ſolam intrinſecam bonitatem extendatur,quia om-
nem monetæ æſtimationem comprehendit? Sed bene illa di-
ſtinctio, quam facit Rota ibi admittenda erit diſtinguendo
inter monetam,quæ eſt in obligatione, & alteram quæ eſt in
ſola facultate ſoluendi, vt primo caſu attendatur tempus
contractus, in ſecundo tempus ſolutionis, & in extrinſeco
valore tempus contractus attendi voluit Brun. vlt. concluſio.
declarat.5.

Sed vt bene percipiantur Doctorum ſcripta, quæ ſine du-
bio confuſa ſunt in hac concluſione,quæ duplicem habet in-
tellectum, quamuis clarior ipſa reddi poſsit ex diſputationi-
bus caſuum,de quibus infra,tamen vt apertior inueniatur,ne
in æquiuocis ambulemus tempus conſiderando, vel contra-
ctus,vel ſolutionis circa valorem monetæ duo exempla ſubij-
56 cemus. Primum eſt quando † contrahentes loquuti ſunt in
moneta minuta, vel quæ per minutam reſtitui, vel ſolui poſ-
ſit, vt ſunt iſti floreni Sabaudiæ parui ponderis, qui non re-
periuntur, & contractus celebratus eſt, vel in tot florenis,
vel in aureis de flo.octo,qui aurei apud ruſticos noſtros vocā-
tur *ſcudi di moneta*, & ſunt in communi loquendi vſu præſer-
tim in emptionibus victualium, vt grani, vini, & ſimilium,
qui loquendi modus antiquiſsimus eſt, & tunc quæri poterit
in reſtitutione, ſeu ſolutione fienda horum florenorum, ſeu
aureorum monetæ, cuius temporis valor ſit inſpiciendus, an
tempus cadentis ſolutionis, an tempus contractus; Nam ſi
dicamus attendendum eſſe tempus contractus,iuxta commu-
nem concluſionem videndum erit qualiter ſit facienda ſolu-
tio, & in hoc caſu ſunt diſtinguendi duo caſus,vnus eſt quā-
do moneta minuta eſt deteriorata, vel mutata,tàm intrinſe-
cè,quàm extrinſecè, alter caſus eſt, quando moneta minuta
non eſt mutata aliquo modo,ſed mutatus eſt valor aurei, vel
argenteæ monetæ, ſimiliter vel ob materiam, & ſubſtantiā,
vel ob aliam cauſam extrinſecus contingentem, per quam
creuit moneta in æſtimatione: Et iſtis duobus in caſibus ſi ſe-
quamur concluſiones communiter traditas, de quibus ſupra

in

in ſeptima,& octaua concluſione,videtur clarum, quod mutata moneta in bonitate intrinſeca, debetur augmentum per debitorem, ne deterior fiat creditoris conditio, niſi fuerit conuentum, quod ſolutio fiat de moneta currenti tempore contractus, & ad valorem tunc currentem, hoc etenim caſu quidam Doctores, & ſpecialiter Ioannes de Imola, Iaſon, Alexander, Paulus de Caſtro, Philippus Decius, Ioannes de Anania, Ioannes de Platea, Ioannes Andreas, Antonius de Butrio, Franciſcus Zabarella, Ioannes de Imola, Ioannes de Lignano, Ioannes Baptiſta de Caſalibus, Ioannes de Terameo, Ioannes Franciſcus de Ripa, Ioannes Franciſcus de Aretio, Ioannes Franciſcus de Roſſis, Ioannes Franciſcus de Sancto Petro, Ioannes Franciſcus de Sancto Blaſio, Ioannes Franciſcus de Sancto Georgio, Ioannes Franciſcus de Sancto Angelo, Ioannes Franciſcus de Sancto Marco, Ioannes Franciſcus de Sancto Antonio, Ioannes Franciſcus de Sancto Bernardino, Ioannes Franciſcus de Sancto Dominico, Ioannes Franciſcus de Sancto Auguſtino, Ioannes Franciſcus de Sancto Thoma, Ioannes Franciſcus de Sancto Ambroſio, Ioannes Franciſcus de Sancto Hieronymo, Ioannes Franciſcus de Sancto Gregorio

nem istam circa tempus contractus attendendum, & sola hæc consideratur differentia, quod posset contingere creditorem iuxta speciem monetæ, quæ soluitur ex facultate debitori concessa, de qua dicemus infra conclus. decimaquinta, habere quidem eandem summā florenorum, sed non eandem quantitatem solidorum alborum, & aliarum etiam monetarum maioris valoris, quam habuisset tempore contractus. Quo circa hæc quæstio redditur multum dubia pro intelligentia conclusionis nostrę, cuius temporis sit habenda ratio, Nam etiam tempore solutionis considerato eadem difficultas oritur potest inter debitorem, & creditorem, quia debitor dicet satisfactum creditori, qui habet tot florenos de moneta currenti tempore solutionis; creditor verò excipiet, quòd licet habeat tot florenos non habet tamen eandem monetæ quantitatem, nisi tempore solutionis considerato detur in moneta, tunc currenti augmentum, vel floreni, vel alterius monetæ prout habuisset si solutio fuisset facta tempore cōtractus, cuius q̄stionis resolutio pendet ex resolutione casus positi in 2 exemplo quinti casus.

Secundum exemplum esse potest, quando solutio fieri de-
57 bet in moneta grossa argenti, vel auri, & tunc † maior est difficultas, quia inspecto tempore contractus si debeantur aurei in auro creditori, & illi valebant flo. 10. tempore contractus, postea creuerunt, vsq; ad 14. & tāti estimabantur tempore solutionis cadentis; si inspiciamus vtrunq; tempus posset pro creditore pronuntiari, vt dentur quidem aurei illius bonitatis, quæ currebat tempore contractus, sed ad valorem currentem tempore solutionis, quando aureus non soluitur; similiter fauore debitoris dici potest, quod tempus contractus inspiciatur fauore illius, vt tempore solutionis non plus soluat, quam valorem aurei currentem tempore solutionis, ita vt soluendo in alia monetæ specie tot florenos, quot valebat aureus tempore contractus sit liberatus, & eo modo fauore illius consideretur tempus contractus; & idem dicendū sit in crosonis, ducatonis, & similibus argenteis monetis; Atque hoc modo fauore debitoris istam conclusionē intelligit Bero. consil. 143. nume. 27. & 28. lib. 1. Cæterum communiter
58 magis † videtur receptum, vt ilta conclusio non fauore debitoris accipienda sit, sed creditoris, vt colligimus ex allegatis

per

per Solam caſu.24. nu. 4 qui ita accipit iſtam concluſionem; & eodem modo accipitur, quod dici ſolet, vt ſoluatur de moneta noua ad æſtimationem antiquę. vt ſimiliter fauore creditoris dictum ſit Io. de Plat. in l.2.C.de vet.nũ.poteſta.Socin. ſen.conſ.198. lib.2. & dixi ſupra concluſ.7. in fi. de quo dicto vide quod dico infra cóclu. proxima, vnde optime pro intelligentia huius concluſionis ſcribit Bertrand. in conſi.168. in princ.libr.1. quod ſi non reperitur moneta antiqua, quæ currebat tempore cõtractus debet ſolui de noua, id quod deficit ad valorem antiquæ, nec ab iſta communi intelligentia recedit Gabriell.in tit.de ſolut concluſ.1.num.1.Crau.conſil.887. num.1.lib.5. Socin.iun.conſ.145.nu.94. & 96.lib.1.ſed an vera ſit in omnib caſib. iſta reſolutio videbimus infra in examine caſuum in hac materia contingentiũ. Illud tamen notandum eſt, quod in dubio ſolutio intelligitur promiſſa de moneta currenti tempore ſolutionum. Alciat. conſ.118. numer. 7 & ob id electionem eſſe debitoris dicit Curt. de monet. nume 30.

59 Vndecima concluſio ſequitur; † ſolutionem monetæ faciendam eſſe de moneta proba, & expendibili, & inſpecto valore antiquæ monetæ ſi antiqua moneta non reperitur. Rebuff.in l.2. C. de veter.nũmiſm.pot.Surd.conſi.220.in fi.de qua concluſione licet aliqui dubitent, vt dicit Surd. tamen ab illa non erit recedẽdũ in praxi, ex traditis ſupra in proxima antecedenti concluſione, vnde quotieſcunque antiqua moneta non reperietur, tenebitur debitor ſatisfacere creditori de noua moneta currenti iuxta bonitatem, & iuſtum valorem antiquæ monetæ, vt dixi ſupra, & omnem augmenti euitabit ſolutionem, ſi de moneta antiqua currenti contractus tempore ſoluere velit, vt pluries declarauit Senatus, & hoc iure vtimur; & quando ſoluitur antiqua per nouam fiet iuſta calculatio antiquæ monetę, iuxta ea, quæ poſui ſupra concluſ.quinta.& huius rei exemplum eſſe poterit in iſtis florenis parui ponderis, qui licet antiquitus currere cępiſſent, vt teſtantur Neuizan. & Brun. & noſtris temporibus fuerint fabricati,& aliqui apud me reperiantur,tamen hodie cõmuniter non expenduntur,nec reperiri poſſunt.

Sed hic maxima oritur dubitatio quãdo moneta per edi-
60 ctum Principis reprobata fuit, vel in pretio alterata † quo-
modo

modo sit facienda solutio; solent enim à Principibus hæc in re multis de causis edicta fieri, vt dixi supra concluſ. 4. Et in hac disputatione voluerunt aliqui non liberari debitorem nisi solutio fiat de moneta currenti, & expendibili, & ad valorem antiquę monetę, alij voluerunt posse illũ soluere, de antiqua moneta; Ego verò duos casus constituo, & distinguo.

61 Primus est quãdo antiqua moneta est † in totum reprobata ob illius deteriorationem, & tunc loquendo semper in debitore, qui non est in mora, & in casu quando solutio est promissa in certa specie monetæ, prout loquuntur omnes Doctores infra citandi, quotiescunque creditor sibi voluit prouidere per illàm cautelam quam tradunt Hostien. & cæteri in c. quanto. & de qua dixi supra concluſ. 2. circ. fi. sunt opiniones, & aliqui arguunt Bartolum nota contrarietatis in l. quod te. & in l. Paulus. Quidam enim voluerunt debitorem omnino liberatum esse ab obligatione quasi per interitum speciei per l. quod te. si cert. peta. cum ibi notatis, & ita tenuerunt Petrus, & Cyn. in l. cum quid. si cert. pet. & in l. in minorum. C. in quib. cau. restit. in integr. non est necess. Rom. in d. l. cum quid. & ibi Dec. & Cagnol. num. 95. Alexan. in d. l. quod te. num. 7. vers. teneo conclusiuè. Lauden. de mon. num. 14. Imol. in c. quanto. num. 18. de iureiur Qui mouentur per

62 tex. in † l. in ratione. 30. §. diligenter. versic. cæteris. D. ad l. falcid. sed ille textus non debet pro ista opinione citari, nam loquitur ibi I. C. de legato facto in certa nummorum specie, quæ posita erat in arca tempore testamenti, & quærebatur an illa reprobata, vel in totum deteriorata teneretur hæres præstare legatum, & respondit non teneri, quia hæres per interitum rei legatæ liberatur, quæ ratio non militat quando

63 quis tenetur de necessitate soluere. Alij fuerunt † opinionis, vt liberetur debitor soluendo, vel monetam reprobatam, vel nouam per æstimationem illius, sed in totum non liberari, cum sufficiat idem restituere in genere, & in bonitate. Bar. in l. Paulus. & in d. l. cum quid. nume. 17. quem sequuti sunt Andr. de Isern. in tit. quę sint regal. in verbo monetę. Hostien. Io. And. Abb. & Ant. de Butr. in c. quãto. de iureiu. Albe. de statu. q. 103. p. 1. P. de Ancha. in clem. si beneficiorum. de decim. Roman in d. l. cum quid. nume. 19. vers. Tudic. Riminald. sen. in d. l. quod te. num. 5. Curt. de monet. num. 6. & 7. Aretin. in d. l. quod

l. quod te, Anton. Gamma. decis. Lusitan. 374. Et ad Bart. varietatem respondit Roman. & Riminald. vnde inquit Papiens. in form. libell. act. hypothecariæ super verbo Relaxandum. num. 3. quod si non reperitur reprobata moneta sufficiat debitori dare aliam monetam ad valorem currentem, cum quia etiam opinione transit Bald. in l. Acceptam. quæst. 17. C. de vsur. vbi licet obscurè, & dubitatiuè loquatur, tamen concludit ex æquitate debitorem, qui vsus fuit pecunia debere restituere æstimationem, quia non sit licitum lucrari cum alterius iactura Sed hoc casu frustra tractari de augmento credunt suprascripti, quia vel eadem species soluitur, vel eiusdem æstimatio, in quam rem adduci potest doctrina Bar. in l. diuortio. §. ob donationis. nu. 3. D. solut. matrimo. vbi voluit debitorem pecuniæ posse soluere in massa auri, vel argenti, aut metalli sicut etiam pro massa potest dari pecunia. l. 1. §. fi. D. de aur. & argen. lega. Mihi tamen tuta non videtur ista opinio Bartoli, quam vir acutissimi ingenij Pinell. reprobauit in rubr. C. de rescinden vendit. prima par. num. 14. Tertia
64 fuit † opinio, quod reprobata non soluatur, nec possit creditor cogi illam recipere, vt bene dicit P. Gregor. lib. 25. sintagma. cap. 14. num. 2. sed soluatur de noua ad æstimationem antiquæ, prout currebat tempore contractus, & hanc sententiam tenuit glo. in cap. cum canonicis. in fi. de censibus, & alia glo. iuris ciuilis in l. eleganter. §. qui reprobos. D. de pignorat. act. per verba illius textus, quam glo. sequuntur Aretin. Fulg. Castr. & Ripa. in d. l. quod te. Iacob. de Rauen. Odofred. Bald. & Angel. in d. l. cum quid & ibi communem asseuerat Camill. Plaut. in sua repetit. lib. 3. nume. 102. & in reprobata moneta ob deteriorationem sequitur Lauden. de mon. num. 13. Brun. de augmen. particu. 2. Cagnol. d. num. 95. Ioan. Fab. in d. l. Acceptam. in fin. C. de vsur. & hoc casu quando respectu cursus in totum reprobatur communem dicit Ioã. Saison. in consuetud. Turonen. titu. 36. de crimin. artic. 1. colum. 3. verfic. primo ergo casu. Ratio est quia contrahentes censentur conuenisse de solutione in eadem specie modo non sit reprobata, & sit in vsu, nam in pecunia consideratur bonitas, prout est in vsu & æquè bonum est mutuum restituendum; quid enim si promisisti mihi restituere æquum, & mortuum restituas non liberaberis, nec dicetur moneta restitui, prout erat tempore

obliga-

obligationis, quia tunc expendebatur, & hodie non curr[illegible] in commercio, propter Principis prohibitionem, cui cum [illegible] rendum sit sub pœnis in iure, & in edicto contentis, clarum [illegible] non posse cogi creditorem illam recipere, quinimo pos[illegible] puniri debitor, qui soluere, & expendere vult contra præ[illegible] ceptum, cui parere necesse est, vt considerat Curt. de mon. nu[illegible] 20. & præsertim quando edictum ponit expendentibus pœ[illegible] nam vitæ, & confiscationis bonorum. Quarta est opinio Ripę in d.l. quod te. nume. 24. qui distinguit an posita fuerit pœna

65 expendentibus monetam reprobatam, vel non, vt † primo casu possit reproba solui, & ea soluta liberetur debitor, qui non est in mora, secundo casu debeat soluere æstimationem. Sed ista opinio est ridicula cum velit liberari debitorem, & cogẽdũ creditorẽ reprobos nũmos accipere ꝫ pœnale edictũ;

66 Tu verò in hoc opinionum conflictu teneas † nullo modo liberari debitorem, qui tenetur soluere in eadem specie, nisi soluta æstimatione antiquæ monetę, & ob id opinio Cyni, & aliorum sequacium magis cõmuniter reprobatur; & soluendo æstimationem clarum est, quod tenebitur soluere cum omni augmento, prout illa species valebat tempore contractus, & tenebitur soluere de moneta vsuali, & expendibil, ita ut præstetur materia pro forma, vt voluit Bart. in l. quod te. num. 6. & 7. & in l. vinum. num. 17. si cert pet. & reproba pecunia non liberat soluentem, etiam quod iurasset soluere in illa pecunia. Bald. in l. fin. C. de non nu. pecun. quem sequitur Rimin. in d.l. quod te. nu. 5. vers. Et ad probationem. Bellamer. in d. c. quanto. nume. 10. Et pro hac opinione, coniungo ius ciuile, & ius canonicum, nam iure ciuili cautum est reprobata moneta per superiorem creditorem teneri de alia soluere. l. paulus. alias creditor. de solut. sed cum ibi non sit expressum, de qua moneta sit facienda solutio, Summus Pontifex hac de rè consultus rescripsit solutionem faciendam esse de pecunia vsuali ad æstimationem antiquæ; quæ æstimatio si fieret iuxta antiquum valorem sine augmento remaneret in damno creditor contra mentem Pauli, & ideo æstimatio facienda est de moneta quidem, quæ currebat tempore contractus, sed ad valorem currentem tempore solutionis, vt habeat locum pactum de speciei restitutione loquęs, prout optime cõsiderauit Aretin. in d.l. quod te. num. 4. nec est quod conqueratur credi-

tor,

Digitized by Google

tor, cui alia ſpecies ſoluitur cum id facto Principis contingat, vt ponderat ſumma Aſtenſ.lib.3.tit.de ſolut.art.5. verſic. ſed quid ſi mercator. Vnde ſiue de florenis in ſpecie, ſiue de moneta groſſa fuerit facta ſtipulatio, & illa non reperiatur, vt contingit in florenis noſtris debebitur valor floreni, prout æſtimaretur, ſi eſſet in rerum natura, (niſi aliter de moneta ſoluenda in alia ſpecie actum eſſet,) prout ſi edicto Principis reprobata fuiſſet, licet aliud ſit in reprobatione expreſſa aliud in tacita. Ex qua concluſione colligimus erraſſe virum alioquin doctiſsimum Rober.Marant.qui in conſ.138.nume.

67 1. & 2. deffendit † quoſdam Gabellarios, vt liberentur per ſolutionem reprobatæ monetæ ex edicto Principis, eo prętex tu, quod illi exegerint illam monetam ante reprobationem, & non ſint in culpa, quia cum edictum ſit generale, ac pœnale, atque omnes comprehendat vtique complectetur perſonã Gabellarij, qui ante edictum monetam reprobatam recepit, & ita vidi in iſto caſu obſeruatum, prętertim quando moneta, quæ reprobatur eſt alterius Principis, licet opinio Marantæ maximam ſapiat æquitatem qua attenta dicerem, eſſe faciendam remiſsionem mercedis contra eundem Marantam, quando maximum damnum ſentiret debitor, quod prudentis iudicis arbitrio relinquerem, quicquid etiam ſcribat Bertachin. de Gabell.2. par.q.25. niſi eadem Gabella à Principe proueniret, cuius culpa mutatio monetę fieret quo caſu non teneretur debitor ſoluere, niſi de illa moneta.

Secundus caſus eſt, quando moneta non eſt in totum re-

68 probata, ſed per edictum fuit † reducta ad certum valorem, prout factum fuit de anno 1587.23. Iunij, & Romanorum temporibus primo bello punico mutatum fuiſſe nummi valorem tradit Plin.lib.33.c.3. & tunc licet optimi Principes ex prudentum conſiliariorum voto ſoleant prouidere caſibus contingentibus, prout factum fuit tempore illius edicti, Et Romanos apud Saluſtium feciſſe legimus, ſi tamen quæras quid de iure dicendum ſit. Reperies Bald. hanc quæſtionem tractantem in l. Acceptam.quæſt.17.C.de vſur.& dicit monetam recipi debere iuxta valorem currentem tempore ſolutionis, ſed ſi mutatio fuit repentina,& creditor illam pręſciuit tunc conſulendum eſt debitori, aut mutata fuit ex interuallo,& debitor expendit, & in ſuos vſus conuertit, vel conuertere

tere potuit, & tunc ſuccurrendum ſit creditori, Ego examen dicerem liberari debitorem, qui ſoluit antiquam ſpeciem mo. netæ in valore à Principe decreto, quia valoris, & æſtimationis ratio tota pendet ex Principis arbitrio. l. 1. D. de contrah. emp. & quemadmodum pretia rerum ab illa variatione æſtimantur, ita & cætera commertia eadem proportione venient regulanda; nec de damno poterit creditor conqueri, qui eandem habet pecuniæ ſpeciem, cum qua eaſdem res comparare poterit, quas habuiſſet ſi pecunia alterata non fuiſſet, cum illæſa remaneat bonitas intrinſeca iuxta quam ad verum valorem moneta reducitur; & in hanc ſententiam inclinarunt Io. Andr. Bellamer. & Hoſtien. in c. quanto. de iureiur. Camill. Plaut. in l. cum quid. lib. 3. num. 114. Bal. conſ. 213. lib. 5. & in d. ca. quanto. num 8. & iuxta hanc opinionem iudicaui tempore illius edicti, dum eſſem iudex ordinarius huius Auguſtiſſimæ Ciuitatis; & ſæpius declarauit Eccellentiſsimus Senatus. & hanc opinionē multis authoritatibus cōprobat recolendæ memoriæ D. Senator Sola olim collega doctiſsimus in eodem Senatu in tracta. de monet. caſu. 24. num. 1. & nouiſsimè cenſuit idem Senatus in prædicta cauſa Comitum Polongheriæ hoc anno 1607. Et in hoc caſu bene aduertit Calcan. in conſ. 14. num. 2. ſolutionem faciendam eſſe, de moneta communiter expendibili non de varabili. Et quamuis D. Senator Sola in d. tracta. de monet. caſu. 28. diſtinguat vtrum à tempore contractus ad tempus edicti fuerit facta mutatio aurei diminutiuè, vel augmentatiuè, non putarem attendendam iſtam diſtinctionem, & quia mens, & voluntas Principis eſt per illud edictum reducere aureum ad iuſtam æſtimationem, vt pretia rerum iuſto pretio ſoluantur. d. l. 1. D. de cōtrah. empt. ideo facta reductione non poterit creditor prętendere maiorem currentem tempore contractus cum habeat monetam auream, vel argenteam viliori pretio, & in ſpecie conuenta fiat ſolutio, & nihil deperit creditori licet plus, vel minus auri, vel argenti, aut minutæ etiam monetæ ſoluatur, & moneta eſt ſoluenda, prout Rex iubet vt dicit Maſuer. in ſua praxi tit. de ſolut. nu 5. & ſic confutatur, q ſcripſit Rom. ind. l. quote. nu. 5. ver. ſed vbi per ſtatutu; volēs creditorē nō poſſe refutare antiquā monetā, quia hoc nō procedit qn moneta eſt alterata iuſſu Principis, qui non vult antiquā monetā expendi.

Sed

Sed pulchra hinc insurgit dubitatio, si edicti tempore mo-
69neta habebat vnum valorem, postea † contractus tempore
creuit in pretio, & communi cursu, puta aurei fuerunt per
edictum valutati ad flor. 13. grossos tres de anno 1603. contra-
ctus tempore valebat aureus flor. 14. quis valor erit attenden-
dus? hæc quæstio fuit disputata in prædicta causa Polonghe-
riæ, & dicebat creditor, quod non erat inspiciendum edictũ,
quia ista edicta sunt annalia, & per annum euanescunt, &
quatenus essent perpetua omnium consensu, tam populi,
quàm ipsius Principis, qui ministerio suorum Thesauriorum
eo pretio expendebat erant abrogata, & communem cursum
attendendum, & sic, vel aurum soluendum, vel iustam æsti-
mationem, prout currebat tempore solutionis, cum fuis-
set promissa solutio in auro, vel iusta aurei æstimatione, vt
in statuto Senatum consuluit Aretin. consil. 111. & quatenus
fieret solutio iuxta valorem edicti, esse faciendam solutio-
nem de moneta bona, ad valorem currentem tempore edi-
cti, non prout currebat tempore contractus, vel solutionis,
habita proportione ad valorem aurei, vt æqualitas seruetur.
Debitor verò dicebat esse attendendum edictum, quia varia-
tio auri non erat in bonitate intrinseca, quæ fuerat edicto ta
xata, sed in extrinseco augmento, cuius non habetur ratio,
& communem cursum esse abusiuum, & corruptelam, nec
cogendum ipsum soluere ex pacto de iusto valore, nisi valo-
rem iustum non alteratum, atque ita interpretandum esse pa
ctum; & præsertim, quia excessus erat in modico. Et cum
partes coram me comparuissent hortatus sum ad concor-
diam, quia re vera casus mihi videbatur difficilis resolutio-
nis, & in simili causa, quæ cum D. Comite Aregnani verte-
batur laudaui solutionem fieri de moneta currenti argentea,
vel aurea, ad valorem currentem, calculando valorem aurei
ad flo 13. cum dimidio, & Dom. Comes acquieuit, sed in alia
causa cum nollent partes conuenire, relata causa per Illustrẽ
Dom. Senatorem Filippam, censuit Senatus esse soluẽdum au
reum iuxta edicti tempus ad flor. 13. grossos tres. Sed cum ni-
hil dictum fuisset circa qualitatem pecuniæ soluendæ pro esti
matione aurei, sed tantum declaratum (iuxta solitum) so-
lutionem faciendam pro tertia in auro, pro tertia in argento,
& pro alia tertia in moneta minuta, maior surrexit dubita-

tio, an & in æstimatione argenti, & auri esset attendendum tempus edicti; nam D. Comes volebat soluere iuxta valorem currentem tempore contractus, creditor verò nolebat accipere, nisi iuxta valorem currentem tempore edicti, ad quod sententia se restrinxerat; Ego dicebam attendendum esse valorem currentem tempore edicti, quia licet edictum non loqueretur, nisi de valore aurei, tamen quia ex eo regulantur aliarum monetarum pretia; idem esse dicendum de alijs monetis, quòd de auro, & credo quod Excellentissimus Senatus ita declarasset, sed fuit cõcordata causa, & facta solutio aurei ad flo. 13. grossos decem; de omni moneta iuxta cursum, qui erat tempore solutionis, & nũc etiam pendet articulus in reuisione, ob discordiam post concordiam inter partes ortam.

Altera potest occurrere dubitatio, quando bona moneta prius expendebatur postea edicto Principis alia deterior fuit fabricata, & iussa expendi pro pretio melioris, an liberetur debitor soluendo de viliori: Hanc quæstionem ad partes examinat. glo. in c. quis ignoret. 32. quæst. 4. & nihil resoluit: mihi autem videtur amplectenda opinio Io. Fabri in auth. hoc nisi nu. 10. C. de solut. volens solutionem fieri iuxta Principis iussum, si prima moneta non reperiatur, sed si prima reperitur, tunc posse creditorem viliorem recusare, & petere, vt sibi soluatur de meliori currenti tempore contractus; & solent fieri ista edicta ad instantiam monetariorum pro lucro captando, & non sunt iusta, nisi maxima vrgeat necessitas, & ita videtur etiam tenere Guid. quæstio. 493. & facit ratio æqualitatis, quia sicut debitor reprobata moneta liberatur soluendo de noua, ita & soluendo de minus bona, quæ bonæ comparatur; & debitor de facto Principis non tenetur.

Ex istis resolui potest alia quæstio quam antiqui Iurisconsulti Abb. & Oldrad. examinarunt ille in c. quanto nu. 12. iste consil. 250. quando Principis edicto fabricata fuit bona moneta, puta tempore contractus expẽdebatur moneta, de qua erant necessarij flor. decem ad aureum constituendum, & de moneta noua sufficiunt sex, & Oldrad. voluit liberari debitorem soluentem de priori moneta, quando non fuit reprobata, & idem videtur sentire Abbas; Ego verò crederem relinquendum arbitrio debitoris, an velit soluere de prima, an de secunda, quia vna ad alteram habet iustam proportionem;

&

& ſicut creditor pro flor. ſex monetæ nouæ habet aureum, ita & habebit pro florenis decem antiquæ monetæ, & non erit in damno.

Duodecima eſt in hac materia concluſio, & quidem ſubſtantialis, quod periculum † in moneta contingens ratione bonitatis, niſi aliter expreſsè ſit conuentum ſpectat ad debitorem, & non ad creditorem, qui nullum damnum conſequi pro credito ſuo debet, nec in aliam formam nummos accipere tenetur. text. eſt in d.l. Paulus alias creditor. de ſolut. cuius text. conſiderata ratione voluerunt multi indifferenter omni caſu augmentum deberi, quia ibi reprobata moneta vti erogata iuſſu Principis, aut Præſidis periculum debitoris eſſe decernitur, licet nemo de facto Principis, vel ſuperioris teneatur, & Ratio eſt, quia pecunia eſt in eadem bonitate ſoluenda, vel reſtituenda. l. eleganter. §. qui reprobos. D. de pignor. act. Innocen. in cap. quanto. de iureiurand & ibi Anton. de Butr. nume. 12. Bartol. in d.l. Paulus, & ibi Apoſtilla antiqua in litera G. in fin. Idque verum eſſe omnes volunt habita ratione ad tempus contractus. l. cum quid. ſi certum petat. cap. olim de cẽſib. Sola poſt Iaſ. & Socin. in decr. antiquo de pact. inter empt. num. 72. Boff. de monet. num. 2. Et quamuis Cardinal. Zabarel. in clemen. 2. num. 13. in fin. de decim. concludat mutationem curſus monetæ non imputari debitori, niſi poſt moram; Tamen contrarium tenent omnes communiter; ſed Cardinalis opinio, (prout, & concluſio iſta) meo iudicio habebit locum quando moneta in intrinſeca bonitate mutata eſt, vt in ſubſtantia, & pondere, & illius mutatio efficit, vt altera moneta, quæ non eſt in curſu variata; in æſtimatione, & valore alterata ſit; nam tunc ſiue debitor ſit in mora, ſiue non æquum videtur eſſe, vt creditor alteratam monetam pro bona recipiat, quando bona ſoluenda eſt, aliàs ſtandum foret regulæ cuidam vulgari, quæ etſi ridicula videatur, lepidè tamen materiam hanc augmẽti aliaque pericula, quibus ſubiacet debitor pertingit, & ea eſt. *Non præſtabis, ſi præſtabis non habebis; ſi habebis non tam cito, ſi tam cito, non tam bonum; ſi tam bonum, non tam bene*. proſpexit enim huius proverbij autor in axiomate de non dando mutuo, primo quod habiturus non eſſet mutuo dans, credens non ad nullitenenſes, profugos, aut alios quì bonorum ceſsione creditoribus

satisfaciunt, secundo dum dicit, Non tam bonum, considerauit rei deteriorationem, quo in casu conuenit etiam monetæ depravatio, & augmenti amissio, tertio considerauit iurgia, & lites ex dictione, Non tam bene, quia si creditor rem creditam æquè bonam recipiat, raro absque iudicij strepitu, impensa, & labore assequetur, & hac cautela vtentes non haberent opus litigare super isto augmento, sed illa est contra charitatem Christianam, & præceptum illius, ideo non semper seruanda. Sed si moneta sit tantum mutata extrinsecus in valore non propter deteriorationem alterius monetæ sed alijs de causis quas expressimus supra concl. 3. tunc aliud est dicendum, prout dixi infra in quinto casu, & in secundo exemplo. Et ex ista interpretatione resolutio patet ad multos casus, de quibus infra specialiter dicemus. Quid autem sit quod Paulus ait in aliam formam nummos accipere creditorem non cogendum latè, & pulchrè ad materiam explicat Rober. rer. iud. lib. 1. q. vlt.

72 Decima tertia conclusio. Pactis † contrahentium in qualitate solutionis omnino standum esse, Bart. in d. l. Paulus in fi. Debent enim ea, de quibus inter debitorem, & creditorem conuentum est obseruari. l. fi. in prin. C. de iur. domin. impetr. Bru. de augm. in secundo præsuppositio. num. 10. Aret. consi. 111. in primo præmisso. Calcan. consi. 14. num. 1. Sola casu 14. & propterea quotiescunque agitur de hac augmenti materia erunt per Aduocatos, & Consulentes verba instrumenti considerãda, vt post multos tradit idem Sola casu. 17. idcirco valebit pactum instrumento adiectum, vt debitor teneatur ad bonitatem extrinsecam citra moram. Purpurat. in l. cum quid. nume. 162. & 165. & dicit Laudens. de monet. num. 13. in fi. quod practicantes debent attendere conuentionem partium in monera restituenda. Non autem valebit pactum, quod contra iustitiam contractus factum apparebit, vnde si pecunia fuerit data deterior debitori per creditorem mutuo, vt melior restituatur, & hoc animo factum fuerit, vt aliquid plus lucretur non erit huiusmodi pactum admittendum, sed vti vsuram sapiens veniet reprobandum, prout in specie ista tradunt Hostiens. in summa de vsur. in fin. Rodulph. de vsur. quæstione 45. & 46. Dom. Senator. Manent. in suo paruo tract. de contract. liuellar. pact. 8. numer. 10. Secus autem statuendum

tuendum erit ſi ad hoc ſimpliciter factum fuerit, vt bona mo-
neta requiratur, prout ad cambium eadem ſolueretur, vt ſi
mutuo fuerint data centum in auro, vel argento reſtituantur
nam hoc erit licitum etiam, quod moneta argentea, vel aurea
cum ſuo augmento reſtituatur.

73 Decima quarta erit concluſio; Conſuetudinem † ſoluen-
di in hac monetarum variatione, vt plurimum attendendam
eſſe, & curſum temporis ſpectandum. c. olim de cenſib. Hoſt.
in ſumma titu. de cenſib. §. ex quibus. verſicu. quid ſi moneta.
Bald. col. fin. lib. 1. Et hanc eſſe vnam maximam in iure noſtro
dicit Lauden de monet. num. 5. Et ex hac ſoluendi conſuetudi
ne ambiguitates contractuum reſolui poſſe tradit Purpurat.
in d. l. cum quid. num. 173. & ſeq. Alexan. conſi. 21. lib. 2. Laud.
num. 31. Curt. num. 31. Nam hinc arguimus contrahentes in
dubia ſtipulatione voluiſſe intelligere, vt fiant ſolutiones de
illa moneta, quæ ſolui ſolita fuit, quia talis cenſetur facta pro
miſsio qualis eſt ſubſequuta ſolutio Brun. de augmen in ſecũ-
do præſuppoſ. nume. 17. Et limitat. 3. & 4. & latè comprobat
Crauet. in conſil. 836. num. 10. lib. 5. Rub. conſil. 75. Gabr. conſ.
164. num. 7. & 8. Cæterum tria requiruntur ad hanc conſuetu
dinem introducendam, nam tempus ſimpliciter non eſt cau-
ſa iuſta mutandæ, vel variandæ obligationis, & liberandi de-
bitorem ab augmento, quod debetur habita ratione ad tem
74 pus contractus. Et primo requiritur bona fides † ſoluentis,
& ſcientia recipientis, quod illa moneta, quæ ſoluitur eſt de-
terior, vel minor in valuta. Aretin. conſil. 111. Bertrand. con-
ſil. 261. num. 7. lib. 1. Signorol. conſil. 74. colum. 2. & 3. Secundo
requiritur, quòd illa ſolutio fuerit vniformis per multos
actus ſolutionum, licet ad inducendum ſolitum binus actus
regulariter ſufficiat, vt alibi ſcripſi. Nam ab actibus diffor-
mibus voluntas non declaratur. l. quæſitum. §. ſi quis eodem.
D. de fun. inſtruc. & in hijs non poteſt conſiderari conſuetudo,
75 † in quibus vſus varius obſeruatioqũe diuerſa contigit. l. ne-
mo. § temporalis. de regul. iur. Barto. in l. 2. in princ. nume. 22.
D. ſolut. matrimon. Capic. deciſ. 159. num. 39. Crauet. conſilio
96. num. 6. & 134. num. 20. & in puncto iſto conſi. 870. nume. 7.
lib. 5. & ex diformibus præſtationibus, ac ſolutionibus non
inducitur præſcriptio. Calcan. conſ. 121. num. 20. Franc. Marc.
q. 205. par. 5. Afflict. deciſ. 280. nume. 9. Alexand. conſil. 5. libr.

5.Natt.conſ.106.num. 10.& conſ.309. num.9. Neuiz[illegible]. conſ. 5.num.31.Cagnol.in l. ſemper in ſtipulationibus. nu[illegible].22.de regul.iur.Rolan.conſ. 87.num.53.lib.2. Menoch conſ[illegible] num. 17.& conſ.37.num.39.& 67.Surd.conſ.254.num.26.lib.[illegible] & in iſtis terminis Purpur.conſ.522.num.10. & 14.lib.2.& ſi fuiſſet aliquo caſu proteſtatum in receptione ſolutionum, & unc
76 conſuetudo parum officeret. Tertiò requiritur temps legitimum; ita vt conſuetudo illa dici poſsit præſcripta.Sed circa
77 tempus variant Doctores,& contendunt: nam Bald.in com. vlt.lib.1.Oldra.conſ.250.& Aret.cõſ.111.voluerunt 30.annos ſufficere, & hanc communem oſtendit Surd. conſ.335.num. 28.& 56.lib.3.Corn.verò in conſ.181.nu.70.lib.2.& Curt.iun. in conſ.24.verſ.ſed quid fortius.Gabriell.conſ.16440.annorum ſpatium,etiam in priuatis,requirunt.Mihi prior arridet ſententia:nam p id tempus conſuetudo talis videtur introducta, vt non poſsit condẽnari frequentius in cenſib. & annuis obligationibus contingit, de quibus tamen infra caſu 10.dictum clarius fuit. cum ita opinione tranſit Boſſ. de monet. num.5. & in illam ſæpius inclinauit Senatus noſter; niſi eſſemus in hijs perſonis, quibus præſcriptio nocere poſſet, vt in feudis, & beneficijs,de q̃bus dicto in loco dicetur.Et in cauſa Aſtenſi de Buneis,etiam quod fluxiſſent 27.anni, quibus durantibus ſolutio fuerat facta de moneta currenti tempore ſolutionum cenſuit Senatus augmentum deberi ad rationem antiquę monetę per tex.in d. c. olim. de cenſib.tenendo, quòd eſſent 30. anni neceſſarij ad præſcriptionem inducendã 1602.22. Aprilis. quamuis medio tempore multæ variationes monetarum contigiſſent, & creditor nunquam reclamaſſet à qualitate ſolutionum, aliquibus tamen nempè Præſidibus illius Camerę contradicentibus,qui tenebant eo caſu nullum deberi augmentum. Et in intrinſeca bonitate id videtur expeditum, vt illa ſemper non obſtante conſuetudine debeatur, & ita ſe habere communem opinionem teſtatur Andr.Gail.præct.obſeruat.lib.2.obſer.73.Purpur.conſil.179.& conſil.522.præſertim quando tractu temporis moneta antiqua reduceretur ad minimam ſummam, ſi de currenti ſolueretur; niſi dictum fuiſſet, vt ſolutio fieret de moneta currenti tempore ſolutionum, nam hæc verba videntur poſita fauore debitoris,vt ille ad augmentum medio tempore contingens non teneatur, vt

ſimili-

similiter censuit Senatus in casibus, de quibus dicto casu, & dixi in 5. casu infra. Et hæc consuetudo solet etiam esse localis ab antiquo introducta, prout de consuetudine Venetijs obseruata testatur Peregr. consil. 13. nume. 3. lib. 3. vt solutio fiat de moneta currenti tẽpore solutionis nulla habita ratione augmenti. Dicetur autem præscripta consuetudo in qualitate solutionis, quando pro quantitate, & specie vnius
78 † monetæ soluitur centum genus monetæ, vt si instrumentum dicat de florenis, & cum floreni sint diuersæ speciei, vt dixi supra conclus. 2. num. 23. pro floreno parui ponderis fuit solutus aureus, vel pro aureo floreno fuerunt soluti floreni parui ponderis ad rationem grossorum 12. Et tunc valebit præscriptio, vt plenè per Surd. consil. 220 num. 18. & ad hanc consuetudinem præscriptam, & antiquatam respexerunt omnes illi, qui scripserunt, quod de generali consuetudine solet fieri solutio de moneta, quæ currit, & expenditur tempore solutionis, vt post Curt. Roman. Aret. & Ioan. de Plat. tenet Rub. conf. 17. num. 3. in fin. illamque videmus etiam nunc seruari, vt fiant solutiones de moneta currente. Curt. iun. consil. 24. num. 1. & plenè de omnibus istis tradit idem Surd. d. conf. 335. num. 28. & 30. lib. 3.

Hinc succedit decima quinta conclusio; Quod quotiescũque non est conuentum inter partes, vt certa species monetę soluatur, quæ moneta non reperitur, possit vna moneta pro
79 alia solui, vt argentea † pro aurea, grossa pro minuta, minuta pro grossa; Et hanc conclusionem iure consuetudinario introductam omnes fatentur, contra ius commune, quo cauetur non compellendum creditorem vnam speciem pro alia soluere. l. 2. §. mutui datio. l. cum quid. & l. vinum. si cert. peta. & ita in specie concludunt Rebuf. in l. fin. C. de vet. numm. pot. lib. 11. num. 4. Bartol. in d. l. Paulus. num. 3. in fin. & ibi Apostilla super verbo. Dare florenos litera E. Tiraquell. de retract. § 1. glo. 18. num. 30. Abbas, Panormitan. in ca. quanto. num. 15. vbi facit amplam distinctionem de iureiur. Abbas antiquus in cap. 2. de decim. vbi voluit esse in facultate debitoris soluere vnum pro altero. & ibidem Imol. num. 11. Rom. in l. cum quid. num. 21. & ad hanc consuetudinem se restringit Cagnol. ibi num. 98. Didac. de nummism. cap. 7. § vnico. nume. 1. Et hanc conclusionem per multas rationes firmat Hie-

ronym.Butigel.in d.l.cum quid.à num.18.vſque ad 30. Camil. Plaut.ibi. lib. 3. num. 106. Ratio autem fundamenta huius conſuetudinis eſt, quia ſufficit creditori ſummam pro illam ſolui, licet in diuerſa ſpecie, cum damnum non patiatur, & ideò ſoluitur, ex permiſsione iuris, argentum pro auro. l. vnica.C.de argent.pretio.lib.10. Socin.ſen.conſil.6. & ſi ſtipulatio ſi fiat de moneta aurea pro argentea valet ſtipulat io. l. quæ extrinſecus.vbi glo.D.de verb.oblig.Et ad hanc ſolut ionis ſpeciem monetæ pro altera reſpexerunt AEtoli apud Liuium lib.38.vbi hæc refert. *De pecuniæ ſumma quam ponderē penſionibuſque eius, nihil ex eo, quod cum conſule conuenerat mutatum, pro argento ſi aurum dare mallent, dare conuenit, dum pro argenteis decem aureus vnus perſolueretur.*

Sed ne decipiamur in hac concluſione, quoniam aliquibus in iudicando durum videtur, vt creditor vnam ſpeciem pro
80 altera capiat, eſt aduertendum † ad id quod ab initio diximus vt hoc habeat locum quando ſolutio non eſt promiſſa in certa ſpecie, vel in tali ſpecie, quæ licet ſit in nominatione, & imaginariè, non tamen eſt in vſu & in curſu, vt eſt exemplum in florenis noſtris Sabaudiæ, & in libris Turonenſibus, Viennenſibus, Ianuenſibus, & ſimilibus alijs, quæ non reperiuntur: ſed ſi certa ſpecies ſit in ſtipulationem deducta, puta in tot ducatonis, aureis, duplis, vel ſimilibus, tunc non poſſet ſolui vna moneta pro altera contra conuentionem, iuramento præſertim accedente, ne damnum patiatur creditor, vt benè aduertit Papien.in form.libell.act.hypot.in verbo Relaxandum.num.2.in fi.Curt.d. num.23.Brun.in 2. præſuppoſ. nu.5.& partic 5.& limitat.2. Sola in decreto Ex frequentibus. num: 70. verſ. Qua in re. Et ideo, pro pleniori huius concluſionis intelligentia, ſunt meo iudicio diſtinguendi plures caſus, vltra illos quos ſuis locis examinabimus.

81 Primus caſus eſt, quando ſtipulatio † eſt facta in auro, vel moneta groſſa, tàm aurea, quàm argentea, & reſtitutio, vel ſolutio fuit promiſſa in eadem ſpecie cum iuramento, & tunc vel ſpecies promiſſa reperitur, & tenetur debitor pactum obſeruare, & iuramentum obligat præcisè ad factum. Alexand. conſilio 37. colum. 8. lib. ſecundo. Guid. Pap. in terminis quæſtio. 493. & ante omnes id videtur voluiſſe gloſſ. in clemen. ſecunda, de decim. ſuper verbo. conſueta. quam ſequitur ibi Imol.

Imol. numero decimo dicens generaliter, quod debet emi illa ſpecies monetæ ; & re vera ſi penes debitorem illa non ſit cum vbique campſores pro cambijs deputati reperiantur erit illa omni pretio à debitore emenda , vt pactum ſeruetur à quo conſuetudo ſolutionis non liberat , & poſſet iſto caſu creditor reperire illam ſpeciem monetæ penes amicum,& dicere debitori emas iſtam monetam, & mihi ſatisfacias , & hoc ſine ſit in mora , vel non debitor , quando fuit expreſsè conuentum . Et ideo hoc in caſu arbitror erraſſe virum alioquin doctiſsimum Dom.Senatorem Solam , qui ab antiqua ſua ſententia recedens , de qua ſupra , in nouo ſuo tracta. de monet.caſu . 30. tenuit contrarium non obſtante iuramento , illa ratione , quia iuramentum non operatur vltra agentium intentionem , nam præſuppoſito pacto clara eſt contrahentium intentio , vt illa moneta ſoluatur , & ideo prudentes ſolent illa cautella , vti de qua ſupra diximus , vt ſolutio fiat in tali monetæ ſpecie , non autem de imaginaria, ſed de expendibili,& currenti , de qua ſemper eſt intelligendum , vt dicit Calcan. conſilio 14.numero ſecundo.Et quando ſolutio eſt facienda in certa ſpecie monetæ vt in auro , vel argento non poteſt ſolui de pecunia æroſa , prout eſt pecunia minuta , vt poſt gloſſ. Bartol. Angel. Imol. & Ancharan. dicit Brun. in 2.præſuppoſ.numero tertio,qui numero quinto dicit concluſionem illam ſoluendi vnam monetam pro alia non habere locum , quando in vna ſpecie facta eſt ſtipulatio , & quando per illam ſolutionem damnum ſentiret creditor. & deſignata quantitate in certa nummorum ſpecie , eſt facienda ſolutio iuxta eam æſtimationem , quæ viget tempore ſolutionis Bartol.in d. l. Paulus, in fin. cuius opinionem hac in re communem dicit idem Brun in 8.limitat. colum.2. & in 5. Ampliat.concluſio.vltima,& in hoc caſu,quando valor aurei eſt declaratus per certam ſpeciem monetæ, vt ſunt groſsi 45. nullam eſſe ambiguitatem dicit Purpur. conſil. 179. libr.2.& 522.lib.2.& ſequitur hanc opinionem Aſin.de exequut.§.7.c. 82 128.nume.4.Si verò illa ſpecies non reperiretur,† tunc omiſſis altercationibus ego in prudentis Iudicis arbitrio relinquerem , de qua moneta ſit ſoluendum , & ita arbitrium regulatem , vt ſi de groſſa conuentum ſit ſoluatur de ſpeciegroſſæ tunc currentis, ſi de minuta fiat ſolutio in moneta minuta,

expen-

expendibili habita, tamen ratione augmenti iuxta valorem currentem tempore contractus, vt in casu istius cõsuetudinis, dicit Laudens. de monet. nume. 23. & 24 & suprascript opinionis ratio est præcipua, quia cum illa consuetudo generalis, de qua supra, sit magis ex ciuilitate & benignitate creditorum, quàm ex dispositione iuris introducta, vt dicit Parisien. à Didaco relatus in d. cap. 7. §. vnico. num. 1. non potest cogi creditor inuitus contra pactum recipere aliud genus monetæ; si enim consuetudo sit in loco, vt vna moneta pro alia possit solui, & creditor quenerit, vt in certa specie soluatur, frustra ad consuetudinem recurretur, quia illa per pactum est sublata, quod leges rumpere vulgò dicitur, & pactis, ac conuentionibus standum est. l. 1. de pact. & dixi supra concluſ. 13 & ita est intelligenda prima concluſio Didaci. quæ aliàs vna cum opinione Bart. in d. l. Paulus. reprobanda esset, vt scilicet Bartoli, & aliorum communis traditio intelligatur quando non est promissa certa species, vel illa quæ fuit promissa non extat solutionis tempore, vel à Principe fuit reprobata, aliàs à sua promissione creditor prætextu consuetudinis se liberare non possit: & ita in hoc primo casu semper iudicaui, & per optimos iudices iudicatum vidi, licet per alios multum in terminis errare, casus confundendo, viderim. Et idem esse dicendum arbitror in aurei obligatione, quæ fuerit promissa iusti ponderis, & bonæ ligæ; prout solent fieri multi contractus, & loquuntur in illis terminis multi Doctores, quos allegabimus in primo casu circa cõtractus vbi quid de augmento dicendum sit examinabimus, nam tunc clarum est quod ad speciẽ monetæ magis specificè contrahentes respexerunt, & vna pro altera non poterit persolui.

Hic autem dubitari posset si solutio sit promissa in auro,
83 & debitor † velit soluere tot aureos, vel duplas expendibiles tempore solutionis, qui tamen aurei non sunt eiusdem ligæ, & bonitatis, quæ erant tempore contractus, an sit audiendus creditor, qui hanc solutionem recipere recusat? Et videretur dicendum fauore creditoris, quod non sit cogendus recipere illam speciem deteriorem, prout in hac facti specie videtur sentire Cæphal. consil 31. nume. 7. sed contrarium est verius, quia in æstimatione attenditur vsus communis, vt per Zabarell. in clem. 2. de Decim. nec materia attenditur, & satis

fatis eſt ſolui aureos bonæ lighæ, & ponderis, cum bonitas dicatur illa, quæ eſt communiter approbata, nec vllum damnum ex hac ſolutione conſequitur creditor, qui habet eandem quãtitatem auri, & argenti, & qui lucratur augmentum contingens à tempore contractus ad tempus ſolutionis; Et cum hac opinione paſsim ſolet tranſire Senatus, etiam quod fuerint promiſsi aurei iuſti ponderis, & boni auri quia (modo in pondere non ſit variatio) bonitas intelligitur iuxta cõmunem loquendi vſum de tempore ſolutionis. glo. in capit. 2. de maledic. Affli&. deciſ. 194. num. 5. Et hoc verum eſt, niſi talis eſſet deterioratio ex qua maximum creditor ſentire poſſet incommodum, prout diximus in concluſione circa intrinſecam bonitatem.

Secundus caſus eſt, quando fuit promiſſa certa ſpecies, ſed contrahentes vlterius ſibi proſpexerunt cõueniendo alternatiuè, vt ſoluatur aurum, vel argentum in tali ſpecie; vel vera
84 † valuta, prout ſolent cauti nummularij facere in eorũ apochis, & in literis cambij, & tunc militare crederem. quod dicitur de conſuetudine, vt ſoluatur de quacunque moneta currenti, & expendibili; nec poſſet ſolui de reproba, vel deteriorata, vt bene, & optimè ſentit Caſtr. in l. cum quid. numer. 6. Sed hoc caſu illa cõtingit dubitatio, de qua latè ſcripſi in ad-
85 ditione ad deciſ. 174. an debitor poſsit totam ſolutionem † facere in moneta minuta, & ibi concluſi non eſſe cogendũ creditorem recipere in tali ſpecie ſub prætextu illius valutæ, per rationes ibi adductas quas non repeto, & quia quando conuentio eſt facta de bona moneta expendibili, tunc neque de maiori, neque de minori eſt facienda ſolutio, ſed de media vti argentea, quę magis currit in cõmertio. glo. in c. 2. de maledic. Calcan. conſ. 14. num. 6. 7. & 8. & tradit Pinell. in rubr. C. de reſcind. vendit. par. 1. nu. 17. Luſitanię ordinatione cautum fuiſſe, vt quarta pars debiti tantum ſoluatur in pecunia vilioris materiæ, de qua etiam conſtitutione mentionem facit Ant. Gamma deciſ. 374. nu. 2. in fi. & alibi ſimiles extare leges municipales dicit Aſin. de execut. §. 7. cap. 128. in fi. cui conuenit illa cõſtitutio Ferdinandi, de qua meminit Mathęus Colerius in d. additione allegatus, vt vltra ſummam 25. aureorum non poſsit ſolui de minuta moneta, & in hoc ſemper ſum de teſtatus quorundam debitorum auaritiam, qui petentib. creditoribus

toribus bonas monetas, & illas plus iusto pretio cusantibus, ad æmulationē solent perquirere m tas etiam pro solutione magnarum summarum, bos iudices cohercendi, nam minuta moneta cu cibarijs ordinarijs soluendis, vt debita proportio mercijs detur, & pro supplendo pretio grossioris m ideo à bonis Principibus, non cuditur de illa monet nisi quantum pro ordinario vsu status expedit, & eo creſcit grauior moneta; Imo altera ratione minutam tam currentem refutari posse arbitror, quia etiamsi penderentur tempore contractus, quando non sunt bo ghæ, & iusti ponderis, vt contingere potest si boni sunt Principe fusi, & deteriores tantum remanserunt, ita vt o bonitas intrinseca desit, nō possunt rectè solui, & hoc ex rientia ipsa docebit si ponderentur habita ratione ad quan tatem, & proportionem, quę ad marcham argenti construe dam est necessaria, nam maior intrabit quantitas hodie quarto summæ, quam antiquitus requireretur, & habemus ē huius rei probationem ex ędicto facto de anno 1587. in quo illi solidi, & albi qui erant maioris valoris tempore fabricatio nis fuerunt per edictum reducti ad minorem valorem; & ideo hodie non posset debitor qui tenetur valutam soluere auri, vel argenti soluere in illa moneta sub prætextu, quod soluat de moneta currenti tempore contractus, quia illa est deterior etiam in bonitate intrinseca, & sequitur communis, cōclusio supra relata concluſ. 7. quod monetam diminutam in bonita- te intrinseca non cogitur creditor recipere, nisi cum au- gmento; & profecto durum esset cogi creditorem, qui sol- uit monetam auream, vel argenteam recipere æreā, qui sol- cit Bertrand. consil. 219. num. 1. & 2. lib. 3. & sequitur Asin. d cap. 128. num. 4. & iudicauit Senatus Sabaudiæ, vt testatur D. Anton. Faber in suo pulcherrimo libro quem Codicē Fabria- num inscripsit. lib. octauo. tit. 29. definit. 37.

Tertius est casus, quando conuentio est facta in illis flore- nis parui ponderis, & in illa moneta fantastica imaginaria,
86† quæ non reperitur, & eo casu si simus in moneta proba cum contrahentes non respexerunt ad monetam grossam, sed ad paruam, & illa species non reperiatur arbitrarier posi- tum in electione creditoris, vel soluere de moneta minuta

tempore

tempore ſolutionis currente iuxta conſuetudinem, vel de moneta groſſa, nec poſſe creditorem circunſcripta opinione illa, de qua ſupra recuſare ſolidos, & cabalottos, cum æqualitas ſit ſeruanda, & ſicuti in conuentione alterius ſpeciei non eſt damnificandus creditor, ita in iſta non eſt debitori damnum inferendum, quando moneta non eſt dereriorata. Sed hoc caſu ſicuti, & in alio ſuperiori ſolet Senatus, vti iam ſæpius allegato temperamento, vt ſolutiones magnæ quantitatis fiant: pro tertia in auro, pro tertia in argento, & pro tertia 87 in moneta minuta; † quem ſtilum in hoc tertio caſu iuridicũ arbitror, vt dixi in dicta additione mea; licet idem ſtilus aliquibus diſpliceat quando verus valor, ſeu valuta in ſpeciei in obligatione poſitæ promiſſa fuit, dicentes non liberari debitorem, niſi ſoluat talem valutam, cum qua apud mercatores, & cambium poſsit reperire aurum, & argentum vel eam monetę ſpeciem, quę fuit conuenta; verum ſtilus eſt obſeruandus ex æquitate introductus, vt dixi in iſtis duobus vltimis caſib. non autem quando certa ſpecies monetæ promiſſa fuit, & illa in commertio reperitur. Et cum diſtinctione horum caſuum ſunt intelligendi Doctores, qui de conſuetudine ſolutionis loquuti ſunt poſt Bart. in d. l. Paulus. ne creditor damnum patiatur, vt dicit Ant. de Butr. in d. c. quanto. num. 14. Apoſtill. ad Bart. in d. l. Paulus. litera E. quæ ponit exemplum in profecturo in longinquas partes. & illa Bartoli doctrina circa facultatem ſoluendi eſt ſano modo intelligenda, quia ipſe loquebatur, & ſcribebat Peruſiij vbi prout, & ferè in omnibus circonuicinis regionibus bona moneta cudi ſolebat, & expendi, & non erat illius minutę monetę, tam magna deterioratio, prout hodie eſt; neque ego poſſem cogi recipere monetam ære contaminatam quacunque præſcriptione, & conſuetudine non obſtante. Hoc autem caſu quando pro minuta moneta ſoluitur groſſa argentea, vel aurea non attenditur variatio valoris cum illa ſpecies monetę non ſit in obligatione, ſed in facultate ſoluendi, vt poſt Bar. Abb. Aretin. Brun. Boſſ. & Crau. dicit Sola de mon. caſu primo. num. 2. P. de Benintend. deciſ. Bononien. 39. in fi.

TRA-

TRACTAT
DE AVGMENT
MONETARVM.

PARS SECVNDA.

In qua casus enarrantur quibus, vel deberi, vel n
deberi augmentum iudicandum est.

SVMMARIA IIe PARTIS.

1 Doctores qui casus augmenti notarunt refer
2 Definitio augmenti in prima parte posita explica-
tur.
3 Augmentum etiam incrementum dicitur.
4 Accessionis nomen generale, & plures con
cessiones.
5 Accessorium unde dictum.
6 Adiectio pretij apud iurisconsultos.
7 Accessio in materia monetarum quid sit proprie, & num.
8 Accessio in moneta non est vsura.
10 Valor, pretium, & æstimatio differunt.
11 Pretium qualiter valori accedat.
12 Valor pecuniæ quomodo mutetur.
13 Princeps solus dat pretium monetæ.
14 Mutatione materiæ facta mutatur moneta.

15 Iacq.

15 Iacobus Butrigarij Doctor antiquus.
16 Debitor qui promisit pecuniam in eadem specie restituere, ad augmẽ tisolutionem tenetur.
17 Aureo nummo in solutione promisso, ille præstabitur ẽt quod valor fuerit diminutus.
18 Instrumento facto in certa specie monetæ, an eadem species debeatur, si non fuerit dictum in qua specie sit facienda restitutio.
19 Stipulatio facta censetur pro restitutione in eadem specie, quæ fuit soluta.
20 Augmentum auri qualiter debeatur solutione promissa in tot aureis bonæ lighæ, & iusti ponderis. Quid si promissa fuerit vera valuta. num. 21.
22 Veri valoris æstimatio in moneta quomodo fiat.
23 Præfecti Cambio in republica vtiles.
24 Senatus Sabaudiæ iudicium comprobatur.
25 Stipulatione facta in tot aureis ad valorem tot grossorum pro singulo aureo, an augmentum debeatur. & nu. 28.
26 Æstimatio taxata ab initio contractus illa debetur in moneta.
27 Moneta minuta qualiter deterior fiat.
29 Mutuo tradens dicitur venditor.
30 Stipulatione facta in tot aureis de flo. octo, vel nouem, an debeatur augmentum. & nu. 33. 35. 36. 37. 38. 43. & 45.
Difficultas quæstionis. nu. 31.
32 Præsides, & Senatores anni 1593. in Senatu Pedemontano.
34 Variatio auri, & argenti proueniens aliquando à deterioratione minutæ monetæ.
39 Tex. in l. Paulus. de solut. ponderatur.
40 Debitoris damnum fieri creditoris est in materia augmenti considerandum.
41 Imaginaria monetæ solutio fit per aliam monetam de consuetudine sine augmento.
42 Floreni quare ponantur in obligatione.
44 Doctores qui tenuerunt augmentum deberi in casu florenorum declarantur.
45 Opinio authoris in obligatione florenorum.
46 Augmentum florenorum deberi censuit Senatus, cuius plures sententiæ referuntur.
47 Solæ, & Purpurati rationes confutantur. & nu. 48. & 49.
50 Surdi variæ opiniones in materia augmenti.

51 Augmen-

51 Augmentum non debetur in debito vsurario.
52 Aretini, & Barbatiæ consilia quædam confutantur.
53 Augmentum non debetur quando instrumentum dici de moneta currenti tempore solutionis.
54 Mutuo facto in summa tot aureorum facientium summ renorum, an debeatur augmentum.
55 Crau. in cons. 836. lib. 5. reprobatur.
56 Augmentum florenorum debetur si stipulatum fuerit, v de moneta currenti tempore contractus.
57 Gasparis Belletiæ consilium in materia augmenti comprob
58 Augmentum non debetur quando per extrinsecam mutati moneta creuit, quæ soluitur per debitorem.
59 Non est eadem proportio deteriorationis auri, & monetæ a
60 Augmentum qualiter debeatur in pallo redimendi.
61 Augmentum, an debeatur in venditione quando fuit habita de pretio.
Quid si florenorum quantitas sit soluenda. nu. 62. & 63.
64 Augmentum an debeatur in locatione, & conductione.
65 Quid in contractu censuali.
Quid in empyteotico. nu. 66.
67 Consuetudo solutionis attenditur in materia augmenti.
68 Augmentum an debeatur in pecunia dotali.
69 Melior moneta pro dote non soluitur quam sit in obligatione.
70 Augmentum in pecunia deposita quando debeatur.
71 Pecunia, quæ soluenda est iussu testatoris, an debeatur augmentum.
72 Capra in cons. 29. declaratur.
73 Tex. in l. cum certum. D. de aur. & argen. lega. declaratur.
74 Augmentum quale debeatur pro moneta debita virtute statuti, edicti, vel legis. & nu. 75. & 76.
77 Prótaxu ordinario debetur augmentum monetę.
78 Pro salario an debeatur pecuniæ augmentum.
79 Certa summa per sententiam adiudicata an debeatur augmentum.

Hæc-

HActenus generalibus propoſitis huius diſputationis fundamentis habes ſtudioſiſime lector totam, ferè Theoriam, huius materiæ ſuper qua multę in dies contingentes, & quę in poſterum oriri poterunt quęſtiones, ſpeculatione tua, & ſubtili contemplatione reſoluere poteris. Nunc deſcendo ad ſecundam partem tractatus noſtri, in qua rem ad praxim reducendo, particulares caſus qui in hac diſputatione frequentius in forenſi paleſtra agitari ſolent, & in quibus pecuniæ Augmentum creditoribus deberi, vel non deberi iudicatum ſit, examinabimus. Quorum † multos licet propoſuerit Anton. de Butr. qui melius inter antiquos hanc materiam tractauit in c. quanto. num. 12. & ſeqq. de iureiur. & nouiſsimè D. Senator Sola poſt Pariſienſem, & Brunum; Nolui tamen, & ego priori quaſi parte contentus illorum enucleationem ſubterfugere, vt ſaltem Iudices in tam ardua, & difficili controuerſia aliquid certi decernere ſæpius digeſto, & trutinato negotio valeant, ac etiam Senatus Excellentiſsimi, atq; aliorum iudicum definitiones ad quas tanquam ad ſacram anchoram refugere poſsint, intelligant. Et vnà cũ doctiſsimis viris, præſertim cum Io. Fachineo viro Iuriſconſultiſsimo lib. ſecundo ſuar. Illuſtr. controuerſ. capitu. 9. & 10. Ad principales materias caſus, & quæſtiones reducendo. Quid in contractibus. Quid in vltimis voluntatibus, Quid in ſtatutis & Quid in iuditijs deliberandum ſit declarabimus; prout ferre poterit otium villulæ noſtræ in hiſce ameniſsimis, & fertiliſsimis, ac vinoſis montibus Auguſtę Vrbis Taurini conſtitutæ, quo ad hęc ſcribenda caniculares, & æſtiuos calores, ſubterfugiẽs, & pacatiorem, & tranquillioré vitam à iuditiorum periculis liberam agens, me contuli.

Sed priuſquam ad caſus deueniamus operæ pretium eſſe duxi (pro illorum faciliori reſolutione) vltra ſuperius poſitas cõcluſiones aliqua de ꝓprietate huius augmẽti, de quo diſputatur enarrare, vt ſciant omnes quid ſit augmẽtũ illud, de quo nos tractamus, & in ſequentibus caſibus diſputaĩ; ꝓ huius rei faciliori explicatione erit repetẽda, ac explanãda, definitio Augmẽti à nobis in principio primæ partis ꝓpoſita, ne termini cõfundantur, & vt obiurgantiũ aculeos effugiamus.

Definitio igitur noſtra fuit *Augmentum monetæ quandam, qua monetæ valor publica ſemel auth*
2 *tutus, alteratur*. Huius † rei definitionem anteceſſ. de materia tractantes nullam poſuerunt, & Augm raliter ſumpti definitionem difficilem conſtituit tracta. de augmento, neque immeritò, quia definit in iure periculoſa dicitur cum illud non ab exquiſit corum regulis, ſed ab ordinarijs Iuriſconſultorum vſ notationibus moderetur; Ideò ſciendum eſt non omn netarum variationes, & mutationes placuiſſe nobis ha nitione comprehendere; ſed illam tantum, quæ valor pecuniæ conſtituto', & æſtimationi à Principe poſt mone ſignatam factæ accedens, illius pretium augere conſuev & cum in prima parte cõcluſ. 3. dixerimus vniuerſam mon variationem, ſeu alterationem duabus neceſſariò de cæ contingere quarum altera incrementum, altera decremen
3 appellatur, augmentumque ſit illud † incrementum], ſiue tens, ſiue patens, quod valori accedit; & quod particulariter & frequentiùs in quæſtionem deducitur, an debeatur credi toribus, & ob id Tractatus noſter de *Augmento Monetarum* ſit inſcriptus; de hac ſola mutatione, quæ augendo procedi eſt propoſita definitio, vt conuertatur cum ſuo definito, & definitio ſit iuxta Ciceronem oratio, quæ definit id de quo diſputatur.

Dicimus autem eſſe Acceſsionem, quia accedit rei ſiue illa corporea ſit, vt materia, ſiue incorporea, vt valor, & Ac-
4 ceſsionis † nomen generale eſt, & generaliter à Iuriſconſultis vſitatum pro omni re, quę ſorti principali accedit. & cum ea vnitur, tam pro rè materiali, vt eſt pecunia, quæ pecuniæ accedit, de qua in Rubrica. lib. 22. Digeſtor. tit. 1. *De vſurit, & cauſis, & omnibus Acceſſionibus*; frumentum frumento. l. frumenti. 12. C. de vſur. fideiuſſor principali adiectus. l. ſi ſeruũ ſtipulatus. D. de verb. obligat. prędium prędio, vt in alluuione quæ, & Incrementum appellatur. §. præterea. Inſt. de rer. diuiſ. Quam pro re incorporea, vt eſt tempus, & poſſeſsio lege Pomponius. 13 §. 1. & per totam cum l. ſeq. D. de acquir. poſſeſſ. cum tempus tempori accedit in Rubr. D. de diuerſ. tempor. præſcript. & *de acceſſionibus*. & in l. 8. 14. 15. & 16. eo. tit. Et medici Acceſsionem, ſeu Acceſſum dicunt in febri-

bus

bus. Et generaliter rei, & perſonæ. l. obligationum. 44. §. acceſſio D. de obligat. & act. l. ſi in emptione. 34. in princ. D. de contrahen. empt. vnde Vlpianus acceſſionis nomen generaliter ſumit, & eum cui res in diem addicta *Et vſucapere poſſe, & fructus, & acceſſiones lucrari*, ex Iuliani ſententia eſt, ſcribit
5 in l. 2. D. de in diem addict. Ex quo nomine † Acceſſorium deriuatur, & ea quæ ſorti accedunt acceſſoria vocantur. Et hanc etiam acceſſionem addiectionem dicere poſſumus, vt
6 pretij adiectionem, (prout pretium pretio adijcitur) Iureconſulti dicunt. l. 11. 16. 20. 21. & 22. dicto tit. de indi. addict. & auctio adiectio dicitur à Liuio & Tacito, vt refert Cuiac. lib. 18. obſer. cap. 21. & eſt tex. in Inſt. de ſucceſſ. lib. in fi. & in venditione rerum ſub haſta illa oblatio maioris pretij cum pretium pretio additur dicitur adiectio. l. 1. C. de vendit. rer. eiu. l. 2. C. de locat. prędiciu. l. pen. C. de om. ag. de ſer. & de iſtis adiectionibus eſt concepta rubrica lib. 10. C. de fide, & in. haſ. fiſcal. *& adiectionibus*, vbi ſubtiliter Cuiac. Proprie autem
7 Acceſsio hic ponitur pro † illo pretio, quod accedit pretio, ſeu magis valori monetæ ſignatę prędixo, & melius conuenit acceſsionis, quam adiectionis nomen, quia adiectio fit ſenſibiliter, & frequentius quantitati adijcitur, acceſsio verò rei inſenſibili, & qualitati accedit, & ideo dicimus eſſe *Acceſſionē quandam* quia non omnem continet acceſsionē, ſed eam tantum, quæ pretium auget, & ſicuti teſte Ambroſio Calepino, & alijs Grammaticis, Acceſsionis nomine propriè intelliguntur ea omnia, quę ad legitimum, & certum alicuius rei numerum adduntur, ita in materia noſtra, quòd vltra veram, & legitimam ęſtimationem pecunię accedit, vt id ex quo pecuniæ valor augetur Acceſsio merito dici poteſt. Et non ineruditè Hermolaus ad Plinium Acceſsionem nomen iuris eſſe dixit.
8 Sub hoc autem nomine non † comprehenderetur vſura, vt dicamus augmentum pecuniæ, pecuniam, & cenſum augere, & illam acceſsionem vti ſorti adiectam vſurariam eſſe, prout voluerunt Pariſienſis, & Borgninus deciſ. 26. num. 25. & deciſ. 30. num. 87. 88. 90. 91. & 92. nam eſſet vſura ſi pecunia pecuniam pareret, & corpus corpori, ſeu quantitas quantitati adijceretur, ſed hic acceſsio iſta fit rei incorporeæ ad rem incorpoream ex maiori valore ipſius pecuniæ, quæ cum in eadem ſpecie, & qualitate debeatur, debeturcum ſua

acceſsione hoc eſt cum augmento pretij extri
ſato, & inducto, & non poteſt dici vſura, ſed
rei, cui accedit, & malè Doctores illi cum alijs
loquuti ſunt, & hac in re viri alioquin doctiſsimi
9 ſemper ſum admiratus. Item dicimus eſſe Acceſsione
dam, quia eſt propriè acceſsio precij ad valorem; ſtati
atque pecunia charactere, & imagine Principis ſigna
& auri ſignati nomen obtinet, & argenti, apretiatura
netarijs iuſto pretio ad quantitatem auri, & argenti, vel
rius materiæ commenſurato, & illud precium valor app
tur, vnde dicimus aureum nummum, ducatonum, & ſi
les monetas valere tot florenos, tot ſolidos, tot groſſos, &
le valor dicitur valuta pecuniæ a mercatoribus, & cambio
ab illius generis trapezitis; & plus eſt valor quàm pretiu
& æſtimatio. Nam licet hæc tria videantur ſinonima, tam
10 † colligitur differentia apud Latinos authores, & præſerti
in materia iſta, quia pretium eſt quid incerti, & tribuitu
vnicuique materiæ; valor verò eſt quid certum, & illud iuſt
precium, quod monetæ conſtitutum fuit, æſtimatio verò fi
poſt ſignatam monetam ad valorem pecuniæ conſtituendum
& precium etiam dicitur à iuris authoribus. l. vnica. C. de ar
gent. pret. lib. 10. l. 2. & fin. C. de veter. nummiſ. poteſta. & pecu
nia etiam ipſa precium vocatur quo cætera omnia æſtiman
tur, & definiuntur. l. 1. D. de contrahen. empt. & dixi in prima,
& ſecunda concluſ. Precium verò illud, quod Acceſsio appel
11 latur ita † accedit valori, vt vnicum corpus, & pretium ip
ſius monetæ efficiatur, ſi etenim aureus nummus æſtimatus
fuit eſſe valoris trium librarum, vel 12. florenorum inde ex
variatione contingenti, de qua diximus concluſio 3 creſcat
mediam libram, vel flor. duos pro ſingulo aureo, illud incre
mentum conſtituit aureo vnicum precium, ſed quia illud pre
tium vnicum non eſt pretium iuſtum pecuniæ, ſed abuſiuum,
abuſu, nempè commertiorum introductum, magis dicitur
acceſsio quædam pretij, quam valor; & propterea edictis pro
uidetur, vt tollatur illud pretium, & pecunia ad iuſtum va
lorem reducatur, & ſi opus ſit fiat noua æſtimatio ipſius pe
cuniæ. Ideo in definitione dicimus Augmentum eſſe Acceſ
12 ſionem qua monetæ *valor alteratur*, quia † valor pecuniæ ſi
gnatæ mutatur, vel ratione materiæ, & qualitatis metalli in

tranſeus,

ESAVRI,

rectij extrinſecus ma-
ſura, ſed pars ipſius
cum aliis æquatibus
dexiſſimi erroris
Accidentem ſpaci-
orem ſatim enim
cipis ſigmata ad,
ereatur à Mo-
genti, vel alte-
valor appella-
am, & ſimi-
rollos, & il-
cambio, &
pretium,
a, tamen
eferam
habitur
iuſtũ
ſ ſit
m

trinſecus, vel ratione alterius monetæ per quam prior moneta æſtimabatur, quæ fuerit alterata in liga, vel in pondere extrinſecus, & tunc incrementum ſumit illam naturam illius rei, cui accedit, & alterationem facit, vt dixi in prima parte concluſ. 3. & 6.

Diximus *publica ſemel authoritate conſtitutus*, quia vt dixi latius in concluſio. prima. Pecunia non eſt pecunia; nec moneta rectè appellatur, niſi publica authoritas accedat. l. 1. D. 13 de cõtrahen. empt. Principis etenim ſupremi, & illius cui hoc Regium ius tribuitur iuſſus expectatur ad iuſtum valorẽ conſtituendum, & ſine hac authoritate nihil fieret, ſoluſque valor, qui à Principe dictus eſt, nec aliud quicquam ſpectari debet. Quo fit vt nec ex corio, vel alia viliori materia, & carta fabricati nummi publico charactere inſigniti reiici poſſint, Seneca teſte lib. 5. de benefi. cap. 14. Ann. Robert. rer. iudicat. lib. 1. ca. vltimo. Ipſum etenim cudendæ, atque æſtimãdæ monetæ ius, regium eſt, & ſupremam refert Principis poteſtatem, & inter Regalia connumeratur in tit. de regal. & cũ iuribus dominij Regij ponit Renat. Copin. lib. 2. de demanio titu. 2. nume. 16. & ob id non inſulsè Solon nummiſma ipſum degi comparabat, vt ſicuti legem condere Regium eſt, ita nummiſma cudendi authoritas vnius Regiæ facultatis ſit peculiarè, vt latius dixi ſupra concluſio. prima. Idque ius merito cudendæ monetæ vocatur, quia magis in cudendo, ſeu charactere imprimendo verſatur, quam in ipſa materia, quæ cuditur, & imprimitur, & illud incrementum, quod iuſto valori accedit, contra publicum beneficium inuitis Principibus, & Magiſtratibus neceſsitate commertiorum, & infelicitate temporum eſt introductum, vt dixi par. 1. num. 32. Quo circa edictis eorundem, & municipalibus decretis, talis æſtimatio comprimi ſolet, vt ſcripſi concluſio. 4. Adiecimus etiam *Semel*, quia pluries poteſt ab eodem Principe, & ius habente 14 valor mutari, ſed aduertendum eſt, quod quando † mutatur valor monetæ propter auctam metalli quantitatem, tunc illa moneta ſolet tranſire in aliud monetæ genus, vt ſi aureo addatur maior auri quantitas, vel purior ſubſtantia, tunc nominatur ducatus, zechinus, dupla, & huiuſmodi: & nullum cõſiderabitur Augmentum, nec pro aureo in ſtipulationem deducto dabitur dupla, vel ducatus; & ſolet mutari eo caſu cha-

racter, & forma monetæ. Cæterea ad materiæ intelligentiam percipies latius ex conclusionibus in prima parte positis.

Modò ad casuum examinationem accedamus, & incipiendo à contractibus quorum materia frequentior est, & in quibus disputatio est antiqua, & quæ teste Baldo in consilio penult. lib. 1. fuit disputata per Pisanos tempore † Iacobi Burrigarij, qui fuit de Foro Liuij conterraneus Rainerij, & floruit anno salutis 1300 & quem idem Bald. consi. 493. lib. 2. admodum extollit, dicens quod fuit excellentior omnium iurisconsultorum totius Italiæ, & fuit præceptor Barto, vt ipse testatur in l. 1. num. 3. C. de pœn. iud. qui malè iud. & de illo plura commemorant Ioan. Fichardus, Bernardus Rutilius, & Catelianus Cotta. in Iurisconsultorum vitis. dicemus de materia in quo materia est frequentior, inde de alijs. Et quamuis vniuersas ferè in huius variationis quæstionibus contingentes altercationes, vnica distinctione satis subtiliter proposita inter extrinsecam, & intrinsecam bonitatem determinauerit Ioannes Borcholten Lunemburgensis in sua repetit. a. tit. l. quæ sint regal. à num. 58. vsque ad 64. & ibi cognoscatur quod in 10. conclusione quærebamus cuius temporis mutatio attendatur. Nos tamen particularius tractando singulares casus enucleabimus.

Primus igitur casus est, quando debitor, qui mutuam pecuniam recepit, illam habuit in tot aureis nummis, ducatonis, vel crotonis; aut albis solidis, & similibus speciebus, & promisit suo creditori pecuniam restituere in eademmet specie, quæ fuit soluta; & tunc † est expeditum deberi augmentum si creuerit illa species promissa, sicuti, & decrementum cotingeret periculo creditoris, Imo videtur frustratoria hoc casu quæstio de augmento, quia eadem species restituenda est, vt dixi supra in vltima conclusione, & in primo casu, quia cum augmentum illud sit accessio quædam materiæ coherēs ex qua pecunia constituitur, vt in definitione nostra dicebamus, non potest solui pecunia debita quin secum augmentum ipsum soluatur, & hoc est quod voluit Barto. de deposito loquens. in l. Paulus in fin. quem post multos sequitur Didac. de nummisma. cap. 7. §. vnico. num. 5. Sola de moner. casu 14. latissimè Bologn. consil. 11. num. 34. & seqq. Et quamuis idem

idem Sola caſu 19. hanc quæſtionem in caſu propoſito reaſſumens videatur tenere non deberi augmentum dicens ſufficere dari eandem ſpeciem in ſolutione, non autem maiorem numerum poſt Crauet. conſil. 47. Brun. de augmen. limitat. 8. quæſtio. 2. vt eſt in caſu quando promiſſi ſunt tot floreni, ſeu ſcuta de florenis, vt communiter ruſtici noſtri loquuntur. Tamen iſta opinio non eſt recipienda, prout illam vbi caſus contigit reiecit Senatus declarando deberi augmentum hoc eſt eandem monetæ ſpeciem cum ſuo augmento, ſiue in ea moneta intrinſeca, ſiue tantum extrinſeca bonitas conſideretur, & hoc iure hodie vtimur, quia illa ſtipulatio eſt ſine dubio poſita fauore creditoris, qui voluit ſibi proſpicere, vt reſtituatur pecunia cum omni augmento; & hac cautela fruſtrabitur eo tantum caſu quo vel promiſſa ſpecies non reperitur, vel per edictum reprobata fuit, quo caſu augmentum nihilominus adiudicari fauore creditoris ſolet, & in ſolutione ſeruandum erit, quod dixi ſupra. num. 57. & 86. par. 1. Et hoc eſt, q̃ voluit dicere collectan. in ſua diſtinctione, quam refert Bellamer. in d. c. quanto. num. 13. nec ab iſta opinione recedit idẽ Crau. & ipſe Sola caſu 14 & in eodem caſu 19. dum voluit reſtitui numerum non minorem monetę ſtante hoc pacto ab eo, qui promiſſus fuerat obligationis tempore; nec obſtat huic ſententiæ tex. in l. 2. in princ. ſi certum petat, quẽ allegat Sola, quia ibi non præſupponitur conuentio de ſolutione facienda in eadem ſpecie; & hoc primo caſu ſi ſolutio eſſet facienda in aureo, & aureus non valeret tantum tempore reſtitutionis, ſicut valebat tempore obligationis, modo aureus,

17 qui ſoluitur † ſit bonę ligħæ, & iuſti ponderis debitor liberabitur. Roman. in l. cum quid. nume. 19. ſi cert. petat. qui dicit communem, & hic mora non attenditur, ſed vtraque bonitas debetur. Purpur. in d. l. cum quid. num. 168. Papien. in d. verbo relaxandum. nu. 2. Guid. Pap. quęſt. 493. & in caſu quo debitor eſt obligatus in auro late conſuluit Surd. conſil. 406. lib. 3. etiã bonitate intrinſeca non mutata. & Maſtrillus Deciſ. 7.

Secundus caſus eſt quando obligationis tempore ſolutio

18 eſt facta in auro, & argento, & in certa ſpecie † numerata pecunia fuit, prout ex inſtrumento conſtat, & apparet, ſed ſolutio non fuit in eadem ſpecie promiſſa, vel fuit facta ſtipulatio in tot aureis, vel ducatonis, qui tempore contractus

valebant flo. 10. & nouem respectiuè postea
15. & ducatoni ad 12. an illud augmentum d
ri. Et tunc videretur positum in facultate deb
qua pecunia velit, & soluendo in minuta nu
landum augmentum? Quinimo soluendo in
quę non sit mutata, nisi in valore extrinseco a
sui commodum non ad vtilitatem creditoris vi
gere, extraditis supra concluſ. octaua, & iuxta
in d.l. Paulus. num. 10. cum quo transit Anchar.
beneficiorum de decim. post Gulielm. de Cugne
nionem per multa in huius casus terminis, & i
fendit Parisi ensis quæst. 92. de vsur. Item pro de
quod tempus contractus in æstimatione monet
dendum, vt dixi concluſ. 10. vnde si tempore con
reus non valeat vltra florenos 10. vel solidi 70. vel
vt postea creuit, quia si hoc fieret magis attende
pus solutionis quam contractus contra communis
solutionem. Ideò videtur debitorem posse reducere
debiti ad florenos iuxta communem vsum, & illan
tatem florenorum soluere in qua voluerit moneta ci
augmenti. Sed & hoc casu augmentum deberi habita
ad speciem monetę, quę mutuo tradita fuit censuit S
Quia vt videtur sentire Brun. in 2. præsuppositio nu
limitat. 9. quæst. 3. & 4. quando constat in qua † pecun
cta solutio in eadē censetur facta stipulatio pro restitu
& illa spetierum dinumeratio cēsetur facta fauore cred
vt in casu augmenti illius calculatio citius fieri possit
autem, vt dicit Sola casu 3. & 4. fauore debitoris, vt solua
norem quantitatem, quia eandem speciem, & quantita
soluere tenetur. Et sic cessat, quod de valore extrinsec
citur, quia illa concluſio procedit quando non consta
certa specie monetæ, quæ soluta fuit, sed quando de illa
paret ex ipso instrumento non est dubitandum quin salt
iuxta specierum in contractu positarum variationem deb
beat augmentum, ne creditor sit in euidenti damno, si solu
fieret in alia moneta, vel de eademmet sine augmento, &
non appareret ex instrumento in qua specie monetæ fuer
factum mutuum posset creditor sumere onus probandi, & si
& a probatione obtineret augmentum, quod summis muto

datis

ditis contigit; quando in florenis non eſt reducta obligatio, & vt dicam in quinto caſu. Et in hoc caſu pro creditore pronunciatum à ſuprema curia Pariſienſi Anneus Robertus rerũ iud. catar lib. primo. cap. vltimo. vbi pro vtraque parte ſubtiliſsima more ſuo argumenta deducit, quem locum mirifica verborum ſerie fabricatum, pluribuſque hyſtorijs refertum videas, & ſimilem in caſu retractus deciſionem refert Rupellan. in Enchirido iuris Galliæ ſuper verbo moneta. Neque obſtat concluſio ſupra relata, quia reſpondetur fauore creditoris tempus contractus attendi non debitoris, vt communis ſcribentium ſchola docuit, vt dixi dicta concluſ. 10.

Tertius eſſe poteſt caſus; quando mutuo dati ſunt, tot aureos rei in auro, & promiſſa † fuit reſtitutio in tot aureis boni ponderis, & ligæ, prout erat in caſu ſuper quo conſuluerunt Cæphal. conſ. 31. & Crau. conſ. 47. & ſuper quo in Senatu Burdegalenſi quæſtio mouebatur ſuper qua ſcribit Boer. deciſ. 327. Et tunc arbitrarer idem dicendum vt in primo caſu non ſecus atque ſi ſpecies certa promiſſa fuiſſet in reſtitutione, & debetur augmentum etiam quod non fuiſſet dictum, vt reſtitutio fiat in tot aureis iuſti ponderis, prout in terminis conſuluit Socin. ſen. conſ. 6. num. 4. lib. 1. & ita per multas rationes, & authoritates in hoc poſteriori caſu quando ſolutio eſt facta debitori in tot aureis conſuluit Collegium Louanij apud Flandros, ſeu Belgas, quod eſt impreſſum poſt commun. opin. Viuij opin. 516. num. 37. & 38. conſulens deberi, vel aurum, vel monetam bonam currentem ad ſatisfactionem creditoris, quia certa quantitas ſcutorum auri eſt poſita in obligatione, & iſte eſt caſus ſuper quo conſultum Eſculi dicit Ancharan. in d. clemen. ſi beneficiorum. nume. 8 & quamuis Socin. in d. cõſ. 6. videatur primo aſpectu tenere contrarium, tamen ille tranſit cum hac ſententia dum vult quod pro auro poſsit ſolui moneta, ad æſtimationem antiquæ monetę. Et cũ iſta reſolutione tranſit hodie ſine difficulate Senatus noſter non obſtantibus contrarijs cõſilijs, & deciſionibus. Et quamuis hoc in caſu quando in extrinſeca bonitate augmentum conſiſtit non deberi augmentum, niſi à die moræ voluerit Bart. in l. vinum. numer. 17. ſi cert. petat. & in l. cum certum. D. de aur. & arg lega. Bald. conſil. 213. libr. 5. Aretin. conſ. 84. in princ. & per totum, illorum opinio non eſt recepta, &

illa

illa verba auri in auro efficiunt, vt teneatur debitor soluere vel aurum, vel augmentum auri; vt sentit Curt. de monet. num. 25. & 26.

Quartus est casus, quando mutuo dati sunt tot aurei, vel in auro, vel in moneta argentea, vel etiam in minuta pecunia, vt in florenis, & restitutio fuit promissa in tot aureis, 21 vel argentea moneta grossioris ponderis, aut † illius vera valuta, prout erat in casu, de quo scripsi supra conclusio. 15. in 2. casu. Dubitatio est ex illis verbis de vera valuta loquentibus, quia possent referri ad tempus contractus, ita vt soluente debitore de moneta currenti tempore solutionis ad valorem tunc currentem remaneat liberatus, nec creditor possit conqueri, cui soluitur verus valor aurei currentis tempore contractus, quod tempus in dubio attendendum esse probauimus supra conclusio. 10. Verum, & hoc casu dicendum est deberi augmentum, quod á tempore contractus ad tempus solutionis monetæ contigit cuius valor fuit promissus in stipulatione, nam verius est illam obligationem fuisse adiectam fauore creditoris, cuius fauore iuxta supra relatam conclusionem est quidem attendendum tempus contractus ne pecunia deterior, & in minore valore restituatur, sed æstimationis, ita vt exempli gratia si aurei Italiæ tempore mutui valebant florenos vndecim, vel duodecim monetæ Sabaudiæ currentis, & nunc valeant quatuordecim, teneatur debitor, qui non soluit specié in auro soluere florenos quatuordecim monetæ currentis, vt in simili specie late consuluit Surd consil. 392. & 438. lib. 3. & dico in casu sequenti limitat prima, & cũ ista resolutione passim vidi in proprijs terminis iudicare Senatum, & superioribus diebus, ita declarauit, & iudicauit in causa Comitum Bolongheriæ, de qua supra mentionem fecimus, in qua instrumentum dicebat, quod fieret solutio certæ summæ pro bonis stabilibus in tot aureis in auro, aut eius vero valore; & multi ad tollendam hanc difficultatẽ solent addere instrumẽto circa valutam, vt detur valuta in valore currenti tempore contractus. Et hoc casu licet quidam credant nullam posse oriri difficultatem circa speciem pecuniæ, quæ soluitur propter illa verba veræ valutæ, quæ significant, vt talem valutam debeat debitor tradere

re

rein ea monetæ ſpecie, cum qua apud mercatores, vel cambium poſsit haberi aurum, vel argentum in ſtipulatione promiſſum, ego tamen vidi ſuper hoc multum dubitari in ſimili caſu, & Senatus tandem vſus eſt ſolita declaratione, vt ſolutio fieret de moneta currenti, & ad valorem currentem, ſed pro tertia in auro, pro tertia in argento, & pro tertia in minuta moneta, vt in ſolidis, & cabalottis, in quibus nullum cadit augmentum, & propterea cum altera die fuiſſet mihi reſoluēda remiſſa ſimilis cōtrouerſia ſuper inſtrumento quodam, quod confeciebatur inter Illuſtriſsimos Marchiones Eſtenſes, & Ciriaci; ſuper qualitate ſolutionis fiendæ temporis cadentis retractus cum ſumma eſſet promiſſa in tot ducatonis, aut eorum verum valorem, dixi eſſe adijcienda illa verba, vt non poſſet ſolui valuta ducatonorum, niſi in bona moneta; ita vt redimere volens non poſſet ſoluere in minuta moneta, vltra tertiam partem illius ſummæ reliquum, vel in auro, vel in argento ſolueretur. Sed grauiter altercatum vi-
32 di ſuper illo vero valore, qualiter † ſit æſtimatio veri valoris faciendam, nam debitor dicebat non teneri ſoluere vltra valorem iuſtum, non autem abuſiuum, & creditor prætendebat habere omnem illam æſtimationem, quæ tempore ſolutionis potuiſſet auro dari in emptione illius etiam, quod per edictum præcedens fuiſſet auro præfixa certa æſtimatio, vt erat in patria noſtra; Et pro vtraque parte ſtat æquitas nam æquum videtur eſſe vt creditor non ſit in damno, qui cum ſibi voluerit per illam ſtipulationem prouidere, vt haberet ſaltē in alia moneta valorem ſpeciei, quam non niſi pœnes cambium, & mercatores habere poteſt, cum agio groſſorum ſex pro ſingulo aureo, illud agium, quod per mercatores, & nummularios ſoluitur erit etiam in valore calculandum. Item pro debitore æquitas etiam conſideratur, quia cum ex promiſsione ſit obligatus ſoluere omne augmentum auri, ita vt pro florenis octo, quibus aureum tempore contractus prætiabatur nunc florenos tredecim cum dimidio ſoluere debeat, æquitas non videtur admittere, vt duplici onere grauetur. Et ego in facti contingentia æquitate attenta declarabam non deberi valorem exceſsiuum, ſed illa verba accipi debere de valore communiter currenti, & cum in emptione mercatores emerent aureum pro florenis 14 & communis curſus eſſet florenorum.

norum 13 cum dimidio, soluerentur pro singulo aureo de moneta currenti floreni 13. cum dimidio, quia illi grossi sex soluuntur, vel per auaritiam vendentium, vel pro commoditate ementium, & ille non dicitur iustus valor aurei, sed id quod excedit dicitur Agium, pro commodo quod consequitur is qui vult aureos in auro, quod non tenetur debitor, & valor non consideratur à vulgari cursu mercatorum, sed à valore & pretio quo æstimatur pœnes cambium ciuitatis; & probos monetę magistros & expertos, prout optimè considerauit antiquus glossator in clem. 2. de decim. super verbo Consueta. quam sequitur ibi Imola num. 10. dicens generaliter, fieri debere comparationem monetæ currentis cum moneta antiqua, iuxta pondus & consuetudinem cambij, quæ solet esse communiter, non autem faciendam esse iuxta casualem carestiam, vel vtilitatem illorum, qui habent aurea vendibiles, quorum iniusta merces esset à Republica reprobanda, ac grauissimis pœnis cohibenda, cum ponant illi sine authoritate Principis, & contra illius edicta pretium auro, & argento, quod Regali Maiestati reseruatur, vt dixi concluſ. prima. Et pretia rerum non ex affectu, & vtilitate singulorum, sed à communi vsu, & voluntate functionem recipiũt l. pretia rerum 63 D. ad l. Falcid. Ideo iustus valor dicetur ille qui vel à Principe, vel à communiori, & frequentiori cursu originem habet, & glossam illam sequuti sunt Brun. & Socala, ille in principio sui tracta. num. 6. iste in tracta. de monet. casu 16. in fin. & doctè comprobat more suo Didac. de numismat. cap. 7. num. 3. Vitalin. in d. clemen. 2. num. 20. de Decim. Boer. d. decis. 327. & dixi supra in quinta conclusione. Et propterea, quando crescit moneta vltra iustum valorẽ fiunt edicta per quę monetæ ad verum pretium reducuntur. & iux-
23 ta illa fiunt, & proponuntur cambia in Ciuitate, † quorum manutentio vtilissima est, & si ad id bene aduerterent Domini Camerarij, vt Argentarij, & cambio præpositi officium suũ iustè, & legitime exercerent, nõ ita facilè mutaretur monetarum valor, & penes istos, & monetæ minutæ, & aliarum tanta quantitas esse deberet, vt facilè cambia fieri possent; & in hac patria id solet ab antiquo obseruari gratia, & beneuolentia Serenissimorum Principum nostrorum, qui hac in re omnem semper operam, & diligentiam adhibuerunt. Et in

casus

casus cõtingentia iudicauit Senatus, vel edictum seruandum circa valorem, vel si post edictum maxima contigit mutatio, & communi cursu conniuentibus maioribus aurea, vel argentea moneta creuit, debitorem soluere debere æstimationem iuxta communem cursum, & ita fuit declaratum in prædicta causa Comitum Polongheriæ, & Aregnani. 1607. mense Februarij, de qua dixi dicta conclusio. 5. In hac tamen calculatione à Boerio dissentio dum ipse vult morosum debitorem non teneri soluere abusiuum, & excessiuum valorem de quo supra; quia contrarium verius arbitror ratione damni emergentis, quòd post moram posset sentire creditor, & ex traditis supra conclusio. 9. Quo fit vt probandam, & non
24† contemnendam arbitrer Sacri Senatus Sabaudiæ definitionem, quam nonissimè retulit vir doctissimus Antonius Faber in suo Codice Fabriano. tit de solut. definit. 11. qui liber dum hæc prælo committerem ad manus nostras peruenit; qua causa est, vt non tam ille valor inspici debeat, qui edicto constitutus est, quam qui communi hominum vsu, & commertio frequentatur, & media via in æstimatione per iudices eligatur, cum non vna eademque sit pecuniæ promissæ æstimatio. Sicuti etiam fauore creditoris pronunciatum testatur definit. 39. vt non esset cogendus accipere aureum pro pluris valore quam ab edicto taxatus esset, quamuis per abusum, & temporum licentiam passim pluris aureus æstimaretur, licet aliquando idem Senatus conuentione communis cursus facta abusiuum sequendum decreuerit eodem loco definit. 41. particulari ratione motus, quia debitor qui à creditore receperat tanto pretio expendisset. Illud tamen circa hunc casum præterire nolo, sed maximè notandum cẽseo addendo ad ea, quæ posui supra num. 81. quod si in obligatione posita sit certa monetæ species, quæ sit in commertio, & facile reperitur tunc, vel illa soluatur iuxta promissionem, vel valor qui à mercatoribus frequentius taxatur, & si in taxa discordent in iudicis arbitrio positum est, vt ipse attento cursu pretium taxet, vnde superioribus diebus cum quæstio verteretur inter duos nobiles Taurinenses super contractu in quo fuerat obligatio in ducatonis licet valor ducatoni communi cursu, & expendibili non excederet florenos duodecim, cum tamen inter mercatores, ad duodecim cum dimidio expenderetur Senatus

natus taxauit valorem ad ſlo. 12. groſſos tr
bris, & aliqui erant opinionis, quod non l
niſi ſoluendo de illa met pecunia, quæ poſi
tione, vt ſentit Io. Imbert. Rupellan. in Enc
liæ ſuper verbo moneta. circa fin.

Quintus eſt caſus, quando aurea, vel arge
quidem poſita in obligatione, ſed fuit præfix
reſolutionis de moneta minuta; & iſte caſu
ter contingere iuxta verba contrahentium; vi
matio fuerit præfixa in moneta minuta, & ex
groſsis, ſolidis, ſeu cabalottis, vel etiam de qu
ci, prout in tota Hyſpania fuit inſtrumenta ad
qui non valēt vltra quartam partem quartoru
Altero modo quando dictum eſt de ſcutis auri
nummo valoris tot florenorum pro ſingulo aur
bratum, vt fit Mediolani, & Ianuæ, quæ moner
tur, nec eſt in commercio, & de ſingulo exempl
25 tim videndum. Primum exemplum † practic
ſem aduocatus in Excellentiſsimo Senatu, ſuper
conſulenda tranſmiſſa a Ciuitate Nitiæ, vbi in i
facto de anno 1543. promiſſa fuerunt pro dotibus
auri ad rationem groſſorum quadraginta quinq; p
ſcuto, prout in patria illa ſolent confici inſtrument
rem tot groſſorum Sabaudiæ iuxta Galliæ conſuetu
qua teſtatur Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 18. num
tunc dubium eſt an debeatur augmentum iuxta val
nummi, vel habita tantum ratione valoris groſſoru
ſunt in obligatione poſiti, ita vt ſi illi non fuerint in
te intrinſeca diminuti liberetur debitor, vel ſoluend
lis, vel ſoluendo æſtimationem habito reſpectu ad v
illorum currentem: vt in exemplo aureus Italiæ erat
groſſorum 45. tempore contractus, nunc valet groſſos
ſexaginta octo, vel 84. monetæ Nitienſis, an ſufficiat ſo
de moneta currenti groſſos 45. qui non fuerunt mut
pretio, an verò teneatur debitor dare tantam monetam
auream, ſiue argenteam, ſiue minutam, & groſſam ex
pro ſingulo aureo habeat creditor groſſos 168. Et omiſſo
ſu dotis, atque illo circumſcripto, quia in eo poſſet conſi
rari particularis ratio, prout dicemus infra caſu 20 loqu
do

do genericè in alijs casibus; prout in terminis, & indiuiduo casum istum examinarunt Tiraquell.in d.§. 1. glo.16.num.28. vbi arguit ad partes, sed non resoluit.Cæphal.cons.31.libr.1. Didac.de nummismat.cap 7.§.vnico.num.5.in 7.& 9.conclusione.Boer.decis.327.in fi.Plot.cons.18.Peregr.cons.13.libr.3. Curt.in consilio posito post tract.de monet.Rub.cons.17.pro debitore vltra multas rationes quas proponunt Peregrin. & alij, illa videtur consideranda.quod in hoc casu præcessit aurei æstimatio,quæ regulariter facit emptionem, & in mutuo tot aureos censetur emisse debitor ad illum valorem, ita vt vltra non teneatur iuxta Bartoli doctrinam in l. Res in dotē. D de iur.dot.l.æstimatio.solu.matrimon.& in l.Paulus.q.pen. fuit enim hic principaliter cōsiderata minuta moneta, vt illa soluatur pro grossa, ad euitandum auri,& argenti augmē tum, prout etiam si decreuisset auri valor ad minorem summam grossorum 45.nihilominus ipse debitor debuisset soluere illam æstimationem, & in contractibus commoda, & incommoda, quę extra ré proueniunt debent esse reciproca, vt æqualitas seruetur,nec videtur fuisse in intentione creditoris habere aureos in auro, sed grossos 45. pro singulo aureo in alia moneta currenti,& fuerunt in obligatione positi grossi nó aureus nummus,vt dicit Crau.cons.47.nam quoties cun- 26 que ab initio in contractu † ob metum mutationis monetarum est cautū de pecunia certa æstimatione soluenda pactio seruanda erit, nec mutatio nummismatum contrahentibus nocebit, vel proderit. l. penult. §.si mancipia.D.solut.matrimon.Bar.in d.l.Paulus.in fi.Socin.sen.consil.298.in princ. lib. 2. Cæphal d.consil.31.numer.3.lib.1.Surd consil. 438. numer. 9.lib.3.Didac.d.concluſ.7.num.5. vbi ponit exemplum in eo, qui promisit soluere centum nummos aureos Castellanos ad æstimationem quadringentorum octuagintaquinque maranedinorum pro quolibet aureo, & dicit solutionem faciendam secundum æstimationem taxatam ab initio contractus, & hoc videtur expressè voluisse Bart. in illa sua eleganti distinctione quam facit in d.l.Paulus.num.7.& 8.Et super simili casu consultus respondet idem Crau.in cons.887.num.2. libr. 5.vbi vult in materia census,quòd si fuerint promissi tot ducati in libris Astensibus,(quarum librarum vsus antiquus erat in patria nostra) sufficiat soluere tot libras,& omne commodum,

YESAVRI, flos tres. 1608 9.Sept non liberaretur debito posita fuit in obliga- Enchiridio iuris Cal-

genera monetæ, rius valor mu- is pecuniæ depin- no modo rtin- venabili, nis ponit di- ersa species, valorum, argenti el tor li- repeti- uia- ac- ne

dum,& incommodum, quòd à diminutio
aurei ſiue ducati exiſtit,ad debitorem pert
Aretin.Bald & Socin. qui temen in alio c
recedit ab iſta opinione in conſ.836. & in l
tur inclinare.Cæphal.d.conſi.31.in fin.dum
lorem minutæ monetæ, licet in ſuo caſu fac
tio in aureis nummis, & ita videntur ſentir
Martin.Lauden de monet.num.29 & fauore
tum teſtatur Boer.deciſ.327.in fin. Plot. d. cc
vlterius voluit Barto.in d.l.Paulus num.9.quc
moneta minuta ſit in obligatione, etiam quo
mora nullum debeatur augmentum,ponens e
tum libris pecunię minutæ,quia moneta minu
teſt æſtimari non poteſt deteriorari, & quia
amittat lucrum non tamen patitur damnum, &
Plot.in d.conſi.18.ſed hoc vltimum eſt pœnitus
27 xi ſupra concluſio. 9. nam etiam moneta † mit
redditur, (vel longo vſu quo argenti quantitas
euaneſcit,& remanet cuprum, ſeu liga,vel pond
ſta à monetarijs ſublata,vel deteriori excuſa,)tàn
re, quàm in materia licet forma ſit eadem; nec
eſt, quod creditor nullum patiatur damnum,
damnum euidens, & debitor moroſus etiam lucri
hac in re præſtare tenetur.

Verùm in principali articulo. ego dicebam conſi
uertendum eſſe an pretium † groſſorum fuerit datu
ſta æſtimatione aurei ad demonſtrationem valoris i
poris,& tunc deberi,vel aureum,vel iuſtam æſtimati
lius,prout creuit tempore ſolutionis;ita vt pro groſſi
neatur debitor, qui ſoluit de moneta minuta dare gi
quia valor aurei ad tot groſſos demonſtrat imminuta
tatem groſſorum intrinſecus, & non reſpexerunt cont
tes ad illam ſpeciem minutam, ſed ad aurum cuius
expreſsio,& demonſtratio fuit facta fauore creditoris,
uente debitore aureum,vel monetam groſſam illa non
vltra valorem, qui currebat tempore contractus, cui
29 qui dat mutuo dicatur † venditor, & magis fauendu
venditori, quàm emptori. Bartol. in l.ex empto. in prin
num 4.D.de act.empt.Menoc.conſ.49.num 30.Cran.d.cc
836.nu

836.num.11. & iſta æſtimatio ſolet poni ad demonſtrandum, vt ſciant poſteri cuius valoris eſſet aureus tempore contractus non vt moneta groſſa tranſeat in paruam, vt optimè aduertit D.Senator Sola de mon.caſu 28.nu.4.poſt Cra conſ. 761.nu.7. & ſequitur Maſtrilli. deciſ.7. nu.10. Sed ſi tempore contractus aureus non currebat pro groſsis 45.ſed plus vel minus cõiter expendebatur, tunc illam expreſsionem cenſeri factam fauore debitoris, & procedere quæ Crau.& alij ſupra relati ſcripſerunt, non tamen eſſe creditori denegandam bonitatem intrinſecam illorum groſſorum in obligatione poſitorum iuxta communes,& veras Doctorum traditiones, qd ſi moneta minuta quæ ſoluitur,& quę eſt in ſtipulatione poſita non ſit variata ab eo, quod erat tempore contractus nullum conſiderabitur augmentum, vt dicit Bertrand. in conſi. 168.ſub num.1.verſ.præmiſſis.lib.1. & propterea huius conſiderationis ratione habita cenſuis Senatus in caſu prędicto,& in dicta cauſa Nitienſi deberi, vel aureum in auro vel iuſtam æſtimationem currentem tempore ſolutionis,ita vt darentur creditori pro ſingulo aureo groſsi octuaginta quatuor monetæ Nitienſis, & hoc ſolum lucrari debitorem ex illo pacto, quod non teneatur perquirere aureos in eadem ſpecie, ſed poſſe iuxta conſuetudinem ſoluere de alia moneta etiam minuta. 1591.menſe Iunij.ſequendo ea quæ in ſimili caſu ſcripſerunt Cæphal.d.conſil.31.Calcan. conſil.15. per totum. Natt. conſil.302.Sola in decr.ex frequentibus par.1.num.71.Purpu. conſi.522.qui conſuluit in eodem caſu Rubei,& ita etiam vidi iudicatum in vna Ceuenſi de anno 1590.14 Decembris. vbi inſtrumentum dicebat de ſcut. 8. auri ad rationem groſſorum 129.pro ſingulo aureo. Et in alijs cauſis vbi erat præfixa æſtimatio non tamen iuxta valorem tunc currentem cenſuit deberi tantum valorem groſſorum habita ratione bonitatis temporis contractus,per ea quæ tradunt Curt.iun. conſ. 24.Rub.d.conſi.17.& 75.Grat. conſi.12. num.44. & 49. Surd. conſi.220.lib.2.& ita fuit iudicatum me ſimiliter patrocinante in altera Nitienſi de Moſcatellis. 1591.12. Nouembris. Referente Clariſsimo Dom. meo Senatore Grauetta nunc primario Senatus Pedemõtani Præſide digniſsimo.Et me poſtea Senatore Referente in cauſa Communitatis Careſanæ 1598. 10. Aprilis, & ad hunc caſum referre poſſumus contractus,

qui fiunt in Marchionatu Ceuæ ad libras
Secundum exemplum frequentissimun
forensi, quia habitatores huius patriæ, &
nescium contractus facere, nisi antiquo mo
habito, & seruato ad florenos Sabaudiæ, stij
nos simpliciter, vel scuta de florenis octo i
næ regionis consuetudinem, vel de florenis
Astensi, & in Canapitio, ac fere in tota Ma
rati; qua consuetudine attenta multi voluer
ne facta de scutis intelligi de scutis monetæ
flor. 8. vel nouem pro singulo iuxta regionum
30 exemplo maior † est difficultas, tum quia ist
iam dixi moneta fantastica, & imaginaria, qu
commercio, & in ea non potest considerari, nec
neque extrinseca bonitas, quia intrinseca nõ es
species, extrinseca verò similiter non potest ad
cadit, nisi in moneta impressa, & quatenus aliq
veniret attendenda, non fuit mutata antiqua æ
erat grossorum duodecim monetæ Sabaudiæ, in
sis bonitatis consideratio modica est; tum etia
moneta est media inter minutam, & grossam, & n
pinquat minutæ quam grossæ, ideo dubiũ esse pot
rum florenorum solutio sit facienda per monetas
boni ponderis, & lighæ, vel per monetas minuta
etiam materia variata pro tempore est sola remane
mination florenj, & licet deterior imprimatur non
floreni valor; & re vera iste casus mihi videtur d
31 † omnium qui in hoc tractatu examinari possunt;
concurrunt, & è diametro pugnant receptæ conclusi
prius propositæ circa intrinsecam, & extrinsecam
rem, & circa tempus contractus, & solutionis, & pa
consuetudines certam monetæ speciem respicientes
pro vna vel altera parte adduci, & si in ipsis terminis
damus Doctorum, tam antiquorum, quam recentiorum
ditiones, illorumque rationes examinemus res in vol
protrahetur, & nihil certi elicere possumus, vnde mul
pacta, & genus contractus, alij ad cõsuetudinem solution
alij ad morem regionum circa interpretationem recurr
& in Senatu nostro vidi sæpius altercamm, & nihil resolu

deter

determinatum, imo cum primo anno mei ingreſſus in illo Sacro Collegio de anno 1593. mortuo tunc D. Patre meo Præſide Aſtenſi, capite illius Excellentiſsimi ordinis exiſtēte Excellentiſsimo D. meo Amedeo Ponte, qui in hac materia erat admodum verſatus, tum ob ingenij acumen, & perſpicatiam, tum ob illius maximam experientiam propter officium primarij Præſidis in Illuſtriſsima Camera per multos annos exercitatum, fuiſſet ab eodem Præſide propoſitum, vt per omnes collegas materia iſta ad certam ſententiam reduceretur ob varias eiuſdem Magiſtratus deciſiones diuerſis temporibus prolatas, cuius propoſitionis occaſione, ego illum tractatum incepi, aſsiſtentibus in eo ſacro circulo† viris doctiſsimis, & conſumatiſsimis, Carolo Ozaſco Præſide Aſtenſi, Lazaro Baratta ſecundo Præſide; Antonio Cerua tertio Præſide; Gotofredo Balbo, Alexandro Guerillo, Ioan. Franciſco Cranetta, Manfredo Goueano, Bernardino Brocardo, Vincentio Fauzono, Euangeliſta Appiano, Franciſco Ferrerio, ſeu Inciſa, Antonio Sola, Cæſare Cortina, Annibale Sandiliano, Ioan. Baptiſta Humolio, Aſcanio Rubino, Antonio Guiderto, Ioan. Antonio Filippa, qui vltimus aure me ſedebat, Clariſsimis illius Magiſtratus ſupremi Collegis, & Senatoribus: re per aliquot ſeſsiones diſcuſſa nihil fuit reſolutum, & pro vtraque multæ rationes, & authoritates allegabā-

33 tur: Atque in primis pro creditore allegabatur † tex. in l. Paulus. conſiderata ratione. I. C. ne damnum ſentiat creditor ex ſolutione pecuniæ debitæ, nam hoc attento fauore illius in mutuo concludendum videtur, vel ſoluēdam monetam ęquè bonam, & in eodem pretio, & curſu qui erat tempore contractus, ita vt non minorem ſummam conſequatur in aurea, vel argentea moneta illorum florenorum, quam fuiſſet cōſequutus tempore contractus, exempli gratiæ ſi tempore cōtractus ad faciendos, & conſtituendos centum aureos de florenis 8. vel ad ſummam florenorum octocentum ſoluendam, valente tunc temporis auro florenos octo huius monetæ, centum aurei deſiderarentur, & nunc valente aureo florenos 14. & ducatono argēteo florenos 12. debitor illos florenos octocentum, vel cētum aureos ſolueret, cum aureis quinquaginta ſeptem, & duobus florenis, vel ducatonis ſexaginta ſex, & florenis 8. certè minorem ſummam haberet hodie in moneta groſſa,

quam tempore contractus habuit à credit
vt damnum sit euidens,& intereſſe palpab
cendum eſſet augmentum deberi iſtorum
& ita ſecundum aliquorum ſententiam ac
auro,iuxta ea quæ per Dom.meum tradunt
& ibi per me , & dxi ſupra concluſio. 5. ſe
damnum creditor,quia tempore contractus
re cum octo florenis vnum aureum qui nunc
etiam quod in arca habuiſſet.

34 Secundò facit quia † variatio auri , & argt
nire ex deterioratione pecuniæ minutæ,quæ e
ligatione , vt diximus concluſio.3.quo caſu ſu
diximus cõcluſione ſeptima , augmentum prou
variatione cedere lucro creditoris,vnde ſi ſolut
neta groſſa augmentum , quod prouenit in æſt
cet illud extrinſecus accedat,tamen quia prouer
ſeca deterioratione minutæ monetæ totum deb
tori,& hæc eſt receptiſsima concluſio apud omne
contrariæ partis defenſores recedere audent.

35 Tertio, quia præſuppoſita † communi concluſi
tempus contractus ſit inſpiciendum, atque illud e
muni opinione procedat fauore creditoris,ſi temp
ctus attendimus , ſicuti tempore contractus centu
auro deſiderabantur ad conſtituendam ſummam ſic
tum, ita tempore ſolutionis nõ minor aureorum ſu
perſoluenda creditori , vt fiat debita proportio à t
contractus ad tempus ſolutionis , & fiat æſtimatio de
ta noua,ad antiquam , prout faciendum eſſe tradunt
in d.l. Paulus,num.7.& in l.cum quid.num.16.vbi Alex
communi teſtatur.Socin.iun conſi.145.num.94.lib.1.
mõnet.quæſt. 1.Cagnol.in l.2.num.210.C.de pact.inte
Crauet.conſil.47.nume.6 Didac.in tracta.nummiſm.nu
cap.7.Socin ſen.conſil.298.lib.2.Natt.conſil.302. Surd.c
392.num.14.& conſil.368.num.6.& 10.lib.3.idem Nat.c
454 Fachin.controuerſ.lib.2.ca.10.& ideo ſi floreni,qui
pore contractus in pecunia minuta, vel groſſa æſtimaba
reperiantur , illi ſoluendi ſunt, ſi verò non reperiantur in
cienda illorum ſolutio de moneta noua ſecundum
men æſtimationem , & valorem antiquorum florenorum

reperi

reperirentur, & cum illi non reperiantur ſolutio fiet de moneta groſſa, prout currebat illius valor tempore contractus, ad quem valorem partes reſpexiſſe cenſentur, nec cogitaſſe de mutatione poſtea contingente, vt dicit Surd.d.conſi.368. num.18.& declarat Brun.de augmen.concluſio.vlt. declarat. vlt.verſ.ex præfatis infertur alioquin ſi ſufficeret ſoluere florenos cuiuicunque monetæ minoris etiam valoris,ac bonitatis,vel ponderis, quam eſſent floreni tempore mutui ſequeretur minus ſolui, quàm eſſet promiſſum, quod eſt abſurdiſſimum, & contra naturalem æquitatem.l.iuriſgentium.§ prætor.D.de pact.

36 Quarto, quia † pactis contrahentium in hac materia ſtandum eſt, vt dixi ſupra concluſio. 13. ſed hic pecunia eſt data cum expreſsione valoris ad florenos, Ergo illi floreni ſoluendi ſunt iuxta valorem tunc currentem; ita vt aurei qui poſtea creuerunt dentur ad ſio.octo,vel nouem, prout valebant tempore mutui. Boer.deciſ.327.num.9.P.de Ancha,in clem.2. de cenſib.Ranch.in addit.ad Guid.Pap.q 493.Calcan.in conſil.15. per totum, & quamuis iſtam rationem ponderent alij pro contraria parte, ideo illi reſpondeat Barbat.in conſ.19. nume.3.lib. 4. volens æſtimationem iſto caſu non facere emptionem,ſi ſtipulatio ſit facta pro aureis de flor.8.tamen dici poſſet, æſtimationem facere emptionem fauore creditoris, p quo eſt facienda interpretatio, vt dixi ſupra in primo exemplo, cum voluerit ſibi prouidere creditor,vt caſu quo creſcat moneta groſſa non minuantur floreni ex illa proueniẽtes, ſed detur ad valorem florenorum currentium tempore contractus,ita vt non fiat æſtimatio iuxta futuram contingentiam, ſed iuxta præſentem conſiſtentiam.

Quinto hãc opinionem non ſolum in mutuo, ſed & in alijs
37 contractibus, & ſiue agatur † de florenis, ſiue de libris & ſolidis, quorum ſpecies non reperiantur fauore creditoris mihi videntur tenuiſſe;Purp.in d.l.cum quid. nu.169. ſi cert. petat, ponens caſum in locatione.Oldrad.conſi.168.verſic.Ad tertiam quæſtionem, vbi voluit quod ſi moneta in obligatione poſita non ſit in vſu, fiat æſtimatio iuxta valorem floreni ſi eſſet in rerum natura, habita ratione ad intrinſecam bonitatem.Barbat.conſi.19.lib.4.Aret.conſ.11. & 84. qui in eodem caſu cum Barbatia conſuluit:Boſ.de monet.nu.3.verſicu. ſed

difficultas eſt, & ex recentioribus Surd. c
conſi. 368. per totum. lib. 3. vbi vult augmen
bitum eſſe ad valorem auri, quod & voluit
loquens. deciſ. 194. & in tit. quæ ſint regal. ſi
tæ. num. 15. & in hanc partem fauore credit
naſſe idem Purpurat. in conſil. 179 lib. 1. & 5
eodem caſu emphyteuſis. conſil. 302. & 664.
conſi. 186. num. 10. & in omni contractu gen
ſen. conſil. 705 lib. 4. Et omnium latiſsimè Do
in decreto ex frequentibus. num 84. & in tra
ſu 33. & latius caſu 48. num. 15. & ſeqq. & caſu
dicit hanc opinionem ſibi magis ſemper plac
lam iudicaſſe.

Pro debitore verò quod iſto caſu nullum de
tum facit primo expreſsio ſpeciei, quæ poſit
38 monetæ, quod magis minutam, quàm groſſam
cuniam; vnde ſatis erit ſi de moneta proba, & ex
uantur floreni in obligatione poſiti, cum non au
genteam monetam reſpexerunt contrahentes, ſ
qui ſoluuntur in tot ſolidis, albis, cabalottis, & ſin
netis minutis, quæ monetæ regulariter nullum au
nec variationem recipiunt in bonitate intrinſeca
minus in extrinſeco valore variantur, vnd floreni ſi
lent groſſos 12. monetæ currentis, ſicut valebant c
nis elapſis; & nihil præiudicatur creditori, cui ſuſt
re talem pecuniæ qualitatem, & quantitatem ex qu
tuantur aurei de florenis, vel ſumma florenorum in
tione poſita, modo minuta moneta, vel groſſa non ſi
ſtantia variata, vt dicit Rub. conſi. 17. num. 3. Sola caſ
& hoc ſtante ceſſant, ea quæ in primo, & ſecundo fun
to alterius opinionis dicebantur: Neque enim hoc
39† militat, quod Iul. Clar. ait in l. Paulus. cum ibi credit
nore pronuncietur propter æroſam monetam, quæ iuſt
ſidis fuit reprobata, & eſt caſus ſingularis, de quo dix
concluſio. prima, num. 12. Minus conſiderari poteſt dan
creditoris, quia debitor poteſt illi dicere, quod eſt in L
gelio, amice non facio tibi iniuriam, quia pacto conu
mecum, vt tibi traderem tot florenos, & tibi traduntur f
ni eiuſdem valoris, & ponderis, & æſtimationis in mou

qu.

Digitized by Google

quæ currebat tempore contractus, quarum variatio non attenditur dum ab extrinseca æstimatione proficiscitur, iuxta ea quæ dicta sunt supra conclusione octaua; & minus non soluitur cum tot floreni soluantur, vel aurei de florenis, quot fuerunt in obligatione positi; & æquę bonum creditori restituitur.

Secundo quia si ratio temporis habenda est, prout supra in tertio fundamẽto dicebamus, nulla æquitas suadet, vt magis attendamus præiudicium creditoris inspiciendo tempus contractus, quam debitoris inspiciendo tempus solutionis, cum solutio fit facienda in certa monetæ specie, quæ non erat tempore contractus, & minus reperitur tempore solutionis, & imputet sibi debitor, qui contraxit in illa specie monetæ imaginariæ, & poterat cautius stipulari, & non sibi prouidit, & in hanc se iniecit difficultatem culpa propria, quæ illi est ascribenda; Et ridiculum mihi videtur quod Surdus, & alij volunt isto casu calculationem augmenti faciendam ad aurei valorem, cum nihil minus in obligatione fuerit cogitatum, quam de auri specie; imo aureum ad monetam reduxerunt, quando in florenis contraxerunt, vel de aureis monetę, nempè de florenis 8. vel nouem loquuti sunt, & ideo in hac calculatione Surdi errorem notauimus supra concluſi. quinta. num. 43. Et quænam æquitas patitur, vt solum attendamus damnum creditoris, & non respiciamus vice versa damnum debitoris, qui maiorem quãtitatem florenorum soluit, quam tempore contractus receperit, eo præsertim considerato, quod debitores pauperes sunt, ære alieno oppressi, & vt plurimum solent graues vsuras persoluere, quorum respectu nullum deberi augmentum à minimè moroso debitore tempore Pilei antiqui iuris glossatoris Pontifex decreuit, & communem illius traditionem Dom. meus ostendit in d. decis. 174. Idque præsertim in mutuo considerandum est, quod gratuitum est, & gratia solius accipientis fieri solet; vnde iniquum esset in mutui restitutione seueram interpretationem aduersus debitorem facere.

Tertiò, quia si consuetudinem solutionum spectemus, cum vna moneta pro alia soluatur, idque sit etiam antiquissima huius patrię consuetudine receptum, vt isti floreni soluantur, vel in moneta minuta, vel grossa, & de moneta currenti tempore

pore ſolutionis, ita etiam conſuetudo intro
41 harum † ſpecierum fiat ſine vllo augment
ſpecie conſiderat Peregrin. conſi. 13. libr. 3.
iſtam conſuetudinem ſoluendi adduximus ſi
decima quarta. Et re vera antiqui noſtris ru
iſtam ſubtilitatem, nec requirebant in reſtit
augmentum, quando obligationes erant fac
nos, vel ad ſcuta monetę, cum haberent tot flo
quot in idea ſibi propoſuerant tempore co
æſtimātes lucrum illud quod ex ſpeciebus mu
arca, vel pœnes debitorem recipere potuiſſem
tilitates Doctorum opiniones introduxerunt, c
tias non diſtinguentes, nec conſiderantes, quanc
monetæ fuit in obligatione poſita, aliud eni
promiſſa reſtitutio in auro, vel argento, vel in ea
cie, quæ reperiri poteſt, aliud ſi in floreno, vel mi
ta, quæ ſemper eadem fuit, nec variata, vel repr
ritur, & quam minutam monetam poteſt ſoluere
florenos ſoluere tenetur, vt de libris in tot denarij
tradit Lauden. de monet. num. 33. Et in obligatio
42 † tot ſcutis florenorum octo, vel nouem id videtu
lari ratione concludendum, quia ad hoc illa æſtim
ginariæ monetæ ponitur vt certum aurei pretium ſi
rietas communis, & ſolita attendatur. l. æſtimatis 50
matrimon. ſicuti, & ipſorum florenorum monetæ i
riæ fit ſtipulatio fauore contrahentium, ne variatio
gat, & vna eademque ſolutio ſemper fiat vniformis,
ti illa taxatio eſt proficua creditori cui in caſum dimi
nis groſſioris monetę debentur illi floreni conuenti ita
eſſe vtilis debitori ne ad imparia iudicetur attēta præ
illa æquitate, vel maxima, quod debitor qui pecuniam
auream, vel argenteam recepit ex qua illi floreni fuerū
ſtituti non expendit pro maiori pretio, quam tempore
tractus extimaretur, & cum hodie per commertiorum
ſum hodie creuerit aureus in auro, & argentea moneta
verum illius valorem non eſt iuſtum, vt cum damno deb
ris tam exceſſiuo augmentum debeatur.

43 Quarto hanc opinionem † in indiuiduo tenuerunt claſ
ſcriptores, & acutiſsimi viri, tam antiqui, quam recentior

&

Digitized by Google

& primo Barto in d.l. Paulus. qui bene percepit legum rationem, & præsertim ipsius Pauli in d.l. qui etiam in moroso debitore hoc in casu nullum deberi augmentum concludit, quam Bartoli opinionem multi receperunt, & communem dicit Cagnol. in l cum quid. num. 95. si cert. petat. Bald. consil. 213. lib. 5. qui dixit præfixa æstimatione deberi illam quantitatem florenorum, & non maiorem respiciendo ad casum nostrum, quia dubio procul maior florenorum quantitas solueretur creditori si darentur aurei, vel grossæ monetæ, prout valebant tempore contractus, si tempore obligationis creuerũt in pretio, quam sit conuentum, vt experientia docet, & dixi supra, & ita Baldi responsum interpretatus est Crau. in consi. 887. num. 7. Natt. consil. 454. Peregr. in fortiori casu d. consil. 13. lib. 3. & in eodem casu dotis, & in florenis Sab. Plot. consil. 18. qui num. 19. hanc esse veram, & communem opinionẽ asserit. & cum Bart. tenent Castr. & multi antiqui. Caballin. qui Senatus Parisiensis placito confirmat de vsur. num. 748. Vincent. de Franch. decis. 508. part. 3. Et Brunus noster post latè examinatas huius contingentiæ quæstiones, in hac tandem residet sententia in quinta particula, & limita. 8. num. 6. in tertia quæstio. & num. 11. & par. prima principali partic. 6. num. 1 & part. 17 num. 1. versic. puto tamen. Et quando nulla intercessit variatio propter intrinsecam deteriorationem monetarum siue paruarum, siue grossarum, id receptissimum esse colligimus ex allegatis supra conclusio. octaua. & in debitore in tot solidis Ianuensibus concludit Aretin. consil. 111. & consil. 111. & quando variatio venit sine mora, & culpa debitoris P. à Bella Pertica, quem refert Bellamer. in cap. quanto. num. 14. de iureiuran. Ioan. Gall. quæstio. 302. Papon. Arestor. lib. 10. titu. 6. Aresto. 2. & in pulchro casu super censu, quod solui tur Principi Gabriell. consil. 164. præsertim nume. 2. 3. & 4. lib. 1. Curt. iun consi. 24. P. de Benintend. decis. Bonon. 39. num. 2. in illa distinctione, quam facit. Borgnin. latè, & copiosè more suo etiam in dote loquendo. Decis. 26. num 25. & latius decis. 30 num 87 par. 3. vbi conatur ostendere tale augmentum sapere vsuram, & de illo non posse præsupposita etiam mora vsuram solui, examinando statutum Papiæ, quod hac de re loquitur, & ibi ostendit à muleribus contra conscientiam tale augmentum peti. & cum hac sententia video semper iudi-

casse

casse ſupremam Senatus Pariſienſis curia
augmentum negauit, vt teſtantur Pariſien
& nouiſsimè Annæus Robertus rerum iudi
is.& quæ ab eodem lib.1.cap.fi.referuntur
reorum in auro locum habent.

44 Neque obſtant authoritates † contrariæ;
vel quando ſpecies certa promiſſa eſt in auro
groſſiori moneta,licet ſpecificata ad ſolidos ve
dixi ſupra in primo exemplo,& iſtis caſibus lo
Purpur.Socin.& late conſuluit Surd. conſ.392.
vel quando fuit facta ſtipulatio ad florenos auri,
risponderis, vt Panciroll. & de iſtis florenis loqui
in l.res in dotem.D.de iur.dot. P. de Ancharan.in
de decim. & in hoc caſu procedit communis opin
per Aret. conſ 111. & 111. vel loquuntur in caſu di
Barbat.& Natt.in quo eſt diuerſa ratio, vel bonita
tum florenorum conſiderant vt Oldrad. & Natt. &
tunc augmentum concedunt quando moneta minuta
florenus æſtimatur eſt effecta deterior ab eo, quod era
pore contractus, & per illam deteriorationem creuit
groſſæ, prout conſiderat idem Purpur. conſil.522. num
verſic.& ita diligenter,& num.37 & 41. & in fine. & in co
179. & hic tandem ſe reſtringunt vbique. Sola. præſertii
decr.antiqu.nume.73.& Surd.qui clarius proſequitur.d.co
392.& 438 & illorum rationibus particulariter infra reſpo
debo. & hoc voluit expreſsè Nat.d. conſ.302.& conſ.454.
conſ 664.lib.4.

Quid dicemus in hoc arduo, & difficili articulo, in quo tot
45 excellentiſsimi patres dubitarunt? Mihi † vt ingenuè fatear,
circunſcripta debitoris mora, & præſuppoſito nullam eſſe
deteriorationem,neque in moneta groſſa,neque in parua,ſed
ſolutionem fieri per debitorem in moneta proba,& quæ cur-
rebat tempore contractus, ſemper placuit mitior ſententia
fauore debitoris, vt nullum omnino augmentum hoc in ca-
ſu debeatur, cum tempus præſertim ſolutioni præfixum eſt,
& grauiter erraſſe omnes illos, qui contrarium vel ſcripſe-
runt,vel iudicarunt ſum arbitratus;& ita tenebam compilan-
do Deciſionem D.mei 174.num.5.ſequendo ſcripta D.Sena-
toris Solæ,qui refert deciſionem Senatus in cauſa de Ruſchis,

&

Digitized by Google

& cum oſtendiſſem ſcripta mea collendiſsimo patri in dicta deciſione poſita, quæ non erant in libro ſuo non diſplicuit mea opinio viro doctiſsimo, ſed addidit tantum illa vltima verba, quæ ſunt in verſ. ſed aduerte; cenſens ex opinione Gráti deberi augmentum florenorum, quod & ante illum voluerat Oldrad. in d. cõſ. 168. & ego defendi in exemplo ſuperiori, ſed in hoc caſu in mutuo ad tempus promiſſo tranſirem ſimpliciter cum illa opinione, quam & tenui in additionibus meis ad deciſionem, cum rei non exiſtentis augmentum liquidari non poſsit, vt per Surd. conſi. 335. lib. 3. Sed quia contrarium vidi poſtea in multis cauſis determinatum, non audeſem propter authoritatem Dominorũ meorũ, ita audacter hanc opinionem hodie tueri; ſed cum temperamento D. mei tranſirem, vt ſola bonitas florenorum, quæ à tempore contractus ad tempus ſolutionis cõtingit creditori adiudicetur, argenti magis (ad quam qualitatem appropinquat florenum, vel libra) quam auri ratione habita, vt concluſi ſupra 46 in quinta concluſione verſic. ſed dubium eſt, & cum hoc † temperamento ſæpius tranſiuit Senatus ita declarando, tàm me referente, quàm alijs dominis, & in cauſa D. Margheritæ de Mulatijs ſororiæ meę, quæ fuit relata per D. Senatorẽ Solam de anno 1590. die vndecima Maij, in qua contendebatur ſuper inſtrumento venditionis pro ſumma ſcut. 2600. de florenis nouem pro ſcuto, iuxta conſuetudinem Aſtenſis patriæ, cenſuit deberi augmentum florenorum, & idem in alia cauſa Montiſregalis de Trombettis 1592. 17 Octobris. Et in cauſa Careſanæ, de qua dixi ſupra me referente 1598. 10. Aprilis. vbi aderat inſtrumentum de tot aureis ad florenos octo. Et in pacto redimendi, ita vidi iudicare totum Senatum in vna Cunienſi Caualerij contra Britios. 1591. men. Septembris, Referente D. Cortina, in qua inſtrumentum dicebat de venditione facta in tot ſcutis de flo. 8. pro ſingulo, confirmata ſententia priorum iudicum, qui pro redimente iudicauerant nullum augmentum deberi, in qua cauſa ego pro Caualerio amico meo ſcripſerã. Et hodie tutior videtur iſta opinio propter euidentem deteriorationem minutę monetæ, quæ licet ſit de antiqua eſt tamen effecta deterior, vt dixi ſupra prima par. num. 85. nec poteſt in eadem bonitate perſolui, prout leges & omnes Doctores voluerunt, & ob illam deteriorationem

nem grossioris monetę pretium variauit, quo c[illegible] fu augmentum deberi concluſimus non tamen vnquam au[illegible] augmentũ tribuerem, ne contra ſuam conuentionem tale d[illegible] mnum patiatur debitor, qui maior fauore,& benignitate, [illegible] re præſertim dubia gaudere debet; Eoque libentius in han[illegible] deſcendere debemus opinionem, quia iſti floreni, & minu[illegible] a moneta minus etiam groſſa, non creuit ob deterioration[illegible] minutæ monetæ, & æroſæ noſtri Principis, quæ parum mu[illegible]ca eſt ab ea, quæ antea ab officina publica prodijt, ſed prop[illegible]r introductionem externæ monetæ Mediolanen. Ventę, Me[illegible]ſſeriani, Frinchi, & ſimilium, & nouiſsimè ob importationem caballottorum Montisferrati, & aliarum prauarum monetarum ſtatus Mediolani nouiter impreſſarum, quæ omnes reprobæ ſunt,& ille Sereniſsimi Ducis noſtri longe meliores, cuius rei periculum ſentire non debet debitor, qui minutam monetam Sabaudię poteſt ſoluere, quę ſi non ſit alterata nullum facit augmentum in floreno, & in cuius etiam facultate poſitum eſt ſoluere monetas groſsiores auri,& argenti, quæ cum non ſint effectæ deterioris materiæ & ponderis, ab eo q̃ erant tempore contractus, neſcio quare illas reſpuat creditor licet curſu temporis maioris æſtimationis reperiantur. Vnde in alio caſu in facti cõtingentia dicebam, quod ſi paruum interuallum fuerit inter tempus contractus,& ſolutionis, ita vt non poſsit dici pretium groſsioris monetæ creuiſſe ob deteriorationem minutæ monetæ, vt eſt quando eadem moneta reperitur, tunc non poſsit creditor vllum augmentum prætendere, & habeant locum quæ de extrinſeco valore communiter traduntur, ſicuti etiam locum habent in alio caſu, quę de intrinſeco communiter omnes ſcripſerunt, vt in vtroque caſu conſiderat Andr. Gaill. prac. obſer. lib. 2. obſer. 73. num. 6. 7 & 9. & procedit tunc ratio I.C. in l. Paulus, qui de intrinſeca variatione loquitur, & nos de extrinſecus perueniente æſtimatione tractamus, prout in definitione noſtra augmentum definitum eſt. Qua quidem ſtante definitione neceſſario fatendum eſt eos, qui dicunt pro imaginaria, vel minoris monetæ purioris pecuniæ augmentum creditori deberi, quando debitor non eſt in mora neſcire, quid ſit augmentum; Nam cum illud definitum ſit à nobis ſupra in principio eſſe acceſsionẽ pretij ad valorẽ publica authoritate præfinitum: duo ſequuntur,

tur; Vnum quod tale incrementum non poteſt contingere in moneta imaginaria, Alterum quod floreni illi, ſeu ſcuta de florenis, & libræ cum ſint in ſua qualitate poſiti in ſtipulatione nullum aliud incrementum habere poſſunt, niſi illud quod eidem monetæ ſi reperiretur vſus commertiorum tribuiſſet, nec in præiudicium debitoris poſſet illa moneta non exiſtens per aliam maiorem æſtimari cum acceſsione, ne maior ſit acceſsio, quam patiatur ipſa monetæ natura, quæ eſt in ſtipulationem deducta, & ſtipulationis forma à qua contrahentes recedere non poſſunt, vt dixi concluſ. 13. & illa ratio, quã plurimi tradunt, quod ideo non debeatur iſto caſu augmentum, quia creditor ſi moneta decreſceret nollet recedere à florenis in obligatione poſitis non eſt parui facienda. Nam quamuis verum ſit, quod decrementum valoris aureæ, & argenteæ monetæ rarò fit, & non niſi per edicta principum ſuccedat, tamen illud etiam veriſsimum eſt, quod illo caſu adueniente creditor vellet ſibi ſolui de moneta taxata, & diminuta in pretio, & tradere illos florenos, quia illi poſiti ſunt in obligatione, ad hunc effectum, vt ſibi tot floreni ſoluantur vt diminutionem effugiat; Ergo eſt magna iniquitas ſi velit pretio aucto à debitore cõſequi maiorem aureorum, & florenorum quantitatem, quàm ſua ferat obligatio, & in praxi vidimus quod cum vociferaretur diminutio monetæ groſsioris per taxam Cameralem, omnes quærebant contractus reducere ad florenos, & in florenis reſtitutionem ſtipulari, ne damnum ſentirent.

Reſtat nunc vt ſatisfaciamus hijs, quæ contra debitorem tradunt Sola, & Surd. quorum vterque alterum allegat, vt nihil intactum relinquamus. Et primo ipſe Sola. numer. 84. 47 reaſſumendo † reſponſiones Purpur. quas facit contra Bart. in d. conſi. 52. parificando caſum quando ſtipulatio fuit facta in florenis ſimpliciter, vel ad ſcuta de tot florenis pro ſingulo ſcuto: dicit primo non conſtare de conſuetudine ſoluendi vnam monetam pro alia; ſed reſpondeo hic non eſſe de hoc quærendum, quia conſuetudo eſt notoria, & hic non attendimus conſuetudinem, ſed facultatem ſoluendi cum ſit in facultate debitoris poſitum vel minutam, vel groſſam ſoluere, quia ſtipulatio eſt facta in florenis quorum nullus eſt vſus, quinimo florenus cõſtituitur ex minutis monetis, licet etiam

recipiat

recipiat æstimationem à grossa. Secundo dici
non esse veram si creditor patiatur damnum
licet supra iam sit satisfactum, & demonstrat
damnum considerabile creditoris, qui recipit
mam florenorum quam mutuo dedit; respond
damnum prouenire ex sua ipsius stipulatione
speciem fuerit stipulatus, quæ non est in rerum
erat obligationis tempore, & dmnum quod q
sentit, sibi non alijs est imputandum; & si dicatu
sentire debere debitorem, qui minorem quanti
sioris monetæ soluit, replicatur, hoc beneficium
dere ex facto debitoris, sed à tempore quod non
re obligationem, & procedere à genere obligationi
florenos, quo etiam casu cum non sit in rerum natur
ta in obligatione posita, satisfit creditori in moneta
currenti tempore solutionis, quæ non fit variata in int
bonitate, vt post multos concludit. H. Gabriell. d. cons
nu. 2. qui hoc fortius voluit procedere quando moneta
sa non est in obligatione, sed in facultate soluendi. N
quod dicatur monetam minutam per grossam æstimari,
hoc est falsum, & poterit quidem æstimari massa floreno
ex minuta moneta coaceruata per grossam, sed non flore
qui est in obligatione æstimabitur per aurum, vel ducato
aut simulem maioris ponderis monetam, & floreni æstimat
fiet per solidos, & grossos, & quartos, in quibus vel nihil, a
parum contigit augmenti. Tertio dicit non habere locu
Bar. traditionem, quando variatio est in intrinseca bonitate
Respondetur hoc esse verum, & Bartolum ipsum ab hac sen
tentia non discedere, sed oportere primo constare de ista in
trinseca variatione, vt dicit Gabriel. consil. 164. & quando ea
dem pecunia, quæ currebat tempore contractus hodie currit,
& est adhuc in vsu frustra intrinsecam variationem conside
rari, & de illa non præsumi, & quamuis dicat Surdus alicet
præsumi, ab augmentum monetæ grossæ, contrarium est ve
rius, quia crescere potest moneta grossa alijs de causis q̃ pro
pter deteriorationem minutæ monetæ, vt dixi concluſ. tertia,
sed quomodocunque ista variatio contingat non est inde cõ
cludendum, quod calculatio augmenti ob deteriorationem
minutæ monetæ fiat ad rationem auri, cum in auro non fuerit

conuen-

conuentum, ſed in argento, & ideo malè doctiſsimus collega noſter in dicto loco.num.85.ſcripſit eſſe ita calculandum nec eſt praxis, de qua ibi admittenda, quia vidi per Senatum declaratum contrarium, & ego liquidaui valorem, & bonitatem florenorum ex voto Senatus in illa cauſa Careſanæ, de qua ſupra, & in cauſa Reuerendi Monaſterij Sancti Dominici contra D. Magiſtrum, & Auditorem Cameræ Pipinum. quæ liquidatio facile fieri poteſt, vt dixi concluſione quinta. & ita interpretandam æſtimationem antiquę monetæ, de qua loquuntur iura, in c.cum olim. & c.in canonicis. de cenſibus. Et eodem modo reſpondetur ad quartum argumentũ. Quinto & ſexto dicit non militare Bar. doctrinam poſt eundẽ Purpur. quotieſcunque bonitas eadem non eſt, quæ erat tempore contractus, ſed iſta eadem ſunt cum ſuperiori, & poſſent procedere ſi floreni valor creuiſſet, ſicut creuit valor auri, & argenti, ſed hic non attendi iſtud augmentum, quia floreni valor nunquam mutatus eſt cum ſemper valuerit groſſos. 12. & arguere à mutationẽ auri ad mutationẽ florent qñ eadẽ moneta minuta eſt in vſu, eſt q̃dã ſubtiliras, & chimera ab optimo iudice reijcienda? Et quod dicit Cur. in l.cum quid.nu.22. videri ſibi Bartoli opinionem quam communem fatetur, nimis rigoroſam, retorquetur contra ipſum, cum rigoroſior ſit opinio contra debitorem, vt ipſe compellatur, & groſsiorem monetam perquirere, poſita opinione quam tenui ſupra, quod totum debitum maioris ſummæ non poſsit in minuta pecunia ſolui, & contra conuentionem aliam ſpeciem cum damno ſoluere, ac maiorem florenorum quantitatem, quam promiſerit tradere: Imo maximum contrario admiſſo ſequeretur abſurdum, & inconueniens, quod cum variè denominentur illa ſcuta monetæ ex regionum cõſuetudine, vt ſupra dixi, ſi in vnaquaque regione aureus monetæ ad ſcutum auri reduceretur, maiorem quantitatem florenorum ſolueret, qui in minori quantitate eſt obligatus, quam qui maiorem debet, quo fit vt omni caſu floreni non auri ſit habenda in calculo ratio, eo ſemper caſu quo minor moneta eſt variata.

48 Non obſtant nunc ea, quę idem Senator longo ordine ſcribit in tracta. de monet. caſu 48. Et primo † dum dicit opinionem Bart. & ſequacium (quam communem fatetur) nulla lege probari; quia vltra quod ipſe loquitur in pacto retrouẽdendi,

dendi, in quo emptor prędia meliorata re
bonitate pecuniam recipere debet; vt dic
ſponderi poteſt primo id probari ex legibi
ſeruanda quam regulam multũ ponderat
d. conſi. 438. Item ex iuribus dicentibus m
conſiderari. l. nummis. de lega. 3. Item æſti
in obligatione poſitæ ſequendam. l. vinum. l.
petat. cum æquè bonum reſtituatur, quoc
ſequuta deterioratione pecuniæ. Tertio ex
olim & cap. cum Canonicis. de cenſib. vbi per
veteris fit æſtimatio, quæ hic fieri poteſt in ra
groſſos duodecim, ad quam rationem floreni
æſtimati. Quarto ex illa communiſsima con
valor extrinſecus non prędiudicat creditori, ſec
cedit. Quinto, & vltimo id probari authorita
morum, & doctiſsimorũ patrum, quæ pro lege
reſponſa Inſt. de iur. natur.

Secundo dum replicat illam rationem damn
ſideratam ex l. Paulus. de ſolut. cui replicationi a
factum fuit demonſtrando non eſſe in damno cre
conſequitur quantitatem florenorum quam ſibi
pulatus eſt, & ad nihil aliud tenetur debitor, & da
bitoris tunc conſiderat Purp. d. conſ. 522. num. 32.
quando cogitur accipere magis de vna pecunia qu
& de reproba loco probæ, & ideo ſubtiliter more
lib. 1 o. tit. 5. Areſt. 8. interpretatur verba Pauli ibi. N
damnum ſentire ex pecunia debitoris, vt habeant locum
ſa ſit certa ſpecies nummi, quia tunc debitor teneat
lam ſpeciem, vel valorem illius ſoluere, & valor non
damno; niſi æſtimatio tempore ſolutionis currens
de moneta expendibili, & vſuali; & ad illud damnum
det Natt. conſ. 454. nume. 6. in fin. & nume. 7. quod n
conſideratione, vt lucrum ceſſans, quod nec etian
roſo debitore præſtari multi Bartolum ſequuti ſcrip
& ratio. L. Paulus. fundata eſt ſuper pecunia deter
reprobata, quo caſu omnes conuenimus augmentum
licet ſuper qualitate augmenti diſſentiamus; Denique i
non conſiderando magis eſſe fauendum debitori, qui da
multiplici ex capite ſentit

Tert

Digitized by Google

Tertiò dicit D. Sola deberi floreni augmentum ex verisimili mente contrahentium, cum illi verisimiliter non cogitauerint de valore extrinseco,& augmento aurei, & grossioris monetæ; Sed respondetur hoc non admitti,quia vltra quod contrahentes de hac re verisimiliter cogitarunt vti frequentissima,& ordinaria,cum aurei valor semper crescat, & non soleat decrescere,nisi per edicta, & Principum ordinationes, & illius æstimatio nunquam in eodem statu permaneat,vt docet ipsa experientia, dico hic expressè de hac variatione cogitasse,& ideo voluisse variationi occurrere stipulando solutionem monetæ in specie pecuniæ, quæ propter nullam illius existentiam non solet variare; & propterea non est bona consideratio clarissimi viri, quam facit super edicto anni 1587. quia non facit ad rem nostram, & in casu edicti aliter dicendum est,vt dixi concluſ. 11. in 2. casu.

Quarto mouetur D. Senator illo vrgentissimo fundamento,de quo etiam omnes meminerunt, & nos diximus supra, & super quo re vera tota huius quæstionis difficultas meo iudicio versatur,quod si creditori augmentum † auri,& grossioris monetæ denegamus,illam ea quantitate aureorum priuabimus,quam ab initio mutuo dedit,& charitas, atque officium essent illi damnosa, dum pro centum solutis tempore contractus, recipiat quinquaginta tempore solutionis, & vt dicit Purpur.d.consi. 522.num.38 non habebit tantum pondus auri, vel argenti, quantum suo debitori dedit tempore contractus, quæ quidem ratio me per aliquot dies irresolutũ retinuit, & ad fauorem creditoris inclinare animum meum æquitati admodum fauentem in hac quæstione faciebat. Sed negotio melius trutinato, nihili faciendam esse hanc considerationem, vt inde auri augumentum creditori adiudicemus, dixi; Et primo quia admisso semper, & præsuppositio non esse cogendum debitorem in auro, vel argento soluere, sed hoc in illius facultate positum, & constitutum esse,atque monetam, quæ soluitur siue illa minuta, siue grossa sit, non esse à tempore contractus in substantia, nec in pondere variatam, sed eandem esse, quæ illo tempore communiter expendebatur; non intrat ista ratio, sed falsa redditur suppositio, cum stipulatio ad florenos sit facta, & in minuta moneta tantum pondus florenorum possit creditor recipere, quot

dedit tempore contractus. Secundò, quia non debet videri iniquum, vt creditor minorem quantitatem aureæ, vel argenteæ monetæ recipiat, cum ipse voluerit habere florenos, & non aurum, vel minorem argenti monetam, forte considerans auri, & argenti pretium variabile esse, & floreni pretium esse immutabile, & facilius illi erat conuenire in specie monetæ currentis, quam in illa fantastica, & imaginaria, & æquitas similiter non patitur, vt debitor soluendo maiorem monetam, ampliorem florenorum quantitatem soluat, quam mutui tempore receperit. Tertio, quia æqualitas sicuti in iudicijs, & ita in contractibus, & obligationibus est seruanda; vnde sicut contingere potest, vt propter deteriorationem pecuniæ valor monetæ crescat, ita potest etiam decrescere, prout per edicta fieri videmus, & eo casu sicuti non vellet creditor damnum pati, sed habere semper scuta ad flor. 8. vel nouem, & in pretio præfixo in qualibet monetæ specie etiam per edictum diminuta, ita non est iustum, vt lucrum in alio casu cum damno creditoris sentiat; & quamuis ad istam æqualitatem Dom. Sola conetur respondere, tamen illius responsio, neque in iure, neque in facto vera est, & est contra receptissimam omnium opinionem, & ad id quod dicitur de pondere respondetur etiam non pondus, vel massam auri, & argenti contrahentes stipulatos fuisse, sed pecuniam, & eam quidem debilem, sed inuariabilem.

Denique Illustris Senator confugit ad authoritates Curtij, & Bologneti, sed Curtius contrariam consulendo tenuit tàm senior, quàm iunior, & non tenet expresse isto casu cõtra Bartol. sed in alio casu, & Bolognet. in consil. 11. magis stat pro altera opinione, quia loquitur in casu quando stipulatio est facta in auro, quo casu res est clara, vt supra probauimus in primo, 2. & 3. casu, & authoritates istorum patrum sicuti, nec aliorum qui contrariam opinionem defendunt, sunt præponendæ authoritatibus Bartoli, & Baldi, & aliorum præclarissimorum Iurisconsultorum, qui pro debitore scripserunt; & auctoritati curiarum, cum pro debitore judicauerint Rota Romana apud Put. decis. 149. lib. 2. Rot. Auenionen. apud Benintendẽtũ decis. 39. Senatus Parisien. apud Papon. d. Arest. 2. & Ioan. Gall. d. quæstio. 502. Curia Bu degalensis apud Boer. decis. 327. in fin. & Senatus noster Pede

monta-

by Google

montanus tot præiudicijs confirmauit, vt dixi supra, quæ pro lege custodienda sunt, & ipse Dom. Sola si bene aduertatur, vt dixi supra, restringit se ad casum, quando pecunia minuta, quæ facit florenum est in substantia variata, & deteriorata, quo in casu nemo discrepat, & Bartolus vt alibi dicebamus, ita est intelligendus, quia loquebatur in statu in quo pecunia minuta in puro argento cudebatur, & non erat in bonitate, & materia alterata; & solum Parisiensem, & Parlamentum illius Ciuitatis in hoc casu contrarium voluisse reperies; & ad hanc restrictionem Ioan. Fabri, & Caballini sententiam reducit vir doctissimus, & præstantissimus in Senatu Aduocatus, atque mei amantissimus Dom. Gaspar Belletia in suo consilio, quod est impressum post tractatum Do. Solæ de monetis. num. 16. & 17. & credo quod ipse Dom. Sola contra suam opinionem viderit iudicare Senatum postquam nullam facit mentionem de aliqua decisione illius ordinis in quo ipse, tum aduocando, tum iudicando vltra 40. annos versatus fuit, & interuenit in illis causis Montisregalis, & Cunei, & fuit relator causæ de Mulatijs pro Dom. Margherita vxore Comitis Alexandri Thesauri fratris mei, de qua dixi supra.

50 Superesset respondere † ad Surdi rationes in consil. 220. & consil. 268. vbi pro se ipso respondit, & consi. 454 lib 4. in quo pro suo Principe consuluit; sed quia ille omnes ex superius dictis confutantur, & ex rationibus eiusdem quas posuit in consilijs factis pro illo Samuel leui hæbreo, quæ consilia sunt in numero 392. & 438. lib. 3. vbi etiam num. 8. tenet istam opinionem vlterius non insisto, & contra illud consilium Surdi 220. cum alia non essent adhuc impressa iudicauit Senatus me referente in ardua causa Communitatis Vigoni, contra Perillustrem D. Comitem Albertum Bobam; de qua in alio casu infra mentionem faciemus, & in consi. 368. semper se restringit ad casum quando est deteriorata moneta minuta. vt num. 7. 10. 15. & 16. & in terminis fortioribus ad fauorem debitoris in moneta imaginaria, & fantastica, quæ non expendebatur concludit consil. 335. per totum eodem libro. Ideo non erit credendum authoritati tam variæ huius consulentis.

Interim benigne lector, & prudentissimi iudices omnia æquo libramine pōderetis, & prolixitatem, atque Asiaticam

contra morem noſtrum loquacitatem condonate, ſi longiores, quam par erat fuimus, hoc enim nō mea culpa, ſed veſtra gratia contigit, cum labores veſtros in hac laborioſa iuris diſciplina, & in hac præſertim difficili materia ſubleuiare, ſicut in alijs meis lucubrationibus anxiè ſemp quæſiuerim, & ideo vigilias iſtas nōn ſolum libenter legere, ſed & lætioribus ſemper auſpitijs ſuſcipere debetis, & hic cum nō deciſionem, ſed tractatum conſcribere voluerim latiores mihi habenas compoſui.

Ampliabis modo hanc opinionem, vt multo fortius proce
51 dat, nec de vllo augmento quærendum ſit, quando profmutuo ſoluitur vſura, tunc enim licet in alijs obligationibus ſpeciei certæ, vel in auro, vel argento, etiam in vſurario creditore ab opinione communi, & Pontificis diſtinctione relata per Pilæū. q. 35. & de qua per D. Patrem meum in allegata ſæpius. deciſ. 174. multi recedere voluerint, & contra debitores vide rim pluries iudicatum, ita reſtringendo deciſionem Senatus à D. meo relatam, & communem Doctorum traditionem; tamen quando obligatio eſt facta in tot florenis, & ſumus in caſu de quo ſupra, iniquiſsimum arbitrarer ab hac opinione recedere, & debitori vſurario non ſolum augmentum auri, ſed & ipſius minutæ monetæ, & floreni denegarem, niſi debitor eſſet in mora, vt declaraui in d. deciſione, & hanc concluſionem expreſsè confirmat Afflict. limitando ea quæ pro creditore dixerat in tit. quæ ſint regalia in verbo monetæ. Riminal. ſen. conſil. 705. in fi. lib. 4. Quo circa non placent mihi conſi-
52 lia clariſsimorum Doctorum † Aretini conſ. 84. & Barb. cōſi. 19. lib. 4. qui ſuper eadem facti ſpecie de iure conſulti reſponderunt deberi augmentum aureorum hæbreo, qui iuxta formam capitulorum à Ciuitate, & Republica Senatum cōceſſionente priuilegio hæbreis conceſſo, quod mutuū nō poſsit fieri, niſi in libris ita ꝙ non capiantur niſi denarij 4. pro libra, & ſimile eſt capitulū hæbreis conceſsū in patria noſtrā à Sereniſsimo Duce, vt nō poſsint mutuo dare pecuniā, niſi faciant aureū de flo. 9. ita vt ꝓ ſingulo aureo nō capiāt pro vſura vltra groſſos 3. ꝙ nunc eſt limitatū ad quartos decē, vt in Bull poſita poſt conſilium meū impreſſum inter deciſiones D. meas poſt deci. 57. nam iſta limitatio aurei eſt facta pro commodo debito-

Digitized by Google

debitorum ne grauiores vſuras patiantur,& in eorundē damnum rediret ſi pro augmento aureæ, vel argenteæ monetæ maiorem florenorum quantitatem reſtituerent, & fateor me non aduertiſſe ad iſtud euidens damnum creditorum, dum per aliquot annos fui conſeruator generalis,& iudex hebreorum in toto dominio Sereniſsimi Ducis Sabaudiæ Domini mei. Nec eſt verum quod dicunt Aretin.& Barbat. quod illud capitulum eſt factum ſolum ad effectum, vt ſciant rurales quantum vſuram ſoluere debeant,quia imo eſt factū odio hæbrei, & odio vſurarum,vt ſit limitata vſura,& hic augeretur, atque duplex damnum ſentiret debitor ſoluendo vſurā, & etiam augmentum cum vſura illius augmenti contra ius, & contra mentem capitulorum. In patria tamen noſtra hodie ceſſare poteſt quo ad hæbreos hæc quæſtio attentis nouis capitulis, in quibus libera illis facultas cōceſſa fuit dandi mutuo in quolibet genere monetarum, & ſublatum eſt illud caput, quod valutent aureos ad florenos nouem.

Amplia ſecundo opinionem iſtam fauore debitoris,vt nullum debeatur augmentum, ſi vltra ſtipulationem factam in
53 tot florenis, adiecta fuerint illa, † vt ſolutio fiat de moneta currenti tempore ſolutionis;Nam quamuis Dom.Sola in dicto decreto ex frequentibus.num.88.videatur tenere iſto caſu poſt Alc. Brun. & Gabr. attendendam eſſe conſuetudinem ſolutionis ad interpretationem illorum verborum, quinimo ſimpliciter in proprijs terminis conſulendo.Surd. in dic. conſil. 220.tenuerunt illa verba non liberare debitorem ab augmento monetæ iuxta valorem currentem tempore contractus, quaſi quod illa verba nihil aliud poſtulent,niſi vt debitor poſsit ſoluere de moneta currenti, & non perquirere aurum, vel groſsiores monetas; Tamen ego indifferenter teneo clarum eſſe per iſtam conuentionem nullum deberi augmentum,& illa verba poſita eſſe fauore debitoris,vt nō ſoluat augmentum, aliàs eſſent ſuperflua, quia in iure certiſsimum eſt, quod antiqua moneta poteſt ſolui quando illa non extat, (vt iſti floreni) in moneta qualibet currenti tempore ſolutionis ad valorem antiquæ,& hoc videtur tenere idem Sola.de mon.caſu 28.num.8.& num. 10. vbi voluit hoc habere locum etiamſi minuta moneta fuerit effecta deterior, quia excluditur per illam conuentionem, quod dicitur attendi

tendi tempus contractus, & idem videtur voluisse casu. 46. quicquid variando voluerit idem Sola casu. 10. & in fine dicasus 46. transeundo cum Surdo. & cum ista Ampliatione non obstantibus scriptis per Surdum transiuit Senatus me referẽte in causa super relata Communitatis Vigoni, & Bobæ 1602. 26. Augusti. nemine discrepante. Et si consuetudine soluendi ita esset obseruatum res nullam omnino pateretur difficultatem, prout in censu annuo iudicauit Senatus in causa Communitatis Gattieres Comitatus Nitiensis, cõtra Dominum illius loci 1601. 15. Nouembris, non obstante, quod in instrumento facta esset conuentio ad aureos valueatos ad grossos 32. pro quolibet, & essemus in feudo in quo in præiudicium successorum non attenditur præscriptio, propter illa verba de moneta currenti tempore solutionum. Sed quid si dictum sit de moneta currenti tempore contractus dic, vt infra limita. 2.

Limita supradictam opinionem si floreni nominati sint
45 post stipulationem factam † in auro, vel moneta argentea grossiori, vt si dictum *sit Titius mutuo dedit Sempronio trecentum aureos in auro quorum summa realiter soluta fuit videntibus testibus, & notario in tanta bona moneta faciente summam florenorum trimillia, &c.* Inde tempore restitutionis, summa illa trecentum aureorum facit summam florenorum quatuor millia, debitor tunc quia constat de certa specie mutui facti in auro, & in certa summa aureorum non liberabitur, nisi præstando illammet summam, quam habuit, vel soluendo iustum valorem in alia specie, prout æstimabuntur tempore solutionis, quia illa reductio ad florenos non fiat restrictiuè, vt floreni ipsi restituantur, qui non sunt in obligatione positi, sed demonstratiuè, vt sciatur quantum valeret tunc aureus Italiæ, vel alia grossa moneta soluta, & ita post Alc. Tiraquel. & Cæphal. sentit Sola in dicto decreto. num. 87. & in tract. casu. 37. num. 2. quamuis Tiraquell. & Cæphal. loquuntur in alio casu. Vnde meritò ab eodem doctissimo viro impugnatur consultatio præstantissimi, atque Excellentissimi D. Præsidis Menochij in cons. 49. lib. 1. vbi respondit promissa summa florenorum 915. soluendorum quolibet anno in festo Sancti Martini, in tot scutis auri solis valentibus dictam summã florenorum 915. nullum deberi augmentum, sed tantum flore-

nos

nos esse soluendos in scutis solis quos propter effectum obligationis tenetur debitor perquirere, & soluere iuxta valorẽ currentem tempore solutionis, licet propter aureorum valorem minorem quantitatem illorum creditori soluat. Cuius
55 rationibus, & alteram consultationem † D. Crauettæ in cons. 836. lib. 5. super eadem causa factam impugnare possumus, q totum fundamentum suum restringit ad participium illud *valentibus*; super quo tamen nullam subesse rationem video per quam dicere iuste possimus, debitorem ab augmento liberari, cum illa dictio ſtet demonstratiuè quasi tunc tempore obligationis esset facienda solutio, & eodem modo iuxta valorem aureorum solis esset continuanda, ad quid enim quę so illa stipulatio aureorum solis esset adiecta, nisi vt valor illius cum augmento præstaretur? & creditoris gratia propterea illud pactum positum fuisse dicemus, & per consequens ad illius fauorem erit interpretandum; cessabitque hinc vltima consideratio, quam facit D. Crau. Et ex eisdem rationibus confirmatur alia consultatio Surdi à supradictis non dissimilis, qui in allegatis consilijs 392. & 438 lib. 3. consuluit esse soluendam creditori summam tot librarum Venetarum iuxta formam obligationis, licet primo loco stipulatio esset facta in tot solidis monetæ Mantuanæ, cum non attendamus quid conceptum, sed quid in stipulatione, & obligatione sit positũ tot tit. plus val. quod agit. quam quod simula. concip. & ad suę consultationis probationem multas rationes, & authoritates more suo Surdus luculenter adducit quas non refero. Et quãuis D. Sola in dicto decreto. num. 72. præsupposita consuetudine soluendi in moneta minuta, velit non mutata moneta in bonitate intrinseca nullum deberi augmentum iuxta receptam conclusionem, de qua dixi conclusione octaua; ab eo tamen recedendum arbitror, quando certa species nummi est in obligatione posita, quia vel illi nummi soluendi sunt, vel eorum iustus valor, qui currit tempore solutionis, & hoc non est vsura, neque interesse, sed dicitur pars ipsius summæ in obligatione positæ, & satis est quod creditor inuitus vigore consuetudinis cogatur recipere vnam pecuniam pro altera. Neque hic militabit minusque comprobandum erit exemplum, quod idem Sola proponit. nu. 77. promissa certa specie in auro, & valente aureo tempore contractus albos 15. monetę Sa-

baudiæ ſit liberatus debitor ſoluendo eoſdem albos 15. eiuſdem monetæ non deterioratæ, licet curreret pro albis 18. tempore ſolutionis; nam non pſſumus dicere monetam non eſſe deterioratam ſi de illamet, quæ expenditur, & quæ erat tempore contractus communiter pro aureis ſoluuntur albi 18. non enim inſpicitur deterioratio, ſed ſtipulatio ſpeciei certę, quæ ſoluenda eſt cum omni ſuo augmento, ne creditor damnum patiatur. Et hoc iure hodie vtimur, nec ab iſta opinione erit in praxi recedendum, & hoc modo procedit ſententia relata per eundem in cauſa de Ruſchis, quia in ea erat facta ſtipulatio de florenis nouem, quorum quantitas erat reducéda ad aureos per minutam monetam, & ſufficiet ſoluere florenos in moneta non determinata, vt dixi in principio, & ſic non conſiderabitur augmentum aurei, & hoc eſt, quod voluit idem Sola num. 80. dum dicit, quod ſi aurei ſunt reſtituēdi in auro & in certa ſpecie, cedit augmentum commodo creditoris, & ita practicam huius caſus deducit ipſe num. 71. referens ita iudicatum per Senatum in cauſa Viſcharum Carignani tempore quo Senatus ibi reſidebat, ante factam à Gallis integram reſtitutionem Pedemontium; quo tempore ego illo oppido natus fuit anno 1561. 18. Nouembris, & de hoc dixi ſupra in primo, & ſecundo caſu, & dicam aliqua in pacto retractus infra caſu 7. Et ideo ſcribit Bolognet. conſil. 11. nu. 34. & ſeqq. quod etiam ſtante conſuetudine ſoluendi vnam monetam pro altera, ſi promiſſa ſit certa ſpecies non cogitur creditor recipere minutam monetam, quæ ſit à Principe approbata, & ita fuiſſe per conſilium Neapolitanum iudicatum refert. Vincent. de Franch. deciſ. 508. nu. 2. par. 3. allegando Ioā. Guter. lib. 2. pract. q. c. 179. qui latè diſputat illam quæſtionē, an minuta moneta pro groſſa ſolui poſſit.

Limita ſecundo ſi dictum ſit; vt florenī ſoluantur de monetacurrēti tempore contractus, quod eſt contrarium alterius pacti, de quo dixi

56 †magna fuit controuerſia inter celeberrimos iuris Doctores tempore Curtij innioris in quadam cauſa Aſtenſi de Rotarijs. Nam ipſe Curt. conſil. 24 & Rub. conſi. 17. voluerunt illa verba nihil operari quo ad extrinſecam bonitatem, vt augmentum ſuperueniens cedat commodo debitoris, contrarium verò in eodem caſu reſponderunt Purpur. conſil. 522. &

Alc.

Alc consil. 118. in antiqua impressione Lugdunensi. Et ego existimo Purpuratum, & Alciatum melius consuluisse, quia stantibus illius pacti verbis res est clara, quod contrahentes voluerunt in qualibet solutione inspici tempus contractus fauore creditoris; Neque verum est, quod dicitur illa verba nihil operari, quia illa posita sunt ad tollendam ambiguitatem huius controuersiæ, vt tempore solutionum soluatur moneta ad æstimationem antiquæ si illa non reperiretur, quod procedit tàm in ipso floreno, quàm in alijs monetis, quæ sunt in facultate soluendi, nec mora debitoris erit consideranda, minusque attendenda consuetudo soluendi in moneta currenti nisi præscriptum esset per 40. annos, vt dicit Gabriell. d. conf. conf. 164. lib. 1. & in hoc casu loquitur Boer. dicta decis. 327. vbi aureo fuerat data æstimatio solidorum 27. monetæ tunc currentis, & Sola casu 45.

Limita tertio si stipulatio sit facta in tot scutis de florenis octo, vel nouem, & appareat summam non taxationis, sed demonstrationis gratia adiectam fuisse, quod præsumendum est si tempore contractus aureus valebat eandemmet summã florenorum, quæ fuit scuto adiecta, & hoc casu procedunt ea, quæ tradit idem Sola casu. 28. & in pacto redimendi casu 43. examinat, quomodo cognoscatur positam taxam pro limitatione valoris, vel pro demonstratione, & tunc habent locum, quæ dixi in primo exemplo huius casus; Atque ideo dicebam optimè consuluisse Magnificum Dominum Gaspa-
57 rem † Belletiam in ea facti specie qua consultus respondit in præallegato consilio impresso post tractatum de mon. Dom. Solæ, quod augmentum auri deberetur, in casu illius stipulationis quo promissa sunt scuta auri in auro bonæ lighæ, & iusti ponderis in restitutione mutui ad valutam florenorum vndecim, & duobus grossis, iuxta quod consilium fuit in illa causa per Senatum iudicatum pro Illustrissimo Ioan. Hieronymo de Auria Marchione Ciriaci; & idem in fortiori casu super alio instrumento eiusdem Marchionis laudanit Excellentissimus Dom. meus Io. Franciscus Crauetta primus huius Excellentissimi Senatus Præses meritissimus, quamuis in instrumento dictum fuisset, quod deberetur eadem summa, siue creseeret, siue minueretur aureus, quia illud pactum est factum gratia creditoris, vt aureus staret in eodem pretio, &

vel

vel ſolueretur aureus, vel de moneta tunc currenti ad illius valorem taxatum, & ſi debitor vellet ſoluere de moneta currenti tempore ſolutionis teneretur ſoluere ad valorem tunc (tempore ſcilicet ſolutionis) currentem, non ſecus, atque ſi dictum fuiſſet de moneta currenti tempore contractus, vt dixi ſupra in proxima limitatione. & in caſu quo dictum fuit de valore nunc currenti Sola caſu 44. & in ſimili ſpecie quando promiſſæ ſunt libræ Aſtenſes, ita quod duæ libræ, & 16. ſolidi faciant vnum florenorũ auri ſtampę Ianuæ tenet Craue. auri valorem deberi conſ. 887. nu. 3. lib. 5. Alci. conſ. 586. & illud conſilium D. Belletię comprobat Maſtrillus deciſ. 7.

Sextus caſus fingi poteſt quando aureo quidem eſt præfixa æſtimatio ad flo. 8. vel 9. ſed amplius additur, quod illi aurei
58 fuerunt ſoliti in tot † croſonis, vel ducatonis, vel aureis, ita quod ex inſtrumento apparet in qua ſpecie factum eſt mutuum; prout multi contrahentes ſolent ſpecies numeratas demiſſa reſtitutio non eſt dubitandum quin eandem ſpeciem teneatur ſoluere debitor quam promiſit, ſed ſi nihil ſit dictũ an poſsit debitor in eadem ſpecie ſoluere? hoc pariter indubitatum habeo, quia vt dicit Brun. in 2. præſuppoſ. num. 1. & 14. qñ cõſtat in qua pecunia eſt facta ſolutio, in ea cenſet ſtipulatio, & limit 9. q. 3. & 4. Sed tota difficultas reſidet in eo an lucrũ illarũ ſpecierũ, puenies ab extrinſeco valore cedat lucro debitoris, vel creditoris commodos. Iſte caſus fuit diſcuſſus, & accerrimè diſputatus in Senatu inter Magnificam Ciuitatem Taurini, & D. Antonium Lobettum ſuper pacto redimendi, cum fuiſſet per Ciuitatem vendita quædam apotheca Lobetto pretio aureorum 400. de flor. 10. pro ſingulo, qui aurei fuerunt ſoluti in tot croſonis Hyſpaniæ; tempore retractus cadente ciuitas obtulit non eandem quantitatem croſonorum, ſed minorem in eadem ſpecie, quæ faciebat ſummã ſcutorum 400. quia croſoni creuerant florenos duos pro ſingulo, & petit fieri ſibi retrouenditionem, D. Lobettus recuſabat dicens lucrum croſonorum ad eum ſpectare, & ideo ſolutionem illi eſſe faciendam in tot croſonis quot fuerant tempore emptionis ab eo ſoluti. Hæc quæſtio eſt antiqua, & multi multa dixerunt, vt dicit Cyn. in l. cum quid. ſi cert. pet. Et pro ciuitate allegabatur doctrina Bar. in ſuperiori caſu, &

in

in secundo exemplo supra relata, cum qua transit P. de Ancharan in clemen. si beneficiorum de decim. post Gulielmum de Cugno Bal. consil. 203. nu. 2. lib. 3. Boer. decis. 327. n. 4. & 10. Bosi. de mon. nume. 3. Curt. iun. consil. 24. num. 7. Castren. in l. Paulus in fi. Abb. in cap. quanto. num. 5. de iureiur. Didac. de nummis mat. c. 7. in noua cõclusione. Crau. d. cõs. 836. Menoch. cõs. 49. Papien. in form. libell. act. hypoth. super verbo relaxan. num. 3. Brun. particu. 3. Lauden. de mon. 17. & 18. Aret. consil. 11. qui omnes voluerunt non mutato valore auri, vel grossioris monetæ in substantia, non teneri debitorem soluere augmentum superueniens, quinimo illud augmentum illius lucro cedere, vt dixi concluſ. octaua, quocirca cum non sit mutatus valor monetæ solutæ, nempè crosoni in bonitate intrinseca, sed tantum in pretio extrinsecus, ciuitas soluendo summam in tot crosonis liberabitur. l. cum quid. si cert. petat. & illa designatio specierum fauore debitoris, vt possit soluere minorem quantitatem, quàm receperat Sola. de mon. casu. 3. & 4. licet in casu quo debetur aurum hanc Solæ considerationem impugnauerim supra in secundo casu. quæ dicta non contradicunt huic casui, & distinguendi sunt casus ne termini confundantur, vt in hac materia dicit Surd. consil. 406. nu. 11. lib. 3. & istã opinionẽ in proprijs terminis sup redemptione census latissimè, & subtilissimè more suo defendunt Parisien. in prima quæstione huius materiæ in tracta. impresso Coloniæ de mon. & in tract. de vsur. q. 90. etiam quod in certa specie fuisset facta promissio, vt n. 14. qui speciem ad qualitatem solutionis refert ne alia moneta restituatur. & faciunt pro ista parte omnia ea, quæ debitoris fauore supra in proximo casu fuerunt adducta, quę hic frustratorium est repetere.

Pro D. Lobetto adducebantur ea quę fauore creditoris nos supra diximus, & damnum euidens edocebat cum non solueretur eadẽ sibi quantitas crosonorũ q̃ ipse soluerat, nam tẽpore contractus pro summa scut. 400. exbursauit crosonos 500. vel circa, & ciuitas pro restitutione offerebat tantum crosonos 432. qui faciebant dictam summam scut. quatuorcentum de flo. decem, & sic patiebatur damnum reale crosonorum 68. vnde non haberet locum, quod dicitur de tempore contractus, vt illud in solutione attendatur, idque magis cum species sit posita, & numerata in instrumento, quã ipse de-

debitor tenetur restituere, & dici poterat propterea hunc casum esse diuersum à primo quando obligatio est facta in tot aureis de tot florenis, quia hic constat de specie, & quantitate soluta, & quando promissa est restitutio in eadem specie tunc illius speciei augmentum debetur; & posset pro creditore allegari, quod in eodem pacto retrouendendi scripserunt pro eo Sola, & Surd. in locis superius allegatis Senatus rè plenè discussa in prima classe referente Illustri D. Senatore Humolio (pænes quem illius causæ resolutionem eo tempore vidi) censuit liberandam communitatem à petitis D. Lobetti, & declarauit præuia solutione summæ oblatæ in tot crosonis currentibus tempore contractus ciuitatem vlterius non teneri; dixit tamen deberi augmentum crosoni a die mora post terminum retrouenditioni præfixum 1591. mense Maij, interueniente D. Patre meo, qui oretenus mandauit vt hanc decisionem notarem in libro meo; & ita postea iterum censuit in eodem casu retrouenditionis Senatus in supra allegata causa Cunienſi Caualerij contra Britios, referente Illustri D. Senatore Cortina eodem anno mense Septembris. dicentibus dominis temerariũ esse ab opinione illa receptissima recedere, & quod extrinsecus valor cedat lucro debitoris, & etiam altera communi, quod quando soluitur de moneta currenti tempore contractus nullum debetur augmentum creditori, à qua nec Surdus, nec Sola in locis prædictis audent recedere, sed loquuntur semper. præsupposita deteriorationem illius monetæ, quæ est in obligatione ad quam deteriorationem est etiam, (vt id obiter dicamus) aduertendũ, vt euitemus calculationem auri quam præcitati Doctores 59 isto casu desiderant, non esse † parem rationem deteriorationis monetæ, à deterioratione auri, vt bene considerant moderni Parisie, in tracta. de vsur. num. 736. in fi. vers. non obstat secundo; nam longè plus reperietur auctum aurum quam sit deteriorata moneta, prout experimento comprobatum esse dicit Surd. cons. 335. versic. 3. premitto. sub. num. 7. lib. 3. & ideo nunquã dari potent iusta proportio, & illa praxis super qua se fundat D. Sola non est tuta.

Septimus casus proponi potest in pacto redimendi, quando prædio, vel rè aliqua vendita, venditor reseruauit sibi per pactum facultatem redimendi, & tempore retractus cadentis pecunia

pecunia mutata in æstimatione reperitur, vel per Principis Decretum, † vel de per se per vsum commertij, & introductionem illius; quo in articulo tres quæstiones proponit Tiraquell. in §. 1. glo. 18. de retract. lignag. nume. 26. 27. 28. 29. & tandem se remittit ad scripta per Doctores ab eo citatos, inter quos tamen dissensionem aliquam esse reperio: Nam aliqui indifferenter voluerunt inspici valorem currentem tempore solutionis, & augmentum monetæ cedere lucro redimentis modo ille soluat monetam probam, & expendibilem, & hanc opinionem latissime defendit Parisien. in d. quæst. 90. qui ob id non sine causa dicit istam quæstionem esse argumẽtosissimam, & ita pronunciatum testantur ipsi Parisienses. Io. Gall. quæst. 302. Papon. libr. 10. Arestor. tit. 6. aresto. 2. Ann. Rober. rer. iudicatarum libr. 4. cap. 18. & ibidem Parisiensis multa illius Senatus aresta refert, & idem latè concludunt in retractu proximioritatis quæst. 94. & q. 96. qui, & quæst. 95. nõ ineruditè distinguunt, an augmentum illud in pretio monetæ statim post venditionem, vel multo tempore post euenerit, totam suæ disputationis rationem eo conuertentes, vt non possit venditor, qui redimit cogi ad augmenti solutionem quando illo augmento nõ est vsus, quod pecuniæ accessit, quę quidem ratio, & maximam æquitatẽ, & subtilem iuris rationẽ in se continet.

Alij verò, & quidem magis communiter in contrariam iuerunt sententiam indifferenter volentes tempus cnntractus attendi, & pecuniam in eodem pretio, & bonitate restitui, siue extrinsecus in valore, siue intrinsecus in bonitate illa mutata fuerit, alteram æquitatis similiter rationem ponderantes, iustum non esse, vt emptor minorem pretij quantitatem recipiat quam ab initio soluerit, siue in auro, siue in argento, siue in minuta moneta solutio facta fuerit, & hanc partem in indiuiduo tenuerunt Neuizan. conf. 88. num. 14. & 15. Soci. iun. conf. 145. nume. 94. libr. primo. Cagnol. in l. 2. num. 210. quæst 73. C. de pact. inter emp. Rub. conf. 148. cum quo in eodem casu dicit Cagnol. consuluisse. Idque nõ habere dubium in certa quantitate, seu specie promissa docet Crau. consi. 47. per totum; quem sequitur, & defendit accerrimè Menoch. conf. 49. & nouissimè Surd. conf. 368. lib. 3. Riminal. sen. consi. 705. lib. 4. Ludouic. Bolognet. consil. 11. num. 43. & seqq. Sola

de

de monet. casu 42. & casu 39. vbi reprehendit Parisiensis sententiam. Bertrand. cons. 168. lib. 1. Sed in hoc casu distinctionem illam extrinsecæ, & intrinsecæ bonitatis considerandam arbitror; ita vt si pecunia in interiori bonitate variauerit, vel à Principe fuerit reprobata, tunc in retrouenditione vsualis quidem restituatur, sed lucrum augmenti medio tempore contingens lucro cedat illius, qui rem emit, & à quo fit retractus, ne deteriorem quam recepit pecuniam habeat, cum & ipse bona empta non deteriorata, sed magis meliorata restituere de natura contractus teneatur, quod si extrinsecus tantum in æstimatione, & pretio fuerit moneta mutata, tunc lucrum cedat commodo debitoris, seu venditoris, qui *modo* soluat eam speciem pecuniæ quę tempore cnntractus currebat pacto satisfeciſſe iudicandum est, prout sæpius per Senatum fuit iudicatum, & præsertim in prædicta causa contra D. Lobettum. Nisi certa species fuerit in restitutione promissa, vt erat in casu Crau. quem malè, & pessimè in casu ab eo proposito reprehendit Parisiensis. cuius opinio meritò reprobatur, & ab illius impugnatione defendit Sola d. casu 39. Dida. de nummisma. §. 7. in 8. 9. & 10. concluſ. Atq; ideo bene iudicatum arbitror per Senatum Parisiensem promissa nummorum speciei in auro, vel argento eandem, & non minorem deberi, vt refert Papon. lib. 10. tit. 5. Aresi. vltimo. malèque ab eodem Senatu fuisse condemnatum mercatorem illum ad restitutionem augmenti recepti dicendum est, de qua condemnatione idem Paponius testatur d. lib. tit. 6 Aresto. 2. & idem Senatus in debitore aureorum, augmentum creditori debitum esse in redemptione annui reddituſ pronunciauit teste eodem Roberto lib. 1. rerum iudicatar. cap. fi. Qua propter si in florenis venditio facta fuerit venditorem non aliud quam florenos in contractu positos ad valorem currentem tempore solutionis restituere compellendum, siue de grossa, siue de minuta soluerit, nisi ob vtriusque, vel alterius deteriorationem pecunia fuerit in valore mutata, quo tamen casu non aliud augmentum, quam florenorum (vt toties dixi) creditorem petere posse iudicarem, & eo casu omnes à Parisiensi propositas considerationes recipio.

61 Octauus casus esse potest in eodem † contractu emptionis quando vendita res est, & habita fides de pretio dilataque

solutio

solutio ad certum tempus pura intra annum, vel duos, & pendente termino solutioni præfixo pecunia mutata est? Quo quidem casu si certa nummorum quantitate conuentum sit nullam apud me res dubitationem habet quin iuxta communem opinionem illa certa species promissa vel illius valor, qui currit tempore solutionis debeatur, quamuis vltra conuentionem maiorem nummorum quantitatem venditor recipere videatur, pone enim mille aureos Italiæ prædium vel domũ venditã, quorũ valor tunc erat decẽ florenorum parui ponderis, vel trium librarum ducalium, postea tempore cadentis solutionis creuit aureus ad florenos duodecim, vel ad libras tres, & solidos quinque, non ne inspecta minori pecunia maiorem quantitatem recipiet florenorum, seu librarum debitor, quam ab initio pro certæ rei pretio conuentum sit? quæ ratio mouit doctissimos viros ad concludendum fauore debitoris, & idest quod in simplici casu emptionis voluit per multas rationes Parisiensis quæstione 93. Verum in praxi non erit à communi recedendum, cum & in temporarijs solutionibus tempus contractus inspiciatur, & ideo certa illa species siue minoris, siue maioris æstimationis solutionis tempore reperiatur illa soluenda est, & hanc opinionem in proprijs terminis sequuti sunt Riminald. sen. consil. 705. lib. 4. & D. Senator Sola casu 40. in tract. de monet. & hoc iure hodie vtimur; quia magis attendimus quid conuentum sit super qualitate solutionis, quam rerum mutationem, quæ non solent mutare obligationis causam: non tamen pro pecunia soluta debebitur augmentum, cum enim pro parte soluta dissoluta sit obligatio, & ita sublata, ac si nulla vnquam fuisset. l. penult. D. de solut. pars illa ex mutatione superueniente, nec augmentum recipere, neque diminutionem potest. l. pen. D. de reb. cred. atque ita per Senatum Sabaudiæ indicatum testatur Ant. Faber.

Sed difficultas est in hac hypothesi quando pretium est in moneta minuta præfixum, & aureus ad certam florenorum
62 quantitatem taxatus est, an † tunc si debitor in cuius facultate positum est soluere pecuniam grossam pro minuta, & aureos, vel ducatonos pro florenis tradere, possit deducere augmentum, Et si morosus fuerit debitor res non habet dubium ex receptissima conclusione, quod augmentum deducere

Digitized by Google

tere non poteſt, ſed ſi non ſit in mora videtur ſola in dicto caſu, & Surd. in conſil. 454. lib. 4. nume. 33. ad fauorem venditoris concludere, illo ſemper præſuppoſito quod valor monetæ ob deteriorationem minutæ monetæ fuerit variatus, quo caſu extrinſecæ mutationis ratio fauore creditoris habetur, pro quo videtur facere I.C. ratio in d.l. Paulus ne deteriorem pecuniam recipiendo damnum patiatur, quod etiam damnum ſentiret ſi minorem aureorum, vel groſsioris monetæ quantitatem ſolutionis tempore reciperet, quam recipiſſet ſi contractus tempore totam pecuniam emptor ſoluiſſet, & ſic non debet venditor ex beneficio, & gratia facta emptori pro dilatione totius pretij, vel partis illius damnum cõſequi. Contrariam tamen ego partem ab amico conſultus in facti contingentia dicebam eſſe veriorem, quia omiſsis illis rationibus, & auctoritatibus quas adduxi ſupra in quinto caſu, & in ſecundo exemplo, quæ omnes ad fauorem emptoris repeti poſſunt, nec non prætermiſsis ſubtiliſsimis Pariſienſis conſiderationibus, non eſt dubium, quod dilatio temporis ad ſoluendum eſt appoſita fauore emptoris, & non creditoris, ideo in gratiam, & fauorem illius introductum non debet in eiuſdem odium interpretari, inter cætera autem dilationis commoda illud eſt, vt ſi pecunia medio tempore creſcat per extrinſecam æſtimationem, ipſe augmentũ illud ab exteriore proueniens conſequatur, quia dominus ſemper pecuniæ eſt, & periculum in rè contingens ſuum erit, ſicuti & lucrum & damnum, atque periculum in rè empta contingens eius commodo, vel incommodo cedit, propterea modo monetæ quã ſoluit non ſit in effectu deterior in bonitate, ab eo quod erat tempore contractus, neque minorem florenorum, reorum in obligatione poſitorum quantitatem emptor quam ab initio conuentum fuerit, poterit ſoluere tam quam à conſuetudine in facultate ſoluendi habet florem currentem tempore cadentis ſolutionis, neque in ſolutione poterit venditor conquæri, qui proprio pacto prætendere poteſt, pro quo nulla dici poteſt nata actione, & petitione repellitur; & qui nihil ſuper illo actio ante tempus ſolutioni præfixũ, vt optime conſider conſ. 335. nu. 40 & 41.

Non obſtant conſiderationes contrariæ, quia pri

63 dicitur de variatione † ob monetæ deteriorationem ſi in moneta minuta contingat, dicitur illam deteriorationem nō attendi quando ſpecies in obligatione poſita non variatur, nec mutari poteſt illa æſtimatio pecuniæ, quæ non extat, vt alias diximus,& ponit Surd.d.conſ.335.lib.3 Secundo non attenditur quando floreni ſunt in obligatione poſiti, & ſic non militat iſto caſu ratio.l. Paulus. eò præſertim cū vt plurimum dilationis iſtæ non ſoleant dari, pro longo temporis ſpatio quo pendente conſiderabilis poſsit contingere variatio, niſi altera monetæ ſpecies cuderetur, quæ non currebat tempore contractus; neque ego ſoleo multi facere hanc rationem deteriorationis in minuta moneta, quæ non propter mutatam materiam intrinſecus, ſed propter diminutam longo vſu prætiofiorem qualitatem argenti, quæ in ea commiſcetur minus ponderoſa redditur, cum tamen eadem ſit in pretio, & in vſu approbata, atque expendibilis. Minus obſtat illa ratio quod minorem quantitatem aureorum, vel groſsioris monetæ non debeat recipere debitor; quia iſta ratio non militat quando eſt conuēta ſolutio in tot floremis, & magis fauendum eſt in relatione damni venditori, qui rem forte minus iuſto pretio, & neceſsitate ductus vendit, quam emptori qui lucrum conſequitur, qui duplex augmentum aliàs conſequeretur; vnum in pecunia, alterum in rè empta, quę iuxta monetæ augmentum, & ipſa augeri in æſtimo ſolet;& & ita vidi per præſtantiſsimos aduocatos in eadem cauſa alijs tamen rationibus conſultum; & nunc illius cauſæ iudicium expectatur.

64 Nonus caſus proponi poteſt inter locatorem, † & conductorem, ſuper quo multa ſcripſit ad eum caſum totam materiam huius tractationis referens Purpurat. in l. cum quid. num. 168. & ſeqq.D.ſi cert.petat.Curt.in tracta.de mon.q.3.& ſuper hac quæſtione conſultus reſpondit Aretin. conſil.112. aliàs 111.& in pulchro caſu Calcan.conſi.14. & pro Datiario in altero caſu reſpondit Bero.conſi.143.num.25.lib.1.Et hac in rè fructuum habendam eſſe rationem voluit Purpuratus ab eorumque pretio rem omnem deducendam cum illorum pretia monetarum variatoni;& æſtimationi correſpondeant. l.2.C.de vet.num.poteſta.l.1.D.de contrahen.empt.& aliqui cauſam mutationis hac in rè conſiderant, an ſcilicet per edi-

ctum Principis facta sit mutatio, & eo casu periculum sit locatoris, neque mutatio considerabilis sit l. Lucius. de euict. cum factum Principis inter casus fortuitos connumeretur, quorum periculũ locatori cedit, an verò ob aliam causam, & tunc procedant, quæ de extrinseca, atque intrinseca mutatione scribuntur, & iuxta casus contingentiam res ista resoluatur vno casu fauore conductoris altero fauore creditoris, vt in mutuo concluſimus. Veritas est in hoc negotio, vt qualitas obligationis ponderetur, si enim in auro, & moneta crasiori fuerit promissa mercedis solutio illa proculdubiò iuxta valorem currentem tempore solutionis, à tempore contractus regulato fieri debeat, quod si in florenis, vel alia minuta moneta aut in florenorum aureis tantum summam tempore taxationis non valentibus facta fuerit obligatio, tũc florenorum valor consideretur, nec totius extrinsecæ bonitatis commodum locatori cedat, sed in aliqua parte lucrum creditori spectet quod argenteæ monetæ conuenit, illa particulari ratione quam supra ex Purpurato ponderauimus, quia conductor ex fructibus rei conductæ, valoris, & augmenti monetarum vtile consequitur, qua vtilitate locator saltem pro ea parte, quæ pecuniæ augmentum respicit minime venit priuandus.

Ex qua resolutione, & altera simili quæstio, quæ vel locationem perpetuam, vel censum ex censuario contractu ad formam Bullæ concepto, vel ex liuellario instrumento descendentem, & promissum respiciat terminari potest, in quo
65 † de moneta currenti ad æstimationem antiquæ solutionem faciendam esse, vt in annua pensione, quæ tempus dispositionis respicit voluerunt Doctores in cap. quanto de iureiur. vbi Bellamer. nume. 13. versic. sed in annua pensione, glo. Cardinal. Vitalin. Imol. & alij in clemen. 2. de decim. Gigas de pension. quæst. 98. Abb. & alij in cap. cum olim. & c. cum canonicis. de censib. & in censibus qui à subditis dominis soluũtur Guid. Pap. quæst. 493. qui dicit ita seruari in Delphinatu, nisi deterioratio monetę culpa domini cui census soluitur cõtigisset, vt tradunt Zabarell. & alij in d. clemen. 2. & in d. cap. quanto. & in d. l. Paulus. Rub. consil. 17. in fin. Sola. casu 12. & 27. & in decr. antiqu. in decr. ex frequentibus. glo. 1. 4. par. nume. 71. & car. 26. col. 3. num. 1. Io. Aquila de mon. potesta.

par.

par.2.Theoremate primo in fi. Signorol. consil.74. Curt. iun. consil.24. Gail. obseru.73.libr.2. Bertrand.consil.261. nume. 7.libro.1. Purpurat. consil.522. libro.2. & in censu Principi debito latissimè Surd. consil.454. libr.4. Corn. consil.181. nume.70. & seqq. libr.2.Cæphal. consi.31. Calcan. consil.15. per totum. Natt. consil.302. Iuxta quam opinionem censuit Senatus 1590. 14. Decembris, & 1598.10. Aprilis, 1591.12. Nouembris, 1601.15.Nouembris,& 1602.26. Aprilis. Quãuis in censu Io. Gall. quæst.302. dicat contrarium, arresto Parisiensi definitum, & in hoc dubitent Curt. d. consil.24. Rub.d. consil.17. & consil.75. Grat. consil.12. numer.47. & 49. Gabr. consil.164. libr.1. qui ad consuetudinem confugiunt,de qua mox dicam, & attenta consuetudine idem placuisse Sabaudiæ supremo Senatui referat doctissimus Senator,& Ducatus Gebennensis Præses Ant. Faber in Codice Fabriano li. 8.ti.29. defini.30. qui qdē optima ratione mouetur ne in singulos annos calculatio contingat. & idem in vsuris decernit eadem ratione, vt multiplicatio litium euitetur definit.40. Et in censuarijs obligationibus ex pecunia soluta constitutis, quænam pecuniæ qualitas ab initio fuerit pro censu constitutione in contractu soluta, plurimum attendēdum arbitror,nec in eis potest habere locum,quod Aduocati quidam mecum de hac rè conferentes dicebant ex verbis Bullæ Pij Quinti nullum augmentum prætendi posse, quia decernit Pontifex,quod non possit pretium censui prę fixum augeri vel minui, & hic augeretur per augmentum monetæ, quorum consideratio confirmari potest ex traditis per Caballin. de vsur. quæst.90. & alijs seqq. & Borgnin. decis.30. numer.87. libr.3. qui voluerunt istud augmentum esse quid separatum, & diuisum ab ipsa summa: sed pace istorum dominorum, & tantorum patrum hoc falsum est cũ hoc augmentũ sit pars sortis, & sit ęs adherens pecunię,& ab ipsa inseparabilis;& ideo nõ obstãte ista rõne ét in cēsuarijs contractibus augmentũ deberi,iuxta partium verba pluries Senatus decreuit,& in puncto tenet Mastrillus.decis.7.

66 Idem dicendum † est in canone emphyteotico super quo scripserunt Ias. in l.2. nume.91. & ibi Alberic.C.de iur.emph. Crau.consil.831.Natt. d.consi.302. Purpur. consil.170. Corbul. de iur. emph, tit. de priuat. ob non solu. Canonem. Ampl.42.

Brun.de augmen.particu.7.in princ.Cæphal. conſ.31. per totum.Rub. d.conſ.75.Boſſ. de monet.nume.4. qui omnes licet variè loquantur in eo tamen videntur conuenire, vt temporis contractus fauore creditoris ratio habeatur, niſi qualitas obligationis,in minori moneta facta aliter ſuadeat, quorum opinio fortius obtineret, quando ſine augmento Canon ad quid modicum reduceretur, prout optimo Senatus noſtri iuditio determinatum fuiſſe refert D. Pater meus. deciſ.214. & deciſi. 226. & nouiſsimè iudicauit in cauſa Illuſtriſsimi D.Marchionis Carexij contra Communitatem illius loci. 1607. Quamuis in eo quidem anone empytheotico non ſemper monetarum augmentum deberi dicendum eſſet, cum illud magis ꝓ recognitione quadam directi dominij; quā pro iuſti redditus modo ſoluatur.

Cæterum in omnibus ſupraſcriptis tribus caſibus,conſue-
67 tudo ſolutionis multo tempore obſeruata†cuſtodienda erit, circa cuius ſolutionis præſcriptionem licet aliqui admodum dubitauerint in annis præſtationibus, in quibus pro non cadentibus penſionibus, non poterit dici decurſa præſcriptio per tex. vbi glo.& Doctor. in l.cum notiſsimi.§.in hijs etiam. C.de præſcript.30.vel 40.ann.Guid.Pap.queſt.406.cum duab. ſeqq. atque ob id dixerit Gail.d.obſeru.73.nume.2. non poſſe obijci creditori præſcriptionem, & id etiam voluerit Surd. in conſilio 220.lib.2.& in d.conſil.454.libr. 4. In contrarium tamen eſt magis communis opinio iuxta quam ſolet iudicare Senatus, & præſertim ,quando ſumus in dubio contractu, vteſt in contractu florenorum ſuper quo dicere poſſumus, conſuetudinem interpretatiuam ſubſequutam eſſe, vt conſuluit Laudenſ. conſilio 52. de quo conſilio ille in ſuo tracta. mentionem facit. nume.31.& Franciſc.Curt.in eodem tract. Collegium Papiæ pro Ciuitate Caſalis in conſilio edito poſt tractatum Alberti Bruni. plenè Gabriell.d. conſil.164. num. 13. & 14. Bertrand.dict.conſilio 261. nume.7. ſicuti præſcriptionem in ipſa qualitate monetæ aduerſus cenſuarios contractus induci poſſe reſcripſit Summus Pontifex.in d. ca. cum olim.de cenſibus,nec ad variationem medio tempore contingentem aliquo caſu reſpiciendum eſſe cenſuit Senatus in cauſa Bunei Aſtenſi me referente. de qua, & de hac re dixi ſupra concluſ.14.Bona tamē cautela eſt vt in auro fiant inſtrumenta.

menta, & reditus in eadem ſpecie calculentur, ſeu valorem currentem vt euitentur difficultates.

Decimus eſſe poteſt caſus in contractu dotis, ſiue de illa fa-
68 cienda ſit marito ſolutio, ſiue ab hæredibus † mariti reſtitutio, licet primum caſum ab altero ſeparare voluerit Pariſiēſis quæſt. 97. qui latè more ſuo, & ſubtiliter examinando; diſtinguit inter imminentem mutationem, & eam quæ perpetua fuit, vt primo caſu debeatur augmentum in ſecundo verò a debitore deducatur etiam quod obligatio ſit facta in aureorum ſumma confirmando Senatorum Burdegalenſiū ſententiam, quam retulit Boer. deciſ. 327. quos dicit iuſtè, ac ſanctè iudicaſſe. Et in hoc caſu Do. Senator Sola caſu 50. refert multas Doctorum opiniones, & ipſe nihil determinat, & in ſolutione dotis promiſſæ dubitat. Crau. conſi. 870. lib. 5. atque in reſtitutione pro mariti hæredibus concludit Peregrin. conſil. 13. lib. 3. qui conſuluit ad fauorem hęredum D. Pij de Obicis, contra Illuſtriſsimum D. AEneam Pium de Sabaudia æquitē ordinis Annunciatæ, & Patrem Illuſtriſsimi Cardinalis Pij, & in dote aliqui indifferenter voluerunt, fauore dotis augmentum omne deberi, quia Dos cum omni melioramento ſoluenda eſt, vt dicit Bald. in l. cum quid. & dilata ſolutio ad tempus promiſsionis trahitur. l. 1. C. de dot. promiſſ. Senatus tamen ita ſolet iudicare, vt ſi de ſolutione dotis ad tempus promiſſæ agatur, tunc tempus cadentis ſolutionis pro calculatione inſpiciatur, ſeruata tamen obligationis conuentione, ita vt ſi in auro promiſſa ſit, vel in certa ſpecie ſolutio, tunc omne augmentum debitor creditori ſoluat, quod in illa monetæ ſpecie contingit iuxta valorem currentem tempore obligationis, quod ſi in florenis facta ſit obligatio, vel ad ſcuta de flor. 8. vel nouem, ſi non ſit debitor in mora valor florenorum attendatur, vt dixi ſupra in quinto caſu; ſed ſi agatur de dotis reſtitutione ſoluto matrimonio facienda, tunc fauore dotis omne augmentum etiam auri debeatur, prout conſulendo tenuit Natt. conſilio 454. Bald. nouell. de dot. priuileg. 73. Boſſ. de monet. numero. 15. Socin. ſenior conſilio 298 libr. ſecundo. Corn. conſil. 287. nume. 18. & ſequentib. quem ſequitur Purpur. in d. l. cum quid. num. 163. Afflict. deci. 194. Ioan. Rainaud. de mon. nu. 8. Io. Aquila de mon poteſta, parte. 2. Theorema. atque ita cenſuit Senatus congregatis

clasibus 1601. vltima Februarij in causa Dominorum fratrum de Castaneis, & Illust. D. Senatoris Brocardi, in qua causa Domini antiquiores de solito iudicandi fidem faciebant; Sed in hac obligatione florenorū periculosā teneo resolutionem istam, sed florenorum tantum augmentum tribuerem, per ea, quæ in specie ista tradunt Parisien. & Peregr. & in florenis nostris Plot. cons. 18. Borgnin. decis. 30. num. 87. & decis. 26. num. 25. lib 3. satis enim est, quod fauore dotis detur augmentum monetæ in obligatione positæ, non autem augmentum auri, de quo non fuit in contractu cogitatum.

Ex quibus, & Senatum Burdegalensem, & Parisiensem, male iudicasse, atque scripsisse in specie illa conijcimus, quando solutio dotis, fuit in auro facta, vel promissa, si enim isto casu magis communiter Doctores cum illa transeunt opinione, vt aurei augmentum debeatur, id magis obtinere debet in dote, cuius causa fauorabilio est l. 1. de iur. dot. l. in ambiguis. de regu. iur. Non tamen fauore dotis induci posset, vt de meliori
69 † moneta fieret solutio, quam quæ matrimonij tempore recepta foret, vt optimè sensit Senatus Sabaudiæ, cuius definitionem refert Dom. Senator Ant. Faber in allegato. lib. 8. titu. 29. definit. 41.

Vndecimus proponi solet casus in depositō, quādo aliqua de causa, vel iudiciale, vel extraiudiciale pœnes aliquem fit depositum, cuius materia frequens, & ordinaria est; cuius qui
70 dem casus resolutio ex tripartita inspectione † descendit, vt bene aduertit Parisiensis. quæstio. 98. Primo quando depositū remanet in dominio, & periculo deponentis, vt in debitore morosō, & tunc vana est dubitatio, quia ille semper suam pecuniam retrahit, nec tertius cuius odio factum est depositum quicquam prætendere potest, sed tamen controuersia moueri poterit inter deponentem, & depositarium, si depositarius pecunia vsus fuerit, & illa ante relaxationem creuerit, & eo casu dicerem augmentum deberi illius speciei, quæ deposita est, vt dicam in sequenti quæstione. Secundo quando depositum est factum eo modo, vt depositarius posit vti pecunia, & transit in mutuum. l. certi condictio. in fi. cum l. seq. D. si certum peta. Et tunc distinguendum est, quod vel pecunia fuit in sacculo deposita, vel in certa specie numerata, & tunc quia eadem species per depositarium est restituenda,

clarum

clarum est, quod si deficiat illa species depositarius tenebitur valorem illius representare cum omni augmento, iuxta valorem currentem tempore relaxationis, & si decreuisset illa pecunia, per edictum, vel alio modo, adhuc teneretur, vel pecuniam eandem representare, vel omne detrimentum soluere, quia astrictus est semper eadem corpora, vel similia tenere parata, sed liberabitur depositarius, qui reprobam pecuniã depositam representat, licet ab initio non esset reprobata. l. Innaue. D. loca. sed si non constat de specie certa, & depositarius vsus fuit pecunia, virtute facultatis sibi conceſſæ, prout est quando pœnes mercatorem, vel campsorem pecunia deponitur, tunc Parisiensis vult idem esse, quod in mutuo, & sicut in mutuo noluit debitorem obligatum esse ad augmentum, ita nec depositarium teneri ad augmentum; sed in hoc vir alioquin doctissimus fallitur, quia & hoc casu (sicut & in mutuo concluſimus) iuxta speciem pecuniæ, vel nummorũ qualitatem in depositio nominatam depositarius pecuniæ augmentum præstare tenebitur, prout voluit Abb. in d. c. quanto. de iureiur. Bart. in d. l. Paulus, & alij magis communiter. Brun. de augmen. in 2. præsuppos. in princ. Sola casu 13. Et si non cõstaret de certa pecuniæ specie, sed depositum esset factum in auro argento, & minuta moneta, & vsus fuisset depositarius pecuniæ de partium consensu teneretur soluere ex solito Senatus arbitrio tertiam partem in auro tertiam in argento, & tertiam in moneta cum augmento, & ita iudicatum fuit me Referẽte, & nemine discrepante in causa D. Auditoris Camere Pipini contra Piorium 1608. 23. Iunij. Quinimo si depositarius vsus esset depositio inuito deponente, posset contra eũ etiam pro interesse iurari in litem, & transit in mutuum cum omnibus suis qualitatibus, vt per Castren in l. Lucius. 1. & in l. si saeculum. D. depos. Quamuis regulatiter pro augmento pecuniæ nullum soleat dari iuramentum in litem. Tertio videdum est, quando depositum factum fuit per debitorem in odium creditoris, qui recusat recipere pecuniam, si interim de posita moneta decrescat, vel augeatur cuius periculo contingat mutatio, & cuius lucro an debitoris, an vero creditoris & in hac quæstione licet multa dixerit Parisiẽsis, ego arbitror rem esse claram, vel omnium peritorum iudicio, vt augmentum cedat lucro illius, cuius fauore per iudicem ordinatur

relaxatio, decrementum verò vel edicto Principis, vel aliam ob cauſam contingens, illius periculo contigiſſe decernendum eſt, qui in cauſa ſuccubuerit, cum illo caſu quo non habita ratione depoſiti debitor condemnatur depoſitum pro nullo habeatur, & ſi ex altera parte fauore debitoris depoſitum tanquam legitimum fuerit creditori relaxatur, tempus depoſiti erit inſpiciendum, nec tenebitur debitor ſupplere. Magna autem eſſe poterit controuerſia, quando debitor notitiam habens edicti per qnod reprobari debet, vel minui moneta, ignorante id creditore interpellat creditorem, vt pecuniam recipiat aliàs deponit iudicialiter, an ſequuto edicto periculum ſit creditoris, & dicerem data ſcientia debitoris, & aliqua fraude reſultante periculum eſſe debitoris: vide tamen quæ latè ſuper hac quæſtione ſcribit Vincent. Caroc. deciſ. 63. per totam.

Hæc ad materiam contractuum vtiliora mihi viſa ſunt, quæ vti in forenſi paleſtra frequentiora in medium proponerentur, ex quibus, & multæ reſoluentur quæſtiones in alijs caſibus contingentes. Supereſt nunc vt breuiori methodo de tribus alijs capitibus ab initio propoſitis diſſeramus, nempè de vltimis voluntatibus, de ſtatutis, & iudicijs. Et primo circa

71 vltimas † voluntates vnica proponi ſolet quæſtio in materia augmenti cuius temporis ratio haberi debeat, an conditi teſtamenti, an mortis teſtatoris, an verò cadentis ſolutionis, ſi vel annua penſione legata, vel dilatione à teſtatore tradita, ad certum tempus ſolutio fuerit deſtinata. Et in hac diſputatione ſicut, & in cæteris aliqua eſt inter Doctores diuerſitas, prout in ipſo Oldrado notauit Pariſien. quæſt. 99. vt colligitur in ſuis conſilijs 13. 31. & 168. qui tamen loquitur in diuerſis caſibus. Nam aliqui voluerunt attendi tempus ſolutionis cadentis, quod eſſe regulariter ſolet tempore mortis teſtatoris, quaſi quod illud tempus reſpexerit teſtator in legato, idque præſertim, quando ad certum tempus fuit deſtinata ſolutio, cum dilatio fauorem debitoris reſpiciat, & hæredis, cuius lucro omne augmentum ſuperueniens cedere deberet, vt dicebamus in caſu venditionis ſupra caſu octauo. & ita videtur voluiſſe Capra in conſil. 29. num. 9. Alij teſtamenti caſum cum contractu parificant, vt Ioan. de Imol. in c. quanto. num. 18. in fin. Bald. conſil. pen. lib. 1. Mileus in repertorio in verbo

pecunia,

pecunia, qui reprobat Oldradum. tenentem ſolutionem eſſe faciendam iuxta valorem currentem tempore teſtamenti, in dicto conſil. 31. cuius conſilium ad verbum refert Socin. ſen. conſil. 6. lib. 1. & Oldradum ſimiliter reprehendit Roman. in conſil. 123. num. 1. per tex. in l. cùm certum. D. de aur. & argen. lega. & iſtorum opinione attenta, ea quæ in contractib. dicta ſunt iuxta caſuum diuerſitatem circa ſpecies monetarum hic repetenda eſſent; Alij diſtinxerunt inter legata particularia, & vniuerſalia, vt in primis inſpiciatur tempus mortis teſtatoris, in ſecundis tempus conditi teſtamenti, ita Ioan. Aquila in tracta. de monetar. poteſta. par. 2. Theorema. 2. Inferendo, quod ſi maritus legauerit vxori florenos centum in teſtamento inde diu ſuperuixerit, legatum ſit ſoluendum, iuxta valorem antiquæ monetæ, cum qua etiam diſtinctione videtur tranſire Rebuff. in l. 2. nu. 3. C. de vet. nummiſmat. poteſt. Communis tamen, & receptior illa videtur eſſe ſententia, vt tempus teſtamenti ſit inſpiciendum, ita vt augmentum, quod a tempore teſtamenti ad tempus ſolutiõnis decurrit cedat commodo legatarij, vel hæredis particularis, & cum iſta opinione tranſeunt Oldrad. & Soc. Abb. in d. ca. quanto. nume. 13. & ibi Bald. num. 100. & conſil. pen. lib. 1. illa ratione, quia attendatur ſemper cuiuſlibet rei principium, & prima origo. Alb. in d. l. cum quid num. 14. Iaſ. ibidem num. 28. Brun. particu. 9. Io. Saiſon. in conſuetud. Turonen. titu 36. art. primo. colum. 4. verſic. Sed pone Natt. conſ. 156. & 454. Gabriell. conſ 36. Myſinger. centur. 4. obſer prima. Boer. deciſ. 327. num. 3. & 13. D. Pater meus deciſ. 174. Surd. conſil. 454. lib. 4. dicens alios male loqui, & ita omnes tenere dicit Lauden. de monet. numer. 37. Curt. num. 16. & 17. qui omnes mouentur per tex in l. vxorem § teſtamento. de lega. 3. qui tamen parum ad rem facit, & mihi placet hæc communis quæ tutior eſt, & cum illa ſine difficultate tranſiuit Senatus in cauſa Nitienſi Taoni 1601. 7. Septembris. Referente Domin. Senatore Brocardo, & eandem opinionem Senatus Sabaudiæ præiudicio confirmatam refert Doctiſsimus Anton. Faber Sabaudien. Senatus collega, & Neciaci Auditorij Præſes in ſuo nouiter edito Codice Fabriano libro octauo. titul. 29. definitio. 15. & 44. Nec ab iſta opinione mihi videtur recedere Capra in dicto conſilio 29. qui licet tempus ſolutionis dicat attendendum,

hoc

hoc eſt intelligẽdum, vt fauore legatarij augmentum debeatur iuxta valorem currentem tempore ſolutionis, vt diximus
72 ſupra concluſ. 10. in eo tamen † lapſum arbitror Capram dum voluit legatis florenis in genere intelligi de florenis auri, qa in hoc mos regionis, & cõis loquendi vſus eſt attendendus, & in patria noſtra intelligetur de minimis, prout & in dubio de tali ſumma intelligitur diſpoſitum, vt dixi. concluſ. 2. verſi. Quo verò ad monetas. Alba. conſ. 6. num. 1. fi. D. de aur. &
73 argen lega. Et tenendo hanc partem reſpondetur † ad tex. in d. l. cum certum, quem adducit Roman. quod ille loquitur de maſſa argenti legata, cuius æſtimatio facienda eſt iuxta tempus ſolutionis, ſed aliud eſt in pecunia, quæ conſideratur, & recipit æſtimationem à verbis teſtatoris, qui tempus præſens non futurum cogitauit, & Oldradum poſtea legendo ſequutus fuit idem Roman. in d. l. cum quid. num. 20. crederem tamen quod ſi teſtator poſuiſſet tempus ſolutionis illud eſſet attendendum, iuxta valorem currentem illius monetæ ſi in vſu reperiretur, quia eò ſolum tempore ad effectum deducitur diſpoſitio, & effectus conſideratur, vt etiam minus grauetur hæres. Et ſi moneta quæ currebat tempore teſtamenti ſit reprobata, hæres ſoluet de moneta noua ad æſtimationem antiquæ. Alber. in l. vinum. nu. 16. D. ſi cert. pet. ne legatum ſit inutile.

Secundo quæritur quid dicendum in ſtatutis, edictis, con-
74 ſtitutionibus, legibus, & decretis † ciuitatum, vel Principum, an pro augmento ſit attendendum tempus edicti, vel legis municipalis, an verò tempus illud in quo virtute edicti competit ſolutio, vel Principi in pœnam alicuius delicti, vel priuato ex conceſſione, aut declaratione Principis applicanda, vt de primo caſu ſunt omnia ſtatuta, & edicta pœnalia, per quæ pœna pecuniaria delinquentibus ſtatuitur, de ſecundo eſt caſus in clem. 2. de decim. vbi pro decima Summus Pontifex declarauit certam ſummam deberi; In qua quæſtione irreſolutus tranſit Roman. in l. cum quid. nume. 20. ſi cert. pet. quamuis in conſ. 123. ſtatuta caſum cum reſcripto, & teſtamento parificauerit. Et Bal. in l. 2. C. commun. de lega. & in l. ſi tibi pecuniam. D. ſi cert. pet. & in l. illud in fi. D. de iacroſ. eccleſ. tenet quod inſpiciatur tempus ſtatuti, & ſoluatur de moneta currenti ad valorem antiquæ, quia lex eſt vniformis

omni

omni tempore, & semper loquitur, & hanc opinionem sequuntur Iaſ. in d. l. cum quid num. 29. Brun. de augm. particu. 12. Abb. in c. quanto. num. 14. de iureiu. qui etiam consulẽdo multis rationibus, & argumentis hanc opinionem deffendit. cons. 65. lib. 2. Ioann. Saison. in consuetudin. Turonen. tit. 36. de crimin. Art. 1. colum. 4. Ita vt in solutionibus fiat solutio de moneta currenti, sed cum omni augmento, veluti si statutum dicat quod ludens cartis, vel taxilis soluat libras centum, quæ libræ tempore edicti valebant tantum floren. duos monetæ Sabaudiæ, vel albos quinque, vt valebant antiquitus, & nunc valent floren. quatuor, vel albos septem nostræ monetæ Pedemontanæ teneatur delinquens soluere fisco libras centum, non iuxta valorem antiquæ monetæ ad flor. duos, sed soluat de moneta currenti florenos quatuor, vel albos septem pro singula libra, & iuxta istud exemplum intelligo opinionem istorum Doctorum, qui voluerunt attendi tempus legis, quod maximè obtinebit quando, vel illa moneta amplius non reperitur, vel si solueretur iuxta valorem currentẽ simpliciter ad quid minimum reduceretur. Ita in Gabellis, taxu ordinario, & similibus, quæ soluuntur Principi per antiquam status conuentionem augmentum deberi scripsit D. Pater meus. decis. 214. cuius dicta reassumendo latissimè cõprobat Surd. cons. 454 lib. 4.

75 Contrarium † quod attendi debeat tempus solutionis, vt de moneta currenti fiat solutio sine vllo augmento tenuerunt Specul. in titul. de obligat. & solut. § nunc aliqua. Henric. & Bellamer. in dicto cap. quanto. & ibi Ioann. de Imol. num. 18. in fin. quia sit inspiciendum tempus ortæ obligationis, quæ non nascitur in delictis, nisi tempore delicti, & in alijs tempore quo solutio facienda est, præsertim quando sumus in pœnalibus in quibus statutum est odiosum, & strictam debet habere interpretationem. Ancharan. in clemen. si beneficiorum. Butr. in dicto cap. quanto. nume. 12. versic. hæc procedunt. Sola. casu. 10. num. 9. Aretin. in l. quod te. num. 4. in fin. si cert. petat. præsertim quando prior moneta non reperitur: Curt. de monet. num. 19. dicens ita communiter teneri, & pro ista parte consuluit Socin. iun. consil. 145. in fin. lib. 1. qui dicit esse diuersitatem à contractu ad legem, quia lex semper loquitur, & quando venit casus, de quo lex disponit, vel in

delictis,

delictis, vel in alijs, ille casus est nouus quo ad eum qui soluere debet, ideo lex noua dicitur, & debet comprehendere tempus præsens, cum omnibus suis qualitatibus. Roman. cõsi. 123. in primo dub Corn. cons. 287. num. 22. libr. 1. Bald. consi. penult. lib. primo. Mil. in repertor. in verbo pecunia. Masuer. ad Papien. in verbo Relaxandum addit. prima. post Misinger. singular. obseru. centur. 4. obseru. 16. ex quibus videtur hanc esse communiorem Doctorum sententiã pro qua innumeros allegat. Surd. cons. 335. nu. 16. & 17. lib. 3. vbi pro debitore in edicto concludit.

76 Inter istas contrarias † opiniones distinctionem cogitat Laudens. in tract. de monet. nume. 17. quod vel sumus in casu solemnitatis à lege, vel statuto decreta, vt potest esse exẽplum in insinuatione, & attendatur tempus legis in valore æstimando, aut sumus in casu legis de solutione loquẽtis, & tunc attendatur tempus solutionis, quasi tunc oriatur obligatio, & videtur sequi Curt. iun. d. nume. 19. verum ista differentia non est admittenda, quia eadem legis vis, ac potestas est in vtroque casu, & in casu insinuationis ideo augmẽtum datur, quia de auro lex loquitur. Sed breuibus rem perstringendo prior opinio erit obseruanda quando de certa monetæ specie statutum, vel edictum loquitur etiam in pęnalibus, & hoc iure hodie vtimur in pęnis fiscalibus, & in solutionibus sportularum, & emolumentorum Cancellariæ,

77 & propterea interrogatus aliquando dicebam † non fuisse iniustè à Principe nostro reductam solutionem taxus, quæ prius erat ordinata de floren. nouem ad scuta auri, quia tempore impositionis illi flor. nouem valebant aureum; Neque mouet cõis opinio, quia multi qui dixerunt attendi tẽpus solutionis ab ista non recedunt sententia, quia si fiat solutio antiquæ monetæ per nouam iuxta valorem currentem tempore solutionis, vtique solutio fiet cum augmento, quod si certa species non sit posita, sed verba indefinitè prolata reperiantur, tunc consuetudo solutionum erit attendenda præsertim in moneta imaginaria, & quæ tempore solutionis non reperitur, per ea quæ diximus supra concluf. 13. & casu. 9. versic. cæterum. ad quam consuetudinem se restrinxerunt Collegij Papien. Doctores in cons. pro Communitate Casalis edito, & post tractatum Bruni impressum, & Gabriell. consil.

164.

Digitized by Google

164. libr. 1. Et quamuis hanc consuetudinem non esse attendendam dicat Surd. dicto consil. 454. illud procedit in censu Principi debito contra quem non præscribitur attenta præsertim forma obligationis, secus in alijs. Et quo ad Principes frustratorium erit de hac rè disputare.

78 Et ex istis resoluitur quæstio de† salario officialibus debito, in quo licet ab antiquo in patria nostra fuerit per constitutiones Serenissimi quondam Eman. Filiberti statuta certa summa in tot libris, & librę creuerint, tamē per Thesaurarios non fit solutio, nisi iuxta antiquum valorem de currenti moneta; & hanc consuetudinem in hoc casu attendendam dicit Bald. in consil. penult. & seq. lib. 1. Quamuis hodie ego iustum esse dicerem, vt per Serenis. Dominum aliquid vltra antiquam taxam ratione augmenti solueretur, quia à tēpore constitutionis stipendij, vsq; in p̄sens rerū prætia propter pecuniæ augmentum, ita creuerunt, vt illa taxa, in qua status rerum tunc temporis consideratus fuit, non sit sufficiens ad solutionem ordinatam. Sed super hoc non erit contendendū, quia propter obseruantiam, videtur conuentum de antiquo salario. vt idem Bald. tradit consi. 269. lib. 2. vbi consuluit pro Marchione Montisferrati, & in consil. penult. lib. 1. fundat se super ratione, æqualitatis, quia sicuti officialis non vellet decrementū pati si pecunia minueretur, ita nec augmentum p̄tendere potest, & hæc remittenda sunt Serenissimi Domini nostri libero arbitrio, & voluntati.

Vltimo quæritur circa actus iudiciales quid dicendum, in
79 sententia siue illa sit arbitratoris † vel iudicis. Et Oldrad. in consil. 15. vult augmentum deberi habita ratione ad tempus sententiæ, cuius opinionem sequuntur. Abb. in cap. quanto. nume. 13. de iureiuran. Roman. in l. cum quid. nume. 20. Curt. de monet. num. 19. in fin. Brun. particul. 10. Ioan. Aquila. de monet. par. secunda. Theorema. 6. Cravet. consil. 887. nume. 1. lib. 5. Ioan. Saison. in consuetud. Turon. titu. 36. artic. 1. Et hęc opinio est tenenda, per textum in clemen. 2. de decim. & in c. cum canonicis. de censibus, super quibus capitibus videndi Roman. dict. consil. 123. & Geminian. consil. 137. qui videntur in declaratione Pontificis aliter decidere, quos sequitur Parisiē sis, huius tractatus. quæst. vlt. Et cōfirmo illa ratione, quia post sententiam condemnatus, qui non soluit semper dicitur

in

in mora,& à moroſo debitore omne augmentum præſtrai debet,vt dixi concluſione nona. Quid autem dicendum circa litis expenſas vide D. Ant. Fabri in ſuo Codice Fabriano lib.8. tit.29.definit.43.

Et ex iſtis ſit impoſitus finis huic tractatui ad laudem DEI, ac Beatæ Virginis, Sanctorumq; tutelarium Antonij, & Catherinæ, quibus honor, & gloria in ſęcula ſæculorum. Amen. In villa noſtra Theſauriæ familiæ otijs,à me conſtructa, & parata 1607. Idibus Auguſti.

FINIS.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

HABES (*humaniſſime lector*) *breuem quidem, ſed perfectum tractatum augmenti, ac variationis monetarum. In quo non Horatianus vrceus, ex inſtituta exijt amphora, ſed contrarium præter exiſtimationem mihi contigit; Si quidem primo quæſtionum forenſium volumine abſoluto, dum ſecundo manum adhibuiſſem, quotidianas in hac materia controuerſias vno capite perſtringere cupiens: ſubiecti qualitate, & elegantia factum eſt; vt non ante me cæpto labori ſubduxerim, quàm ſcripta hæc ab exiguis adnotationibus, ad integrum librum creuiſſe cognouerim. Illud igitur qualecunque ſit benigniter accipe: & ſi quid in eo minus comptum, aut concinnatum apparebit, ſcias me docẽdi potius vtilitatem, quam dicendi ſuauitatem proſequutum, ſi quid autem aut opportunum, aut proficuum iudicabitur, illud cælecti auctori, à quo bona cuncta procedunt libenter adſcribas rogo. Vale.*

Inquiſ. Taurinen. Offi. non impedit huius tractatus impreſſionem. Die 12. Octobris 1607.

Imprimatur Prouana.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTONII FABRI
I. C. SEBVSIANI,
SABAVDI SENATORIS,
Et in Gebennenſis Ducatus Auditorio
Præſidis.

TRACTATVS DE VARIIS NVMMARIORVM debitorum ſolutionibus.

In quatuor, & viginti ſumma capita diſtributus.

ADVERSVS INCERTI AVTHORIS QVÆSTIONES

Ex Forenſium autoris Diſputationum libris.

DE VARIA NVMMORVM ÆSTIMATIONE CAP. I.

POteſt aureus nummus, vt alia quælibet pecunia, ſiue aurea, ſiue argentea, ſiue ærea triplicem habere æſtimationem, Iuſtam vnam quæ ipſius materię ponderi & valori intrinſeco apud omnes gentes recepto reſpondeat, quæque non niſi aucta vel imminuta materia in bonitate aut pondere, vel augeri poſſit vel imminui, Iniuſtam alteram quæ ex contrario vel ponderi vel valori intrinſeco materiæ non reſpondeat, quam æſtimationem extrinſecam appellamus, ſiue pluris æſtimetur aureus quàm quanti re vera eſt, ſiue minus, & ſiue Principis aut Reipulicæ edicto ſtatuta ſit ea æſtimatio, vt plærumque fit, ſiue, vt hodie, vel auri penuria vel commerciorum abuſus exceſſum aut defectum iuſtę æſtimationis induxerit. Ideòque iniuſtam dicimus, quòd quæ iuſta eſt, certa quoque eſt & perpetua l. nummis 3. de in lit. iur. eiuſdèmque apud omnes & vbique poteſtatis l. 3. D. de eo quod cert. loc. l. 1. D. de contr. empt. Hæc autem vt plurimùm incerta apud eos etiam à quibus recepta eſt, quæque pro legiſlatoris arbitrio in dies mutatur, vtpote quæ certo principio & fundamento nõ nitatur, cùm valoris iuſti fundamentum ſit ipſius materiæ pondus valòrq; intrinſecus, ob eãq; cãm nec ꝓpetua eſſe pót. Quãuis nihil vetet iuſtã quoq; eã eſſe, ſi iuſtitiam & æquitaté ex populi vtilitate non ex ipſa materia metiaris, vt legiſlator bonus facere ſolet. Expedit enim

Digitized by Google

aliquando Reipublicę vt aureorum ęstimatio suprà quàm quòd iustum sit augeatur, vel ne aurum cuius fortasse laboret penuria in alias prouincias tam facile transportetur quod in Gallia vbi nullę amplius sunt auri vel argenti fodinæ sæpiùs factum fuisse constat, vel vt in summa ærarij egestate necessarijs belli sumptibus subueniatur, quomodo Romanos bello Punico bis vsurpasse refert Plin. lib. 33. cap. 3. Bud. lib. 5. De asse. Tertia æstimati aurei species conuentionalis est, quæ non tam ponderis aut materiæ valoris siue intrinseci siue extrinseci, quàm conuentionis à cotrahentib. initæ rõnẽ habet, atq; idcirco cõuentionalis dicitur, eòque respectu fieri non potest qui sit etiam iusta. Quid enim iustius quàm pacta seruari l. 1. de pact. l. 1. de constit. pecun. & in conuentionum interpretationibus id potissimùm inspici quod actum est l. semper in stipulationib. 34. de regul. iur. Præsertim si de ineunda rei debitæ æstimatione tractetur. Neque enim aut vendere aut aliter contrahere quisquam cogitur, si precium displiceat, sicut nec si mensura l. Imperatores 71. D. de contr. empt. l. arbitrio 18. §. de eo D. de dolo. Æstimandi verò aurei conuentione partium ratio illa est vt aduersus incertæ illius æstmationis extrinsecæ periculum vtrique contrahentium mutuo communique remedio consulatur. Siue enim crescat posteà siue decrescat aurei in eadem bonitate intrinseca manentis æstimatio, id semper obseruabimus, vt ad eam æstimationem præstetur, quæ partium volũtate constituta sit. Idq; nimirum est quod efficit vt conuentionalis huiusmodi æstimatio semper & vbiq. iusta censeatur, nempe quòd ab ea quæ apud omnes gentes certa sit & perpetua quam non malè intrinsecam possis dicere minus defectat. & hoc saltem cum illa commune habeat quòd certa quoq; sit & quod ad ipsos contrahentes attinet æquè perpetua. Comparatione scilicet æstimationis extrinsecæ quæ vt diximus, non alijs regulis continetur quàm quas aut legislatoris voluntas perfæpe temeraria, aut vsus publicus pro temporum necessitate vel licentia inuexerit. Nam si nunquam à iusta æstimatione recedere legislatori liceret, multò minus vtique permittendum esset singulis, vt priuata pactione publicam iuris formam peruerterent l. 7. §. & generaliter. l. ius publicum 38. D. de pac. l. Neratius 20. de relig. & sumpt. funer. l. quod bonis 15. §. D. ad leg. falc. Priuatorum siquidem cautio legum authoritate cenſeri non potest l. vl. D. de suis & legit. ob idque nec legibus derogare nec quicquam facere quod ipsi legislatori non liceat. Itaq. vel hoc ipso fauorabilis est conuentionalis æstimatio, quòd veluti ad prima sua initia rem reducat, id est ad generalem illam certàmque pecuniæ æstimationem, quasi ita formę suæ reddi pecunia videatur l. si vnus 27. §. pactus ne peteret in fin. D. de pact. facit non malè l. vlt. C. de veter. nummism. potest. libro. 11.

Ad primam æstimationis speciem illud pertinet, quod Paulus scribit in d. l. 1. D. de contr. emp. Olim, inquit, non ita erat nummus nec aliud merx, aliud precium vocabatur, sed vnusquisq. secundum necessitatem rerum ac temporum vtilibus inutilia permutabat, quando plerunque euenit vt quod alteri supersit alteri desit. Sed quia non semper

Digitized by Google

ſemper aut facilè concurrebat, vt cùm tu haberes quod ego deſiderarem, inuicem haberem quod tu accipere velles, electa materia eſt cuius publica & perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis ſubueniret. Eaque materia forma publica percuſſa vſum dominiùmque non tam ex ſubſtantia præbet, quàm ex quãtitate. Nec diſſimile eſt quod in eandem ſententiam, ſed apertiùs tamen & accommodatiùs ſcribit Ariſtot. lib. 1. Polit. cap. 6. Nam cùm, inquit ille, neceſſaria quæque non facilè poſſent vltrò citròque comportari, publico gentium conſenſu conſtitutum eſt ad permutationes faciendas vt tale quiddam inter ſe darent, & acciperent, quod cùm eſſet ipſum ex genere rerum accommodatarum ad vſum vitæ, facilè tractari poſſet cuiuſmodi eſt ferrum, argentum, & ſi quid aliud eius generis habetur. Quod initio magnitudine ac pondere ſimpliciter erat definitum, poſtremò etiam charactere fuit percuſſum, vt homines liberi eſſent à ſolicitudine examinandi. Nam charactere quantitas nummi ſignificatur. Hæc ille. Ex quibus apparet nummi originem ex permutationum neceſſitate fluxiſſe, cùm neque ſine mutuis rerum neceſſariarum permutationibus ſtare humana ſocietas poſſet, nec facilis aut commodus eſſe permutationum vſus abſque pecunia. Ob idque dicendam conſtitutionem hanc iuris gentium non quòd eam gentes omnes vno eodemque tempore induxerint (quid enim eſſe poteſt adeò gentibus omnibus vtile quod non populus aliquis primùm in ſui vtilitatem commentus ſit?) ſed quòd eam ab aliquibus primùm inductam cæteræ gentes omnes tacito omnium conſenſu ad probauerint, nec ciuili aliqua ratione (quomodo pleraque alia quæ ideò iuris ciuilis dicuntur licet apud gentes omnes perinde obtineant, puta, teſtamentum, ſtipulatio, & ſi qua alia ſunt eiuſmodi l. 3. D. qui teſtam. facer. poſſ. l. verbis legis 120. de verb. ſignif. §. de cõſtituta Inſt. de actio.) ſed naturali & gentibus omnibus perinde communi, id eſt propter permutationum neceſſitates & difficultates. Apparet etiam, cur pecuniæ materia ex auro, argento, ferro & ſimilibus metallis electa ſit, potiùs quàm ex alia re cuius adeptio poſſit eſſe facilior & promptior. Nempe duplici ratione, quia talem materiam eligi neceſſe fuit, & quæ eſſet ex genere rerum ad vſum vitæ accommodatarum, & quæ facilè tractari poſſet, hoc eſt, quæ tractando non contereretur & conſumeretur, quam in rem viſa ſunt metalla omnium accommodatiſſima. Poſteà tamen conſtitutum eſt vt non niſi ex auro, vel ex argento, vel ex ære conflari poſſit pecunia l. 2. §. deinde cum eſſet de orig. iur. l. lege Cornelia 9. verſ. eadem lege de falſ. vbi prohibetur cõmercium nummorum florenorum, & plumbeorum Pariſ. quæſt. 100. num. 767. facit. §. 1. Inſtit. quib. mod. re contr. oblig. ibi ære, argento, auro. Tertiò obſeruandum eſt, materiam illam fuiſſe initio magnitudine, ac pondere ſimpliciter definitam, Magnitudine, quia cùm metallorum alia ſint aliis præſtantiora, & preciofiora, vt aurum argento, argentum ferro, non potuit omnium vna eademque ratio conſtitui, nec rurſus eorum æſtimatio niſi magnitudine diſcerni, quò enim vilius metallum eſt, tantò plus metalli dandum eſt, vt bonitatis modicitas materiæ magnitudine

compenſetur quod & hodie in monetis omnibus vſuuenire cernimus. Pondere,quoniam ſi ſola magnitudo ſpectaretur , magna fraudibus fenestra patefieret , nihilque eſſet facilius quàm deterioris metalli aut alterius materiæ permixtione eandem conflare magnitudinem , niſi ponderis potiſſimùm ratio haberetur.Nam & hodie aureos plæroſque videas forma exteriore & magnitudi ne præſtantiores cæteris , nec tamen maioris æſtimationis , ſed eò minoris quòd minus habent auri ſolidi.In quo dignoſcendo nihil æquè ac pondus prodeſt , l.2. C. de ponde.& aur.illat.lib.10.tit.71. propterea quòd aurum cæteris metallis omnibus & ſolidius ſit , & conſequenter grauius. Quòd ſi quis curioſiùs inquirat Cur aurum argento præſtantius exiſtimetur , & argentum ferro , tacebo quod Plinius & alij plærique ſcripſerunt de auri præſtantia , pulchritudine, ſoliditate , adeoque vſu naturali ad vitæ commoda,ac cætera eiuſmodi quæ in auro quidem non malè dicerentur , ſed non eadem proportione in alijs metallis. Illud vnum dicam, quod probabilius videtur,in diſtinguendis metallorum æſtimationibus antiquas illas gentes inſpexiſſe præcipuè quænam ex ijs frequētiora eſſent , quænam verò rariora. Perpetuò enim & ad hæc vſque noſtra tempora ita obſeruatū eſt , vt quo quid rarius eò precioſius eſſe exiſtimetur,ſi modò alicuius ſit vtilitatis, licet nō tantę quantę aliud quid, quod ſit frequentius , idque ratio ipſa naturalis dictat. Vnde ſit etiam hodie , vt cùm apud nos nihil ſit auro precioſius , ijs tamen locis in quibus tot ſunt aurifodinæ quot apud Indos eſſe dicuntur , ſit longè vilius , adeòque , vt ita dicam , neglectum vt qui ex noſtratibus ad eos comeant , ſi vel ex ferramentis noſtris abiectiſſima quæque permutent,tantundem viciſſim ponderis auri accipiant, nempè , quòd illis mercibus ipſi careant quibus nos maximè abundamus. At nemo eſt qui neſciat inter metalla omnia minorem eſſe auri copiam,poſt aurum,argenti,poſt argentum æris,ſicque de cæteris,inſpecto ſcilicet non quod in hac,aut in illa prouincia, ſed magis communiter apud omnes gentes obtinet. Frequentiores enim ſunt ferri quàm æris, & æris, qua argenti,ité argēti,quàm auri fodinæ ſi totius orbis fodinas conſideres.Nam cum publico gentium omnium conſenſu,vt ait Ariſt. nummi vſus introductus ſit ad permutationes rerum vtro citroque comportandarum faciendas , conſequens fuit vt in æſtimando eo ex quacunque tandem conſtaret materia non vnius , aut alterius gentis , ſed omniū ſimul voluntas,& vtilitas ſpectaretur . Et hinc fortaſſe illud etiam factum eſt , vt ineunda huiuſmodi æſtimatione ſeruata ſit proportio aliqua auri ad argentum , argenti ad æs , æris ad ferrum , & ſic de cæteris. Nimirum,vt quemadmodum aurum argento precioſius eſt , quia rarius, ita tanto precioſius habitum ſit quanto rarius , & argentum ære , & æs ferro . Et ſi autem qualis quantaque fuerit primis temporibus hæc proportio ſciri nō poteſt, quia non tam à natura profecta ſit quàm ab hominum voluntate,& vt loquitur Ariſt.ibid.& ſ. Eth.cap.5.à lege,vnde νόμισμα à Græcis appellatur , aliquam tamen fuiſſe proportionem dubitandum non eſt , alioqui nihil interfuiſſet an aurum,vel argentum,vel ferrum aut cuius magnitudinis, vel ponderis permu-

permutaretur. Nec etiam dubito, quin pro temporum, & locorum varietate immutata plerumque sit hæc proportio, prout aliquando maior aliquando minor suppetit auri, vel argenti copia, aut grauior conquirendi vrsit necessitas, aut ex qua alia iusta causa, Boer. quæstio. 327. circa med. num. 2. sed non ideo tamen factum est, quin certa eademque semper fuerit nummorum proportio apud gentes omnes, quod ad tuēdam inter ipsas commercij societatem pertinet, & ratione bonitatis intrinsecæ, quam monetales interiorem vocant. Æstima enim aurum quantum voles, argentum quantum voles numquam tamen facies quin summitas bonitatis in auro omnium gentium iudicio sit ad 24. gradus quæ ceraria, vulgò caracta vocant, & summitas bonitatis argenti ad duodecim tantum gradus quos monetales Denarios appellant; siue quod aurum minutius diuidatur latius diducatur, & parcius tractetur siue quod purius excoquatur, & purius ab omni extranea macula repurgetur, vt Parisi. loquitur in tract. contr. vsur. quæst. 100. num. 778. vbi addit, & rectè, hanc differentiam, & habitudinem graui solidaq; ratione metitam diligenter retinendam esse, non solum ratione, & vetustatis, ac consuetudinis authoritate, sed etiam ne termini, vt ipse loquitur, quos singulæ artes peculiares habere debent, confundantur. Quam ob causam, si vera est eiusdem Parisien. obseruatio. num. 779. quotiescunque minuitur extrinseca auri æstimatio ad eandem proportionem argenti quoque æstimationem minui necesse est, & contra augeri. Et quamuis in singulos ferè dies mutetur extrinsecus ille valor aurei, ferè tamen vbique æstimationis auri ad argentum proportio circiter duodecupla habetur, vt ille tradit ex Budæo 3. De asse, quæ media quodam modo æstimatio est inter decuplam, & quintodecuplam, quas ad summum olim obtinuisse idem Paris. refert, & conijcit ex l. quotiescunque c. vbi Barto. (quam tamen malè scribit esse Alexandri Imp. cùm sit Valentiniani, & Valentis) C. de susceptor. præpos. & arcar. lib. 10. iunct. l. vn. C. de argen. prec. quod thesaur. infert. tit. vl. eod. quæ non Constantini est, sed Arcadij, & Honorij. & l. vni. de coll. æris. eo. lib. tit. 29. Nec aliā fuisse re vera proportionem credendum est, eo etiam tempore quo vt idem ille scribit, in Gallia accidit argenti raritate adeo exiluisse aurum, vt non nisi octo marchis argenti æstimaretur. Nec rursus cum ex cōtrario, ita precioſum aurum fuit, vt sexdecim argenti libras valeret aburente Principe cauponatione rei monetalis ad quæstū. Eadē enim auri optimi, & argenti optimi bonitas manſit toto terrarū orbe, eadēque proinde apud omnes gentes, si non æstimationē, certè proportionē seruari necesse fuit, teste Bodino. lib. 6. de Rep. c. 3. Intrinseca igitur aurei æstimatio dicenda est æstimatio ipsa auri, quæ apud cæteras gētes quibuscū nobis est comercium magis cōmuniter recepta est. Extrinseca verò quę à Rege aliquo aut legislatore certæ nummi speciei impoſita sit supra aut infra cōmune illā auri, vel argenti æstimationē. Intrinseca æstimatur ex voluntate eorum quibuscū est nobis commercium. Extrinseca ex voluntate eius cuius charactere nūmus percussus est. Denique æstimatio intrinseca aurei est æstimatio auri, & æstimatio veritatis Extrinseca vero, ipsius aurei, idest non quatenus auū, sed quate-

nus aureus est. Neq. enim character Gallicus ille est qui facit vt Gallicum aureum Itali aut Hispani velint agnoscere, sed materia ipsa auri quæ gentibus omnibus communis est, & ex qua suos quęque gens aureos conflare potest. Et est ęstimatio adfectionis. Idque eit quod videtur voluisse Bald. in cap. quando in fi. de iureiu. quem refert Paris. num. 802. authoritatem characteris & imposititij valoris non esse omnibus communem sed illis tantum qui sunt sub eo imperio & parere tenentur. Non autem ligat exteros qui non tenentur recipere monetam nisi secundum qualitatem materiæ quæ sola est omnibus communis. Porrò communior auri æstimatio, vt plurimum illa est quę est minor, quia regulariter ita comparatum sit vt Reipub. cuiuslibet interfit fortes esse nummos, id est pluris esse quàm æstimentur, aut saltem tantidem. Finge vt ab ipsis primis temporibus rem repetamus, Gallum hominem in Italiam profectum esse permutãdarum mercium gratia, & Romæ inuenisse qui haberet mercem illam quam ipsè sibi acquirere percuperet, sed qui tamen ijs mercibus quas ille ad permutandum portauerat non indigeret. Quid faceret Gallus miser, nisi vt domum vacuus rediret, si non ita comparatum esset vt Italius pro merce quam sibi permutationis nomine datam vellet, nummum accipere contentus esset? Cur verò nummum, rem sui natura inuutilem & sterilem, si pe quòd cogitaret Italus futurum vt aliquando merce aliqua sibi opus esset quam à Gallo comparare oporteret, cui vici ssim nihil quod ille vellet dare posset. Quo casu perinde incommodum fuisset Italo vacuum redire domum, & ea re carere quam sibi ad vsum vitæ maxime necessariam esse intelligeret. Qua verò fronte obsecro, recusaret Gallus eundem illum nummum quem ipse Italo dedisset anno superiore, nunc recipere eadam æstimatione? Æstimationem siquidem nũmi aliquam fuisse necesse est vt & Paulus fatetur ijs verbis electa materia est cuius publica, & perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subueniret. Alioqui iniqua prorsus fuisset permutatio rei & inutilis, & nullius æstimationis, cum re vtili, & magnæ æstimationis) An non iniustè id faceret, turbaretque cõmercium? Ita sanè est. Inde igitur fieri necesse fuit, vt in Gallia & Italia eiusdem nummi eadem constitueretur ęstimatio. Imò quod magis est, si bene inspicias, nummi, quem Gallus in Italiam portasset, æstimationem primam non Gallum ipsum sed Italum imposuisse credendum est, cuius scilicet erat electio num rem suam Gallo vtilem vellet cum Galli nummo vtrique tunc inutili permutare. Quid enim si Italo necessarium aliquid fuisset quod neque in Gallia neque in Italia reperiri potuisset, sed in Græcia comparari omnino debuisset? Cur permittendum fuisset Gallo, nummo suo precium dicere qui neque dum vllius erat in toto orbe æstimationis, neque amplius in Gallia sed in Græcia aut Germonia fortasse expendendus? Dices, Eodem igitur argumento concludi posse nummum hunc ab Italo in Græciam transportatum non ab Italo sed à Græco homine qui merces suas Italo traderet nec ab eo quicquam

quam præter nummum acciperet æſtimari pro arbitrio debuiſſe, atque ita incertam ſemper fuiſſe nummi æſtimationem. Reſpondeo non eſſe hic omnia ſimilia. Non enim quemadmodum nummus quo primum tempore in vſu fuit æſtimari ab aliquo debuit, & ab eo quidem qui accipiebat, ita ſemel æſtimatum eum à primo accipiente rurſus ab alio accipiente æſtimari neceſſe fuit. Imò credibile ſit potiùs ſemel impoſitam rei tum adhuc inutili & ſterili æſtimationem ab omnibus probatam fuiſſe, vt ſolent homines in rebus nouis, & incognitis alij ex aliorum iudicio pendere., & authores ſubſequi, quouſque ſaltem progreſſu temporis liceat rem attentiùs examinare, eòque magis in nummo, quod ſtatim, & prima ipſa experientia apparere omnibus potuit quantæ apud gentes omnes futurum eſſet vtilitatis ſi tale comercij genus reciperetur, cùm ante ea tempora, & per tot annos vbique gentium compertum fuiſſet, quot quantiſque difficultatibus mercium permutationes conſtarent, ſiue quod non ſemper nec facilè concurreret vt cùm tu haberes quo deſiderarem, inuicem haberem quod tu velles accipere, vt Paulus ait in dicta. lege prima, de cont. empt. ſiue quòd neceſſaria quæque ad vitam non facilè vltrò citroque comportari poſſent, vt Ariſt. tractat d. capit. 6. libr. 1. Politic. Quemadmodum igitur commerciorum neceſſitas nummi vſum induxit, Nummi, inquam, æſtimati, vt ſcilicet nummo æſtimarentur merces omnes non etiam nummus ipſe mercibus, teſte eodem Ariſt. 5. Et hic. capitu. 5. l. ſi ita fideiuſſorem 42. D. de fideiuſs. ita induci neceſſarium fuit vt nummi eadem eſſet, & certa vbique æſtimatio, eadem prorſus materia, eadem materiæ magnitudo, idem magnitudinis pondus, vt quantæ vtilitatis erat nummus danti, tantæ eſſet etiam accipienti. Nec ſanè aliter conſtitui poterat priuſquam certo charactere percuſſus fuiſſet. Quæ enim è Gallia in Italiam aut è Græcia tranſportabatur maſſa auri, vel argenti, vel ferri, ex quo per plurium manus ambulauerat diſcerni non poterat vtrum Gallica eſſet an Græca an Germanica, proinde nihil cauſſæ ſubeſſe poterat cur pluris aut minoris in Gallia vel in Græcia vel in Aſia æſtimari deberet, cùm in ea nihil eſſet præter rudem materiam certa magnitudine certoque pondere conſtantem. Nam, & certam magnitudinem & certum pondus habuiſſe vt his veluti limitibus definiretur, Ariſt. ſcribit, & ita fuiſſe neceſſe eſt, ne alioqui confunderentur omnia ſi nec magnitudine nec pondere nec æſtimatione maſſarum corpora diſcernerentur. Fuitque vna hæc gentium omnium lex non ſcripta, & ante leges omnes ſcriptas introducta. Quod verò poſtea in vſu eſſe cœpit vt certo charactere nummus percuteretur, licet variandæ æſtimationis materiam dederit, aliam tamen planèque contrariam cauſam habuit, eam ſcilicet quam ſupradicto loco Ariſt. expreſſit, Nimirum vt homines liberi eſſent à ſollicitudine examinandi magnitudinem ponduſque. Character enim, inquit ille, quantitatem nummi ſignificat. Quantitatem, inquam, non æſtimationis, ſed materiæ. Æſtimatio enim iam certa erat ſicut, & ipſa ponderis ratio, ſed incertum erat an materiæ ſuum pondus

ineſſet,quam in rem ponderari, & examinari materiæ magnitudinem neceſſe erat vt ſciri poſſet vtrum ſua nummo conſtaret æſtimatio. Quod quoniam plerumque incommodum erat,inuétus modus eſt quo ab huiuſmodi ponderandi ſolicitudine homines eximerentur, is fuit characteris impreſſio. Itaque figura illa nummi extrinſeca,quæ ex charactere deprehenditur, non magis augere,vel minuere poteſt intrinſecam æſtimationem materiæ,quam ipſam materiam, ſed materiæ dumtaxat prodit,& indicat quantitatem, hoc eſt probat ſola ſui inſpectione tantæ magnitudinis, tantique ponderis eſſe nummum quanti eſſe debet,vt apud omnes gentes ſuam ideſt certam habeat æſtimationem. Quæ res fecit(vt prochuiora eſſe ſolent ad lucrum,& ad fraudes multorum ingenia,) vt quibus primum contigit characterem nummo imprimere ad ſignificandam ponderis æqualitatem, cum viderunt paſſim nummum recipi tanquam probum,& iuſtum, nec amplius ponderari, cœperint de quantitate,& pondere detrahere,ad maiorem conflandum numerum eiuſdem characteris nummorum. Quaſi ſola characteris authoritas, quod in quantitate nummi deerat, ſupplere poſſet, vt de Nicephoro Phoca ſcriptum legimus in Conſtit. Imperat. titu. De tetartero, quod eſt nummiſmatis genus, in princip. & §. 1. Vnde fieri neceſſe fuit vt animaduerſa fraude tantundem de nummi æſtimatione priſtina decederet, quantum de pondere fuerat diminutum. Non aliam ob cauſam quàm quod certam, & perpetuam materiæ æſtimationem quæ antea erat, manere oporteret, fieri autem non poſſet, vt maneret eadem ſi non pro portione imminutæ materiæ, ipſa quoque æſtimatio imminueretur. Inde verò fluere cœperunt tot æſtimationis non quidem intrinſecæ, quod notandum eſt, ſed extrinſecæ variationes, dum celandæ, aut potius tuendæ fraudis gratia ſemel mentitam magis, quàm metitam æſtimationem vnus retinere vult, alius reiicere, dum fraudare hic vult, ille ſibi proſpicere ne fraudetur. Hinc ille etiam falſorum monetariorum artes, quibus ſicut longè facilius eſt characterem imprimere,quam proportionatum,vt ità dicam, magnitudini materiæ pondus conſtituere, ita ſufficere viſum eſt ſi præſtare poſſint, vt primo aſpectu eadem materiæ magnitudo, idem pondus iudicetur, licèt re vera æs pro argento, vel pro auro ſubiiciant. Vnde conſequi etiam neceſſe eſt, vt nummos quibus longo tempore tanquam probis Reſpublica aliqua vſa ſit poſtea reprobari oporteat. lege eleganter 24. §. qui reprobos de pigno. action. l. creditor 102. de ſolut. Quibus fraudibus nulla pateret via, ſi vt olim ita hodie certa magnitudine certoque pondere examinando, nummi omnes conteria ſiue bonitas, iuſto ponderi reſpondeat iuſta magnitudo, apud diligentes examinatores. Hinc denique cum malum non occultè, vt initio, ſed palam ſerperet, conſtitui neceſſe fuit à Valentiniano, & Valentibus Impp. vt ſolidos ipſos aureos veterum Principum veneratione formatos, ita ſuſcipi abſque refragatione omnino oporteret, ſi modò, & debiti ponderis eſſent, & ſpeciei probatæ l. 1. C. de veter. nummiſ. poteſt. lib. 11. tit. 10. Propter quam cauſam, & hodie ſic obſeruari videmus

vt

vt nummi aurei quantumuis Regis.aut Principis, aut Reipubl. charactere formati adpendantur,vt hoc ipſum ſciatur an ſint iuſti ponderis, rarioreſque in hoc nummorum genere fraudes fiunt propterea, quod etſi facile eſſet aurichalchi, aut æris permixtione idem aureo pondus dare, non tamen in eadem magnitudine, quæ quo magis augeretur eo ſuſpectiorem redderet nummi probitatem cui non ſoleat ex tam pretioſa materia plus impendi,quam neceſſe ſit.In cæteris nummis argenteis,aut æreis facilius eſt fraudem committere, & in minuta moneta tanto facilius, quod iam inde à multis temporibus ponderari deſijt, quæ totius mali cauſa fuit. Ideoque fortaſſe aurum cæteris metallis ad nummum conſtituendum pretioſius habitum fuit, quòd minus ſit obnoxium monetariorum fraudibus. Et hæc de prima æſtimationis ſpeciei dixiſſe ſufficiat, in quibus idcirco fuimus longiores, quod ad omnium quæ in iſto.De monetis tractatu occurrent,cognitionem maximè pertinent.

Secunda aurei æſtimatio, quam iniuſtam & extrinſecam diximus, illa eſt,quæ non reſpondet intrinſecæ, ſed pro legiſlatoris arbitrio,aut maior eſt, aut minor,quàm ex ratione ponderis, & magnitudinis eſſe debeat. Cùm enim extrinſeca reſpondet intrinſecæ vnus, & idem valor eſt, quem malim intrinſecum,quam extrinſecum dicere, quòd aliam cauſam non habeat, quàm ipſam materiæ quantitatem, quodque natura, & dignitate intrinſecus præcedat extrinſecum. In quo miror ingenium Doctoris Analytici ſcribentis valorem quem ille vocat, impoſititium,hoc eſt,qui ex legiſlatoris, aut populi voluntate ſit in vſu eſſe bonitatem nummi intrinſecam. Etſi enim non nego,quod ille ait nummum quatenus nummus eſt ex valore impoſititio potius, quam ex materiæ qualitate,& quantitate æſtimandum eſſe, id tamen eo tantum pertinet,vt intelligamus maſſam ipſam auri,vel argenti,vel ferri prorſus inutilem eſſe ad rerum permutationes contrahendas (ea enim ſi voles vti tanquam gemma nihil prohibet.l.nummiſmatum 38. D.de vſufr.l.Iulianus 9.§.Marcellus D.ad exhib.l.Quintus 27.§.cui legatum.D. de aur.& arg. leg.) niſi habeat æſtimationem aliquam, vt vſum dominiumque præbere poſſit non tam ex ſubſtantia, quàm ex quantitate d.l.1.de contr. empt. ex quo infertur, quod ibidem Paulus notat, primam illam æſtimationem non ſolum publicam fuiſſe, hoc eſt publico,aut ſimauis communi gentium omnium conſenſu conſtitutam,ſed etiam perpetuam.quemadmodum apud omnes eadem initio erat nummi magnitudo,idem pondus. Eaque æſtimatio ſatis dici poteſt,& debet intrinſeca. Sed non illa quæ apud hos aut illos eſt in vſu, & variabilis pro legiſlatoris arbitrio,& voluntate,& de qua nunc tractamus.Nam ſicut illa neq; certa eſt neq; perpetua, ſed incertiſſima cæterarumq; rerũ omniũ quæ pecunia æſtimantur incertum preciũ inducens,ita nec dici poteſt publica,qũo ea de qua in d.l.1.de cont.emp. ſed potius priuata,q.ſ.nõ authoritate publica nitat,ſed eius ſolius Principis aut Reip.cuius charactere pcuſſus eſt nũmus, nõ q̃ in territorio eius cuius character, aut imago eſt publica dici nõ poſſit, ſed q̃ extra illud territorium non aliud momentum habeat, quam quod ex materia

ria, quæ gentibus omnibus communis est magnitudine, & pondere vnanimi gentium omnium consensu statui debeat. Sic enim publicam dixit Paulus in d.l.1.quòd vt ex Aresi.d.cap.6.lib.1.Plot.explicãdum est, publico omnium gentium consensu, ac veluti fœdere, & quasi ex compacto imposita sit, cuius comparatione vtique priuata potius dicenda est ea qua vtimur, quàm publica. Et in hoc errarunt, meo iudicio magistri nostri, vnam duntaxat æstimationis speciem in moneta qualibet quatenus moneta est agnoscentes, eamque extrinsecam, & mutabilem, cum tamen alterius, quæ & intrinseca est & publica, & perpetua longè maiorem habere rationem debuissent. Nam si bene inspicias, reperies ne huius quidem in certæ, & iniustæ rationem vllam haberi posse quin illius, quæ certa, & perpetua est potissimum habeatur. Quoties enim accidit, vt siue ex iusta siue ex iniusta causa Princeps aliquis aut Respublica aurei æstimationem augeat supra quá materiæ, & ponderis ratio pariatur, statim euenire videas, vt mercium, quæ ex alio regno, vbi iusta vigeat auri æstimatio transportandæ sunt, crescat valor quod non contingeret si aut vbi aut saltem propter auctam aurei in materiæ quantitate bonitate aucta esset æstimatio. Finge nummum aureum quem solarem, aut solatum dicunt tribus libris regijs iustè æstimari eamque æstimationem illi respondere, quæ apud Italos obtineat. Fieri verò aut abusu commercij, vt cum hęc scribebamus, aut ex Edicto Regis Galliæ, vt quatuor libris eiusdem materiæ, & ponderis idem aureus æstimetur. Si mercem in Italia comparare velis aureo vno dignã non minus aureum te præstare oportebit atque si non creuisset in Gallia aurei æstimatio. Nempè quoniam Edicta Regis Galliæ Italos non afficiant, nec spectant Itali quanti sit aureus Gallicus, sed quanti sit aurum Gallicum, vt quod iustam excedit auri æstimationem, quasi fide publica, & communi desticuto hac parte aureo, alios mouere non debeat, quàm in quos Galli Regis authoritas extendatur, non magis quàm si, vt olim, sola auri massa nullo charactere percussa in vsu esset, ac proinde magnitudinis, & ponderis examini obnoxia. Quo casu non maior esset auri Gallici, quam Italici æstimatio cæteris paribus, hoc est quatenus eiusdem essent puritatis, & bonitatis, Bald. in cap. quanto in fin. de iureiur. Parisien. nu. 802. At finge talem esse mercem, quæ antea tribus libris regijs cum dimidia emi Lutetiæ potuisset, aucta aurei æstimatione ad quatuor vsque libras (libram intelligo ex viginti solidis regijs) non minore precio, quàm quatuor librarum cum duodecim solidis, & dimidio comparari nunc potest. Sicque eodem planè res recidet. Hoc cur ita? nimirum quoniam mercatori qui Romæ aut Mediolani comparauit, abest aureus dignus hodie in Gallia quatuor libris, quibus lucrum aliquod ad eandem proportionem addijci æquum est. Contra verò mercator Italus merces Gallicas tanto vilìore precio comparabit quanto pluris erit aureus in Gallia vt Parisi. disputat. num. 803. ac proinde vilius etiam distrahet in Italia, quam soleret antea, quia quod aureo vno comparare solebat nũc quarta parte minus emerit, quod non eueniret si aut vbique gentium, aut propter auctam bonitatis, & puritatis æstimationem aucta esset

Gallici

Gallici aurei æstimatio. Appareat igitur nunquam posse æstimationem extrinsecam tantæ esse authoritatis,vt intrinsecæ potestatem omnino deleat, alioqui dicendum esset nihil interesse vtrum ex auro an ex ferro nummus qui nunc solatus dicitur conficeretur,si quis fortè tam stultus,aut Princeps,aut populus reperiretur,qui nummis ferreis eandem, quam aureis æstimationem imponeret,aut vtrum aureus solaris triginta libris regijs æstimaretur an tribus. Imo vero maioris est potestatis intrinseca quippe quæ extrinsecam, vel inuitam intra fines suos coerceat.Et huius rei ratio vera,& philosophica illa est, quam tradit Paul. l.quæsitum.78.§.illud.149.§.pen.de leg.3. quod quæ sunt talis naturæ, vt sæpius in sua redigi possint initia.Ea materiæ potentia victa nunquã vires eius effugiant.Nec est contrarium quod argenti etiam facti appellatione nummi argentei non contineantur,vt Paris.obijcit.q. 100. nu. 753.ex l.cum aurum 19.in prin.de aur.& argent. legat. Id enim fit non tam quod nummorum argenteorum naturę repugnet, quàm propter loquendi consuetudinem,quæ induxit, vt non facilè quisquam argenti appellatione nummos computet.l.Quintus 27.§.1.D.eo.nempè, quoniam in alios vsus comparatus est nummus,quàm in quos argentum. Vt sc.vsum dominiumque præbeat non ex substantia, sed ex quantitate.l.1.de contr.emp.Alia etiam ratio afferri potest ex Arist.lib.1.Pol.c. 6.& 7.quòd quemadmodum duplex est vsus calcei, naturalis vnus, & proprius vt tegat pedem,alter improprius vt cum alia re possit permutari,ita duplex est vsus nummi,vnus proprius quatenus nummus est vt res omnes æstimet.Alius improprius quatenus merx est,& aurum, vel argentum quod suam habeat æstimationem, & vtilitatem etiam apud eos quibus nummus ille quatenus nummus sit incognitus. Inde igitur euenit vt fiat iniuria ei cui nummus debetur, aut qui nummum debeat si in eo nihil consideremus, præter vsum eius quatenus nummus est, hoc est,præter æstimationem extrinsecam. Non enim debet creditor, aut debitor eo commodo priuari,quod ex alio vsu, licèt improprio nasci possit. Porrò commodum illud tanto maius aut minus futurum sit quantò plus habeat nummi materia bonitatis,& ponderis. Quod si accideret toto passim terrarum orbe receptam esse aurei Gallici æstimationem extrinsecam iniustam, (quod tamen certum est fieri nullo modo posse,) farendum esset eo casu non tam auri Gallici,quàm ipsius auri in genere auctam iri æstimationem. Atque ita fieret, vt extrinseca, quam dicimus,in intrinsecam deflecteret. Eadem enim proportione vtique nationes cæteræ omnes, quæ nummis vtuntur aureis cæterorum aureorum omnium æstimationem augerent,vt sua cuique constaret augmenti ratio, & ne alioqui tam absurda preciorum eiusdem materiæ diuersitas confusionem pareret. Idque esse videtur quod Arist. sensit lib.5.Et hic.cap.5.Nummisma. dictum ἀπὸ τοῦ νόμου ideſt à lege, ὅτι οὐ φύσει ἀλλὰ νόμισμά ἐστι, καὶ ἐφ' ἡμῖν μεταβαλεῖν, καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον ideſt,q non à natura sit, sed à lege,& in nobis sit mutare,vel inutilem nummum facere. Sensus est Publica lege gentium omnium non à natura ipsa indoctum fuisse vsum nummi, ideoque eadem authoritate, ideſt publico gentium omnium consensu, & abrogari posse vsum nummi,

Digitized by Google

mi,& mutari. Ac proinde pertinet ea sentẽtia ad æstimationem numẽ
mi intrinsecam, quæ apud gentes omnes eadem, & perpetua esse de-
bet non ad extrinsecam, quæ licet huius vel illius legis Principe abro-
gari, aut immutari possit, non tamen istè, ac proinde nonnisi iniquo
imperio potiùs quam lege, aut si lex illa dicenda est, lege priuata id
fiet non publica, si publicam intelligas, vt hic intelligẽ oportet, quę
ab omnibus gentibus statuta est quæ, & perpetua dicitur in d. l. 1. de
contr. empt. Nam, & de nummo in genere Arist. eo loco tractat, nec
tamen quisquam dixerit posse vnius prouinciæ Regem toto terrarum
orbe nummorum vsum tollere aut immutare. Imò nec apud suos pos-
set absque gentium omnium consensu quin offenderet in legem publi
cam, & fidem publicam, si quid ex ea re damni, & incommodi cæte-
ræ gentes paterentur. Vt verò non patiantur illud facit, quòd vel
inuito eo qui æstimationem malè augeat sua nummo apud cæteras
gentes maneat eadem, & publica perpetua que æstimatio, quæ illis etiã
ipsis apud quos immutata sit legem det in ijs omnibus quæ ad mutuã
commerciorum necessitatem pertinent. Cumque in ea re par sit
gentium omnium ius sicut & par necessitas, succedit iuris regula,
quæ facit vt in pari iure potior sit causa prohibentis. Sabinus 28. D.
com. diuiden. indèque vsu venit vt totum auctæ perperam æstima-
tionis damnum, & incommodum ijs cedat qui auxerint, lucrum verò
cæteris, qui augmento iniquo non consenserint.

Illud tamen obseruandum est, quod dicimus intrinsecam nummi
bonitatem semper, & vbique inspiciendam esse eam scilicet quæ ex
materiæ qualitate, magnitudine, & pondere æstimẽtur, non ita ac-
cipiendum, vt materiæ æstimationi valor nummi omnino respon-
re debeat, alioqui sequeretur nihil interesse vtrum massam auri, an
aureos eiusdem ponderis mihi dares, idemque & massæ auri, & au-
reorum precium esse quod falsum est. Massa enim auri per nummos au-
reos & aliam pecuniæ speciem æstimari potest, nõ contra l. 1. §. vltim.
l. cum certum. 9. l. Titiæ 35. D. de arg. legat. Nimirum quoniam pecu-
nia non ex rudi & informi materia constat, sed ex materia & forma
quæ precio siorem facit materiam, quia nec sine sumptibus imprimi
potest. Non disputo an de æratio Principis cuius moneta est, an de pu
blico ij sumptus fieri debeant, quia ad rem nostram non pertinet,
tractatumque id est fusissimè a Parisiẽ. quæst. 180. num. 798. & à Dydac.
De veter. collat. nummis. cap. 7. nu. 5. vbi concludit obtinuisse de con-
suetudine vt non teneantur Principes expensis proprijs nummos per-
currere, sed vt de materia detrahatur expensa cudendi, quod ipsum ni-
hil aliud est quam de publico impensam fieri, cùm materia ipsa est pu-
blica. In quo errarunt; meo iudicio plærique, inter quos Boer. quæstio.
217. num. 3. citans Ret. de Bell ig. in specul. princip. tit. De mutat. mo-
net. nu. 7. & alios quamplures. Sed illud tantum dico fieri non posse
quin pluris sit pecunia quã pondus materiæ ex qua constat, nec quic-
quã ideirco fieri contra publicã legem & vtilitatẽ, si modò in æstimã-
da forma honestus seruetur modus, nõ si immodicè excedatur, excel-
sus enim ille est qui monetarum eiusdem materiæ alias atque alias æ-

stimationes

ſtimationes facit , cum quicquid in nummo excedit iuſtam materiæ æſtimationem id quandoquidem materiæ adſcribi non poteſt formæ neceſſario adſcribendum ſit , non quòd forma augere poſſit æſtimationem iuſtam , & intrinſecam, ſed quod characteris aut imaginis impreſſio, quæ publicam non valori , ſed ponderi fidem , & authoritatem tribuat perinde profit iniuſto Principi ad augendam materiæ æſtimationem , atque prodeſſet iuſto ad eundem finem augmentum magnitudinis , & ponderis . Qui enim nummum ſuo charactere ſignatum pluris valere vult, quàm ex iuſta materiæ , & ponderis ratione valere debeat , perinde facit impiè, & impudenter,ac ſi publicè rem minoris magnitudinis,& ponderis maioris eſſe fideiuberet . Quis verò ei credat qui minimã auri maſſam quæ oculis deprehendi poſſit, qualis quantaque ſit iurare velit vel eſſe melioris materiæ,vel grauioris ponderis ? Nemo vtique præter eos qui contradicendi ius non habent.Ergo quémadmodum non ideo ſit maſſa, aut melioris materiæ,aut maioris ponderis,quòd talem eam tantamque eſſe dicat aliquis, ita fatendum eſt non idcirco mutari æſtimationem materiæ , quòd is cuius charactere percuſſus eſt nummus auctam eam velit ,aut pro aucta haberi,niſi re vera ex pondere alijſque examinandi rationibus auctam eſſe eam appareat. Et conſequenter non poteſt extrinſeca , & iniuſta æſtimatio mutare eam quæ ſit iuſta , & intrinſeca , ſicut nec augmentum ipſum ponderis mutat valorem materiæ , ſed facit duntaxat , vt eodem valore manente , aurei nihilominus augeatur æſtimatio , quoniam , & augetur materia . Alioqui plus poſſet character quo nihil niſi nummi pondus ſignificatur , quàm pondus ipſum , quod quantumcunque ſit æſtimationem , vt dicimus , non mutat materiæ , ſed auget æſtimationem nummi ad eam proportionem ad quam aucta eſt materia , ſicque per additionem materiæ non per ſe , & ſimpliciter augetur priſtinus valor aurei . Vnde illud etiam ſit vt nummorum propria imagine , aut charactere percuſſorum æſtimationem nullus Princeps augere poſſit , quin aliorum quoque eiuſdem materiæ , vel inuitus augeat , nimirum quoniam publica illa , & perpetua , quæ apud omnes eſt æſtimatio non patiatur , vt alia ſit auri Gallici , alia Italici , alia Hiſpanici æſtimatio(niſi quatenus alterum ab altero puritate diſtat(ne quidem apud eos quibus libeat a iuſtæ æſtimationis tramite diſcedere . Propter quam cauſam veriſſimè videtur mihi Pariſienſis obſeruaſſe intereſſe , quàm maximè Reipublicæ , quæ nec aurum nec argentum habeat aliud quàm quod ex propriarum mercium commercio redigere poſsit , vt nummos omnes tam aureos , quàm argenteos fortes habeat , itemque monetas omnes vt tanto plus auri , vel argenti , vel æris ab exteris mercatoribus inferatur , ſecus ſanè eſt ſi prouincia talis ſit , quæ alienis mercibus indigeat potius, quàm vt de ſuis tantumdem ſuppeditare poſsit. Tunc enim minoris probitatis , aut ponderis cudi nummos expedit , ne alioqui vicino Principe nummos omnes quos ab alio commerciorum vſus auocauerit in proprios commutante ſola charactheris mutatione eueniat , vt ſenſim omnes intercidant . Et hæc fraus quoque eſt , ſed eo tolerabilior , quod fieri eam

xam neceſſe eſt maioris fraudis vitandæ gratia. Cæterùm fraudibus omnibus via præcluderetur ſi vna eademque ſemper, vbique, vt olim melioris monetæ lex Principum omnium præſertim Chriſtianorum conſenſu inconcuſſa ſeruaretur: ſi enim fieret vt nunquam alij aliorum nummis ad conflandos proprios abuterentur, quod ſine materiæ imminutione fieri nunquam poteſt, vt aliquod habeat doloſus artifex operæ ſuæ precium. Sed & illud ex veteri, & antiqua nummi inſtitutione repeti neceſſe eſſet, vt nunquam metalla permiſcerentur, ſed ex auro tantum, & argento quantum fieri poſſet puro ſimplicique nummus conficeretur, quomodo, & hodie obſeruari ſcimus Romæ, Venetijs, in Hiſpania, & alijs nonnullis locis. Permixtio enim metallorum illa eſt, quæ fraudis, & maliciæ non minus, quàm nummi materiam his temporibus præbere videatur, id præcipuè curãtibus monetarijs, vt quantum auri, & argenti ſuffurantur, tantundem permixtæ valoris materiæ pondere ſuppleatur.

Ad hanc verò ſecundam æſtimationis ſpeciem, quam malè intrinſecam Pariſienſ. vocat; rectius noſtri extrinſecam, & ego iniuſtam, illud pertinet, quod Imperatores Gratian. Valent. & Theodoſ. conſtituerunt in l. vlt. C. de veter. nummiſma. poteſt. lib. 11. tit. 10. vt ſolidorum omnium obrizatorum, ideſt ex auro optimo; & puriſſimo conflatorum vniforme ſit precium, ſub pœna capitalis ſupplicij. Quæ enim iuſta eſt aurei æſtimatio, cum ſit & publica, & perpetua, vt diximus, non poteſt non eſſe, & certa, & vniformis. Quæ verò a legiſlatore aliquo, aut commerciorum abuſu ſupra iuſtam materiæ, & ponderis rationem inducitur, fieri vix poteſt vt certa ſit, & vniformis, niſi legum ſeueritate, fraudum, & auaritiæ ſtudium coerceatur. Nam & noſtris temporibus vidimus eundem aureum eadem hora ab hoc nouem florenis noſtris in eadem moneta æſtimatum, ab illo nouem cum dimidio, ab alio decem. Qua incertitudine nihil dici poteſt iniuſtius, turbandiſque hominum negotijs, & commercijs accommodatius. Sanè quod in l. 2. C. eodem titu ſcriptum eſt Pro imminutione i quæ in æſtimatione ſolidi tractatur, omnium quoque precia ſpecierum decreſcere oportere, ad extrinſecam duntaxat æſtimationem pertinere poſſe conſtat. Cùm diminutio aurei interinſeca fieri non poſſit in æſtimatione materiæ ſed tantum in quantitate, vt diximus. Hæc verò cùm accedit tantum abeſt vt ſpecierum precia deſcreſcere oporteat, in quo bonus errauit Accurſ. vt ex cõtrario creſcere potius debeant, nam & eo caſu creſcit aurei æſtimatio extrinſeca. Cur enim aureo tantum vno eoque deteriore nunc æſtimetur, quod antea aureo vno quidem, ſed meliore, & ponderoſiore æſtimabatur? Et viciſſim aucta æſtimatione aurei propter auctam bonitatem intrinſecam, precia rerum decreſcere rationis eſt, quia & decreſcit aurei æſtimatio extrinſeca, ne alioqui non plus profit aureus, qui plus habeat, & bonitatis, & ponderis, quam qui minus. At cùm eadem manente aurei ſubſtantia, & quantitate creſcit tamen eius æſtimatio quantumuis iniuſtè, fit neceſſario, vt cæterarum rerum omnium precia quoque creſcant: vt quod aureo vno dignum erat tale adhuc maneat. Cùm verò diminuitur aurei æſtimatio,

cio, nil diminuta materia, diminui quoque precia ſpecierum oportet, quaſi ceſſante ea quæ maioris precij inducendi cauſa fuerat. Nam cùm merces omnes nummo æſtimentur, d.l.1.de contr.emp. d. l. ſi ita fideiuſſorem 42.de fideiuſſ.fateri neceſſe eſt mercium omnium æſtimationem à nummi valore tanquam à regula legem accipere, ſiue is valor iuſtus ſit ſiue iniuſtus. Inter nummos autem aurei potiſſimum quē veteres ſolidum dicebant habendam rationem non ſolũ quòd dignior ſit, vtpote cuius æſtimationi cæteræ omnes monetæ ignobiliores ſubſeruiant, ſed etiam quòd adulteratorum & falſariorum fraudibus, vt iam dictum eſt, minus ſit obnoxius: proinde eius æſtimatio iuſta non poſſit non eſſe certior, propter quam cauſam apud gentes omnes recipitur, non etiam monetæ inferiores, præſertim quæ permixti æris habeant. Idque noſtris etiam temporibus vſu veniſſe vidimus, vt cùm de imminuenda çſtimatione aurei tractaretur qui euidentiſſimo abuſu ad decem vſque florenos æſtimabatur, & ad ſeptem florenorum æſtimationem reducendus videbatur, de imminuendis quoque mercium precijs quæ ſuprà modum & ad eandem proportionem creuerant, tractandum fuerit. Sed & ſi ponas extrinſecam priorem aurei æſtimationem ad quinque fortaſſis florenos, fuiſſe minus ſufficientem quòd intrinſeca ſex florenis digna eſſet (vt aliquando contingere poteſt, licèt perrarò) idem erit admittendum, vt aucta extrinſeca ad rationem intrinſecæ, hoc eſt aucto valore aurei ad ſex vſque florenos, creſcat ẽt precium mercis, vt quæ prius non niſi quinq; florenis vendebatur nũc ſex vẽdatur. Nimirũ quòd commercij vſus is eſſet, vt quinq; floreni nummo aureo çquipollere crederẽtur, ideoque digna merx eſſet aureo quæ quinque florenis digna putabatur.

Quid verò ſi auri æſtimatio ideò creuerit quòd inferiores monetæ, quibus ille æſtimatur diminutæ ſint in bonitate intrinſeca, aureus verò eiuſdem manſerit, & bonitatis & ponderis? Hoc enim plerunque accidit, & eò frequentius quo facilius eſt adulterari inferiores monetas, quæ vt diximus non ſolent ponderari, licèt ipſis quoque pondus ſuum lege publica definitum conſtare oporteat. Puto hoc caſu dicendum eſſe non tam augeri æſtimationem ſiue intrinſecam ſiue extrinſecam aurei, quàm priſtinam conſeruari, & retineri. Ac de intrinſeca quidem conſtat, cùm nec bonitas nec pondus materiæ augeatur. De extrinſeca verò apparet ex eo quòd ſi nonaginta ſolidi hodierni non plus habeant bonitatis intrinſecæ quàm haberent olim ſeptuaginta, neceſſe omnino ſit ad retinendam aurei æquè boni eandem æſtimationem augeri ſolidorum numerum, vt nihil interſit an ſeptuaginta des ſolidos ex veteribus qui erant meliores, an nonaginta ex recentioribus quos ponimus cuſos deteriores, dummodo ad eandem debitamq; proportionẽ deteriorationis illud numeri augmẽtũ fiat, nouùſq; numerus veteri æquipollet. Itaq; quiſquis dicit ex monetarũ deterioratione augeri æſtimationem aurei malè loquitur, ſed dicendum eſt augeri ſolidorũ numerũ, aut ꝙ idẽ eſt minui ſolidorũ æſtimationẽ, nõ ad aliũ fine q̃ vt eadẽ quæ priùs erat aurei æſtimatio nec aucta nec diminuta cõ ſeruẽ extrinſecus, ſicut, & intrinſecus. Vnde fieri quotidie cernimus,

vt

vt neq; merciũ precia hoc casu augeant si emptor velit in aureis, aut in moneta nõ deteriorata soluere, augeat ṫi ꝑ rata diminutę monetarũ bonitatis si solutio fiat in ea moneta quæ deterior facta sit. Quæ proculdubio etiam facta solutione in moneta non deteriorata, augerentur si ex eo auctam dici posset aurei æstimationem. d.l.2. C. de veter. numm. isin. potest. Rerum enim precia etsi vix vnquam eadem permanent, propterea quod varijs ex causis possit contingere vt quod antea erat pretiosius, nunc sit vilius, & contra, si tamen nihil sit aliud propter quod variari debeãt, ita demũ eadẽ manẽt si monetarum & aureorũ idem quoque status maneat. Quemadmodum enim nummo omnes merces æstimantur, ita mutatione nummi siue in intrinseca siue in extrinseca bonitate, precia quoque mutari necesse est. Si quando igitur monetarum precia eadem maneant, aliarum mutentur, stabunt etiam precia mercium eadem ratione earum monetarum, quæ mutationem nullam passæ sint. Mutabuntur verò ratione ceterarum, quæ fuerint immutatæ: vt & Didac. obseruauit dict. cap. 7. num. 1. post Paris. quæst. 93. num. 716. Finge diminutum aureum in bonitate intrinseca, monetas verò quibus antea æstimabatur eadem mansisse, crescet æstimatio mercium in aureis soluenda, non crescet æstimatio quæ in proba nec deteriorata moneta soluet. Neque hoc casu locus est dictæ l. 2. C. de vet. nũmis. põt. Quod sũmopere notandũ est ad decisionẽ earum quæstionũ de quibus infra tractabimus, quoniã nõ solet hodie augeri æstimatio aurei extrinseca, nisi propter monetarum inferiorum deteriorationem. Proinde sic tractanda sunt omnia ac si non de aucta, sed de retenta potiùs veteri aurei æstimatione agendum esset.

De aureis conuentione æstimatis.

CAP. II.

TErtia supereſt & postrema aurei æstimati species quam supra conuẽtionalem diximus, nec nisi iustam esse posse, de qua nunc tractandum nobis est. De cæteris enim dicemus in quæstionibus sequentibus. Dedi tibi mutuos centum aureos æstimatos singulos tribus libris regijs, quæ erat vsualis & extrinseca aureorum crediti tempore æstimatio, reddendos post annum, quo tempore æstimatur aureus quatuor libris regijs, tantique expenditur. Quæstio est an centum aureos reddere mihi habeas quasi verba illa æstimatos singulos tribus libris regis demonstrationis causa adiecta sint potiùs quàm taxationis, ad differentiam fortasse paruorum scutorum, quæ vulgò minoris æstimantur. An verò libris reddendo trecentas libras in 75. aureis, quasi ex contrario verba supradicta taxationis causa inserta sint potiùs quam demonstrationis. Eademque tractari potest quæstio si in contrarium aureorum æstimatio extrinseca decreuerit ad duas vsque libras, an 150 aureos reddere omnimodo debeas, an centum duntaxat. Dubitationẽ facit,

Digitized by Google

fide, quod mutui obligatio re contrahatur. l. 1. §. 1. D. de obligat. & action. l. contra 6. de S. C. Maced. videaturque id tacitè actum vt eadem tandem reddatur in eadem bonitate, & qualitate l. 2. §. mutui datio. l. 3. D. de reb. credit. quod aliter fieri non potest quàm si quod redditur sit eiusdem speciei eiusdemque numeri. Adeo vt non valeat pactio si inter nos conuenerit, vt acceptis decem vndecim debeas l. rogasti 11. §. si tibi D. eod. l. si tibi 17. D. de pact. l. cùm vltra 9. C. de non numer. pecun. vbi ratio illa redditur, quod non possit re contrahi obligatio, nisi quatenus datum sit. Proinde videntur vtroque casu centum auri deberi, vt si aucta fuerit æstimatio, damnum sit debitoris; sin diminuta, creditoris. Et sanè si conuenerit, vt idem aureorum numerus reddatur, prima facie dicendum videtur non fuisse aureos æstimatos taxationis causa, sed potius demonstrationis, cùm fieri non posset, vt idem aureorum numerus ad eandem æstimationem reddatur aucta semel æstimatione. idemq; esse etiamsi simpliciter dictum sit vt solutio fiat in ijsdem speciebus, quod vt hæc pactio aliquid operetur, necesse sit totidem species reddi ne alioqui id actum videatur, vt aut plures aut pauciores species eiusdem materiæ, & qualitatis redderentur, quorum alterum debitor, alterum creditor nunquam admitteret. Demonstrationis autem causa taxatos fuisse aureos in id proderit, vt intelligatur de quibus aureis actum sit cùm non vna sit omnium æstimatio, quòd pluris in Gallia, & in Italia æstimetur Gallicus quàm aut Italicus aut Hispanicus. Multò magis vero si non de aureis, sed de scutis dictum sit. Scuti enim nomen æquiuocum est, vt etiam scutum comprehendat, quod vulgo vocant monetarium, aut vt apud nos, Carolatum, quod non est aureum, nec vnquam nisi quinque florenis æstimatur. Itaque qui scutum dicit tribus libris regijs æstimatum, non frustrà sic loquitur, sed plus dicit quam qui scutum simpliciter, vt ex alijs apparebit, quæ postea dicemus. Sunt tamen qui contra putent post Parisien. æstimationem illam etiamsi adiectum sit vt in eisdem, & totidem speciebus mutuum reddatur, debere intelligi rebus sic stantibus, adeo vt aucta, vel imminuta æstimatione extrinseca aurei possit solutio fieri in alio numero siue maiori siue minori dummodo in eisdem speciebus, quasi adiectio numeri nihil aliud operari debeat quàm vt appareat eum qui iam cauerat de facienda solutione in eijsdem speciebus hoc ipsum enixius expressisse, ne liceret debitori eandem summam in diuersa specie monetæ etiam æquipollenti reddere. Sic enim ille quæst. 96. num. 889. & quæst. 92. num. 910. vbi ait, Nunquam in dubio censeri conuentum de non supplendo nec deducendo vero extrinseco augmento, vel decremento, nisi specialiter expressum sit, vel nisi iam tempore contractus periculum mutationis immineret, quo solo casu fateatur eam pactionem speciei, & numeri causa tacitè transactionis periculi imminentis factam videri. Ergò si Parisiem credimus, etiâ dictum sit tot aureos Regios Francicos solares, ac postea adiectum ad rationẽ etiam librarũ regiarũ pro vnoquoq; aureo, & conuentũ vt totidẽ in eisdẽ speciebus reddantur, non magis obligatus erit debitor vt centũ aureos restituat si eorũ ex post facto aucta sit æstimatio, quã si ad

certam quantitatem abſtractam, & genericam in certa ſpecie monetę ſoluendam obligatus eſſet nulla numeri facta mentione, vt & Pariſien. ipſe fateri videtur d. quæſt. 92. nu. 705. in fin. quod tamen non puto probabile. Nam ſi pactione expreſſa, quod ille admittit, fieri poteſt vt obligetur debito ad totidem ſpecies reddendas, licet earum aucta ſit æſtimatio extrinſeca, quoniam in contractib. id ſemper ſequimur, q actũ eſt l. ſemper in ſtipulationibus 34. de regul. iur. quid obſecro apertius dici poteſt quàm id ipſum in obligationem deduci, vt non eaſdem ſolùm ſpecies, ſed totidem etiam reddat debitor quibuſcunque tandem verbis concepta ſit obligatio? Præſertim noſtris his temporibus quib. tam frequens tantàque in dies occurrit monetarum æſtimationis, & intrinſecæ, & extrinſecæ variatio, vt dubitandum non ſit quin prudens negotiator qui ve eodem numero ſibi reddendo cauet de periculo illo tranſigere voluiſſe videatur, ſiue in aperto ſit imminere periculum ſiue in incerto. Nec ſanè vnquam admittenda eſt ea conuentionis interpretatio quæ ſuperuacuam verborum adiectionem inducat. vulg. l. ſi quando 109 de legat. 1. cap. ſi Papa de priuileg. in 6. Et quod dici ſolet in cõtractibus, & obligationibus omnibus ſubintelligi ſolere clauſulam rebus ſic ſtantibus, ita verum eſt ſi conuentionis verba patiantur, voluntaſque contrahentium. Quod hic non contingit, cùm non aliam ob cauſam videri poſſint æſtimati auri quàm quòd credibile ſit præſentem eorum æſtimationem facilè in dies mutari poſſe. Itaque vel hæc Pariſien. ſententia rationem prorſus nullam habet, vel in ſuperiorem recidit, vt æſtimatio facta cenſeatur demonſtrationis cauſa potiùs quam taxationis. Et ſanè quotieſcunque conuenit vt centum aurei crediti ad rationem, vt loquuntur, trium librarum regiarũm pro aureo quolibet, reddantur in ijſdem totidemque ſpeciebus. Cùm aucta poſteà ſiue ſtatim ſiue ex interuallo æſtimatione idem eiuſdem ſpeciei aureorum numerus debeatur. Non eſt improbabilis ſententia, vt inferta ſit aureorum certa æſtimatio demonſtrationis potiùs quàm taxationis cauſa, ſiue ea verba adijci neceſſe fuerit ad aliorum ſcutorum differentiam, vt diximùs, qui caſus minorem habet dubitationem, ſiue adiecta ſint ſuperuacuò poſt iam ſatis demonſtratam alijs verbis aureorum qualitatem, quoniam tolerabilius ſit ſuperuacuam demonſtrationem admittere tollendæ omnino dubitationis gratia, quàm de verborum ad ipſam obligationis ſubſtantiam pertinentium vi & poteſtate quicquam detrahere. Hancque communiorem eſſe video noſtrorum opinionem. Idemque ex contrario admittendum putat ſi aureorum æſtimatio extrinſeca decreuerit, vt nimirum debitor non maioris quàm accepti numeri reddendi neceſſitate obſtringatur, vt eadem conuentionis æquitate, & interpretatione non minus debitori quàm creditori vnicuique in ſuo caſu ſuccurratur. Quę res tollit proculdubio omnes illas æquitatis rationes, quibus mouetur Pariſien. vt ſentiant incrementi, aut diminutionis, quæ extrinſecus de improuiſo ſupergenerit rationem habendam eſſe. Cùm enim par vtriuſque in vtrunque euentum ratio eſt, neuter læſi videtur vulg. l. de fideicommiſſo. C. de tranſactionib. ſi pater puellæ

12. C.

ſi.C.de inoff.teſtam.Sed & ſi de numero nihil dictum ſit, ad conuentum duntaxat, vt centum aurei crediti ad rationem trium librarum Turonenſium, reddantur in eiſdem ſpecibus, licèt maiorem ſanè res habeat dubitationem. Perinde tamen dicendum videtur demonſtrationis potius quam taxationis cauſa æſtimatos fuiſſe aureos, vt à natura mutui, quam minimum fieri poteſt recedatur, quæ illa eſt, vt quod redditur ſit tantundem, hoc eſt eiuſdem generis, bonitatis, & qualitatis. Nec aliud in cæteris contractibus recipiendum, in quibus data pecunia redditur, puta in doris reſtitutione, aut in fundi redemptione lites in dotem 42. D. de aur. dot. Ego puto diſtinctionem adhibendam eſſe, an aureorum æſtimatio in ipſa obligatione, & ſolutione poſita ſit, an in cauſa obligationis. In obligatione, & ſolutione eſt cùm ita ſcribitur mutuos do tibi centum aureos quos promittis poſt annum proximum reddere ad rationem trium librarum regiarum pro vnoquoque aureo in eiſdem ſpeciebus. In cauſa vero obligationis cum æſtimatio præcedit obligationem, & ad creditum ipſum refertur potius, quã ad ſolutionem, ideſt ad factum creditoris potius, quam debitoris, puta ſi ita dictum ſit. Mutuos do tibi centum aureos ad rationem trium librarum regiarum pro vnoquoque aureo quos ſoluturum te promittis poſt annum proximum in eiſdem ſpeciebus. Poſteriore caſu obtinere poteſt, quod volunt demonſtrationis potius, quam taxationis, & venditionis cauſa, videri æſtimatos aureos, totidemq; in eiſdem ſpeciebus reddendos ſiue aucta ſit ſiue imminuta extrinſeca æſtimatio. Quid.n. ſi aureus Italicus, qui contractus tempore nonniſi octo, & quinquaginta ſolidis dignus erat, reperiatur ſolutionis tempore æſtimationis ſexaginta ſolidorum, hoc eſt trium librarum regiarum? Non idcirco poterit ſolutio fieri in aureis Italicis, ſed in illis fieri debebit, qui contractus tempore iam æſtimabantur tribus libris regijs, hoc eſt in aureis ſolatis, licet hodie pluris ſint. Priore vero caſu negari certè non poteſt, quin taxationis cauſa facta ſit æſtimatio, idque manifeſtè actum, vt ſi ſolutionis tempore, quod nominatim deſignatum eſt pluris ſint aurei, quam cum mutui dantur, in ijſdem quidem ſpeciebus reddantur, ſed non in eodem numero, (niſi id quoque nominatim actum ſit, vt in eodem numero reddantur.) Imo verò inſpecta ea, quæ tunc erit æſtimatione, vt quanto maiorem, vel minorem eam eſſe apparebit ex collatione æſtimationis conuentionalis, tanto maior aut minor ſoluatur numerus aureorum. Nec ſimile eſt, quod traditur in l. ſi inter 21. C. de iu. dot. Tali pacto inter virum, & vxorem interpoſito, vt poſt matrimonium quoquomodo diſſolutum ſpecies æſtimatæ dotis datæ precijs, quibus æſtimatæ eſſent reſtituerentur, non precia ſpecierum dari, ſed ipſas ſpecies debere reſtitui, cum (inquit lex) in placitis ſpecierum reddendarum idcirco precíorum nomen videatur annexum, ne ſi ſpecies aliqua deminuta fuiſſet, aut perdita alio precio, quam quo taxata fuerat repoſceretur. Alia enim eſt ſpecierum æſtimatarum ratio, alia nummorum æſtimatorum. In ſpeciebus non ſemper æſtimatio facit vẽditionem nec tunc quidem cum facit taxationem, facit quidem regulariter. l. 3. D. locat. l. 1. §. vlt. D. de æſtim. act. l. plerunq; D. de iur. do. l. quoties. 5. l. cũ do-

rem 10.C.eod.l.ex conuentione 11.C.de pact.l. vnic.§. cumque ex stipulatu C.de rei vxor. action. Boer. quæst.327.num.11. sed non facit si conuenerint eædem species quæ æstimatæ sunt restituantur.l. 11. C. sol. matrim.aut immblieri detur electio vtrũ rẽ petere velit an æstimationẽ. l.quòd si,fundus 11.D.de fund.dota.l.1.C. eod. His enim casibus si res extant nec deteriores factæ sint,reddi debent acsi nulla facta esset æstimatio.l.æstimatis 50.D.sol.matrim.At in nummis si taxationis causa æstimati fuerint,fieri non potest vt vllo casu habendi sint pro non æstimatis, imò semper tanti videntur venditi.Et dissimilitudinis ratio est, quòd æstimatio specierũ reddendarũ non fiat vt prosit in eũ casum quo species ipsæ restituantur,sed ex contrario in eum casum quo non possint restitui,vel quia non extent amplius,vel quia deteriores factæ sint. æstimatio verò nummorum in ijsdem speciebus reddendorum fiat in eum casum quo eædem species (non numero, sed genere) reddantur. Quæ scilicet semper reddendæ sunt,nec possunt vnquam aut non extare,aut exteriores esse, vt proinde non possint videri æstimatæ huius periculi esse,nec quam ajunt ob causam nisi vt tanti videantur venditæ,cùmque nummorum vsus ex quantitate cõsistat.l.hæc de contrab. empt. Nihil vetat tantundem restitui in ijsdem speciebus, licèt non in eodem numero, cùm ea fuit contrahentium voluntas, dummodo congruat æstimatio. Quod in speciebus non contingit. Non enim sicut æstimationis diuersitas mutat quantitatem, ex qua nummus æstimatur,ac proinde numerum nummorum ita mutat vel auget speciem. In eoque videtur errasse Boer. d.quæst.327.nu.11. Deinde species nullã certam habent æstimationem,sed incertissimam pro varia personarum & temporum condicione l.precia rerum 63. D.ad leg.falc. Nummi habent certam,& perpetuam,si intrinsecam materiæ quæ gentibus omnibus communis est,potiùs quàm formæ, & extrinsecam respicias. Vnde fit vt nullam in Pandectis legem reperias,quæ de interta pecuniæ æstimatione loquatur.l.3.de in lit.aur.l.3.de eo quod interest.loc. Proinde nõ est inutilis pactio,qua conuenit,vt species etiam quæ eædem reddendæ sunt æstimentur.Ita enim fit vt siue pereant,siue deminuantur, certum sit quid pro ijs restitui debeat nec amplius contendendum sit quanti tunc esset res,quod omnimodo sciri debet; vt ex veteris æstimationis collatione non præsens sumatur, quæ nulla est rei peremptæ, sed appareat quantum debeatur. Quod si res æstimata exstet,& pluris sit hodie, quam æstimata fuerit; non ideo minus cogitur maritus totam speciem restituere, nec quod plus est in præsenti æstimatione potest vicissim repetere, quia conuenit vt eædem species redderentur, cuius conuentionis commodo mulier fraudaretur,si quid pro re sua reddere cogeretur. Nil obstante eo, quod dictum erat,vt eædem species redderentur,pretijs quibus æstimatæ essent.Non enim eorum verborũ sensus ille est,vt neque maioris neque minoris pretij restituantur (nec si ita pactum conceptum sit, vt eædem species reddantur habita ratione augmenti, & diminutionis, quomodo in l.æstimatis 50.D. solut. matrimo.) sed preciorum nomen idcirco annexum videtur, vt sciatur, quid restituendum sit cum species ipsæ restitui non possunt. Dices,

Ita

Ita fieri vt inter maritum, & vxorem non seruetur in hoc pacto æqualitas. Nego. Nam quemadmodum rem quæ nunc pluris valeat maritus reddit integram, si nihil in eam de suo impenderit, soloque temporis cursu precium rei augeri contigerit. Ita ex contrario si non fuerit res deteriorata, sed in extrinseca tantum æstimatione diminuta, liberabitur maritus rei restitutione, nec quicquam amplius pro imminuta æstimatione præstare tenebitur: non enim maritum lex obligat, vt eodem pretio rem restituat quo taxata fuerat, si æstimatio eius diminuta sit, sed ita demùm si species ipsa, aut diminuta sit, aut perdita. Rursus sicut prodest mulieri ea preciorum adiectio, vt non possit maritus dicere minoris rem fuisse cùm in dotem data est. Ita proderit marito ne possit mulier dicere fuisse pluris, denique si species in dotem detur æstimata diligenter, distinguendum est quid actum dictumque sit, si simpliciter æstimata fuerit, æstimatio facit venditionem, nec nisi pretium vel inuitæ mulieri restituere maritus hereſue eius cogitur, si conuenerit, vt quamuis æstimata reddatur eadem species, siue simpliciter, siue hoc addito eodem pretio quo æstimata est, eadem omnino species reddi debet si extet, nec deteriorata sit, siue maioris, siue minoris hodie sit æstimationis. Nec aliud erit si conuenerit, vt eadem species reddatur habita ratione augmenti, vel diminutionis boni viri arbitratu, vt in d.l. æstimatis. Pertinet enim ea adiectio ad augmentum vel diminutionem bonitatis intrinsecæ non æstimationis extrinsecæ, ne alioqui frustrà facta sit conuentionis æstimatio. Quoties enim res in dotem data deterior facta est licet certam habuerit æstimationem; boni tamen viri arbitrio committendum est necessariò quanti ea deterioratio æstimanda sit. Ad rata scil. & proportionē conuentæ æstimationis. Huius tamen conuentionis illa fortasse videtur esse vtilitas, quod deteriore facta re dotali æstimata non cogitur maritus æstimationem omnino reddere, quomodo in specie.l. si inter, cùm conuenit vt eadē species eodē precio redderentur, sed pōt rem ipsam quantumuis deteriorem reddere, dummodo in pecunia suppleat quod pp deteriorationē deest arg.l.3,§.j.D.cōmod.l.j.§.si res depotita D.depo. Hoc.n.ppriè est rem ipsam reddere habita rōne diminutionis. Neq; obstat quod in l. 11.de iur.dot. scriptum est rem dotalem æstimatā posse, & deteriorem reddi. Ibi.n.pro & legem dum esse nec apertissimū est, & nos in coniecturis nostris probauimus. At nummorū qui in eadem specie reddendi sunt æstimatiō non alias vtilis esse potest, quam si ijsdem in genere speciebus redditis, specierum numerū vel augeat vel minuat, nisi conuenerit vt idem quoque earundem specierum numerus reddatur, quo casu quomodo temperanda res sit, paulò post videbimus. Dices fortasse, Imò verò specierum in dotē datarum æstimatarum, & nummorū æstimatorum cōparationem recipi posse in omnib. Nam quemadmodū datis in dotē rebus æstimatis, si conueniat vt eadē species eodem precio reddant, non precia debentur, sed ipsæ species, ita creditis vel in dotem datis nūmis aureis certæ speciei puta Genuensib. æstimatis ad tres libr. regias, & hoc pacto addito vt reddant in ijsdem speciebus, nō æstimatio aureorum debetur, sed ipsæ aureorū species. Item quemadmodum

ſpecies in dotem datæ perire poſſunt, & deteriores fieri, & ſi pereant vel deteriores fiant, hoc eſt tales, quæ propter dereriorationem minoris ſint æſtimationis non liberatur maritus eas ipſas reſtituendo, ſed ad æſtimationis initæ præſtationem omnino recurendum eſt (niſi conuenerit, vt eędem ſpecies reddantur habita ratione diminutionis, vt in d.l.æſtimatis) Ita auri Genuenſes perire poſſunt, & deteriores fieri. Perire ſi edictis Principum omnium vſus eorum in Republica prohibitus ſit, quo facto vtique præſtanda erit omnimodo conuenta æſtimatio, nec liberabitur debitor alios æquè bonos aureos reddendo, qui non cogitur creditor in aliam formam nummos accipere quoties damnum ex ea re aliquod paſſurus ſit. l.Paulus alias.lege creditorem 99.D. de ſolut. damnum autem quod in propoſito caſu contingere poterat ex nummis in aliam formam ſolutis tanti videtur ab initio partium conſenſu æſtimatum, vt nec probare creditor debeat ſua quicquam intereſſe.arg.l.vlt. D.de Prætor. ſtipulat. Idemque erit ſi deteriores facti ſint, ideſt ſic diminuti in bonitate intrinſeca, vt propterea extrinſeca quoque eorum æſtimatio diminuta ſit.(Si enim contingat, quomodo contingit pſæpe,auri valoré extrinſecũ creſcere diminuta bonitate intrinſeca non magis propter æſtimationem poteſt conqueri is cui ſolvitur aureus diminutus quàm in ſpecie, d. l. ſi inter, poſſet conqueri mulier ſi ei domus dotalis redderetur deteriorata quidem, ſed maioris æſtimationis quàm eius quæ conuenta eſſet.) Nemo namque dubitat quin non cogatur creditor nummos intrinſecus, & extrinſecus diminutos accipere, in eoque omnes noſtri conueniunt,ex cap. cum Canonicus.Extr.de cenſib.Dyadc.d.c.7.§.vnicǫ.num.2.verſi.quod ſi veteres poſt Io.Faber.in princip.Inſtit.quib.mod.tollit.oblig.ad fin. Pari C. d. 4 100.num.759. Itaque hoc caſu præſtanda erit æſtimatio,quia numos intrinſecus diminutos non poteſt cogi creditor accipere,nec ſi debitor ſupplere velit quod iuſto valori deeſt, niſi poneres conueniſſe vt eædé ſpecies redderentur habita ratione diminutionis arg.d.l.æſtimatis. Nec ſuperioribus contrarium eſt quod dici ſolet pecuniam debitam neque perire poſſe, neque fieri deteriorem.l. incendium 11. C. ſi cert. per. Id enim verè dicitur de pecunia quæ debetur in genere,ideſt de quantitate ipſa pecuniæ,ſed non de pecunia quæ in certa ſpecie debetur,hæc ſiquidem, & perire poteſt, & non eſſe in rerum natura.l.ſi ſeruus 108.§. qui quinque in arca de legat.1. cum ſimilibus. Similiquemodo poteſt & deterior fieri. Porrò debentur nummi in ſpecie non ſolùm ſi quis debeat centum aureos quos habet in arca, vt in d. §. qui quinque, ſed etiam quotieſcunque conuenit vt reddantur in iiſdem ſpeciebus, tametſi mutuum quod non niſi in ſpeciebus fieri poteſt non ſoleat conſtituere quem debitorem ſpeciei,ſed generis tantùm. Nam quemadmodum qui in dotem accepit ſpeciem æſtimatam,non eſt debitor ſpeciei ſed generis.d.l.quoties 5.& l.cum dotem 10.C.de iur.dot.ita tamen debitor ſpeciei ſi conueniat,vt ſpecies æſtimata omnimodo reddatur.d.l. ſi inter,ita qui pecuniam ſimpliciter debet ſit quidem debitor generis etiamſi æſtimata non ſit, quia ex ſua natura ſatis ſuperque ex lege æſtimata intelligitur, vt de rebus omnibus in pondere vel numero vel menſu-

mensura consistentibus Bald. scribit ad d.l.res in dotem 42. D.eo.) sed si obligatus sit vt easdem species restituat quas alioqui restituere non tenetur, fit debitor speciei non generis. Finge credidisse me tibi Hispanos aureos duplices quos Gallicè doublons appellamus. Si nihil præterea dictum sit debitor es generis potesque, vel inuito mihi soluere ducentos aureos Hispanicos simplices. Quidni verò cùm eo casu reddas tantundem in genere eodem, in bonitate eadem, & qualitate. Nisi fortè mea interlit quod in aliam formam soluas quàm qua acceperis. d.l. creditorem, putà quod essem obligatus alteri eandem duplicium quantitatem ad eandem diem sub pœna soluere. (Nota tamen hoc hodie locum non habere postquā placuit ex generali consuetudine, si nō sit dictum vt soluatur in ijsdem speciebus, solui posse in alia etiam materia, vt dicam infr. cap. 3. ad fi. At si conuenerit inter nos vt in ijsdem speciebus restituas, non cogar accipere binos aureos simplices pro vno duplici. nec si mea non probem interesse, quia lex contractus omnino seruanda est. Es igitur eo casu debitor speciei non generis: quia easdē species reddere cogeris. Non quidem easdem numero: (earum enim, quæ tibi creditæ sunt dominium in te translatum est, ideoque si ipsas amittas licet casu fortuito periculum ad te pertiner, nec eo minùs remanes obligatus l. 1. §. & ille quidem D. de obl. & act. l. interdum 11. l. si cer. pet. (sed easdem specie. i. eiusdem materiæ, & formæ (ex his siquidem duobus species constat) licet veluti per modum generis debeātur. Scilicet quia plures eiusdem speciei reperiantur quæ non solùm in suo genere, sed & in sua specie functionem recipiant. Quid enim esse potest inter duos aureos qui sint eiusdem materiæ, & formæ? Et tamen intererit inter eos, qui sint diuersæ formæ, licet eiusdē materiæ. Deniq; aureus qui sit eiusdem materię, & formæ specialiori quadā rōne fungit vice alterius aurei q̄ fieret diuersæ formæ, nec eò minus tñ fungeretur hic diuersæ formæ aureus vice alterius, si modò esset eiusdē materię, & bonitatis, vt dici possit hunc fungi vice alterius in suo tantum genere, illum in sua etiam specie, quæ & ipsa tamen genus est, quamuis minus genericum si Iureconsultorū more speciē intelligas ipsum individuum genus verò id quod pluta individua eiusdem materiæ, & formæ complectatur. Hoc igitur casu quo conuenit, vt easdem nummorum species quæ æstimatæ sint restituas, Dicat aliquis forsasse, si extent ipse nec deteriores factæ sint debere eatdem omnimodo restitui, ac si non essent æstimatæ arg. d. l. æstimatis fol. matr. Nec prodesse æstimationē nisi in eō casum quo vel non extent amplius factæ, quod in commerciorum vsu esse desierint, vel deteriores factæ sint exemplo cæterarū specierū, quæ non recipiunt functionē in suo genere arg. d.l. si inter Præsertim si hoc pactum ita conceptum esse vt eædem species æstimatæ reddant in eodem numero, & eo precio quo æstimatæ sunt, nam vt iam suprà dictum est, quomodo alioqui fieri possit, vt eædem species, & in eodem numero reddantur, & ad eandem æstimationem siue aucta siue diminuta sit æstimatio? sed non est ita. Neq; recta esse potest, vt sæpius dixi, specierū, & numeri hac parte cōparatio. Vt. n. certa nummorū species omnino pereat, & in vsu esse desinat rarius est, quā vt credibile sit de eo à

ineſſet, quam in rem ponderari, & examinari materiæ magnitudinem neceſſe erat vt ſciri poſſet vtrum ſua nummo conſtaret æſtimatio. Quod quoniam plerumque incommodum erat, inuẽtus modus eſt quo ab huiuſmodi ponderandi ſolicitudine homines eximerentur, is fuit characteris impreſſio. Itaque figura illa nummi extrinſeca, quæ ex charactere deprehenditur, non magis augere, vel minuere poteſt intrinſecam æſtimationem materiæ, quam ipſam materiam, ſed materiæ dumtaxat prodit, & indicat quantitatem, hoc eſt probat ſola ſui inſpectione tantæ magnitudinis, tantique ponderis eſſe nummum quanti eſſe debet, vt apud omnes gentes ſuam ideſt certam habeat æſtimationem. Quæ res fecit (vt prochuiora eſſe ſolent ad lucrum, & ad fraudes multorum ingenia,) vt quibus primum contigit characterem nummo imprimere ad ſignificandam ponderis æqualitatem, cum viderunt paſſim nummum recipi tanquam probum, & iuſtum, nec amplius ponderari, cœperint de quantitate, & pondere detrahere, ad maiorem conflandum numerum eiuſdem characteris nummorum. Quaſi ſola characteris authoritas, quod in quantitate nummi deerat, ſupplere poſſet, vt de Nicephoro Phoca ſcriptum legimus in Conſtit. Imperat. titu. De tetartero, quod eſt nummiſmatis genus, in princip. & §. 1. Vnde fieri neceſſe fuit vt animaduerſa fraude tantundem de nummi æſtimatione priſtina decederet, quantum de pondere fuerat diminutum. Non aliam ob cauſam quam quod certam, & perpetuam materiæ æſtimationem quæ antea erat, manere oporteret, fieri autem non poſſet, vt maneret eadem ſi non pro portione imminutæ materiæ, ipſa quoque æſtimatio imminueretur. Inde verò fluere cœperunt tot æſtimationis non quidem intrinſecæ, quod notandum eſt, ſed extrinſecæ variationes, dum celandæ, aut potius tuendæ fraudis gratia ſemel mentitam magis, quàm meritam æſtimationem vnus retinere vult, alius reiicere, dum fraudare hic vult, ille ſibi proſpicere ne fraudetur. Hinc ille etiam falſorum monetariorum artes, quibus ſicut longè facilius eſt characterem imprimere, quam proportionatum, vt ità dicam, magnitudini materiæ pondus conſtituere, ita ſufficere viſum eſt ſi præſtare poſſint, vt primo aſpectu eadem materiæ magnitudo, idem pondus iudicetur, licèt re vera æs pro argento, vel pro auro ſubijciant. Vnde conſequi etiam neceſſe eſt, vt nummos quibus longo tempore tanquam probis Reſpublica aliqua vſa ſit poſtea reprobari oporteat. lege eleganter 24. §. qui reprobos de pigno. action. l. creditor 102. de ſolut. Quibus fraudibus nulla pateret via, ſi vt olim ita hodie certa magnitudine certoque pondere examinando, nummi omnes concluderentur. Vix enim eſt vt metallorum quorum diuerſa ſit ſiue materia ſiue bonitas, iuſto ponderi reſpondeat iuſta magnitudo, apud diligentes examinatores. Hinc denique cum malum non occultè, vt initio, ſed palam ſerperet, conſtitui neceſſe fuit à Valentiniano, & Valente Impp. vt ſolidos ipſos aureos veterum Principum veneratione formatos, ita ſuſcipi abſque refragatione omnino oporteret, ſi modò, & debiti ponderis eſſent, & ſpeciei probatæ l. 1. C. de veter. nummiſ. poteſt. lib. 11. tit. 10. Propter quam cauſam, & hodie ſic obſeruari videmus

vt

vt nummi aurei quantumuis Regis.aut Principis, aut Reipubl. charactere formati adpendantur,vt hoc ipsum sciatur an sint iusti ponderis, rarioresque in hoc nummorum genere fraudes fiunt proptèrea, quod etsi facile esset aurichalchi, aut æris permixtione idem aureo pondus dare, non tamen in eadem magnitudine, quæ quo magis augeretur eo suspectiorem redderet nummi probitatem cui non soleat ex tam preciosa materia plus impendi,quam necesse sit.In cæteris nummis argenteis,aut æreis facilius est fraudem committere, & in minuta moneta tanto facilius, quod iam inde à multis temporibus ponderari desijt, quæ totius mali causa fuit. Ideoque fortasse aurum cæteris metallis ad nummum constituendum preciosius habitum fuit, quòd minus sit obnoxium monetariorum fraudibus. Et hæc de prima æstimationis speciei dixisse sufficiat, in quibus idcirco fuimus longiores, quod ad omnium quæ in isto.De monetis tractatu occurrent,cognitionem maximè pertinent.

Secunda aurei æstimatio, quam iniustam & extrinsecam diximus, illa est,quæ non respondet intrinsecæ, sed pro legislatoris arbitrio,aut maior est, aut minor,quàm ex ratione ponderis, & magnitudinis esse debeat. Cùm enim extrinseca respondet intrinsecæ vnus, & idem valor est, quem malim intrinsecum,quam extrinsecum dicere, quòd aliam causam non habeat, quàm ipsam materiæ quantitatem, quodque natura, & dignitate intrinsecus præcedat extrinsecum. In quo miror ingenium Doctoris Analytici scribentis valorem quem ille vocat, impositicium,hoc est,qui ex legislatoris, aut populi voluntate sit in vsu esse bonitatem nummi intrinsecam. Etsi enim non nego,quod ille ait nummum quatenus nummus est ex valore impositicio potius, quam ex materiæ qualitate,& quantitate æstimandum esse, id tamen eo tantum pertinet,vt intelligamus massam ipsam auri,vel argenti,vel ferri prorsus inutilem esse ad rerum permutationes contrahendas (ea enim si voles vti tanquam gemma nihil prohibet.l.nummismatum 38. D.de vsufr.l.Iulianus 9.§.Marcellus D.ad exhib.l.Quintus 27.§.cui legatum.D. de aur.& arg. leg.) nisi habeat æstimationem aliquam, vt vsum dominiumque præbere possit non tam ex substantia, quàm ex quantitate d.l.1.de contr. empt. ex quo infertur, quod ibidem Paulus notat, primam illam æstimationem non solum publicam fuisse, hoc est publico,aut si mauis communi gentium omnium consensu constitutam,sed etiam perpetuam.quemadmodum apud omnes eadem initio erat nummi magnitudo,idem pondus. Eaque æstimatio satis dici potest,& debet intrinseca. Sed non illa quæ apud hos aut illos est in vsu, & variabilis pro legislatoris arbitrio,& voluntate,& de qua nunc tractamus.Nam sicut illa neq; certa est neq; perpetua, sed incertissima cæterarumq; rerũ omniũ quæ pecunia æstimantur incertum preciũ inducens,ita nec dici potest publica,qũo ea de qua in d.l.1.de cont.emp. sed potius priuata,q.s.nõ authoritate publica nitat,sed eius solius Principis aut Reip.cuius charactere percussus est nũmus, nõ q̃ in territorio eius cuius character, aut imago est publica dici nõ possit, sed q̃ extra illud territorium non aliud momentum habeat, quam quod ex materia

ria, quæ gentibus omnibus communis est magnitudine, & pondere vnanimi gentium omnium consensu statui debeat. Sic enim publicam dixit Paulus in d.l. 1.quòd vt ex Aresi.d.cap.6.lib.1.Plot.explicãdum est, publico omnium gentium consensu,ac veluti fœdere,& quasi ex compacto imposita sit, cuius comparatione vtique priuata potius dicenda est ea qua vtimur,quàm publica. Et in hoc errarunt, meo iudicio magistri nostri, vnam duntaxat æstimationis speciem in moneta qualibet quatenus moneta est agnoscentes, eamque extrinsecam,& mutabilem, cum tamen alterius, quæ & intrinseca est & publica, & perpetua longè maiorem habere rationem debuissent. Nam si bene inspicias, reperies ne huius quidem in certæ, & iniustæ rationem vllam haberi posse quin illius, quæ certa, & perpetua est potissimum habeatur. Quoties enim accidit, vt siue ex iusta siue ex iniusta causa Princeps aliquis aut Respublica aurei æstimationem augeat supra quã materiæ,& ponderis ratio patiatur, statim euenire videas, vt mercium, quæ ex alio regno, vbi iusta vigeat auri æstimatio transportandæ sunt, crescat valor quod non contingeret si aut vbi aut saltem propter auctam aurei in materiæ quantitate bonitate aucta esset æstimatio. Finge nummum aureum quem solarem, aut solatum dicunt tribus libris regijs iustè æstimari eamque æstimationem illi respondere, quæ apud Italos obtineat. Fieri verò aut abusu commercij,vt cum hæc scribebamus, aut ex Edicto Regis Galliæ, vt quatuor libris eiusdem materiæ, & ponderis idem aureus æstimetur. Si mercem in Italia comparare velis aureo vno dignã non minus aureum te præstare oportebit atque si non creuisset in Gallia aurei æstimatio. Nempè quoniam in Edicta Regis Galliæ Italos non afficiant,nec spectant Itali quanti sit aureus Gallicus,sed quanti sit aurum Gallicum, vt quod iustam excedit auri æstimationem, quasi fide publica, & communi destituto hac parte aureo,alios mouere non debeat,quàm in quos Galli Regis authoritas extendatur,non magis quàm si,vt olim,sola auri massa nullo charactere percussa in vsu esset,ac proinde magnitudinis, & ponderis examini obnoxia. Quo casu non maior esset auri Gallici, quam Italici æstimatio cæteris paribus,hoc est quatenus eiusdem essent puritatis,& bonitatis,Bald.in cap.quanto in fin.de iureiur.Parisien.nu.802. At finge talem esse mercem, quæ antea tribus libris regijs cum dimidia emi Lutetiæ potuisset, aucta aurei æstimatione ad quatuor vsque libras(libram intelligo ex viginti solidis regijs)non minore precio,quàm quatuor librarum cum duodecim solidis,& dimidio comparari nunc potest.Sicque eodem planè res recidet. Hoc cur ita? nimirum quoniam mercatori qui Romæ aut Mediolani comparauit, abest aureus dignus hodie in Gallia quatuor libris,quibus lucrum aliquod ad eandem proportionem addijci æquum est. Contra verò mercator Italus merces Gallicas tanto vilore precio comparabit quanto pluris erit aureus in Gallia vt Parisi.disputat.num.803.ac proinde vilius etiam distrahet in Italia,quam soleret antea,quia quod aureo vno comparare solebat nùc quarta parte minus emerit, quod non eueniret si aut vbique gentium, aut propter auctam bonitatis, & puritatis æstimationem aucta esset

Gallici

Gallici aurei æſtimatio. Apparet igitur nunquam poſſe æſtimationem extrinſecam tantæ eſſe authoritatis, vt intrinſecæ poteſtatem omnino deleat, alioqui dicendum eſſet nihil intereſſe vtrum ex auro an ex ferro nummus qui nunc ſolatus dicitur conficeretur, ſi quis fortè tam ſtultus, aut Princeps, aut populus reperiretur, qui nummis ferreis eandem, quam aureis æſtimationem imponeret, aut vtrum aureus ſolaris triginta libris regijs æſtimaretur an tribus. Imo vero maioris eſt poteſtatis intrinſeca quippe quæ extrinſecam, vel inuitam intra fines ſuos coerceat. Et huius rei ratio vera, & philoſophica illa eſt, quam tradit Paul. l. quæſitum. 78. §. illud. 149. §. pen. de leg. 3. quod quæ ſunt talis naturæ, vt ſæpius in ſua redigi poſſint initia. Ea materiæ potentia victa nunquã vires eius effugiant. Nec eſt contrarium quod argenti etiam facti appellatione nummi argentei non contineantur, vt Pariſ. obijcit. q. 100. nu. 753. ex l. cum aurum 19. in prin. de aur. & argent. legat. Id enim ſit non tam quod nummorum argenteorum naturę repugnet, quàm propter loquendi conſuetudinem, quæ induxit, vt non facilè quiſquam argenti appellatione nummos computet. l. Quintus 27. §. 1. D. eo. nempè, quoniam in alios vſus comparatus eſt nummus, quàm in quos argentum. Vt ſc. vſum dominiumque præbeat non ex ſubſtantia, ſed ex quantitate. l. 1. de contr. emp. Alia etiam ratio afferri poteſt ex Ariſt. lib. 1. Pol. c. 6. & 7. quòd quemadmodum duplex eſt vſus calcei, naturalis vnus, & proprius vt tegat pedem, alter improprius vt cum alia re poſſit permutari, ita duplex eſt vſus nummi, vnus proprius quatenus nummus eſt vt res omnes æſtimet. Alius improprius quatenus merx eſt, & aurum, vel argentum quod ſuam habeat æſtimationem, & vtilitatem etiam apud eos quibus nummus ille quatenus nummus ſit incognitus. Inde igitur euenit vt fiat iniuria ei cui nummus debetur, aut qui nummum debeat ſi in eo nihil conſideremus, præter vſum eius quatenus nummus eſt, hoc eſt, præter æſtimationem extrinſecam. Non enim debet creditor, aut debitor eo commodo priuari, quod ex alio vſu, licèt improprio naſci poſſit. Porrò commodum illud tanto maius aut minus futurum ſit quantò plus habeat nummi materia bonitatis, & ponderis. Quod ſi accideret toto paſſim terrarum orbe receptam eſſe aurei Gallici æſtimationem extrinſecam iniuſtam, (quod tamen certum eſt fieri nullo modo poſſe,) fatendum eſſet eo caſu non tam auri Gallici, quàm ipſius auri in genere auctam iri æſtimationem. Atque ita fieret, vt extrinſeca, quam dicimus, in intrinſecam deflecteret. Eadem enim proportione vtique nationes cæteræ omnes, quæ nummis vtuntur aureis cæterorum aureorum omnium æſtimationem augerent, vt ſua cuique conſtaret augmenti ratio, & ne alioqui tam abſurda preciorum eiuſdem materiæ diuerſitas confuſionem pareret. Idque eſſe videtur quod Ariſt. ſenſit lib. 5. Et hic. cap. 5. Nummiſma. dictum ἀπὸ τοῦ νόμου ideſt à lege, ὅτι οὐ φύσει ἀλλὰ νόμῳ ἐστί, καὶ ἐφ' ἡμῖν μεταβαλεῖν, καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον ideſt, quòd non à natura ſit, ſed à lege, & in nobis ſit mutare, aut vel inutilem nummum facere. Senſus eſt Publica lege gentium omnium non à natura ipſa indoctum fuiſſe vſum nummi, ideoque eadem authoritate, ideſt publico gentium omnium conſenſu, & abrogari poſſe vſum nummi,

mi,& mutari. Ac proinde pertinet ea sentẽtia ad æstimationem numẽmi intrinsecam, quæ apud gentes omnes eadem, & perpetua esse debet non ad extrinsecam, quæ licet huius vel illius legis Principe abrogari, aut immutari possit, non tamen iustè, ac proinde nonnisi iniquo imperio potiùs quam lege, aut si lex illa dicenda est, lege priuata id fiet non publica, si publicam intelligas, vt hic intelligere oportet, quę ab omnibus gentibus statuta est quæ, & perpetua dicitur in d. l. 1. de contr. empt. Nam, & de nummo in genere Arist. eo loco tractat, nec tamen quisquam dixerit posse vnius prouinciæ Regem toto terrarum orbe nummorum vsum tollere aut immutare. Imò nec apud suos posset absque gentium omnium consensu quin offenderet in legem publicam, & fidem publicam, si quid ex ea re damni, & incommodi cæteræ gentes paterentur. Vt verò non patiantur illud facit, quòd vel inuito eo qui æstimationem malè augeat sua nummo apud cæteras gentes maneat eadem, & publica perpetuaque æstimatio, quæ illis etiã ipsis apud quos immutata sit legem det in ijs omnibus quæ ad mutuã commerciorum necessitatem pertinent. Cumque in ea re par sit gentium omnium ius sicut & par necessitas, succedit iuris regula, quæ facit vt in pari iure potior sit causa prohibentis. Sabinus 28. D. com. diuiden. indèque vsu venit vt totum auctæ perperam æstimationis damnum, & incommodum ijs cedat qui auxerint, lucrum verò cæteris, qui augmento iniquo non consenserint.

Illud tamen obseruandum est, quod dicimus intrinsecam nummi bonitatem semper, & vbique inspiciendam esse eam scilicet quæ ex materiæ qualitate, magnitudine, & pondere æstimetur, non ita accipiendum, vt materiæ æstimationi valor nummi omnino respondere debeat, alioqui sequeretur nihil interesse vtrum massam auri, an aureos eiusdem ponderis mihi dares, idemque & massæ auri, & aureorum precium esse quod falsum est. Massa enim auri per nummos aureos & aliam pecuniæ speciem æstimari potest, nõ contra l. 1. §. vltim. l. cum certum. 9. l. Titiæ 35. D. de arg. legat. Nimirum quoniam pecunia non ex rudi & informi materia conflat, sed ex materia & forma quæ precioſiorem facit materiam, quia nec sine sumptibus imprimi potest. Non disputo an de æratio Principis cuius moneta est, an de publico ij sumptus fieri debeant, quia ad rem nostram non pertinet, tractatumque id est fusissimè à Parisiẽ. quæst. 180. num. 798. & à Dydac. De veter. collat. nummi. cap. 7. nu. 5. vbi concludit obtinuisse de consuetudine vt non teneantur Principes expensis proprijs nummos percutere, sed vt de materia detrahatur expensa cudendi, quod ipsum nihil aliud est quam de publico impensam fieri, cùm materia ipsa est publica. In quo errarunt; meo iudicio plærique, inter quos Boer. quæstio. 217. num. 3. citans Pet. de Bell. g. in specul. princip. tit. De murat. monet. mu. 7. & alios quamplures. Sed illud tantum dico fieri non posse quin pluris sit pecunia quã pondus materiæ ex qua conflat, nec quicquã idcirco fieri contra publicã legem & vtilitatẽ, si modò in æstimãda forma honestus seruetur modus, nõ si immodicè excedatur, excessus enim ille est, qui monetarum eiusdem materiæ alias atque alias æstimationes

ſtimationes facit , cum quicquid in nummo excedit iuſtam materiæ æſtimationem id quandoquidem materiæ adſcribi non poteſt formæ neceſſario adſcribendum ſit , non quòd forma augere poſſit æſtimationem iuſtam , & intrinſecam, ſed quod characteris aut imaginis impreſſio, quæ publicam non valori , ſed ponderi fidem , & authoritatem tribuat perinde proſit iniuſto Principi ad augendam materiæ æſtimationem , atque prodeſſet iuſto ad eundem finem augmentum magnitudinis , & ponderis . Qui enim nummum ſuo charactere ſignatum pluris valere vult, quàm ex iuſta materiæ , & ponderis ratione valere debeat , perinde facit impiè, & impudenter,ac ſi publicè rem minoris magnitudinis,& ponderis maioris eſſe fideiuberet . Quis verò ei credat qui minimã auri maſſam quæ oculis deprehendi poſſit, qualis quantaque ſit iurare velit vel eſſe melioris materiæ,vel grauioris ponderis ? Nemo vtique præter eos qui contradicendi ius non habent.Ergo quémadmodum non ideo ſit maſſa, aut melioris materiæ,aut maioris ponderis,quòd talem eam tantamque eſſe dicat aliquis, ita fatendum eſt non idcirco mutari æſtimationem materiæ , quòd is cuius charactere percuſſus eſt nummus auctam eam velit , aut pro aucta haberi,niſi re vera ex pondere alijſque examinandi rationibus auctam eſſe eam appareat. Et conſequenter non poteſt extrinſeca , & iniuſta æſtimatio mutare eam quæ ſit iuſta , & intrinſeca , ſicut nec augmentum ipſum ponderis mutat valorem materiæ , ſed facit duntaxat , vt eodem valore manente , aurei nihilominus augeatur æſtimatio , quoniam , & augetur materia . Alioqui plus poſſet character quo nihil niſi nummi pondus ſignificatur , quàm pondus ipſum , quod quantumcunque ſit æſtimationem , vt dicimus , non mutat materiæ , ſed auget æſtimationem nummi ad eam proportionem ad quam aucta eſt materia , ſicque per additionem materiæ non per ſe , & ſimpliciter augetur priſtinus valor aurei . Vnde illud etiam ſit vt nummorum propria imagine , aut charactere percuſſorum æſtimationem nullus Princeps augere poſſit , quin aliorum quoque eiuſdem materiæ , vel inuitus augeat , nimirum quoniam publica illa , & perpetua , quæ apud omnes eſt æſtimatio non patiatur , vt alia ſit auri Gallici , alia Italici , alia Hiſpanici æſtimatio(niſi quatenus alterum ab altero puritate diſtat(ne quidem apud eos quibus libeat a iuſtæ æſtimationis tramite diſcedere . Propter quam cauſam veriſſimè videtur mihi Pariſienſis obſeruaſſe intereſſe , quàm maximè Reſpublicæ , quæ nec aurum nec argentum habeat aliud quàm quod ex propriarum mercium commercio redigere poſsit , vt nummos omnes tam aureos , quàm argenteos fortes habeat , itemque monetas omnes vt tanto plus auri , vel argenti , vel æris ab exteris mercatoribus inferatur , ſecus ſanè eſt ſi prouincia talis ſit , quæ alienis mercibus indigeat potius, quàm vt de ſuis tantumdem ſuppeditare poſsit . Tunc enim minoris probitatis , aut ponderis cudi nummos expedit , ne alioqui vicino Principe nummos omnes quos ab alio commerciorum vſus auocauerit in proprios commutante ſola charactéris mutatione eueniat , vt ſenſim omnes intercidant . Et hæc fraus quoque eſt , ſed eo tolerabilior , quod fieri eam

tam neceſſe eſt maioris fraudis vitandæ gratia. Cæterùm fraudibus omnibus via præcluderetur ſi vna eademque ſemper, vbique, vt olim melioris monetæ lex Principum omnium præſertim Chriſtianorum conſenſu inconcuſſa ſeruaretur: ſi enim fieret vt nunquam alij aliorum nummis ad conflandos proprios abuterentur, quod ſine materiæ imminutione fieri nunquam ppteſt, vt aliquod habeat doloſus artifex operæ ſuæ precium. Sed & illud ex veteri, & antiqua nummi inſtitutione repeti neceſſe eſſet, vt nunquam metalla permiſcerentur, ſed ex auro tantum, & argento quantum fieri poſſet puro ſimplicique nummus conficeretur, quomodo, & hodie obſeruari ſcimus Romæ, Venetjis, in Hiſpania, & alijs nonnullis locis. Permixtio enim metallorum illa eſt, quæ fraudis, & maliciæ non minus, quàm nummi materiam his temporibus præbere videatur, id præcipuè curatibus monetarijs, vt quantum auri, & argenti ſuffurantur, tantundem permixtæ valoris materiæ pondere ſuppleatur.

Ad hanc verò ſecundam æſtimationis ſpeciem, quam malè intrinſecam Pariſienſ. vocat; rectius noſtri extrinſecam, & ego iniuſtam, illud pertinet, quod Imperatores Gratian. Valent. & Theodoſ. conſtituerunt in l. vlt. C. de veter. nummiſma. poteſt. lib. 11. tit. 10. vt ſolidorum omnium obrizatorum, ideſt ex auro optimo; & puriſſimo conflatorum vniforme ſit precium, ſub pœna capitalis ſupplicij. Quæ enim iuſta eſt aurei æſtimatio, cum ſit & publica, & perpetua, vt diximus, non poteſt non eſſe, & certa, & vniformis. Quæ verò a legiſlatore aliquo, aut commerciorum abuſu ſupra iuſtam materiæ, & ponderis rationem inducitur, fieri vix poteſt vt certa ſit, & vniformis, niſi legum ſeueritate, fraudum, & auaritiæ ſtudium coerceatur. Nam & noſtris temporibus vidimus eundem aureum eadem hora ab hoc nouem florenis noſtris in eadem moneta æſtimatum, ab illo nouem cum dimidio, ab alio decem. Qua incertitudine nihil dici poteſt iniuſtius, turbandiſque hominum negotijs, & commercijs accommodatius. Sanè quod in l. 2. C. eodem titu ſcriptum eſt Pro imminutione; quæ in æſtimatione ſolidi tractatur, omnium quoque precia ſpecierum decreſcere oportere, ad extrinſecam duntaxat æſtimationem pertinere poſſe conſtat. Cùm diminutio aurei intrinſeca fieri non poſſit in æſtimatione materiæ ſed tantum in quantitate, vt diximus. Hæc verò cùm accedit tantum abeſt vt ſpecierum precia deſcreſcere oporteat, in quo bonus errauit Accurſ. vt ex cõtrario creſcere potius debeant, nam & eo caſu creſcit aurei æſtimatio extrinſeca. Cur enim aureo tantum vno eoque deteriore nunc æſtimetur, quod antea aureo vno quidem, ſed meliore, & ponderoſiore æſtimabatur? Et viciſſim aucta æſtimatione aurei propter auctam bonitatem intrinſecam, precia rerum decreſcere rationis eſt, quia & decreſcit aurei æſtimatio extrinſeca, ne alioqui non plus proſit aureus, qui plus habeat, & bonitatis, & ponderis, quam qui minus. At cùm eadem manente aurei ſubſtantia, & quantitate creſcit tamen eius æſtimatio quantumuis iniuſtè, fit neceſſario, vt cæterarum rerum omnium precia quoque creſcant: vt quod aureo vno dignum erat tale adhuc maneat. Cùm verò diminuitur aurei æſtimatio,

cio, nil diminuta materia, diminui quoque precia ſpecierum oportet, quaſi ceſſante ea quæ maioris precij inducendi cauſa fuerat. Nam cùm merces omnes nummo æſtimentur, d.l.1.de contr.emp. d. l. ſi ita fideiuſſorem 42.de fideiuſſ.fateri neceſſe eſt mercium omnium æſtimationem à nummi valore tanquam à regula legem accipere, ſiue is valor iuſtus ſit ſiue iniuſtus. Inter nummos autem aurei potiſſimum quẽ veteres ſolidum dicebant habendam rationem non ſolũ quòd dignior ſit, vtpote cuius æſtimationi cæteræ omnes monetæ ignobiliores ſubſeruiant, ſed etiam quòd adulteratorum & falſariorum fraudibus, vt iam dictum eſt, minus ſit obnoxius: proinde eius æſtimatio iuſta non poſſit non eſſe certior, propter quam cauſam apud gentes omnes recipitur, non etiam monetæ inferiores, præſertim quæ permixti æris habeant. Idque noſtris etiam temporibus vſu veniſſe vidimus, vt cùm de imminuenda æſtimatione aurei tractaretur qui euidentiſſimo abuſu ad decem vſque florenos æſtimabatur, & ad ſeptem florenorum æſtimationem reducendus videbatur, de imminuendis quoque mercium precijs quæ ſuprà modum & ad eandem proportionem creuerant, tractandum fuerit. Sed & ſi ponas extrinſecam priorem aurei æſtimationem ad quinque fortaſſis florenos, fuiſſe minus ſufficientem quòd intrinſeca ſex florenis digna eſſet (vt aliquando contingere poteſt, licèt perrarò) idem erit admittendum, vt aucta extrinſeca ad rationem intrinſecæ, hoc eſt aucto valore aurei ad ſex vſque florenos, creſcat & precium mercis, vt quæ prius non niſi quinq; florenis vendebatur nũc ſex vẽdatur. Nimirũ quòd commercij vſus is eſſet, vt quinq; floreni nummo aureo æquipollere crederẽtur, ideoque digna merx eſſet aureo quæ quinque florenis digna putabatur.

Quid verò ſi auri æſtimatio ideò creuerit quòd inferiores monetæ, quibus ille æſtimatur diminutæ ſint in bonitate intrinſeca, aureus verò eiuſdem manſerit, & bonitatis & ponderis? Hoc enim plerunque accidit, & eò frequentius quo facilius eſt adulterari inferiores monetas, quæ vt diximus non ſolent ponderari, licèt ipſis quoque pondus ſuum lege publica definitum conſtare oporteat. Puto hoc caſu dicendum eſſe non tam augeri æſtimationem ſiue intrinſecam ſiue extrinſecam aurei, quàm priſtinam conſeruari, & retineri. Ac de intrinſeca quidem conſtat, cùm nec bonitas nec pondus materiæ augeatur. De extrinſeca verò apparet ex eo quòd ſi nonaginta ſolidi hodierni non plus habeant bonitatis intrinſecæ quàm haberent olim ſeptuaginta, neceſſe omnino ſit ad retinendam aurei æquè boni eandem æſtimationem augeri ſolidorum numerum, vt nihil interſit an ſeptuaginta des ſolidos ex veteribus qui erant meliores, an nonaginta ex recentioribus quos ponimus cuſos deteriores, dummodo ad eandem debitamq; proportionẽ deteriorationis illud numeri augmẽtũ fiat, nouùſq; numerus veteri æquipollet. Itaq; quiſquis dicit ex monetarũ deterioratione augeri æſtimationem aurei malè loquitur, ſed dicendum eſt augeri ſolidorũ numerũ, aut q̃ idẽ eſt minui ſolidorũ æſtimationẽ, nõ ad aliũ fine q̃ vt eadẽ quæ priùs erat aurei æſtimatio nec aucta nec diminuta cõſeruẽt extrinſecus, ſicut, & intrinſecus. Vnde ſæpe quotidie cernimus,

vt

vt neq; merciũ precia hoc caſu augeant ſi emptor velit in aureis,aut in moneta nõ deteriorata ſoluere ,augeat tñ ꝓ rata diminutę monetarũ bonitatis ſi ſolutio fiat in ea moneta quæ deterior facta ſit. Quæ proculdubio etiam facta ſolutione in moneta non deteriorata,augerentur ſi ex eo auctam dici poſſet aurei æſtimationem . d.l2.C.de veter. nummiſm. poteſt. Rerum enim precia etſi vix vnquam eadem permanent, propterea quod varijs ex cauſis poſſit contingere vt quod antea erat precioſius, nunc ſit vilius ,& contra , ſi tamen nihil ſit aliud propter quod variari debeãt , ita demũ eadẽ manẽt ſi monetarum & aureorũ idem quoque ſtatus maneat. Quemadmodum enim nummo omnes merces æſtimantur , ita mutatione nummi ſiue in intrinſeca ſiue in extrinſeca bonitate,precia quoque mutari neceſſe eſt. Si quando ſidam monetarum precia eadem maneant,aliarum mutentur , ſtabunt etiam precia merciũm eadem ratione earum monetarum , quæ mutationem nullam paſſæ ſint. Mutabuntur verò ratione cæterarum , quæ fuerint immutatæ:vt & Didac.obſeruauit dict.cap.7.num. 1. poſt Pariſ. quęſt. 93.num.716.Finge diminutum aureum in bonitate intrinſeca , monetas verò quibus antea æſtimabatur eaidem manſiſſe, creſcet æſtimatio mercium in aureis ſoluenda , non creſcet æſtimatio quæ in proba nec deteriorata moneta ſoluet. Neque hoc caſu locus eſt dictæ l.2. C. de vet.nũmiſ. põt.Quod sũmopere notandũ eſt ad deciſionẽ earum quæſtionũ de quibus infra tractabimus , quoniã nõ ſolet hodie augeri æſtimatio aurei extrinſeca , niſi propter monetarum inferiorum deteriorationem. Proinde ſic tractanda ſunt omnia ac ſi non de aucta , ſed de retenta potiùs veteri aurei æſtimatione agendum eſſet.

De aureis conuentione æſtimatis.

CAP. II.

TErtia ſupereſt & poſtrema aurei æſtimati ſpecies quam ſupra conuẽtionalem diximus, nec niſi iuſtam eſſe poſſe, de qua nunc tractandum nobis eſt.De cæteris enim dicemus in quæſtionibus ſequentibus.Dedi tibi mutuos centum aureos æſtimatos ſingulos tribus libris regijs , quæ erat vſualis & extrinſeca aureorum crediti tempore æſtimatio , reddendos poſt annum, quo tempore æſtimatur aureus quatuor libris regijs, tantique expenditur. Quæſtio eſt an centum aureos reddere mihi habeas quaſi verba illa æſtimatos ſingulos tribus libris regis demonſtrationis cauſa adiecta ſint potiùs quàm taxationis , ad differentiam fortaſſe paruorum ſcutorum , quæ vulgò minoris æſtimantur , An verò libris reddendo trecentas libras in 75. aureis , quaſi ex contrario verba ſupradicta taxationis cauſa inſerta ſint potiùs quam demonſtrationis. Eademque tractari poteſt quæſtio ſi in contrarium aureorum æſtimatio extrinſeca decreuerit ad duas vſque libras, an 150 aureos reddere omnimodo debeas,an centum duntaxat. Dubitationẽ facit,

Digitized by Google

ſcit, quod mutui obligatio re contrahatur. l. 1. §. 1. D. de obligat. & action. l. contra 6. de S. C. Maced. videaturque id tacitè actum vt eadem tantundem reddatur in eadem bonitate, & qualitate l. 2. §. mutui datio l. 3. D. de reb. credit. quod aliter fieri non poteſt quàm ſi quod redditur ſit eiuſdem ſpeciei eiuſdemque numeri. Adeo vt non valeat pactio ſi inter nos conuenerit, vt acceptis decem vndecim debeas l. rogaſti 11. §. ſi tibi D. eod. l. ſi tibi 17. D. de pact. l. cùm vltra 9. C. de non numer. pecun. vbi ratio illa redditur, quod non poſſit re contrahi obligatio, niſi quatenus datum ſit. Proinde videntur vtroque caſu centum auri deberi, vt ſi aucta fuerit æſtimatio, damnum ſit debitoris; ſin diminuta, creditoris. Et ſanè ſi conuenerit, vt idem aureorum numerus reddatur, prima facie dicendum videtur non fuiſſe aureos æſtimatos taxationis cauſa, ſed potius demonſtrationis, cùm fieri non poſſit, vt idem aureorum numerus ad eandem æſtimationem reddatur aucta ſemel æſtimatione. idemq; eſſe etiamſi ſimpliciter dictum ſit vt ſolutio fiat in iiſdem ſpeciebus, quod vt hæc pactio aliquid operetur, neceſſe ſit totidem ſpecies reddi ne alioqui id actum videatur, vt aut plures aut pauciores ſpecies eiuſdem materiæ, & qualitatis redderentur, quorum alterum debitor, alterum creditor nunquam admitteret. Demonſtrationis autem cauſa taxatos fuiſſe aureos inde proderit, vt intelligatur de quibus aureis actum ſit cùm non vna ſit omnium æſtimatio, quòd pluris in Gallia, & in Italia æſtimetur Gallicus quàm aut Italicus aut Hiſpanicus. Multò magis vero ſi non de aureis, ſed de ſcutis dictum ſit. Scuti enim nomen æquiuocum eſt, vt. etiam ſcutum comprehendat, quod vulgo vocant monetarium, aut vt apud nos, Cameræ, quod non eſt aureum, nec vnquam niſi quinque florenis æſtimatum. Itaque qui ſcutum dicit tribus libris regijs æſtimatum, non iuſtè ſic loquitur, ſed plus dicit quam qui ſcutum ſimpliciter, vt ex alijs apparebit, quæ poſtea dicemus. Sunt tamen qui contra putent poſſe Pariſien. æſtimationem illam etiamſi adiectum ſit vt in eiſdem, & totidem ſpeciebus mutuum reddatur, debere intelligi rebus ſic ſtantibus, adeo vt aucta, vel imminuta æſtimatione extrinſeca aurei poſſit ſolutio fieri in alio numero ſiue maiori ſiue minori dummodo in eiſdem ſpeciebus, quaſi adiectio numeri nihil aliud operari debeat quàm vt appareat eum qui iam caueret de facienda ſolutione in eiſdem ſpeciebus hoc ipſum enixius expreſſiſſe, ne liceret debitori eandem ſummam in diuerſa ſpecie monetæ etiam æquipollenti reddere. Sic enim ille quæſt. 90. num. 89. & quæſt. 92. num. 710. vbi ait, Nunquam in dubio cenſeri conuentum de non ſupplendo nec deducendo vero extrinſeco augmento, vel decremento, niſi ſpecialiter expreſſum ſit, vel niſi iam tempore contractus periculum mutationis immineret, quo caſu fateretur eam pactionem ſpeciei, & numeri cauſa tacitè tranſactionis periculi imminentis factam videri. Ergo ſi Pariſien credimus, etiã ſi dictum ſit tot aureos Regios Francicos ſolares, ac poſtea adiectum ad rationẽ etiam librarũ regiarũ pro vnoquoq; aureo, & conuentũ vt totidẽ in eiſdẽ ſpeciebus reddantur, non magis obligatus erit debitor vt centũ aureos reſtituat ſi cõſi ex poſtfacto aucta ſit æſtimatio, quã ſi ad

certam quantitatem abſtractam, & genericam in certa ſpecie monetę ſoluendam obligatus eſſet nulla numeri facta mentione, vt & Pariſien. ipſe fateri videtur d. quæſt. 92. nu. 705. in fin. quod tamen non puto probabile. Nam ſi pactione expreſſa, quod ille admittit, fieri poteſt vt obligetur debito ad totidem ſpecies reddendas, licet earum aucta ſit æſtimatio extrinſeca, quoniam in contractib. id ſemper ſequimur, q actũ eſt l. ſemper in ſtipulationibus 34. de regul. iur. quid obſecro apertius dici poteſt quàm id ipſum in obligationem deduci, vt non eaſdem ſolùm ſpecies, ſed totidem etiam reddat debitor quibuſcunque tandem verbis concepta ſit obligatio? Præſertim noſtris his temporibus quib. tam frequens tantàque in dies occurrit monetarum æſtimationis, & intrinſecæ, & extrinſecæ variatio, vt dubitandum non ſit quin prudens negotiator qui ve eodem numero ſibi reddendo cauet de periculo illo tranſigere voluiſſe videatur, ſiue in aperto ſit imminere periculum ſiue in incerto. Nec ſanè vnquam admittenda eſt ea conuentionis interpretatio quæ ſuperuacuam verborum adiectionem inducat. vulg. l. ſi quando 109 de legat. 1. cap. ſi Papa de priuileg in 6. Et quod dici ſolet in cõtractibus, & obligationibus omnibus ſubintelligi ſolere clauſulam rebus ſic ſtantibus, ita verum eſt ſi conuentionis verba patiantur, voluntaſque contrahentium. Quod hic non contingit, cùm non aliam ob cauſam videri poſſint æſtimati auri quàm quòd credibile ſit præſentem eorum æſtimationem facilè in dies mutari poſſe. Itaque vel hæc Pariſien. ſententia rationem prorſus nullam habet, vel in ſuperiorem recidit, vt æſtimatio facta cenſeatur demonſtrationis cauſa potiùs quam taxationis. Et què quotieſcunque conuenit vt centum aurei crediti ad rationem, vt loquuntur, trium librarum regiarum pro aureo quolibet, reddantur in iiſdem totidemque ſpeciebus. Cùm aucta poſteà ſiue ſtatim ſiue ex interuallo æſtimatione idem eiuſdem ſpeciei aureorum numerus debeatur. Non eſt improbabilis ſententia, vt inſerta ſit aureorum certa æſtimatio demonſtrationis potiùs quàm taxationis cauſa, ſiue ea verba adijci neceſſe fuerit ad aliorum ſcutorum differentiam, vt diximùs, qui caſus minorem habet dubitationem, ſiue adiecta ſint ſuperuacuò poſt iam ſatis demonſtratam alijs verbis aureorum qualitatem, quoniam tolerabilius ſit ſuperuacuam demonſtrationem admittere tollendæ omnino dubitationis gratia, quàm de verborum ad ipſam obligationis ſubſtantiam pertinentium vi & poteſtate quicquam detrahere. Hancque communiorem eſſe video noſtrorum opinionem. Idemque ex contrario admittendum putat ſi aureorum æſtimatio extrinſeca decreuerit, vt nimirum debitor non maioris quàm accepti numeri reddendi neceſſitate obſtringatur, vt eadem conuentionis æquitate, & interpretatione non minus debitori quàm creditori vnicuique in ſuo caſu ſuccurratur. Quę res tollit proculdubio omnes illas æquitatis rationes, quibus mouetur Pariſien. vt ſentiant incrementi, aut diminutionis, quæ extrinſecus de improuiſo ſupereuenerit rationem habendam eſſe. Cùm enim par vtriuſque in vtrunque euentum ratio eſt, neuter læſi videtur vulg. l. de fideicommiſſo. C. de tranſaction. ſi pater puellæ

12. C.

ff. C. de inoff. teſtam. Sed & ſi de numero nihil dictum ſit, ad conuentum duntaxat, vt centum aurei crediti ad rationem trium librarum Turonenſium, reddantur in eiſdem ſpeciebus, licèt maiorem ſanè res habeat dubitationem. Perinde tamen dicendum videtur demonſtrationis potius quam taxationis cauſa æſtimatos fuiſſe aureos, vt à natura mutui, quam minimum fieri poteſt recedatur, quæ illa eſt, vt quod redditur ſit tantundem, hoc eſt eiuſdem generis, bonitatis, & qualitatis. Nec aliud in cæteris contractibus recipiendum, in quibus data pecunia redditur, puta in dotis reſtitutione, aut in fundi redemptione l. res in dotem 42. D. de aur. dot. Ego puto diſtinctionem adhibendam eſſe, an aureorum æſtimatio in ipſa obligatione, & ſolutione poſita ſit, an in cauſa obligationis. In obligatione, & ſolutione eſt cùm ita ſcribitur mutuos do tibi cẽtum aureos quos promittis poſt annum proximum reddere ad rationem trium librarum regiarum pro vnoquoque aureo in eiſdem ſpeciebus. In cauſa vero obligationis cum æſtimatio præcedit obligationem, & ad creditum ipſum refertur potius, quã ad ſolutionem, ideſt ad factum creditoris potius, quam debitoris, puta ſi ita dictum ſit. Mutuos do tibi centum aureos ad rationem trium librarum regiarum pro vnoquoque aureo quos ſoluturum te promittis poſt annum proximum in eiſdem ſpeciebus. Poſteriore caſu obtinere poteſt, quod volunt demonſtrationis potius, quam taxationis, & venditionis cauſa, videri æſtimatos aureos, totidemq; in eiſdem ſpeciebus reddendos ſiue aucta ſit ſiue imminuta extrinſeca æſtimatio. Quid. n. ſi aureus Italicus, qui contractus tempore nonniſi octo, & quinquaginta ſolidis dignus erat, reperiatur ſolutionis tempore æſtimationis ſexaginta ſolidorum, hoc eſt trium librarum regiarum? Non idcirco poterit ſolutio fieri in aureis Italicis, ſed in illis fieri debebit, qui contractus tempore iam æſtimabantur tribus libris regijs, hoc eſt in aureis ſolatis, licet hodie pluris ſint. Priore vero caſu negari certè non poteſt, quin taxationis cauſa facta ſit æſtimatio, idque manifeſtè actum, vt ſi ſolutionis tempore, quod nominatim deſignatum eſt pluris ſint aurei, quam cum mutui dantur, in iiſdem quidem ſpeciebus reddantur, ſed non in eodem numero, (niſi id quoque nominatim actum ſit, vt in eodem numero reddantur.) Imo verò inſpecta ea, quæ tunc erit æſtimatione, vt quanto maiorem, vel minorem eam eſſe apparebit ex collatione æſtimationis conuentionalis, tanto maior aut minor ſoluatur numerus aureorum. Nec ſimile eſt, quod traditur in l. ſi inter 21. C. de iu. dot. Tali pacto inter virum, & vxorem interpoſito, vt poſt matrimonium quoquomodo diſſolutum ſpecies æſtimatæ dotis datæ precijs, quibus æſtimatæ eſſent reſtituerentur, non precia ſpecierum dari, ſed ipſas ſpecies debere reſtitui, cum (inquit lex) in placitis ſpecierum reddendarum idcirco preciorum nomen videatur annexum, ne ſi species aliqua deminuta fuiſſet, aut perdita alio precio, quam quo taxata fuerat reposceretur. Alia enim eſt ſpecierum æſtimatarum ratio, alia nummorum æſtimatorum. In ſpeciebus non ſemper æſtimatio facit vẽditionem ne tunc quidem cum facit taxationem, facit quidem regulariter. l. 3. D. locat. l. 1. §. vlt. D. de æſtim. act. l. plerunq; D. de iur. do. l. quoties. 5. l. cũ dotem

rem 10.C.eod.l.ex conuentione 11.C.de pact.l. vnic.§. cumque ex stipulatu C.de rei vxor. action. Boer. quæst.327.num.11. sed non facit si conuenerint eædem species quæ æstimatæ sunt restituantur.l. 11.C. sol. matrim.aut similibuli detur electio vtrũ rẽ petere velit an æstimationẽ. l.quòd si,fundus 11.D.de fund.dota.l.1.C. eod. His enim casibus si res extent nec deteriores factę sint,reddi debent acsi nulla facta esset æstimatio.l.æstimatis 50.D.sol.matrim.At in nummis si taxationis causa æstimati fuerint,fieri non potest vt vllo casu habendi sint pro non æstimatis, imò semper tanti videntur venditi.Et dissimilitudinis ratio est, quòd æstimatio specierũ reddendarũ non fiat vt prosit in eũ casum quo species ipsæ restituantur,sed ex contrario in eum casum quo non possint restitui,vel quia non extent amplius,vel quia deteriores factę sint. Æstimatio verò nummorum in ijsdem speciebus reddendorum fiat in eum casum,quo eædem species (non numero, sed genere) reddantur. Quæ fieri cet semper reddendæ sunt,nec possunt vnquam aut non extare, aut exteriores esse, vt proinde non possint videri æstimatæ huius periculi metu,nec quam aliàs ob causam nisi vt tanti videantur venditæ,cumque nummorum vsus ex quantitate cõsistat.d.l. de contrah. empt. Nihil vetat tantundem restitui in ijsdem speciebus, licèt non in eodem numero,cùm ea fuit contrahentium voluntas, dummodo congruat æstimatio. Quod in speciebus non contingit. Non enim sicut æstimationis diuersitas mutat quantitatem, ex qua nummus æstimatur,ac proinde numerum nummorum ita mutat vel auget speciem. In eoque videtur erasse Boer.d.quæst.327.nu.11. Deinde species nullã certam habent æstimationem,sed incertissimam pro varia personarum & temporum condicione l.precia rerum 63.D.ad leg.falc. Nummi habent certam,& perpetuam,si intrinsecam materiæ quæ gentibus omnibus communis est,potiùs quàm formę,& extrinsecam respicias. Vnde fit vt nullam in Pandectis legem reperias,quæ de incerta pecuniæ æstimatione loquatur.l.3.de in lit.iur.l.3.de eo quod certo loc. Proinde nõ est inutilis pactio,qua conuenit,vt species etiam quæ eadem reddendę sunt æstimentur:ita enim fit vt siue pereant,siue deminuantur, certum sit quid pro ijs restitui debeat nec amplius contendendum sit quanti tunc essent res,quod omnimodo sciri debet; vt ex veteris æstimationis collatione non præsens sumatur, quæ nulla est rei peremptæ, sed appareat quantum debeatur. Quod si res æstimata extet,& pluris sit hodie, quam æstimata fuerit; non ideo minus cogitur maritus totam speciem restituere, nec quod plus est in præsenti æstimatione potest vicissim repetere, quia conuenit vt eædem species redderentur, cuius conuentionis commodo mulier fraudaretur,si quid pro re sua reddere cogeretur. Nil obstante eo, quod dictum erat,vt eædem species redderentur,pretijs quibus æstimatæ essent. Non enim eorum verborũ sensus ille est,vt neque maioris neque minoris pretij restituantur (nec si ita pactum conceptum sit, vt eædem species reddantur habita ratione augmenti, & diminutionis, quomodo in l.æstimatis 50.D. solut. matrimo.) sed preciorum nomen idcirco annexum videtur, vt sciatur, quid restituendum sit cum species ipsę restitui non possint. Dices,

Ita

Ita fieri vt inter maritum, & vxorem non ſeruetur in hoc pacto æqualitas. Nego. Nam quemadmodum rem quæ nunc pluris valeat maritus reddit integram ſi nihil in eam de ſuo impenderit, ſoloque temporis curſu precium rei augeri contigerit. Ita ex contrario ſi non fuerit res deteriorata, ſed in extrinſeca tantum æſtimatione diminuta, liberabitur maritus rei reſtitutione, nec quicquam amplius pro imminuta æſtimatione præſtare tenebitur: non enim maritum lex obligat, vt eodem pretio rem reſtituat quo taxata fuerat, ſi æſtimatio eius diminuta ſit, ſed ita demùm ſi ſpecies ipſa, aut diminuta ſit, aut perdita. Rurſus ſicut prodeſt mulieri ea preciorum adiectio, vt non poſſit maritus dicere minoris rem fuiſſe cùm in dotem data eſt. Ita proderit marito ne poſſit mulier dicere fuiſſe pluris, denique ſi ſpecies in dotem detur æſtimata diligenter, diſtinguendum eſt quid actum dictumque ſit, ſi ſimpliciter æſtimata fuerit, æſtimatio facit venditionem, nec niſi precium vel inuitæ mulieri reſtituere maritus hęrèſue eius cogitur, ſi conuenerit, vt quamuis æſtimata reddatur eadem ſpecies, ſiue ſimpliciter, ſiue hoc addito eodem pretio quo æſtimata eſt, eadem omnino ſpecies reddi debet ſi extet, nec deteriorata ſit, ſiue maioris, ſiue minoris hodie ſit æſtimationis. Nec aliud erit ſi conuenerit, vt eadem ſpecies reddatur habita ratione augmenti, vel diminutionis boni viri arbitratu, vt in d.l. æſtimatis. Pertinet enim ea adiectio ad augmentum vel diminutionem bonitatis intrinſecæ non æſtimationis extrinſecæ, ne alioqui fruſtrà facta ſit conuentionis æſtimatio. Quoties enim res in dotem data deterior facta eſt licet certam habuerit æſtimationem; boni tamen viri arbitrio committendum eſt neceſſariò quanti ea deterioratio æſtimanda ſit. Ad rata ſcil. & proportionè conuentæ æſtimationis. Huius tamen conuentionis illa fortaſſe videtur eſſe vtilitas, quòd deteriore facta re dotali æſtimata non cogitur maritus æſtimationem omnino reddere, quomòdo in ſpecie l. ſi inter, cùm conuenit vt eædē ſpecies eodē precio redderentur, ſed pòt rem ipſam quantumuis deteriorem reddere, dummodo in pecunia ſuppleat quod pp deteriorationē deeſt arg. l. 3. §. j. D. cōmod. l. j. §. ſi res depoſita D. depo. Hoc n. ppriè eſt rem ipſam reddere habita rōne diminutionis. Neq; obſtat quod in l. 11. de iur. dot. ſcriptum eſt rem dotalem æſtimatā poſſe, & deteriorem reddi. Ibi. n. pro & legem dum eſſe nec apertiſſimū eſt, & nos in coniecturis noſtris probauimus. At nummorū qui in eadem ſpecie reddendi ſunt æſtimatio non alias vtilis eſſe poteſt, quam ſi ijſdem in genere ſpeciebus redditis, ſpecierum numerū vel augeat vel minuat, niſi conuenerit vt idem quoque earundem ſpecierum numerus reddatur, quo caſu quomodo temperanda res ſit, paulò poſt videbimus. Dices fortaſſe, Imo verò ſpecierum in dotē datarum æſtimatarum, & nummorū æſtimatorum cōparationem recipi poſſe in omnib. Nam quemadmodū datis in dotē rebus æſtimatis, ſi conueniat vt eædē ſpecies eodem pcio reddant, non precia debentur, ſed ipſæ ſpecies, ita creditis vel in dotem datis nūmis aureis certæ ſpeciei puta Genuenſib. æſtimatis ad tres libr. regias, & hoc pacto addito vt reddant in ijſdem ſpeciebus, nō æſtimatio aureorum debetur, ſed ipſe aureorū ſpecies. Item quemadmodum

ſpecies in dotem datæ perire poſſunt, & deteriores fieri, & ſi pereant vel deteriores fiant, hoc eſt tales, quæ propter dereriorationem minoris ſint æſtimationis non liberatur maritus eas ipſas reſtituendo, ſed ad æſtimationis initæ præſtationem omnino recurendum eſt (niſi conuenerit, vt eędem ſpecies reddantur habita ratione diminutionis, vt in d.l.æſtimatis) Ita auri Genuenſes perire poſſunt, & deteriores fieri. Perire ſi edictis Principum omnium vſus eorum in Republica prohibitus ſit, quo facto vtique præſtanda erit omnimodo conuenta æſtimatio, nec liberabitur debitor alios æquè bonos aureos reddendo, qa non cogitur creditor in aliam formam nummos accipere quoties damnum ex ea re aliquod paſſurus ſit. l.Paulus alias.lege creditorem 99.D. de ſolut. damnum autem quod in propoſito caſu contingere poterat ex nummis in aliam formam ſolutis tanti videtur ab initio partium conſenſu æſtimatum, vt nec probare creditor debeat ſua quicquam intereſſe.arg.l.vlt. D.de Prætor. ſtipulat. Idemque erit ſi deteriores facti ſint, ideſt ſic diminuti in bonitate intrinſeca, vt propterea extrinſeca quoque eorum æſtimatio diminuta ſit.(Si enim contingat, quomodo contingit pſæpe,auri valore extrinſecũ creſcere diminuta bonitate intrinſeca non magis propter æſtimationem poteſt conqueri is cui ſolvitur aureus diminutus quàm in ſpecie. d. l. ſi inter, poſſet conqueri mulier ſi ei domus dotalis redderetur deteriorata quidem, ſed majoris æſtimationis quàm eius quæ conuenta eſſet.) Nemo namque dubitat quin non cogatur creditor nummos intrinſecus, & extrinſecus diminutos accipere, in eoque omnes noſtri conueniunt,ex cap. cum Canonicus.Extr.de cenſib.Dydac.d.c.7.§.vnicǫ.num,2.verſi.quod ſi veteres poſt Io.Faber.in princip.Inſtit.quib.mod,tollit.oblig.ad fin. Pariſ.d. q. 100.num.759. Itaque hoc caſu præſtanda erit æſtimatio,quia nummos intrinſecus diminutos non poteſt cogi creditor accipere,nec ſi debitor ſupplere velit quod iuſto valori deeſt, niſi poneres conueniſſe vt eædę ſpecies redderentur habita ratione diminutionis arg.d.l.æſtimatis.Nec ſuperioribus contrarium eſt quod dici ſolet pecuniam debitam neque perire poſſe, neque fieri deteriorem.l. incendium 11. C. ſi cert. per. Id enim verè dicitur de pecunia quæ debetur in genere,ideſt de quantitate ipſa pecuniæ,ſed non de pecunia quæ in certa ſpecie debetur,hæc ſiquidem, & perire poteſt, & non eſſe in rerum natura.l.ſi ſeruus 108.§. qui quinque in arca de legat.1. cum ſimilibus. Similiquemodo poteſt & deterior fieri. Porrò debentur nummi in ſpecie non ſolùm ſi quis debeat centum aureos quos habet in arca, vt in d. §. qui quinque, ſed etiam quotieſcunque conuenit vt reddantur in iiſdem ſpeciebus, tametſi mutuum quod non niſi in ſpeciebus fieri poteſt non ſoleat conſtituere quem debitorem ſpeciei,ſed generis tantùm, Nam quemadmodum qui in dotem accepit ſpeciem æſtimatam,non eſt debitor ſpeciei ſed generis.d.l.quoties 5.& l.cum dotem 10.C.de iur.dot.ſit tamen debitor ſpeciei ſi conueniat,vt ſpecies æſtimata omnimodo reddatur.d.l. ſi inter,ita qui pecuniam ſimpliciter debet ſit quidem debitor generis ſetiamſi æſtimata non ſit, quia ex ſua natura ſatis ſuperque à lege æſtimata intelligitur, vt de rebus omnibus in pondere vel numero vel menſu-

Digitized by Google

mensura consistentibus Bald. scribit ad d.l.res in dotem 42. D.eo.) sed si obligatus sit vt easdem species restituat quas alioqui restituere non tenetur, fit debitor speciei non generis. Finge credidisse me tibi Hispanos aureos duplices quos Gallicè doublons appellamus. Si nihil præterea dictum sit debitor es generis potesque, vel inuito mihi soluere ducentos aureos Hispanicos simplices. Quidni verò cùm eo casu reddas tantundem in genere eodem, in bonitate eadem, & qualitate. Nisi fortè mea interfit quod in aliam formam soluas quàm qua acceperis. d.l. creditorem, putà quod essem obligatus alteri eandem duplicium quantitatem ad eandem diem sub pœna soluere. (Nota tamen hoc hodie locum non habere postquã placuit ex generali consuetudine, si nõ fit dictum vt soluatur in ijsdem speciebus, solui posse in alia etiam materia, vt dicam infr. cap. 3. ad fi. At si conuenerit inter nos vt in ijsdem speciebus restituas, non cogar accipere binos aureos simplices pro vno duplici. nec si mea non probem interesse, quia lex contractus omnino seruanda est. Es igitur eo casu debitor speciei non generis: quia eadẽ species reddere cogeris. Non quidem easdem numero: (earum enim, quæ tibi creditæ sunt dominium in te translatum est, ideoque si ipsas amittas licet casu fortuito periculum ad te pertineat, nec eo minus remanes obligatus l. 1. §. & ille quidem D. de obl. & act. l. interdum 11. l. si cer. pet. (sed eadem specie. i. eiusdem materiæ, & formæ (ex his siquidem duobus species constat) licet veluti per modum generis debeãtur. Scilicet quia plures eiusdem speciei reperiantur quæ non solùm in suo genere, sed & in sua specie functionem recipiant. Quid enim esse potest inter duos aureos qui sint eiusdem materiæ, & formæ? Et tamen intererit inter eos, qui sint diuersæ formæ, licet eiusdẽ materiæ. Deniq; aureus qui sit eiusdem materiæ, & formæ specialiori quadã rõne fungit vice alterius aurei q̃ esset diuersæ formæ, nec eò minus si fungeretur hic diuersæ formæ aureus vice alterius, si modò esset eiusdẽ materiæ, & bonitatis, vt dici possit hunc fungi vice alterius in suo tantum genere, illum in sua etiam specie, quæ & ipsa tamen genus est, quamuis minus genericum si Iureconsultorũ more speciẽ intelligas ipsum individuum genus verò id quod pluta individua eiusdem materiæ, & formæ complectatur. Hoc igitur casu quo conuenit, vt eadem nummorum species quæ æstimatæ sint restituas, Dicat aliquis forsasse, si extent ipse nec deteriores factæ sint debere eadem omnimodo restitui, ac si non essent æstimatæ arg. d. l. æstimatis fol. matr. Nec prodesse æstimationẽ nisi in eũ casum quo vel non extent amplius fortè, quod in commerciorum vsu esse desierint, vel deteriores factæ sint exemplo cæterarũ specierũ, quæ non recipiant functionẽ in suo genere arg. d. l. si inter Præsertim si singas pactum ita conceptum esse vt eædem species æstimatæ reddant in eodem numero, & eo precio quo æstimatæ sunt, nam vt iam suprà dictum est, quomodo alioqui fieri possit, vt eædem species, & in eodem numero reddantur, & ad eandem æstimationem siue aucta siue diminuta sit æstimatio? sed non est ita. Neq; recta esse potest, vt sæpius dixi, specierũ, & numeri hac parte cõparatio. Vt. n. certa nummorũ species omnino pereat, & in vsu esse desinat rarius est, quã vt credibile sit de eo à

contrahentibus cogitatum maximè si ponas tractatum de aureis Gallicis aut Hispanicis. Qđ verò interdũ deteriorari possit intrinsecus, non facit vt debeat æstimari, quoniam & citrà æstimationem non cogeretur creditor accipere nummos intrinsecus & extrinsecus diminutos, vt sup. diximus. Ergo non potest videri facta æstimatio, nisi ad taxandum incertum, siue præsentis siue futuræ æstimationis extrinsecæ. Itaq. dicendum est, si nõ cõuenerit de eodẽ numero reddendo, sed tantum de speciebus, facturam æstimationẽ, vt vel augeatur numerus si ea diminuta sit, vel minuatur si ea aucta fuerit. Quod si de eodẽ numero reddendo cautum sit, eundem quidem numerum reddi debere, sed æstimationis effectum illum fore vt si aucta sit æstimatio quod excedet conuentam creditor debitori in moneta restituat, sin diminuta, quod conuentionali deerit debitor creditori suppleat, cùm tamen species corporum æstimatæ omnimodo restituendæ essent, cuiuscunque tandem æstimationis siue maioris siue minoris, dummodo extarent nec factæ essent deteriores. Neque requirimus in nummorum debito vt ex verbis contractus aliisve coniecturis id actum esse appareat. Non enim aliam ob causam æstimatæ nummorum species videri possunt quam vt siue præsentis, siue futuræ æstimationis extrinsecæ incertitudini remedium hoc adferatur, nec augmenti nec diminutionis anceps periculum, alteruter subeat contrahentium, nec tamen creditarum specierum commodo creditor fraudetur, nec aucta etiam æstimatione quicquam superlucretur, vel rursus ea diminuta quicquam amittat. Potest enim æstimatio, debitoris æquè ac creditoris commodo cedere, quamuis soleat plerunque interponi fauore creditoris cuius est rei suæ legem dicere, dum veretur ille ne diminuatur nummi æstimatio, neve dum sibi consulit in hoc vt easdem totidemque species reddere debitorem oporteat, in alio sibi noceat, vt ijsdem totidemque speciebus redditis minus habeat quàm crediti tempore habuisset. Ideo que esset iniqua hæc pactio quæ scilicet debitorem nimis oneraret, nisi posset ipsi quoque debitori ex euentu prodesse, si fortè aucta sit aurei æstimatio, cuius creditor diminutionem verebatur. Finge credidisse me tibi Hispanos duplices centum quorum eo tempore alia atque alia esset pro hominum adfectione æstimatio, & ad octo vsque libras regias, cùm in eo res esset vt videretur maior futura æstimatio, nec minus tamen verendum esset ne decresceret. Si non essent æstimati nummi, & aucta fortassis æstimatione ad decem vsque libras, Reddente te centum duplices, mille libras consequerer, qui tamen in effectu non nisi octingentas crediderã. At ex contrario, pristino suo valori restitutis duplicibus, hoc est ad sex vsque libras, si liberareris reddendo centum duntaxat, nec quicquam præterea, non nisi sexcentas libras in effectu redderes qui octingentas accepisses. Et tamen si nulla facta esset æstimatio, iuris ratio postularet vt vtroque casu centum duplices aurei restitui omnimodo deberent siue meum siue tuum id damnum foret, & cuiuscunque tandem solutionis tempore essent æstimationis, vt in sequentibus dicemus.

Cæterùm quod dicimus conuentam æstimationem si taxationis non

non demonſtrationis cauſa ſit facta ; id operari, vt eandem æſtimationem reddi ſufficiat ſiue de reddendis in eadem æſtimatione aureis ſimpliciter conuenerit , ſiue de ijſdem ſpeciebus nulla numeri facta mentione,ſiue de eodem etiam numero , cauendum eſt ne quem decipiat . Quid enim ſi,vt contingit frequentiſſimè , idcirco aucta ſit aureorum æſtimatio,quod monetarum,quibus aureus æſtimandus eſt,valor intrinſecus decreuerit ? An centum aureis tibi creditis quos ad æſtimationē trium librarum regiarum reddere ſimpliciter promiſeris , ſufficiet trecentas libras hodiernas , quæ ſint deteriores,aut in deteriore moneta reddere ? Aut ſi conuenerit,vt in ijſdem ſpeciebus ad eam æſtimationem reſtituas, an ſufficiet vt aucto ad quatuor vſque libras aureo 75.aureos reſtituas? Aut denique ſi vt in eodem numero,an cogar ego tibi reſtituere quanto pluris hodie æſtimātur aurei? Minimè. Aureorum enim æſtimatio cùm facta eſt ad tres libras regias , habita fuit ratio valoris non minus intrinſeci , quàm extrinſeci librarum , quæ tunc temporis erant in vſu commercij,vt probabimus in ſeq.quæſt. De aureis ſimpliciter debitis . Igitur diſtinguendum erit an æſtimationem illam velis tu ſoluere in moneta non deteriorata,an in deteriorata, ſi in non deteriorata trium librarū numerus in ſingulos aureos ſufficiet.ſi in deteriorata,non ſufficiet, niſi quantum deterioratio damni intrinſeci attulit , tantumdem in æſtimatione extrinſeca ſuppleatur. Alioqui non ad conuentam æſtimationem , ſed ad minorem fieri ſolutio videretur , cùm tres libræ ſolutæ in moneta deteriorata non æquipolleant tribus libris,ex ijs,quæ erant contractus tempore . Neque enim reddi videtur quod deterius redditur.l.3.§.1.D.commo.l11.§.ſi res depoſita 16.D.depoſit.Idemque erit ex contrario ſi quod perrarò euenit,aucta ſit intrinſecus moneta . Non enim cogeris ſoluere ad æſtimationem trium librarum in aucta moneta , ſed in ea , quæ aucta non ſit ne alioqui plus ſoluere videaris , quàm conuentum ſit . Porrò in qua monetæ ſpecie fieri ſolutio debeat , an in maxima , an in minima , an in mediocri dicemus poſtea .

De aureis non æſtimatis ſimpliciter debitis . Cap. III.

DIximus ſuperiori quæſtione Eum qui aureos debeat æſtimatos ex quocunque contractu,ſi æſtimatio facta ſit non demonſtrationis cauſa, ſed taxationis , hoc eſt habito reſpectu ad ſolutionem potius,quam ad materiam obligationis debere aureos ſoluere ad eandē æſtimationem ſiue in ijſdē ſpeciebus diuerſoq; numero,ſi de numero nihil dictū ſit, ſiue in eodem vt numero ſi ita conuenerit,ſiue deniq; in alia ſpecie dummodo in proba nec minima moneta ſi de ſolutionis forma nihil dictum ſit . Nunc videamus quid iuris ſit ſi aureos ſimpliciter debeas.Poteſt autem quæſtio hæc dupliçem habere tractatum , Priorem illum an aureos ſoluere omnimodo debeas,nec liceat tibi in libris, aut alia moneta ſiue argentea,ſiue ærea,adeoque etiam aurea ſolutionē facere Alterum,an immi-

nuta

nuta aureorum æstimatione siue aurei soluantur, siue aureorum æsti matio contractus tempus inspiciendum sit, vt si pluris hodie sint aurei, cogar ego soluenti tibi in aureis quanto pluris hodie sint restituere, aut si in moneta soluas eam aureorum æstimationem accipere quæ erat contractus tempore, an verò tempus solutionis, vt quanti sunt hodie aurei tãtundem debeas siue in aureis, siue in æstimatione. Idèmque ex contrario tractari potest si imminuta sit aureorum æstimatio, an libereris soluendo aureos nec cogatis quanto minoris hodie sunt supplere, an verò cogendus sis supplere si soluas in aureis, aut si in moneta, an eam aureorum æstimationem debeas quæ erat contractus tempore, an eam *quæ* nunc est. De priore dicemus hoc capite. De posteriore in sequenti.

Iuris regula est aliud pro alio creditori inuito solui non posse l. 1. §. mutui dario D. de rebus credit. ad eò vt dubitatum sit an res pro pecunia soluta pareret liberationem, vt innuere videtur Vlpianus in leg. si non sortem 26. §. si centum D. de condiction. indeb. his verbis licet enim placuit rem pro pecunia solutam parere liberationem. Sic enim solent Iureconsulti loqui de re post multas controuersias decisa. In quo obseruandum est quod Vlpia. non loquitur de re oblata pro pecunia, sed de re soluta. Rem enim pro pecunia oblatam accipere creditor non cogitur, sed si soluatur cùm solutio non fiat nisi recipienti & consentienti, sequitur liberatio l. successores 10. l. eũ à quo 16. l. manifesti 17. l. si operas 20. l. penul. C. de solut. l. pretij 9. C. de rescind. vend. Hinc verò nostri inferunt Eum qui mutuos aureos accepit nõ posse soluere in nummis argenteis, licèt creditorem indemnem præstet, nempe quoniam si æs pro argento aut argentum pro auro offeratur, aliud pro alio solui videatur l. in venditionibus 9. §. vlt. cum duab. seqq. D. de contr. empt. l. si cùm aurum 50. D. de solut. Etsi enim pecunia æquè conflari potest ex auro, argento & ære, l. 2. §. deinde cùm esset de orig. iur. l. lege Cornelia 9. §. eadem lege D. ad leg. Cornel. de falsis §. 1. Inst. quibus mod. re. cõtr. obl. nõ tamen quælibet pecunia recipit functionẽ in quolibet genere, sed in suo duntaxat d. l. 2. §. 1. de reb. cred. l. 2. D. de oblig. & actio. Debet autem reddi mutuum in eodẽ genere d. l. 2. §. 1. adeoque in eadem qualitate d. l. 1. §. 2. id est, vt ego interpretor in eadem materia. Qualitatis enim appellatione apud Iureconsultos significari substantia ipsam rei & materiam notũ non est l. si iterilis 21. §. quamuis D. de act. emp. licet interdum & ex qualitas significetur quæ est accidens l. quid tamen 14. D. de contr. emp. Quòd si eadem materia offeratur, sed non eiusdem formæ, puta si pro duplici aureo Hispano offerat quis binos simplices, valet oblatio, nec aliud pro alio solui intelligitur, dummodo eiusdem bonitatis & qualitatis sit materia, nec quicq; interfit creditoris quòd in aliam formam nummos accipiat. Quæ sententia est l. Paulus 99. alias 1. creditorem D. de solut. Loquitur enim de nummis solutis non in alia materia, sed in alia forma. Eòque sensu rectissimè ab omnibus accipitur. Quamquam autem hîc ita se habent si iuris rationem species. Obtinuit tamen generali fere locorum omnium consuetudine, vt qui aureos debet, soluere possit

in

in nummis argenteis, ſi non ſpecialiter contrarium in conuentionem deductum ſit. Sic enim teſtatur Dydac. Couar. cap. 7. de veter. collat. nummiſma. §. vnic. num. 1. poſt Barto. in d. l. Paulus num. 3. Imo. & DD. ibid. & in l. 1. §. vlt. de aur. & arg. leg. Idem Barto. Alex. Aret. & alij in d. l. 2. §. 1. D. ſi cert. peta. Anton. & Abba. in dict. cap. quanto colum. vlt. de iureiuran. Bald. poſt glo. in l. ſi quis argentum. C. de donat. & in l. libera. C. de ſenten. & interloc. omn. iud. Curt. ſenior in tract. Monet. ad l. cum quid quæſt. 9. D. ſi certum petat. Affict. deciſ. 90. Boer. deciſ. 327. colum. 3. Etſi autem Doctor Analyticus quæſt. 92. num. 708. & 718. negat conſuetudinem talem eſſe niſi quatenus ex vrbanitate, & ciuilitate creditorum deſcendat, defendens ex contrario notorie obſeruari, vt quando obligatio contracta eſt ad certam ſpeciem monetæ, non tenetur creditor recipere in alia diuerſa deterioris materiæ niſi forſan conſtet, quid ſua non interſit. Ego tamen ſcio vidique non ſemel Senatum noſtrum hoc iure vti, vt qui aureos nummos debet, etiamſi adiectum ſit ſolares, boni ponderis, & ad characterem regis Galliæ, liberetur tamen ſoluendo argenteos, niſi nominatim tantum ſit, vt nummi illi aurei ſoluantur in auro. Cuius iuris ratio illa eſſe poteſt, quòd aureorum nomen ſicut, & librarum hodie ſit æquiuocum, noſtra præſertim lingua, qui aureum ſcutum appellamus. Scutum enim quoddam apud nos eſt, quod monetale, aut de Camera dicimus, non niſi quinque florenis noſtris æſtimatum, quod etſi non eſt aureum, adeò tamen in vſu eſt, vt qui ſimpliciter centum ſcuta promittit de huiuſmodi monetalibus non de aureis ſenſiſſe videatur, quoniam in dubio de minimis actum eſſe credendum ſit. l. nummis 75. de legat. 3. facit lex cùm ſeruus 39. aliàs l. apud Iulianum. §. ſcio de legat. 1. l. ſemper in obſcuris, vbi Dec. de regul. iur. Imputarique poſſit ei qui ſi maiores nummos ſtipulari voluit, debuerit legem apertius dicere. l. veteribus 39. D. de pact. l. Labeo ſcribit 21. D. de contrah. empt. Nam quod ponimus non de ſcutis ſimpliciter conueniſſe, ſed de ſcutis aureis, eo tantum pertinet, vt non ſufficiat debitori ſi totidem ſcuta monetalia offerat, cum aureorum de quibus nominatim cõuentum eſt maior ſit æſtimatio. Rurſus, quod additum eſt ſolaria, aut vt Pariſi. loquitur ſolata in id prodeſt, vt appareat non de Italicis, aut Hiſpanicis, qui minoris æſtimantur, ſed de Gallicis actum fuiſſe. Illa denique ſequentia boni ponderis, & ad characterem regis Galliæ, faciunt vt non liberetur debitor ſi aureos, quidem ſolares offerat, ſed minoris ponderis, aut quibus alius inſit character, quã Regis Galliæ, propterea quod minoris illi futuri ſint æſtimationis. Itaque diſcernendi tantum valoris gratia inter tot ſcutorum differentias videntur verba illa omnia adiecta, non eo animo vt ad aureos in auro ſoluendos debitor obligaretur. Alioqui hoc ipſum etiam exprimi debuerat, ſufficitque, vt ſingulæ illæ adiectiones aliquid operentur, non etiam neceſſe eſt, vt pro creditoris arbitrio, & voluntate plus operentur, quàm ex verborum proprietate, & ſignificatione oporteat, præſertim cum in dubio, & obſcuro fauorabiliores ſint debitores, quàm creditores ex iuris regula. l. Arrianus 47. D. de oblig. & act. l. inter partes 58. De re iudic. l. quicquid adſtringendæ 99. de verb. oblig. l. fauorabiliores

biliores 125.de reg.iur.Illud etiam dici poteſt, nummum aureum normam eſſe ac veluti regulam monetarum, adeòque commerciorum omnium, vt ex eo apparet quòd aucta æſtimatione aurei extrinſeca rerum quoque omnium precia augeri ſolent, & ex contrario diminuta ea decreſcere l.2.C.de veter.nummiſm.poteſt.libr.1..titu.10.Vnde fit vt cogantur plerumque homines commercij cauſa nummorum aureorum mentionem facere non vt debitor obligetur ad ſoluendum in aureis (ſicut nec obligatur ſoluere in libris Turonenſibus, qui apud nos certum librarum numerum promiſit,nec in florenis,cum nulli ſint qui florenos debet,) ſed vt ſciatur quantum debeatur. Solutio enim in aureis plerumque adeò difficilis eſt, præſertim hodiernis temporibus, vt digna ſanè res ſit quæ exprimatur quoties creditor ereptam vult debitori facultatem ſoluendi in alia materia. Etſi non ſit expreſſa neglecta videtur argumento l. item apud Labeonem 15. §. hoc edictum 26. D.de iniur.& famoſ.libell.Eo magis quod,vt diximus, aurei in indiui duo quatenus certam nummi ſpeciem conſtituit aliæ atque aliæ ſint ſpecies, & ſingularum aliæ atque aliæ æſtimationes, vt proinde ſi in auro facienda eſſet ſolutio, incertum planè eſſet in quibus aureis fieri deberet nulla de ea re inita conuentione. Et hæc ſanè veriſſimè, meo iudicio, diſputantur,ſi quis aureos debeat ex cauſa fortaſſe emptionis, aut conductionis,aut promiſſæ dotis,aut alia eiuſmodi. Sed ſi ex mutuo,non exiſtimo,aut conſuetudine,aut ratione aliqua idem recipi debuiſſe. Nam cùm mutuum re contrahatur l.1.§.2 D. de obligation.& action.d.l.2.§.1.D. ſi cert.peta. non vtique inſpiciendum eſt, quid dictum ſit, vt ſciatur quid quantumque reddi debeat, ſed quid ſit traditum, & numeratum Progaſti 11.§. ſi tibi eod.l.ſi tibi 19. D. de pact. l. cum vltrà 9.C.de non numer.pecun.Ergo qui numeratos ex mutuo accepit in auro nummos aureos,obligatus eſt vt eiuſdem generis, materiæ, bonitatis, ponderis & qualitatis aureos reſtituat. Nec imputari quicquam poteſt creditori, quod id ipſum in ſtipulationem ſpecialiter non deduxerit, quia ex ipſius contractus natura apparebat id actum eſſe, quod autem tacitè actum intelligitur id pro cauto habendum ſit. Quæ ſententia eſt.l.cum quid 3.D.de reb.credit. Idemque admittendu puto ſi quis ad aureorum ſolutionem ex cauſa reſtituendæ dotis obligatus ſit. Dotis ſiquidem reſtituendæ obligatio non ex verbis,aut ex ſcriptura,ſed ex numeratione ipſa naſcitur.l.1.C.de dot.caut. non num. l.1.C.de donation.ant.nupt.l.maritus 51.D. ſolut. matrimon. Et conſequenter ſi aureos ſolares ab vxore tua dotis nomine acceperis, alios eiuſdem ſpeciei, materiæ,bonitatis, & ponderis debes reddere, etiamſi dictum non ſit, dummodo nihil in contrarium conuenerit. Nam quemadmodum mutuum ideo datur,vt res, quæ conſtat pondere aut numero,aut menſura fiat accipientis, vtque non eadem res reddatur,ſed tantundem in eodem genere,bonitate,& qualitate, dicta l.2.§. 1.de rebus credit.dicta l.1,§.2 de obligat.& action.Ita & res in dotem datæ ſi ponderè,numero,vel menſura conſtent, licet non æſtimatæ maritipericulo eſſe dicuntur quaſi eius factæ, quod in hoc dentur vt eas maritus ad arbitrium ſuum diſtrahat, & quandoque ſoluto matrimonio

nio eiuſdem generis, & qualitatis alias ipſe reſtituat vel hęres eius L. res in dotem 42. D. de iur. dot. l. vnic. §. cùm autem in exactione C. de rei vxor. action. Quo exemplo putem etiam defendi poſſe, ſi fundum mihi vendideris precio centum aureorum cum pacto de retrouendendo, & à me centum aureos in auro acceperis, quandocunque redimentem te cogendum mihi centum aureos in auro quoque reddere, & qui ſunt eiuſdem bonitatis, materiæ, & qualitatis. Etſi enim contractus venditionis non re, ſed conſenſu perficitur. l. 2. D. de obligat. & action. ipſa tamen reſtituendi obligatio aliam cauſam non habet quàm numerationem, cùm ſi numeratum precium non eſſet, vtique reſtitui non deberet. Proinde nec aliter videri potes ſatisfacere quàm ſi tantundem mihi reſtituas in eodem genere, & in eadem bonitate, & qualitate, licèt nihil dictum ſit, ſi modò conſtet in qua pecuniæ ſpecie prior numeratio facta ſit, ſiue per ſcripturam id conſtet, ſiue per teſtes. Alioqui ſanè non minorem facias mihi iniuriam, ſi quod ſolui tibi in auro reddas in ære aut in argento, quàm ex contrario facerem ego tibi, ſi ſolutum in ære aut in argento precium cogerem te vt in auro redderes, facit lex cùm te 6. ibi receptis nummis ſuis C. de pact. inter empt. & vendit. Requiritur enim in reſolutione venditionis actus retrò ſimilis l. ab emptione 58. de pact. Paponius libr. 10. tit. 5. §. vltim. Sed quamquam hæc ita ſunt, conſuetudo inualuit, eáque non tantum à magiſtris noſtris recepta. ſed plærisque etiam Senatus noſtri decretis approbata, vt ſiue ex mutuo, ſiue ex cauſa receptæ dotis, ſiue ex pacto de retrouendendo aureos debeas, perinde libereris ſoluendo nummos ex ære, & argento conflatos, acſi ex qua alia cauſa deberes niſi expreſsè de aureis in auro ſoluendis conuentum ſit. Boer. quæſtio. 327. num. 3. in fin. Dydac. de veter. collat. nummiſm. §. vnic. cap. 7. concluſio. 1. Idem tamen Boer. ibid. num. 4. ſcribit conſuetudine receptum eſſe, vt redemptionis precium reddatur in iiſdem ſpeciebus. Itemque dos promiſſa, vel ſoluta. Hoc tamen addito temperamento, vt quoties de rei venditæ redemptione agitur, ſi egregia ſit quantitas, quam conſtet in nummis aureis ſolutam fuiſſe, cogatur venditor tertiam precij partem in aureis reddere, tertiam in capitatis, aliiſue ſimilibus ſpeciebus nummorum, tertiam in monetâ minutione, ne ſcilicet, aliter poſito iure nimis magno incommodo afficiatur emptor qui aureos re vera numerauit, & cuius cauſa eo fauorabilior eſt, quòd iuſto titulo factus ille fuerat rei venditæ dominus, nec cogendus ſit rei, quæ iam ſua ſit nouam venditionem facere, niſi iiſdem conditionibus, aut quibus emit, aut quibus prior venditor veriſimiliter fuiſſet venditurus. Atque non eſt veriſimile eum, qui precij ſolutionem in aureorum ſpeciebus acceperit eodem precio fuiſſe venditurum, ſi in minutiore tantum moneta ſolucre emptor voluiſſet. Neque igitur probè poſtulare poteſt, vt liceat ſibi in minutiore prorſus moneta reddere, quod in aureis totum acceperit. Præſertim ſi ponas liberum fuiſſe pactum de retrouendendo, nec ſolitum emptorem fœnerari, precumque conuentum de iuſta æſtimatione facultas redimendi, aut

iuſtum

ram neceſſe eſt maioris fraudis vitandæ gratia. Cæterùm fraudibus omnibus via præcluderetur ſi vna eademque ſemper, vbique, vt olim melioris monetæ lex Principum omnium præſertim Chriſtianorum conſenſu inconcuſſa ſeruaretur: ſi enim fieret vt nunquam alij aliorum nummis ad conflandos proprios abuterentur, quod ſine materiæ imminutione fieri nunquam poteſt, vt aliquod habeat doloſus artifex operæ ſuæ precium. Sed & illud ex veteri, & antiqua nummi inſtitutione repeti neceſſe eſſet, vt nunquam metalla permiſcerentur, ſed ex auro tantum, & argento quantum fieri poſſet puro ſimplicique nummus conficeretur, quomodo, & hodie obſeruari ſcimus Romæ, Venetijs, in Hiſpania, & alijs nonnullis locis. Permixtio enim metallorum illa eſt, quæ fraudis, & maliciæ non minus, quàm nummi materiam his temporibus præbere videatur, id præcipuè curatibus monetarijs, vt quantum auri, & argenti ſuffurantur, tantundem permixtæ valoris materiæ pondere ſuppleatur.

Ad hanc verò ſecundam æſtimationis ſpeciem, quam malè intrinſecam Pariſienſ. vocat; rectius noſtri extrinſecam, & ego iniuſtam, illud pertinet, quod Imperatores Gratian. Valent. & Theodoſ. conſtituerunt in l. vlt. C. de veter. nummiſma. poteſt. lib. 11. tit. 10. vt ſolidorum omnium obrizatorum, ideſt ex auro optimo; & puriſſimo conflatorum vniforme ſit precium, ſub pœna capitalis ſupplicij. Quæ enim iuſta eſt aurei æſtimatio, cum ſit & publica, & perpetua, vt diximus, non poteſt non eſſe, & certa, & vniformis. Quæ verò a legiſlatore aliquo, aut commerciorum abuſu ſupra iuſtam materiæ, & ponderis rationem inducitur, fieri vix poteſt vt certa ſit, & vniformis, niſi legum ſeueritate, fraudum, & auaritiæ ſtudium coerceatur. Nam & noſtris temporibus vidimus eundem aureum eadem hora ab hoc nouem florenis noſtris in eadem moneta æſtimatum, ab illo nouem cum dimidio, ab alio decem. Qua incertitudine nihil dici poteſt iniuſtius, turbandiſque hominum negotijs, & commercijs accommodatius. Sanè quod in l. 2. C. eodem titu ſcriptum eſt Pro imminutione; quæ in æſtimatione ſolidi tractatur, omnium quoque precia ſpecierum decreſcere oportere, ad extrinſecam duntaxat æſtimationem pertinere poſſe conſtat. Cùm diminutio aurei intrinſeca fieri non poſſit in æſtimatione materiæ ſed tantum in quantitate, vt diximus. Hæc verò cùm accedit tantum abeſt vt ſpecierum precia deſcreſcere oporteat, in quo bonus errauit Accurſ. vt ex cõtrario creſcere potius debeant, nam & eo caſu creſcit aurei æſtimatio extrinſeca. Cur enim aureo tantum vno eoque deteriore nunc æſtimetur, quod antea aureo vno quidem, ſed meliore, & ponderoſiore æſtimabatur? Et viciſſim aucta æſtimatione aurei propter auctam bonitatem intrinſecam, precia rerum decreſcere rationis eſt, quia & decreſcit aurei æſtimatio extrinſeca, ne alioqui non plus profit aureus, qui plus habeat, & bonitatis, & ponderis, quam qui minus. At cùm eadem manente aurei ſubſtantia, & quantitate creſcit tamen eius æſtimatio quantumuis iniuitè, fit neceſſario, vt cæterarum rerum omnium precia quoque creſcant: vt quod aureo vno dignum erat tale adhuc maneat. Cùm verò diminuitur aurei æſtimatio,

Digitized by Google

cio, nil diminuta materia, diminui quoque precia ſpecierum oportet, quaſi ceſſante ea quæ maioris precij inducendi cauſa fuerat. Nam cùm merces omnes nummo æſtimentur, d.l.1.de contr.emp. d. l. ſi ita fideiuſſorem 42.de fideiuſſ.fateri neceſſe eſt mercium omnium æſtimationem à nummi valore tanquam à regula legem accipere, ſiue is valor iuſtus ſit ſiue iniuſtus. Inter nummos autem aurei potiſſimum quẽ veteres ſolidum dicebant habendam rationem non ſolũ quòd dignior ſit, vtpote cuius æſtimationi cæteræ omnes monetæ ignobiliores ſubſeruiant, ſed etiam quòd adulteratorum & falſariorum fraudibus, vt iam dictum eſt, minus ſit obnoxius: proinde eius æſtimatio iuſta non poſſit non eſſe certior, propter quam cauſam apud gentes omnes recipitur, non etiam monetæ inferiores, præſertim quæ permixti æris habeant. Idque noſtris etiam temporibus vſu veniſſe vidimus, vt cùm de imminuenda çſtimatione aurei tractaretur qui euidentiſſimo abuſu ad decem vſque florenos æſtimabatur, & ad ſeptem florenorum æſtimationem reducendus videbatur, de imminuendis quoque mercium precijs quæ ſuprà modum & ad eandem proportionem creuerant, tractandum fuerit. Sed & ſi ponas extrinſecam priorem aurei æſtimationem ad quinque fortaſſis florenos, fuiſſe minus ſufficientem quòd intrinſeca ſex florenis digna eſſet (vt aliquando contingere poteſt, licèt perrarò) idem erit admittendum, vt aucta extrinſeca ad rationem intrinſecæ, hoc eſt aucto valore aurei ad ſex vſque florenos, creſcat ẽt precium mercis, vt quæ prius non niſi quinq; florenis vendebatur nũc ſex vẽdatur. Nimirũ quòd commercij vſus is eſſet, vt quinq; florenis nummo aureo çquipollere crederẽtur, ideoque digna merx eſſet aureo quæ quinque florenis digna putabatur.

Quid verò ſi auri æſtimatio ideò creuerit quòd inferiores monetæ, quibus ille æſtimatur diminutæ ſint in bonitate intrinſeca, aureus verò eiuſdem manſerit, & bonitatis & ponderis? Hoc enim plerunque accidit, & eò frequentius quo facilius eſt adulterari inferiores monetas, quæ vt diximus non ſolent ponderari, licèt ipſis quoque pondus ſuum lege publica definitum conſtare oporteat. Puto hoc caſu dicendum eſſe non tam augeri æſtimationem ſiue intrinſecam ſiue extrinſecam aurei, quàm priſtinam conſeruari, & retineri. Ac de intrinſeca quidem conſtat, cùm nec bonitas nec pondus materiæ augeatur. De extrinſeca verò apparet ex eo quòd ſi nonaginta ſolidi hodierni non plus habeant bonitatis intrinſecæ quàm haberent olim ſeptuaginta, neceſſe omnino ſit ad retinendam aurei æquè boni eandem æſtimationem augeri ſolidorum numerum, vt nihil interſit an ſeptuaginta des ſolidos ex veteribus qui erant meliores, an nonaginta ex recentioribus quos ponimus cuſos deteriores, dummodo ad eandem debitamq; proportionẽ deteriorationis illud numeri augmẽtũ fiat, nouùſq; numerus veteri æquipollet. Itaq; quiſquis dicit ex monetarũ deterioratione augeri æſtimationem aurei malè loquitur, ſed dicendum eſt augeri ſolidorũ numerũ, aut q̃ idẽ eſt minui ſolidorũ æſtimationẽ, nõ ad aliũ fine q̃ vt eadẽ quæ priùs erat aurei æſtimatio nec aucta nec diminuta cõſeruetẽ extrinſecus, ſicut, & intrinſecus. Vnde fieri quotidie cernimus,

vt

vt neq; merciũ precia hoc casu augeant si emptor velit in aureis, aut in moneta nõ deteriorata soluere, augeat th̃ p rata diminutę monetarũ bonitatis si solutio fiat in ea moneta quæ deterior facta sit. Quæ proculdubio etiam facta solutione in moneta non deteriorata, augerentur si ex eo auctam dici posset aurei æstimationem. d.l.2.C.de veter. nummism. potest. Rerum enim precia etsi vix vnquam eadem permanent, propterea quod varijs ex causis possit contingere vt quod antea erat precioſius, nunc sit vilius, & contra, si tamen nihil sit aliud propter quod variari debeãt, ita demũ eadẽ manẽt si monetarum & aureorũ idem quoque status maneat. Quemadmodum enim nummo omnes merces æstimantur, ita mutatione nummi siue in intrinseca siue in extrinseca bonitate, precia quoque mutari necesse est. Si quando igitur monetarum precia eadem maneant, aliarum mutentur, stabunt etiam precia mercium eadem ratione earum monetarum, quæ mutationem nullam passæ sint. Mutabuntur verò rationes cæterarum, quæ fuerint immutatæ: vt & Didac. obseruauit dict. cap. 7. num. 1. post Paris. quæst. 93. num. 716. Finge diminutum aureum in bonitate intrinseca, monetas verò quibus antea æstimabatur eaidem mansisse, crescet æstimatio mercium in aureis soluenda, non crescet æstimatio quæ in proba nec deteriorata moneta soluet. Neque hoc casu locus est dictæ l. 2. C. de vet. nũmis. põt. Quod sũmopere notandũ est ad decisionẽ earum quæstionũ de quibus infra tractabimus, quoniã nõ solet hodie augeri æstimatio aurei extrinseca, nisi propter monetarum inferiorum deteriorationem. Proinde hic tractanda sunt omnia ac si non de aucta, sed de retenta potiùs veteri aurei æstimatione agendum esset.

De aureis conuentione æstimatis.

CAP. II.

TErtia supereſt & postrema aurei æstimati species quam supra conuẽtionalem diximus, nec nisi iustam esse posse, de qua nunc tractandum nobis est. De cæteris enim dicemus in quæstionibus sequentibus. Dedi tibi mutuos centum aureos æstimatos singulos tribus libris regijs, quæ erat vsualis & extrinseca aureorum crediti tempore æstimatio, reddendos post annum, quo tempore æstimatur aureus quatuor libris regijs, tantique expenditur. Quæstio est an centum aureos reddere mihi habeas quasi verba illa æstimatos singulos tribus libris regis demonstrationis causa adiecta sint potiùs quàm taxationis, ad differentiam fortasse paruorum scutorum, quæ vulgò minoris æstimantur. An verò libris reddendo trecentas libras in 75. aureis, quasi ex contrario verba supradicta taxationis causa inserta sint potiùs quam demonstrationis. Eademque tractari potest quæstio si in contrarium aureorum æstimatio extrinseca decreuerit ad duas vsque libras, an 150 aureos reddere omnimodo debeas, an centum duntaxat. Dubitationẽ facit,

ſcit, quod mutui obligatio re contrahatur. l. 1. §. 1. D. de obligat. & action. l. contra 6. de S. C. Maced. videaturque id tacitè actum vt tan-dem reddatur in eadem bonitate, & qualitate l. 2. §. mutui datio l. 3. D. de reb. credit. quod aliter fieri non poteſt quàm ſi quod redditur ſit eiuſdem ſpeciei eiuſdemque numeri. Adeo vt non valeat pactio ſi inter nos conuenerit, vt acceptis decem vndecim debeas l. roga-ſti 11. §. ſi tibi D. eod. l. ſi tibi 17. D. de pact. l. cùm vltra 9. C. de non numer. pecun. vbi ratio illa redditur, quod non poſſit re contrahi obligatio, niſi quatenus datum ſit. Proinde videntur vtroque caſu centum auri deberi, vt ſi aucta fuerit æſtimatio, damnum ſit debitoris; ſin diminuta, creditoris. Et ſanè ſi conuenerit, vt idem aureorum numerus reddatur, prima facie dicendum videtur non fuiſſe aureos æſtimatos taxationis cauſa, ſed potius demonſtrationis, cùm fieri non poſſit, vt idem aureorum numerus ad eandem æſtimationem reddatur aucta ſemel æſtimatione. idemq; eſſe etiamſi ſimpliciter dictum ſit vt ſolutio fiat in ijſdem ſpeciebus, quod vt hæc pactio aliquid operetur, neceſſe ſit totidem ſpecies reddi ne alioqui id actum videatur, vt aut plures aut pauciores ſpecies eiuſdem materiæ, & qualitatis redderentur, quorum alterum debitor, alterum creditor nunquam admitteret. Demonſtrationis autem cauſa taxatos fuiſſe aureos in id proderit, vt intelligatur de quibus aureis actum ſit cùm non vna ſit omnium æſtimatio, quòd pluris in Gallia, & in Italia æſtimetur Gallicus quàm aut Italicus aut Hiſpanicus. Multò magis vero ſi non de aureis, ſed de ſcutis dictum ſit. Scuti enim nomen æquiuocum eſt, vt etiam ſcutum comprehendat, quod vulgo vocant monetarium, aut vt apud nos, Cameræ, quod non eſt aureum, nec vnquam niſi quinque florenis æſtimatur. Itaque qui ſcutum dicit tribus libris regijs æſtimatum, non fruſtrà ſic loquitur, ſed plus dicit quam qui ſcutum ſimpliciter, vt ex alijs apparebit, quæ poſtea dicemus. Sunt tamen qui contra putent poſt Pariſien. æſtimationem illam etiamſi adiectum ſit vt in eiſdem, & totidem ſpeciebus mutuum reddatur, debere intelligi rebus ſic ſtantibus, adeo vt aucta, vel imminuta æſtimatione extrinſeca aurei poſſit ſolutio fieri in alio numero ſiue maiori ſiue minori dummodo in eiſdem ſpeciebus, quaſi adiectio numeri nihil aliud operari debeat quàm vt appareat eum qui iam cauerat de facienda ſolutione in eiſdem ſpecie-bus hoc ipſum enixius expreſſiſſe, ne liceret debitori eandem ſummam in diuerſa ſpecie monetæ etiam æquipollenti reddere. Sic enim ille quæſt. 90. num. 689. & quæſt. 92. num. 710. vbi ait, Nunquam in dubio cenſeri conuentum de non ſupplendo nec deducendo vero extrinſeco augmento, vel decremento, niſi ſpecialiter expreſſum ſit, vel niſi iam tempore contractus periculum mutationis immineret, quo ſolo caſu fateretur eam pactionem ſpeciei, & numeri cauſa tacitè tranſactionis periculi imminentis factam videri. Ergo ſi Pariſien. credimus, etiãſi dictum ſit de aureos Regios Francicos ſolares, ac poſtea adiectum ad rationẽ etiam librarũ regiarũ pro vnoquoq; aureo, & conuentũ vt totidẽ in eiſdẽ ſpecibus reddantur, non magis obligatus erit debitor vt centũ aureos reſtituat ſi cõtã ex poſtfacto aucta ſit æſtimatio, quã ſi aut

certam quantitatem abſtractam, & genericam in certa ſpecie monetę ſoluendam obligatus eſſet nulla numeri facta mentione, vt & Pariſien. ipſe fateri videtur d. quæſt. 92. nu. 705. in fin. quod tamen non puto probabile. Nam ſi pactione expreſſa, quod ille admittit, fieri poteſt vt obligetur debito ad totidem ſpecies reddendas, licet earum aucta ſit æſtimatio extrinſeca, quoniam in contractib. id ſemper ſequimur, q̃ actũ eſt l. ſemper in ſtipulationibus 34. de regul. iur. quid obſecro apertius dici poteſt quàm id ipſum in obligationem deduci, vt non eaſdem ſolùm ſpecies, ſed totidem etiam reddat debitor quibuſcunque tandem verbis concepta ſit obligatio? Præſertim noſtris his temporibus quib. tam frequens tantàque in dies occurrit monetarum æſtimationis, & intrinſecæ, & extrinſecæ variatio, vt dubitandum non ſit quin prudens negotiator qui ve eodem numero ſibi reddendo cauet de periculo illo tranſigere voluiſſe videatur, ſiue in aperto ſit imminere periculum ſiue in incerto. Nec ſanè vnquam admittenda eſt ea conuentionis interpretatio quæ ſuperuacuam verborum adiectionem inducat. vulg. l. ſi quando 109 de legat. 1. cap. ſi Papa de priuileg in 6. Et quod dici ſolet in cõtractibus, & obligationibus omnibus ſubintelligi ſolere clauſulam rebus ſic ſtantibus, ita verum eſt ſi conuentionis verba pariantur, voluntaſque contrahentium. Quod hic non contingit, cùm non aliam ob cauſam videri poſſint æſtimati auri quàm quòd credibile ſit præſentem eorum æſtimationem facilè in dies mutari poſſe. Itaque vel hæc Pariſien. ſententia rationem prorſus nullam habet, vel in ſuperiorem recidit, vt æſtimatio facta cenſeatur demonſtrationis cauſa potiùs quam taxationis. Et ſanè quotieſcunque conuenit vt centum aurei crediti ad rationem, vt loquuntur, trium librarum regiarum pro aureo quolibet, reddantur in ijſdem totidemque ſpeciebus. Cùm aucta poſteà ſiue ſtatim ſiue ex interuallo æſtimatione idem eiuſdem ſpeciei aureorum numerus debeatur. Non eſt improbabilis ſententia, vt inſerta ſit aureorum certa æſtimatio demonſtrationis potiùs quàm taxationis cauſa, ſiue ea verba adijci neceſſe fuerit ad aliorum ſcutorum differentiam, vt diximùs, qui caſus minorem habet dubitationem, ſiue adiecta ſint ſuperuacuò poſt iam ſatis demonſtratam alijs verbis aureorum qualitatem, quoniam tolerabilius ſit ſuperuacuam demonſtrationem admittere tollendæ omnino dubitationis gratia, quàm de verborum ad ipſam obligationis ſubſtantiam pertinentium vi & poteſtate quicquam detrahere. Hancque communiorem eſſe video noſtrorum opinionem. Idemque ex contrario admittendum puto ſi aureorum æſtimatio extrinſeca decreuerit, vt nimirum debitor non maioris quàm accepti numeri reddendi neceſſitate obſtringatur, vt eadem conuentionis æquitate, & interpretatione non minus debitori quàm creditori vnicuique in ſuo caſu ſuccurratur. Quę res tollit proculdubio omnes illas æquitatis rationes, quibus mouetur Pariſien. vt ſentiant incrementi, aut diminutionis, quæ extrinſecus de improuiſo ſupereenerit rationem habendam eſſe. Cùm enim par vtriuſque in vtrunque euentum ratio eſt, neuter læſi videtur vulg. l. de fideicommiſſo. C. de tranſactionib. ſi pater puellæ

12. C.

fi.C.de inoff.teſtam.Sed & ſi de numero nihil dictum ſit, ad conuentum duntaxat, vt centum aurei crediti ad rationem trium librarum Turonenſium, reddantur in eiſdem ſpeciebus, licèt maiorem ſanè res habeat dubitationem. Perinde tamen dicendum videtur demonſtrationis potius quam taxationis cauſa æſtimatos fuiſſe aureos, vt à natura mutui, quam minimum fieri poteſt recedatur, quæ illa eſt, vt quod redditur ſit tantundem, hoc eſt eiuſdem generis, bonitatis, & qualitatis. Nec aliud in cæteris contractibus recipiendum, in quibus data pecunia redditur, puta in dotis reſtitutione, aut in fundi redemptione l. res in dotem 42. D. de aur. dot. Ego puto diſtinctionem adhibendam eſſe, an aureorum æſtimatio in ipſa obligatione, & ſolutione poſita ſit, an in cauſa obligationis. In obligatione, & ſolutione eſt cùm ita ſcribitur mutuos do tibi centum aureos quos promittis poſt annum proximum reddere ad rationem trium librarum regiarum pro vnoquoque aureo in eiſdem ſpeciebus. In cauſa vero obligationis cum æſtimatio præcedit obligationem, & ad creditum ipſum refertur potius, quã ad ſolutionem, ideſt ad factum creditoris potius, quam debitoris, puta ſi ita dictum ſit. Mutuos do tibi centum aureos ad rationem trium librarum regiarum pro vnoquoque aureo quos ſoluturum te promittis poſt annum proximum in eiſdem ſpeciebus. Poſteriore caſu obtinere poteſt, quod volunt demonſtrationis potius, quam taxationis, & venditionis cauſa, videri æſtimatos aureos, totidemq; in eiſdem ſpeciebus reddendos ſiue aucta ſit ſiue imminuta extrinſeca æſtimatio. Quid.n. ſi aureus Italicus, qui contractus tempore nonniſi octo, & quinquaginta ſolidis dignus erat, reperiatur ſolutionis tempore æſtimationis ſexaginta ſolidorum, hoc eſt trium librarum regiarum? Non idcirco poterit ſolutio fieri in aureis Italicis, ſed in illis fieri debebit, qui contractus tempore iam æſtimabantur tribus libris regijs, hoc eſt in aureis ſolatis, licet hodie pluris ſint. Priore vero caſu negari certè non poteſt, quin taxationis cauſa facta ſit æſtimatio, idque manifeſtè actum, vt ſi ſolutionis tempore, quod nominatim deſignatum eſt pluris ſint aurei, quam cum mutui dantur, in ipſdem quidem ſpeciebus reddantur, ſed non in eodem numero, (niſi id quoque nominatim actum ſit, vt in eodem numero reddantur.) Imo verò in ſpecta ea, quæ tunc erit æſtimatione, vt quanto maiorem, vel minorem eam eſſe apparebit ex collatione æſtimationis conuentionalis, tanto maior aut minor ſoluatur numerus aureorum. Nec ſimile eſt, quod traditur in l. ſi inter 21. C. de iu. dot. Tali pacto inter virum, & vxorem interpoſito, vt poſt matrimonium quoquomodo diſſolutum ſpecies æſtimatæ dotis datæ precijs, quibus æſtimatæ eſſent reſtituerentur, non precia ſpecierum dari, ſed ipſas ſpecies debere reſtitui, cum (inquit lex) in placitis ſpecierum reddendarum idcirco precioru nomen videatur annexum, ne ſi ſpecies aliqua deminuta fuiſſet, aut perdita alio precio, quam quo taxata fuerat repoſceretur. Alia enim eſt ſpecierum æſtimatarum ratio, alia nummorum æſtimatorum. In ſpeciebus non ſemper æſtimatio facit vẽditionem ne tunc quidem cum facit taxationem, facit quidem regulariter. l. 3. D. locat. l. 1. §. vlt. D. de æſtim. act. l. plerunq; D. de iur. do. l. quoties 5. l. cũ dotem

tem 10.C.eod.l.ex conuentione 11.C.de pact.l.vnic.§. cumque ex ſtipulatu C.de rei vxor. action. Boer. quæſt.327.num.11. ſed non facit ſi conuenerint eædem ſpecies quæ æſtimatæ ſunt reſtituantur.l. 1.C. ſol. matrim.aut ſi mulieri detur electio vtrũ rẽ petere velit an æſtimationẽ. l.quòd ſi fundus 11.D.de fund.dota.l.1.C. eod. His enim caſibus ſi res extent nec deteriores factę ſint,reddi debent acſi nulla facta eſſet æſtimatio.l.æſtimatis 50.D.ſol.matrim. At in nummis ſi taxationis cauſa æſtimati fuerint,fieri non poteſt vt vllo caſu habendi ſint pro non æſtimatis, imòſemper tanti videntur venditi. Et diſſimilitudinis ratio eſt, quòd æſtimatio ſpecierũ reddendarũ non fiat vt proſit in eũ caſum quo ſpecies ipſæ reſtituantur,ſed ex contrario in eum caſum quo non poſſint reſtitui,vel quia non extent amplius,vel quia deteriores factę ſint. Æſtimatio verò nummorum in ijſdem ſpeciebus reddendorum fiat in eum caſum,quo eædem ſpecies (non numero, ſed genere) reddantur. Quæ ſcilicet ſemper reddendæ ſunt,nec poſſunt vnquam aut non extare,aut exteriores eſſe, vt proinde non poſſint videri æſtimatæ huius periculi metu,nec quam aliam ob cauſam niſi vt tanti videantur venditæ,cùmque numinorum vſus ex quantitate cõſtet.l.hæc de contrab. empt. Nihil vetat tantundem reſtitui in ijſdem ſpeciebus,y licèt non in eodem numero,cùm ea fuit contrahentium voluntas, dummodo congruat æſtimatio. Quod in ſpeciebus non contingit. Non enim ſicut æſtimationis diuerſitas mutat quantitatem, ex qua nummus æſtimatur,ac proinde numerum nummorum ita mutat vel auget ſpeciem. In eoque videtur erraſſe Boer.d.quæſt.327.nu.11. Deinde ſpecies nullã certam habent æſtimationem,ſed incertiſſimam pro varia perſonarum & temporum condicione l.precia rerum 63.D.ad leg.falc. Nummi habent certam,& perpetuam,ſi intrinſecam materiæ quæ gentibus omnibus communis eſt,potiùs quàm formę, & extrinſecam reſpicias. Vnde fit vt nullam in Pandectis legem reperias,quæ de incerta pecuniæ æſtimatione loquatur.l.3.de in lit.iur.l.3.de eo quod pert.loc. Proinde nõ eſt inutilis pactio,qua conuenit,vt ſpecies etiam quæ eadem reddendę ſunt æſtimentur:ita enim fit vt ſiue pereant,ſiue deminuantur, certum ſit quid pro ijs reſtitui debeat nec amplius contendendum ſit quanti tunc eæ res,quod omnimodo ſciri debet; vt ex veteris æſtimationis collatione non præſens ſumatur, quæ nulla eſt rei peremptæ, ſed appareat quantum debeatur. Quod ſi res æſtimata extet,& pluris ſit hodie, quam æſtimata fuerit; non ideo minus cogitur maritus totam ſpeciem reſtituere, nec quod plus eſt in præſenti æſtimatione poteſt vlo.ſſim repetere, quia conuenit vt eædem ſpecies redderentur, cuius conuentionis commodo mulier fraudaretur,ſi quid pro re ſua reddere cogeretur. Nil obſtante eo, quod dictum erat,vt eædem ſpecies redderentur,pretijs quibus æſtimatæ eſſent. Non enim eorum verborũ ſenſus ille eſt,vt neque maioris neque minoris pretij reſtituantur (nec ſi ita pactum conceptum ſit, vt eædem ſpecies reddantur habita ratione augmenti, & diminutionis, quomodo in l.æſtimatis 50.D. ſolut. matrimo.) ſed preciorum nomen idcirco annexum videtur, vt ſciatur, quid reſtituendum ſit cum ſpecies ipſæ reſtitui non poſſunt. Dices,

Ita fieri vt inter maritum, & vxorem non ſeruetur in hoc pacto æqualitas. Nego. Nam quemadmodum rem quæ nunc pluris valeat maritus reddit integram ſi nihil in eam de ſuo impenderit, ſoloque temporis curſu precium rei augeri contigerit. Ita ex contrario ſi non fuerit res deteriorata, ſed in extrinſeca tantum æſtimatione diminuta, liberabitur maritus rei reſtitutione, nec quicquam amplius pro imminuta æſtimatione præſtare tenebitur: non enim maritum lex obligat, vt eodem pretio rem reſtituat quo taxata fuerat, ſi æſtimatio eius diminuta ſit, ſed ita demùm ſi ſpecies ipſa, aut diminuta ſit, aut perdita. Rurſus ſicut prodeſt mulieri ea precio rum adiectio, vt non poſſit maritus dicere minoris rem fuiſſe cùm in dotem data eſt. Ita proderit marito ne poſſit mulier dicere fuiſſe pluris, denique ſi ſpecies in dotem detur æſtimata diligenter, diſtinguendum eſt quid actum dictumque ſit, ſi ſimpliciter æſtimata fuerit, æſtimatio facit venditionem, nec niſi precium vel inuitæ mulieri reſtituere maritus hęrèſue eius cogitur, ſi conuenerit, vt quamuis æſtimata reddatur eadem ſpecies, ſiue ſimpliciter, ſiue hoc addito eodem pretio quo æſtimata eſt, eadem omnino ſpecies reddi debet ſi extet, nec deteriorata ſit, ſiue maioris, ſiue minoris hodie ſit æſtimationis. Nec aliud erit ſi conuenerit, vt eadem ſpecies reddatur habita ratione augmenti, vel diminutionis boni viri arbitratu, vt in d.l. æſtimatis. Pertinet enim ea adiectio ad augmentum vel diminutionem bonitatis intrinſecæ non æſtimationis extrinſecæ, ne alioqui fruſtrà facta ſit conuentionis æſtimatio. Quoties enim res in dotem data deterior facta eſt licet certam habuerit æſtimationem; boni tamen viri arbitrio committendum eſt neceſſariò quanti ea deterioratio æſtimanda ſit. Ad rata ſcil. & proportionẽ conuentæ æſtimationis. Huius tamen conuentionis illa fortaſſe videtur eſſe vtilitas, quod deteriore facta re dotali æſtimata non cogitur maritus æſtimationem omnino reddere, quomodo in ſpecie.l. ſi inter, cùm conuenit vt eædẽ ſpecies eodẽ precio redderentur, ſed põt rem ipſam quantumuis deteriorem reddere, dummodo in pecunia ſuppleat quod pp deteriorationẽ deeſt arg.l.3.§.j.D.cõmod.l.j.§.ſi res depoſita D.depo. Hoc.n. ppriè eſt rem ipſam reddere habita rõne diminútionis. Neq; obſtat quod in l. 11.de iur.dot. ſcriptum eſt rem dotalem æſtimatã poſſe, & deteriorem reddi. Ibi.n. pro & legem dum eſſe nec apertiſſimũ eſt, & nos in coniecturis noſtris probauimus. At nummorũ quí in eadem ſpecie reddendi ſunt æſtimatiõ non alias vtilis eſſe poteſt, quam ſi ijſdem in genere ſpeciebus redditis, ſpecierum numerũ vel augeat vel minuat, niſi conuenerit vt idem quoque earundem ſpecierum numerus reddatur, quo caſu quomodo temperanda res ſit, paulò poſt videbimus. Dices fortaſſe, Imò verò ſpecierum in dotẽ datarum æſtimatarum, & nummorũ æſtimatorum cõparationem recipi poſſe in omnib. Nam quemadmodũ datis in dotẽ rebus æſtimatis, ſi conueniat vt eædẽ ſpecies eodem pcio reddant, non precia debentur, ſed ipſæ ſpecies, ita crediris vel in dotem datis nũmis aureis certæ ſpeciei puta Genuenſib. æſtimatis ad tres libr. regias, & hoc pacto addito vt reddant in ijſdem ſpeciebus, nõ æſtimatio aureorum debetur, ſed ipſæ aureorũ ſpecies. Item quemadmodum

mensura consistentibus Bald. scribit ad d.l.res in dotem 42. D.eo.) sed si obligatus sit vt eadem species restituat quas alioqui restituere non tenetur, fit debitor speciei non generis. Finge credidisse me tibi Hispanos aureos duplices quos Gallicè doublons appellamus. Si nihil præterea dictum sit debitor es generis potesque, vel inuito mihi soluere ducentos aureos Hispanicos simplices. Quidni verò cùm eo casu reddas tantundem in genere eodem, in bonitate eadem, & qualitate. Nisi fortè mea interfit quod in aliam formam soluas quàm qua acceperis. d.l. creditorem, putà quod essem obligatus alteri eandem duplicium quantitatem ad eandem diem sub pœna soluere. (Nota tamen hoc hodie locum non habere postquã placuit ex generali consuetudine, si nõ sit dictum vt soluatur in ijsdem speciebus, solui posse in alia etiam materia, vt dicam infr. cap. 3. ad fi. At si conuenerit inter nos vt in ijsdem speciebus restituas, non cogar accipere binos aureos simplices prò vno duplici. nec si mea non probem interesse, quia lex contractus omnino seruanda est. Es igitur eo casu debitor speciei non generis: quia eadẽ species reddere cogeris. Non quidem easdem numero: (earum enim, quæ tibi creditæ sunt dominium in te translatum est, ideoque si ipsas amittas licet casu fortuito periculum ad te pertineat, nec eo minùs remanes obligatus l. 1. §. & ille quidem D. de obl. & act. l. interdum 11. l. si cer. pet. (sed easdem specie. i. eiusdem materiæ, & formæ (ex his siquidem duobus species constat) licet veluti per modum generis debeãtur. Scilicet quia plures eiusdem speciei reperiantur quæ non solùm in suo genere, sed & in sua specie functionem recipiant. Quid enim esse potest inter duos aureos qui sint eiusdem materiæ, & formæ? Et tamen intererit inter eos, qui sint diuersæ formæ, licet eiusdẽ materiæ. Deniq; aureus qui sit eiusdem materię, & formæ specialiori quadã rõne fungi vice alterius aurei q̃ esset diuersæ formæ, nec eò minus si fungeretur hic diuersæ formæ aureus vice alterius, si modò esset eiusdẽ materię, & bonitatis, vt dici possit hunc fungi vice alterius in suo tantum genere, illum in sua etiam specie, quæ & ipsa tamen genus est, quamuis minus genericum si Iureconsultorũ more speciẽ intelligas ipsum individuum genus verò id quod pluta individua eiusdem materiæ, & formæ complectatur. Hoc igitur casu quo conuenit, vt eadem nummorum species quæ æstimatæ sint restituas, Dicat aliquis fortasse, si extent ipse nec deteriores factæ sint debere eadem omnimodo restitui, ac si non essent æstimatæ arg. d. l. æstimatis fol. matr. Nec prodesse æstimationẽ nisi in eo casum quo vel non extent amplius forte, quod in commerciorum vsu esse desierint, vel deteriores factæ sint exemplo cæterarũ specierũ, quæ non recipiant functionẽ in suo genere arg. d.l. si inter Præsertim si fingas pactum ita conceptum esse vt eædem species æstimatæ reddant in eodem numero, & eo precio quo æstimatæ sunt, nam vt iam suprà dictum est, quomodo alioqui fieri possit, vt eædem species, & in eodem numero reddantur, & ad eandem æstimationem siue aucta siue diminuta sit æstimatio? sed non est ita. Neq; recta esse potest, vt sæpius dixi, specierũ, & numeri hac parte cõparatio. Vt. n. certa nummorum species omnino pereat, & in vsu esse desinat rarius est, quã vt credibile sit de eo à

contrahentibus cogitatum maximè si ponas tractatum de aureis Gallicis aut Hispanicis. Qđ verò interdũ deteriorari possit intrinsecus, non facit vt debeat æstimari, quoniam & citrà æstimationem non cogeretur creditor accipere nummos intrinsecus & extrinsecus diminutos, vt sup. diximus. Ergo non potest videri facta æstimatio, nisi ad taxandum incertum, siue præsentis siue futurę æstimationis extrinsecę. Itaq. dicendum est, si nõ cõuenerit de eodẽ numero reddendo, sed tantum de speciebus, facturam æstimationẽ, vt vel augeatur numerus si ea diminuta sit, vel minuatur si ea aucta fuerit. Quod si de eodẽ numero reddendo cautum sit, eundem quidem numerum reddi debere, sed æstimationis effectum illum fore vt si aucta sit æstimatio quod excedet conuentam creditor debitori in moneta restituat, sin diminuta, quod conuentionali deerit debitor creditori suppleat, cùm tamen species corporum æstimatæ omnimodo restituendæ essent, cuiuscunque tandem æstimationis siue maioris siue minoris, dummodo extarent nec factæ essent deteriores. Neque requirimus in nummorum debito vt ex verbis contractus aliisve coniecturis id actum esse appareat. Non enim aliam ob causam æstimatæ nummorum species videri possunt quàm vt siue præsentis, siue futuræ æstimationis extrinsecæ incertitudini remedium hoc adferatur, nec augmenti nec diminutionis anceps periculum, alteruter subeat contrahentium, nec tamen creditarum specierum commodo creditor fraudetur, nec aucta etiam æstimatione quicquam superlucretur, vel rursus ea diminuta quicquam amittat. Potest enim æstimatio, debitoris æquè ac creditoris commodo cedere, quamuis soleat plerunque interponi fauore creditoris cuius est rei suæ legem dicere, dum veretur ille ne diminuatur nummi æstimatio, neve dum sibi consulit in hoc vt easdem totidemque species reddere debitorem oporteat, in alio sibi noceat, vt ijsdem totidemque speciebus redditis minus habeat quàm crediti tempore habuisset. Ideoque esset iniqua hæc pactio quæ scilicet debitorem nimis oneraret, nisi posset ipsi quoque debitori ex euentu prodesse, si fortè aucta sit aurei æstimatio, cuius creditor diminutionem verebatur. Finge credidisse me tibi Hispanos duplices centum quorum eo tempore alia atque alia esset pro hominum adfectione æstimatio, & ad octo vsque libras regias, cùm in eo res esset vt videretur maior futura æstimatio, nec minus tamen verendum esset ne decresceret. Si non essent æstimati nummi, & aucta fortassis æstimatione ad decem vsque libras, Reddente te centum duplices, mille libras consequerer, qui tamen in effectu non nisi octingentas credideram. At ex contrario, pristino suo valori restituis duplicibus, hoc est ad sex vsque libras si liberareris reddendo centum duntaxat, nec quicquam præterea, non nisi sexcentas libras in effectu redderes qui octingentas accepisses. Et tamen si nulla facta esset æstimatio, iuris ratio postularet vt vtroque casu centum duplices aurei restitui omnimodo deberent siue meum siue tuum id damnum foret, & cuiuscunque tandem solutionis tempore essent æstimationis, vt in sequentibus dicemus.

Cæterùm quod dicimus conuentam æstimationem si taxationis non

non demonſtrationis cauſa ſit facta, id operari, vt eandem æſtimationem reddi ſufficiat ſiue de reddendis in eadem æſtimatione aureis ſimpliciter conuenerit, ſiue de ijſdem ſpeciebus nulla numeri facta mentione, ſiue de eodem etiam numero, cauendum eſt ne quem decipiat. Quid enim ſi, vt contingit frequentiſſimè, idcirco aucta ſit aureorum æſtimatio, quod monetarum, quibus aureus æſtimandus eſt, valor intrinſecus decreuerit? An centum aureis tibi creditis quos ad æſtimationē trium librarum regiarum reddere ſimpliciter promiſeris, ſufficiet trecentas libras hodiernas, quæ ſint deteriores, aut in deteriore moneta reddere? Aut ſi conuenerit, vt in ijſdem ſpeciebus ad eam æſtimationem reſtituas, an ſufficiet vt aucto ad quatuor vſque libras aureo 75. aureos reſtituas? Aut denique ſi vt in eodem numero, an cogar ego tibi reſtituere quanto pluris hodie æſtimātur aurei? Minimè. Aureorum enim æſtimatio cùm facta eſt ad tres libras regias, habita fuit ratio valoris non minus intrinſeci, quàm extrinſeci librarum, quæ tunc temporis erant in vſu commercij, vt probabimus in ſeq. quæſt. De aureis ſimpliciter debitis. Igitur diſtinguendum erit an æſtimationem illam velis tu ſoluere in moneta non deteriorata, an in deteriorata, ſi in non deteriorata trium librarū numerus in ſingulos aureos ſufficiet. ſi in deteriorata, non ſufficiet, niſi quantum deterioratio damni intrinſeci attulit, tantumdem in æſtimatione extrinſeca ſuppleatur. Alioqui non ad conuentam æſtimationem, ſed ad minorem fieri ſolutio videretur, cùm tres libræ ſolutæ in moneta deteriorata non æquipolleant tribus libris, ex ijs, quæ erant contractus tempore. Neque enim reddi videtur quod deterius redditur. l. 3. §. 1. D. commo. l. 11. §. ſi res depoſita 16. D. depoſit. Idemque erit ex contrario ſi quod perrarò euenit, aucta ſit intrinſecus moneta. Non enim cogeris ſoluere ad æſtimationem trium librarum in aucta moneta, ſed in ea, quæ aucta non ſit ne alioqui plus ſoluere videaris, quàm conuentum ſit. Porrò in qua monetæ ſpecie fieri ſolutio debeat, an in maxima, an in minima, an in mediocri dicemus poſtea.

De aureis non æſtimatis ſimpliciter debitis. Cap. III.

DIximus ſuperiori quæſtione Eum qui aureos debeat æſtimatos ex quocunque contractu, ſi æſtimatio facta ſit non demonſtrationis cauſa, ſed taxationis, hoc eſt habito reſpectu ad ſolutionem potius, quam ad materiam obligationis debere aureos ſoluere ad eandē æſtimationem ſiue in ijſdē ſpeciebus diuerſoq; numero, ſi de numero nihil dictū ſit, ſiue in eodem et numero ſi ita conuenerit, ſiue deniq; in alia ſpecie dummodo in proba nec minima moneta ſi de ſolutionis forma nihil dictum ſit. Nunc videamus quid iuris ſit ſi aureos ſimpliciter debeas. Poteſt autem quæſtio hæc duplicem habere tractatum, Priorem illum an aureos ſoluere omnimodo debeas, nec liceat tibi in libris, aut alia moneta ſiue argentea, ſiue ærea, adeoque etiam aurea ſolutionē facere. Alterum, an immi-

nuta

nuta aureorum æstimatione siue aurei soluatur, siue aureorum æstimatio contractus tempus inspiciendum sit, vt si pluris hodie sint aurei, cogar ego soluenti tibi in aureis quanto pluris hodie sint restituere, aut si in moneta soluas eam aureorum æstimationem accipere quæ erat contractus tempore, an verò tempus solutionis, vt quanti sunt hodie aurei tãtundem debeas siue in aureis, siue in æstimatione. Idèmque ex contrario tractari potest si imminuta sit aureorum æstimatio, an libereris soluendo aureos nec cogaris quanto minoris hodie sunt supplere, an verò cogendus sis supplere si soluas in aureis, aut si in moneta, an eam aureorum æstimationem debeas quæ erat contractus tempore, an eam quæ nunc est. De priore dicemus hoc capite. De posteriore in sequenti.

Iuris regula est aliud pro alio creditori inuito solui non posse l. 2. §. mutui dario D. de rebus credit. ad eò vt dubitatum sit an res pro pecunia soluta pareret liberationem, vt innuere videtur Vlpianus in leg. si non sortem 26. §. si centum D. de condict. indeb. ijs verbis licet enim placuit rem pro pecunia solutam parere liberationem. Sic enim solent Iureconsulti loqui de re post multas controuersias decisa. In quo obseruandum est quod Vlpia. non loquitur de re oblata pro pecunia, sed de re soluta. Rem enim pro pecunia oblatam accipere creditor non cogitur, sed si soluatur cùm solutio non fiat nisi recipienti & consentienti, sequitur liberatio l. successores 10. l. eũ à quo 16. l. manifesti 17. l. si operas 20. l. penul. C. de solut. l. precij 9. C. de rescind. vend. Hinc verò nostri inferunt Eum qui mutuos aureos acceperit nõ posse soluere in nummis argenteis, licèt creditori eadem indemnem præstet, nempe quoniam si æs pro argento aut argentum pro auro offeratur, aliud pro alio solui videatur l. in venditionibus 9. §. vlt. cum duab. seqq. D. de contr. empt. l. si cùm aurum 50. D. de solut. Etsi enim pecunia æquè conflari potest ex auro, argento & ære, l. 2. §. deinde cùm esset de orig. iur. l. lege Cornelia 9. §. eadem lege D. ad leg. Cornel. de falsis 9. 1. Inst quibus mod. re. cõtr. obl. nõ tamen quælibet pecunia recipit functionẽ in quolibet genere, sed in suo duntaxat d. l. 2. §. 1. de reb. cred. l. 2. D. de oblig. & actio. Debet autem reddi mutuum in eodẽ genere d. l. 2. §. 1. adeoque in eadem qualitate d. l. 1. §. 2. id est, vt ego interpretor in eadem materia. Qualitatis enim appellatione apud Iureconsultos significari substantiã ipsam rei & materiam nouã non est l. si sterilis 21. §. quamuis D. de act. emp. licet interdum & ex qualitas significetur quæ est accidens l. quid tamen 14. D. de contr. emp. Quòd si eadem materia offeratur, sed non eiusdem formæ, puta si pro duplici aureo Hispano offerat quis binos simplices, valet oblatio, nec aliud pro alio solui intelligitur, dummodo eiusdem bonitatis & qualitatis sit materia, nec quicq; interfit creditoris quòd in aliam formam nummos accipiat. Quæ sententia est l. Paulus 99. alias l. creditorem D. de solut. Loquitur enim de nummis solutis non in alia materia, sed in alia forma. Eòque sensu rectissimè ab omnibus accipitur. Quamquam autem hæc ita se habent si iuris rationem spectes. Obtinuit tamen generali ferè locorum omnium consuetudine, vt qui aureos debet, soluere possit

in

in nummis argenteis, ſi non ſpecialiter contrarium in conuentionem deductum ſit. Sic enim teſtatur Dydac. Couar. cap. 7. de veter. collat. nummiſma. §. vnic. num. 1. poſt Barto. in d. l. Paulus num. 3. Imo. & DD. ibid. & in l. 1. §. vlt. de aur. & arg. leg. Idem Barto. Alex. Aret. & alij in d. l. 2. §. 1. D. ſi cert. peta. Anton. & Abba. in dict. cap. quanto colum. vlt. de iureiuran. Bald. poſt glo. in l. ſi quis argentum. C. de donat. & in l. libera. C. de ſenten. & interloc. omn. iud. Curt. ſenior in tract. Monet. ad l. cum quid quæſt. 9. D. ſi certum petat. Afflict. deciſ. 90. Boer. deciſ. 327. colum. 3. Etſi autem Doctor Analyticus quæſt. 92. num. 708. & 718. negat conſuetudinem talem eſſe niſi quatenus ex vrbanitate, & ciuilitate creditorum deſcendat, defendens ex contrario notoriè obſeruari, vt quando obligatio contracta eſt ad certam ſpeciem monetæ, non tenetur creditor recipere in alia diuerſa deterioris materiæ niſi forſan conſtet, quid ſua non interſit. Ego tamen ſcio vidique non ſemel Senatum noſtrum hoc iure vti, vt qui aureos nummos debet, etiamſi adiectum ſit ſolares, boni ponderis, & ad characterem regis Galliæ, liberetur tamen ſoluendo argenteos, niſi nominatim tautum ſit, vt nummi illi aurei ſoluantur in auro. Cuius iuris ratio illa eſſe poteſt, quòd aureorum nomen ſicut, & librarum hodie ſit æquiuocum, noſtra præſertim lingua, qui aureum ſcutum appellamus. Scutum enim quoddam apud nos eſt, quod monetale, aut de Camera dicimus, non niſi quinque florenis noſtris æſtimatum, quod etſi non eſt aureum, adeò tamen in vſu eſt, vt qui ſimpliciter centum ſcuta promittit de huiuſmodi monetalibus non de aureis ſenſiſſe videatur, quoniam in dubio de minimis actum eſſe credendum ſit. l. nummis 75. de legat. 3. facit lex cùm ſeruus 39. aliàs l. apud Iulianum. §. ſcio de legat. 1. l. ſemper in obſcuris, vbi Dec. de regul. iur. Imputarique poſſit ei qui ſi maiores nummos ſtipulari voluit, debuerit legem apertius dicere. l. veteribus 39. D. de pact. l. Labeo ſcribit 21. D. de contrah. empt. Nam quod ponimus non de ſcutis ſimpliciter conueniſſe, ſed de ſcutis aureis, eo tantum pertinet, vt non ſufficiat debitori ſi totidem ſcuta monetalia offerat, cum aureorum de quibus nominatim cõuentum eſt maior ſit æſtimatio. Rurſus, quod additum eſt ſolaria, aut vt Parili. loquitur ſolata in id prodeſt, vt appareat non de Italicis, aut Hiſpanicis, qui minoris æſtimantur, ſed de Gallicis actum fuiſſe. Illa denique ſequentia boni ponderis, & ad characterem regis Galliæ, faciunt vt non liberetur debitor ſi aureos, quidem ſolares offerat, ſed minoris ponderis, aut quibus alius inſit charactter, quã Regis Galliæ, propterea quod minoris illi futuri ſint æſtimationis. Itaque diſcernendi tantum valoris gratia inter tot ſcurorum differentias videntur verba illa omnia adiecta, non eo animo vt ad aureos in auro ſoluendos debitor obligaretur. Alioqui hoc ipſum etiam exprimi debuerat, ſufficitque, vt ſingulæ illæ adiectiones aliquid operentur, non etiam neceſſe eſt, vt pro creditoris arbitrio, & voluntate plus operentur, quàm ex verborum proprietate, & ſignificatione oporteat, præſertim cum in dubio, & obſcuro fauorabiliores ſint debitores, quàm creditores ex iuris regula. l. Arrianus 47. D. de oblig. & act. l. inter partes 38. De re iudic. l. quicquid ad ſtringendã 99. de verb. oblig. l. fauorabiliores

biliores 125.de reg.iur.Illud etiam dici **potest**, nummum aureum nō ita esse ac veluti regulam monetarum, **adeoque** commerciorum omnium, vt ex eo apparet quòd aucta **æstimatione** aurei extrinsecæ rerum quoque omnium precia augeri **solent**, & ex contrario diminuta ea decrescere l.2.C.de veter.nummisin.**potest**.libr.1..titu.10.Vnde fit vt cogantur plerumque homines **commercij** causa nummorum aureorum mentionem facere non vt debitor **obligetur** ad soluendum in aureis (sicut nec obligatur soluere in **libris Turonensibus**, qui apud nos certum librarum numerum promisit, **nec in florenis**, cum nulli sint qui florenos debet,) sed vt sciatur quantum **debeatur**. Solutio enim in aureis plerumque adeò difficilis est, **præsertim hodiernis** temporibus, vt digna sanè res sit quæ exprimatur **quoties creditor** ereptam vult debitori facultatem soluendi in alia materia. **Etsi non** sit expressa neglecta videtur argumento l. item, apud **Labeonem** 15. §. hoc edictum 26. D.de iniur.& famos.libell.Eo magis quod, vt **diximus**, aurei iudicium duo quatenus certam nummi speciem **constituit** aliæ atque aliæ sint species, & singularum aliæ atque aliæ **æstimationes**, vt proinde si in auro facienda esset solutio, incertum planè **esset** in quibus aureis fieri deberet nulla de ea re inita conuentione. **Et hæc** sanè verissimè, meo iudicio, disputantur, si quis aureos debeat **ex causa** fortasse emptionis, aut conductionis, aut promissæ dotis, aut **alia eiusmodi**. Sed si ex mutuo, non existimo, aut consuetudine, aut **ratione aliqua** idem recipi debuisse. Nam cùm mutuum re contrahatur l.1.§.2 D. de obligation.& action.d.l.2.§.1.D. si cert.peta. non vtique **inspiciendum** est, quid dictum sit, vt sciatur quid quantumque reddi **debeat**, sed quid sit traditum, & numeratum Arogasti 11.§. si tibi eod.l. si tibi 19.D. de pact.l. cum vltrà 9.C.de non numer.pecun. Ergo qui numeratos ex mutuo accepit in auro nummos aureos, obligatus est vt eiusdem generis, materiæ, bonitatis, ponderis & qualitatis aureos restituat. Nec imputari quicquam potest creditori, quod id ipsum in stipulationem specialiter non deduxerit, quia ex ipsius contractus natura appareat id actum esse, quod autem tacitè actum intelligitur id pro exacto habendum sit. Quæ sententia est l.cum quid 3.D.de reb.credit. Idemque admittendum puto si quis ad aureorum solutionem ex causa restituendæ dotis obligatus sit. Dotis siquidem restituendæ obligatio non ex verbis, aut ex scriptura, sed ex numeratione ipsa nascitur.l.1.C.de dot.cauti. non numer. l.1.C.de donation.ant.nupt.l.maritus 51.D. solut. matrimon. Et consequenter si aureos solares ab vxore tua dotis nomine acceperis, alios eiusdem speciei, materiæ, bonitatis, & ponderis debes reddere, etiamsi dictum non sit, dummodo nihil in contrarium conuenerit. Nam quemadmodum mutuum ideo datur, vt res, quæ constat pondere aut numero, aut mensura fiat accipientis, vtque non eadem res reddatur, sed tantundem in eodem genere, bonitate, & qualitate, dicta l.2.§.1.de rebus credit. dicta l.1.§.2 de obligat.& action. Ita & res in dotem datæ si ponderē, numero, vel mensura constent, licet non æstimatæ maneant periculo esse dicuntur quasi eius factæ, quod in hoc dentur vt eas maritus ad arbitrium suum distrahat, & quandoque soluto matrimonio

nio

nio eiuſdem generis ; & qualitatis alias ipſe reſtituat vel hęres eius l. res in dotem 42. D. de iur. dot. l. vnic. §. cùm autem in exactione C. de rei vxor. action. Quo exemplo putem etiam defendi poſſe, ſi fundum mihi vendideris precio centum aureorum cum pacto de retrouendendo, & à me centum aureos in auro acceperis, quandocunque redimentem te cogendum mihi centum aureos in auro quoque reddere, & qui ſunt eiuſdem bonitatis, materiæ, & qualitatis. Etſi enim contractus venditionis non re, ſed conſenſu perficitur. l. 2. D. de obligat. & action. ipſa tamen reſtituendi obligatio aliam cauſam non habet quàm numerationem, cùm ſi numeratum precium non eſſet, vtique reſtitui non deberet. Proinde nec aliter videri potes ſatisfacere quàm ſi tantundem mihi reſtituas in eodem genere, & in eadem bonitate, & qualitate, licèt nihil dictum ſit, ſi modò conſtet in qua pecuniæ ſpecie prior numeratio facta ſit, ſiue per ſcripturam id conſtet, ſiue per teſtes. Alioqui ſanè non minorem facias mihi iniuriam, ſi quod ſolui tibi in auro reddas in ære aut in argento, quàm ex contrario facerem ego tibi, ſi ſolutum in ære aut in argento precium cogerem te vt in auro redderes, facit lex cùm te 6. ibi receptis nummis ſuis C. de pact. inter empt. & vendit. Requiritur enim in reſolutione venditionis actus retrò ſimilis l. ab emptione 58. de pact. Paponius libr. 10. tit. 5. §. vltim. Sed quamquam hæc ita ſunt, conſuetudo inualuit, eàque non tantum à magiſtris noſtris recepta, ſed plærisque etiam Senatus noſtri decretis approbata, vt ſiue ex mutuo, ſiue ex cauſa receptæ dotis, ſiue ex pacto de retrouendendo aureos debeas, perinde libereris ſoluendo nummos ex ære, & argento conflatos, acſi ex qua alia cauſa deberes niſi expreſsè de aureis in auro ſoluendis conuentum ſit. Boer. quæſtio. 327. num. 3. in fin. Dydac. de veter. collat. nummiſm. §. vnic. cap. 7. concluſio. 1. Idem tamen Boer. ibid. num. 4. ſcribit conſuetudine receptum eſſe, vt redemptionis precium reddatur in iiſdem ſpeciebus. Itemque dos promiſſa, vel ſoluta. Hoc tamen addito temperamento, vt quoties de rei venditæ redemptione agitur, ſi egregia ſit quantitas, quam conſtet in nummis aureis ſolutam fuiſſe, cogatur venditor tertiam precij partem in aureis reddere, tertiam in capitaris, aliiſue ſimilibus ſpeciebus nummorum, tertiam in moneta minutione, ne ſcilicet, aliter poſito iure nimis magno incommodo afficiatur emptor qui aureos re vera numerauit, & cuius cauſa eo fauorabilior eſt, quod iuſto titulo factus ille fuerat rei venditæ dominus, nec cogendus ſit rei, quæ iam ſua ſit nouam venditionem facere, niſi iiſdem conditionibus, aut quibus emit, aut quibus prior venditor verisimiliter fuiſſet venditurus. Atque non eſt veriſimile eum, qui precij ſolutionem in aureorum ſpeciebus acceperit eodem precio fuiſſe venditurum, ſi in minutiore tantum moneta ſolucre emptor voluiſſet. Neque igitur probè poſtulare poteſt, vt liceat ſibi in minutiore prorſus moneta reddere, quod in aureis totum acceperit. Præſertim ſi ponas libenum fuiſſe pactum de retrouendendo, nec ſolitum emptorem fœnerari, precumque conuentum detracta æſtimatione facultas redimendi, aut

iuſtum

iustum fuisse, aut ad iusti precij rationem propemodùm accessisse. Alioqui si pactum liberum non fuerit & læsio immodica interuenerit, hoc est, vt plærique interpretantur, si plusquam tertia iusti precij parte redimendi facultas æstimata sit, dicam pactum esse fœneratitium, & prohibitum ex tradit. per Parisien. quæst. 5. & 50. Maximè verò si emptor solitus sit fœnerari quod tertium tanquam necessarium plærique requirunt, alij non requirunt, de quo scripsimus in Decadibus. Ideoque eo casu admittam facilius idem, quod in superioribus ex consuetudine recipiendum esse, vt nec in aureis nec in capitatis partem vllam precij solui necesse sit. Nam, & ratio propter quam non solet Senatus noster in obligationibus ex mutuo hoc temperamentum adhibere alia non est quàm quòd vsu quotidiano, & ipsa rerum experientia compertum sit vix vnquam euenire inter eos potissimùm qui de mutui restitutione litigent, vt mutuum sit planè liberale, & munificum carensque omni vsurarum suspicione. Ea enim res facit vt creditorum omnium causa sit odiosior, quippe qui ex pecunia, & re prorsus sterili vsurarum fructum, & lucrum capient. Vnde etiam fit vt non nisi ex vinculo stipulationis vsuræ fœnebris pecuniæ debeantur l. Titius 24. D. de præscript. verb. l. 3. C. de vsur. quod in vsuris frumenti vel hordei mutuò dati diuersum est quas placuit etiam ex nudo pacto deberi propter incerti earum rerum precij rationem l. frumenti 12. l. oleo 23. C. eod. In dotis autem restitutione idcirco marito succurrimus vt nullam partem quantumuis egregia dos sit cogatur in capitatis aut in aureis soluere, quòd iam satis magno ex ipsa matrimonij dissolutione damno, & incommodo afficiatur. l. iure succursum 6. de iur. dot. quòdque eo voto dos ei data esset vt penes eum perpetuò remaneret l. 1. D. eod. quòd denique non sit in ipsius potestate quando reddere dotem debeat, & inhumanum videat cogi eum aureos nummos conquirere, proprijsque sumptibus comparare vt pecuniam dotis soluat quam in communes fortasse matrimonij vsus verisimiliter impenderit.

An igitur liberum erit debitori qui centum aureos mutuos, marito qui dotem aureorum mille in nummis aureis acceperit in minutissima moneta soluere? Minimè. Sed hic quoque temperamentum illud adhibendum erit, vt siue aureos quis debeat, siue libras aut Ducales, aut regias, nisi nominatim dictum sit in quibus speciebus solutio facienda sit, soluere quidem liceat in moneta qualibet recepta, & proba, sed ita tamen vt minima species sit solidi nostri quem assem appellamus. Semper enim eius cui debentur aurei vel libræ probabiliter videtur interesse vt in minutissimis istis monetis quas vocant Parpailloles, & quartz, solutionem accipere non cogatur: idque siue ex causa dotis receptæ aut promissæ, siue mutui aut alia quacumque aurei vel libræ debeantur. Et ita sæpissimè iudicatum scio. Non idem erit si nec libræ nec aurei, sed floreni debiti proponantur: siue ex obligatione, siue ex iudicato, putà ex impensarum in condemnationem deductarum taxatione. Tunc enim vel ex minutissima quaque moneta dummodò proba, & recepta soluere satis est, eo-

que

que nimirum casu procedere arbitror, quod in hanc sententiam, licèt de libris regijs loquens Parisi. tractat. quæstion. 99. numer. 748. Non idé etiam erit si centum fortassis capitatorum numerus debeatur. Capitati enim omnimodo soluendi sunt etiamsi dictum non sit, nec monetæ minutioris oblatio sufficit, quoniam capitatorum species non est numeralis, hoc est ad alias nummorum species numerandas comparata, quomodo libra, aureus, sed est omnino specifica, vt sanè qui capitatos debet, is si soluat solidos aut quadrantes aliud pro alio soluere videatur. Non ausim tamen dicere, quidnam iudicaturus esset Senatus noster si casus hic contingeret.

Cæterùm, quod diximus generali consuetudine receptum esse, vt quod in aureis debetur si aliud nihil dictum sit solui possit in alia materia, puta in nummis argenteis, aut æreis, dummodo ad eandem æstimationem, ita accipiendum videri possit, si modo nullum ex ea re damnum creditor passurus sit. Nam si hæc exceptio necessaria est eo etiam casu quo in aliam formam fit solutio, licet ex eadem materia, quæ debetur, dicta l. creditorem. 99. de solut. Multo magis admittendum videtur tunc cum iuris regulæ offenduntur, aliudque pro alio soluitur, indemnem præstari debere creditorem, ne fauorabilior sit debitor, qui soluit in alia materia, quam qui in alia forma, quod & sentire videtur Parisien. quæstion 92. num. 708. vbi negat solui posse in alia materia, nisi constet non interesse creditoris. Sed id eo tantum pertinere potest vt vera aurei æstimatio præstari debeat, non si quid præterea, & extrinsecus interfit. Cùm enim consuetudo faciat, vt auri non debeantur, sed eorum æstimatio, sanè non soluit in alia materia, qui soluit in argento æstimationem aurei, licèt aurum acceperit. Alioqui semper causaretur creditor sua interesse, vel hoc ipso quod cæteris quoque paribus aurum semper sit argento precioſius, aut quod fortasse alteri nummos aureos in auro debeat sub pœna, atque ita effectu ipso vix quicquam referret, vtrum in eadem an in alia materia solueretur. Quid enim, obsecro, interest vtrum aureos ab alio comparem vt soluam tibi, an à te ipso. Quod contingit sanè si tantum præstare tibi cogar quanti tua interest solui tibi aureos in auro. Quæ tamen omnia tanquam extrinsecus emergentia duriorem debitoris conditionem facere non debent, nisi eo demum casu quo conuenerit, vt in aureis nummis fiat solutio. Tunc enim sicut non cogitur inuitus creditor æstimationem aureorum pro aureis accipere, nec si offeratur ei quanti ipsius interest, vt dicemus infra quæstio. 1. Ita si accipere velit, in eoque debitori fauere, indemnis vtique præstandus est. Nam & si offeratur solutio in aureis eiusdem materiæ, sed non eiusdem formæ cuius illi sunt, qui debentur, plerique putant cogi, quidem creditorem accipere, (quasi quod ex eadem materia soluitur aliud videri non possit,) sed ita tamé vt nullum ex eo damnum patiatur, adeo vt si alteri forté nummos aureos, puta Hispanos duplices debeat sub pœna non cogatur binos simplices pro duplicibus singulis accipere, si non præterea quanti ipsius interest offeratur. Eamque nimirum sententiam esse dictæ l. creditorem, ijs verbis in aliam formam. Aliam scilicet, quàm quæ debentur,

non

non quam in qua debitor à creditore nummos acceperit. Quamqu
ego contra puto, quia pactum illud. De reddendo mutuo in ijsdem s
ciebus cum non sit contra leges omnino seruandum est. Nec de
arctari creditor vt probet sua interesse. Vt quod scriptum est in
creditorem, debeat intelligi de eo casu mutuum simpliciter factum
in certa aureorum specie nullo addito pacto de ijsdem speciebus r
dendis, solutione enim postea oblata in eadem quidem materia,
non in eadem forma præstandum est creditori quanti ipsius interes
At verò cum generali, vt diximus, consuetudine receptum sit, vt eti
in alia materia soluere liceat, consequens est vt hodie nullo casu lo
sit, d.l. creditorum, nisi ad hoc, vt præsens materiæ debitæ æstima
soluenda sit contra Parisien. Quoties enim electio debitoris est vtr
materiam præter an materiæ precium, non cogitur vtique preci
soluere in eadem materia, sed & in alia potest dumnodo tantum o
rat quanti comparari illa possit. Sic enim accipiendum puto quod
ptum est in l. 1. §. vltim. l. Titiç. 35. l. 9. de aur. & argent. legat. Porrò
ui precium in alia materia non potest quia soluatur in alia etiam
ma. Sed si immutata sit aureorum æstimatio vtrius temporis ratio
benda sit an contractus, an solutionis, iam videamus.

Aureis debitis quorum bonitas intrinsecam immutata sit vtriu temporis ratio haberi debeat, an contractus, an solutionis. Cap. IIII.

Vic quæstioni locum facit frequens illa, quæ passim
die contingit æstimationis aureorum variatio. Vix e
est vt quanti sunt aurei obligationis tempore, tanti
sint etiam tempore solutionis. Potest autem varijs
causis huiusmodi variatio contingere siue auctam pr
nas æstimationem, siue imminutam. Vel quia materiæ
nitas, aut quantitas aucta quoque sit, vel deminuta, quam intrinsec
mutationem appellamus, vel quod eodem intrinseco valore subsi
te extrinseca tamen æstimatio creuerit, vel decreuerit ex Edicto f
tasse Principis, aut vt frequentius euenire solet nimia mercatorum
centia abusuque commerciorum. Vel denique quod inferiores mo
tæ quibus æstimatur aureus meliores factæ sint, vel deteriores, q
posterius hoc nostro præsertim seculo frequentissimum est. Si aur
rum bonitas intrinseca aucta sit, vel diminuta, potest fieri, vt idem
hilominus valor extrinsecus retineatur, fieri etiam potest, vt ad e
de in proportionem, vel augeatur, vel minuatur. Aucta bonitate
intrinseca, quam extrinseca, nempe, opinor, dubitare possit quin a
æstimatio ad obligationis tempus referenda sit, siue enim ex ea ca
debeatur ex qua tantundem reddendum est, ideſt, ex mutuo, ve
fundi venditi redemptione, siue ex emptione, conductione, permu
tione aliaue simili, non possunt videri contrahentes de alijs au
cogitasse, quam quæ obligationis tempore in vsu essent. Alioqui
tantun-

Digitized by Google

tantundem, ſed plus quàm oporteret ſolueretur. Nam & ex contrario ſi aureorum bonitas tam intrinſeca, quam extrinſeca decreuerit, conſtat inter omnes, videri alios eſſe aureos, nec proinde cogi poſſe creditorem, vt vel in nouis illis aureis, vel in noua eorum æſtimatione ſolutionem accipiat, niſi quod veterum æſtimationi deeſt ſuppleatur. Hancque eſſe receptiſſimam noſtrorum ſententiam tellatur Dydic. Couarr. dict. cap.7. de veter.collat.numiſm. §.vnic.numer.2.ex capit. cum Canonicis Extr.de cenſib.poſſ. Ioann.Fabr.in princip.titu. Inſtit. quib.mod.tollit. oblig.ad fin.& Pariſien. quæſt. 100. numero 759. At vero ſi aucta, vel diminuta bonitate intrinſeca idem nihilominus aurei valor extrinſecus retineatur, quæſtionis eſt vtrum augmenti illius vel diminutionis ratio aliqua haberi debeat. Quæſtio in eo eſt vtrum in nummis ſpectanda tantùm ſit bonitas extrinſeca, An etiam intrinſeca Doctor Analyticus putat nummi quatenus nummus eſt ſubſtantiam totam ex quantitate, hoc eſt ex valore illo impoſititio conſiſtere, ex l.1. D.de cont.empt.Indeque fieri vt licet appellatione auri, & argenti veniat aurum omne, & argentum etiam factum, vt vaſa argentea, l.quæſitum.78. §.illud de leg.3. nummi tamen aurei, vel argentei non contineantur, nec ſi aurum, vel argentum quod factum eſt legatum fuerit, l.Quintus 27. §.1.l.cum aurum 19. in princip.de aur.& argent legat. Vbi ratio illa redditur, quod non facilè quiſquam argenti numero nummos competet. (Quod nota vt intelligas non tam id fieri, quod argenti facti appellatione nummus argenteus non contineatur, repugnaret enim d.§.illud, quàm quòd propter loquendi conſuetudinem quæ vix admittit vt argenti appellatione complectamur nummos argenteos qui ſcilicet ſint in id comparati vt eum vſum præbeant quem alia quælibet argenti materia præbere non poteſt.) Ideoque bonitatem illam quam noſtri extrinſecam dicunt vocat ille Doctor noſter intrinſecam, quaſi quæ det formam nummo, & qua ſublata licet eadem nummi materia ſuperſit, nummus tamen eſſe deſinat, l.eleganter, 24. § qui reprobos, D.de pignor.action.l.creditor, 102. D.de ſolut. iunct. l. Iulianus, 9. §.ſi quis D.ad exhiben. Quod & iam olim ſenſiſſe refert Azon.in Brocard. Iacob.Beluiſ.& Odofr.quos Cy. memorat in l.in minorum, col.4. C.in quib.cauſ.reſt.in integ.non eſt neceſſ. Ex quo infert ille quæſt.92. nu.697. poſt Hyer.Butig.in repet.l. cum quid, col.8.nu.22. D.ſi cer.pet.quod ex quo pecuniæ ſignatæ forma trahit ad ſe materiam, non eſt amplius conſideranda materia. Et hæc prima ſit, & præcipua eius ratio, & Secunda eſt, vt pecunia recipiat functionem etiã formalem, & identificã, vt ille loquitur nu.700. in alia pecunia etiã diuerſæ ſpeciei, & materiæ per tex. in l.quæ extrinſecus 66.D.de ver.obl.vbi Florent.ſcribit ſi ſtipulanti denarios, eiuſdẽ quantitatis aureos ſpondeas, obligari te, perinde ac ſi ſeruo ſtipulanti Lucio domino ſuo, tu Titio qui idẽ eſſet daturũ te promitteres. Ex eo enim ſequi videtur in pecunia non corpora, ſed quantitatem, & æſtimationem ſpectari, l.ſi is cu 84.in princ.D.de ſolu.l.nã etſi fur.13.§.vl. de reb.cred. Alioqui materiæ diuerſitas ſtipulationem vitiaret, cùm ſi ego te de re aliqua interrogẽ, tu de alia rñdeas, inutilis fiat ſtipulatio.

l.1. §.si quis simpliciter D. de eo. §. præterea, & §. si de alia Instit.de inut.stip.Et quamuis Accur.Bart.& cæteri communiter ad eum locum putent debere legem intelligi de denarijs aureis in stipularũ deductis, quasi aliud dicendũ sit si stipulanti denarios argenteos aut æreos tu aureos promiseris, videtur tamẽ vim facere verbis Iurisc.qui de denarijs simpliciter, & indistinctè loquitur. Addit.Parisien.post Iason. eadem diuinatione supplendum fore quòd illi denarij essent de materia æquè pura quod vulgo dicunt de eadem liga, quæ tamen interpretatio esse prorsus commentitia. Tertia Parisien. ratio est quam ille demonstrationem vocat, quòd non possit imminui aureus in bonitate materiæ intrinseca eodem valore extrinseco retento, quin materiæ ipsius crescat æstimatio. Ergo quanto plus creditor materiæ,tãto plus debere eũ sibi imputare valoris,atq; ita cõpensatione facta valoris cũ quantitate nihil esse ꝙ debeatur præter extrinsecã æstimationem. Idemq; tractari potest si ex contrario auctus sit aureus in bonitate intrinseca. Quanto plus enim debitor dabit in materia,tãto minus dabit in æstimatione cũ fieri nequeat,vt augeatur aureus in bonitate intrinseca retento eodem valore, quin materiæ æstimatio minuatur. Quarta, & postrema Parisi. ratio est (alias enim plærasq; taceo quas ille cõgerit.q.92.& 100.quòd aut leuiores sint aut ad aliquam ex his referri possit) ꝙ creditis decem aureis peti soluiq; possint libre aut denarij eiusdem quantitatis, arg.d. l.quæ extrinsecus. Ergo, inquit ille nu.711.siue intrinsecus aurei valor creuerit, siue decreuerit, sufficiet totidem libras solui quot initio solui potuerunt. Quamuis hæc ratio ad eum quoq; casum pertineat, quo immutata sit æstimatio extrinseca. De quo postea videbimus. Contrariã tamen sententiam vete es omnes probarunt,vt pecunia mutata in bonitate intrinseca, nempe in materia, vel in pondere soluenda sit secũdum eam bonitatem quã habuerat tempore contractus:non aũt secundum illam quã habet tẽpore solutionis.Refert Dydac.p.nu.2.post Ban. & DD.in l.cũ quid.3.D.si cer.pet. & in d.l.Paulus. Panor.& Can.in c. quanto de iureiu.col.pen. & in c.olim. & c.cũ canonicis per ill.tex.de cens.Iaſ.in l.2.q.36. C.de iur.emph.Soc.in cõs.149.lib.1.n.94.Cur.iun. in d.l.cũ quid n.23.Grat.cõs.12.nu.30.& cõs.13.& 14.vol.1.Albe.Bru. in tract.de aug.& dim.concl.vlt.vers.his sic præmissis, Boer.dec.327. Tiraq.lib.1.de vtroq; retrac.§.1. glo.18.nu.26. Nec fuit ex veterib.qui contrariũ dixerit, præter Io. Fab.in Auth.hoc nisi C.de solu.Et huius sniæ ratio illa affertur, ꝙ obligatus sit debitor vt quod debet soluat in eadem bonitate, & qualitate d.l.cum quid 3. D.si cert.petat. d.l.1.§. 2.de oblig.& action. Quod etsi Parisien.d.quæst.100. nume.806. intelligit de bonitate proportionali, legi tamen non conuenit, quæ non proportionalem, sed eandem prorsus requirit bonitatem. Et vero de eadem bonitate essentiali in eodem graduali numero naturalis qualitatis debere id accipi ex eo apparet, quòd nec si in eadem materia, & eiusdem omnino bonitatis soluere quis velit, in alia tamen forma quã in qua debeat, audiendus sit, si ex eo damnum aliquod creditor passurus sit, d.l.Paulus,99.alias l.creditorẽ de solut. Multò igitur minus audiendus sit qui velit soluere in pecunia deteriorata cùm fieri nõ possit

quin

quin ex pecuniæ deterioris ſolutione damnum creditor ſentiat, eique vtilior futura ſit melioris quàm deterioris monetæ ſolutio. Dices fortaſſe pro Pariſien. Nec permittendum debitori vt ſoluat ex deteriore moneta ſi damnum ex eo creditor patiatur, ſed non videri damnoſum id eſſe aut debitori, aut creditori ſi eadem ſit noui nummi licet deterioris æſtimatio. Reſpondeo, nunquam ſic loqui Iuriſconſultos vt dicant, debitorem non poſſe in alia materia ſoluere ſi damnum ex eo creditor ſenſurus ſit. Nempe quia non putarunt permittendum eſſe, vt ſoluat in alia materia nec ſi creditoris nullomodo interſit. Obſtabat ſcilicet iuris regula, de qua ſuperiore quæſtione diximus quæ negat inuito creditori aliud pro alio ſolui poſſe. Quòd ſi illud tantùm eſſet inſpiciendum an creditoris intereſſet necne, Æquè dici poſſet fundum pro pecunia ſolui poſſe, ſi modo nihil creditor ex ea re incommodi paſſurus eſſet, quod tamen paſſim iuris authores negant. Nec ſanè magis verum eſt pecuniam auream recipere functionẽ in argentea, aut argenteam in ærea quàm in fundo Tuſculano, quia non quælibet pecunia fungitur vicealterius cuiuſſibet pecuniæ, ſed illius tantùm quæ ſit eiuſdẽ generis d.l.2.§.1.& l.3. de reb. credit. Alioqui nec quærendum erat an in aliam formam ſoluere debitor poſſet, nec tantùm de ſolutione in aliam formam facta dubitandum, ſi non plus operaretur diuerſitas materiæ quàm formæ. Porrò non eiuſdem generis eſt pecunia aurea cuius eſt argentea, nec argentea cuius ærea, ſed planè alia res eſt l.in venditionibus 9.§.vlt.D. de contr.empt. Neque igitur pro aureo argentum ſolui poteſt, ſicut nec vinum pro tritico d.l.2.§.1.de reb.cred.tametſi non minus triticum quàm vinum ſit ex earum rerum numero quæ conſtant numero, & menſura, nec ſi vinum quod pro tritico offertur eiuſdem adeòque maioris ſit æſtimationis, nec magis tritico quàm vino creditor indigeat. Sufficit enim ei dicere, Triticum tibi credidi non vinum Triticum, ergo redde non vinum. Quòd ſi replices cum Pariſien. num.711. bonitatem extrinſecam vini vel alterius ſimilis ſpeciei,& bonitatẽ extrinſecam pecuniæ non eſſe ſimilis habitudinis, & rationis, quia in vino,& ſimilibus ſit merè extrinſeca, nec quicquam commune habeat cum ſubſtantia rei mutatæ. In nummis verò ſit conſubſtantialis, æque principalis, & de eſſentia pecuniæ. Dicam, Imo vero perinde in vino atque in pecunia mutuum conſiſtere, vtroque caſu rem ideò dari vt fiat accipientis, & vt non eadem res, ſed tantundem reſtituatur, vinum recipere functionem in ſuo genere, ſicut, & pecuniam argenteam vel auream in ſuo. Differentiam hanc tantùm agnoſco quòd vini vt, & aliarum mercium precia vt plurimùm ſunt incerta l.precia 63.D.ad leg.Falcid. pecuniæ autem vbique certa, & perpetua eſſe debet l.3. de in lit. iur. l.3. de eo quod cert. loc. Sed nego inde fieri vt pecuniæ æſtimationis varatio ſit inopinata his noſtris temporibus in quibus nihil eſt huiuſmodi variatione frequentius. Adeo vt nec niſi perraro ſoleant mercium precia mutari, niſi propter mutatam mutandamque in dies æſtimationem pecuniæ: propter quam cauſam permulti ſunt qui pecuniarum vt aliarũ mercium permutandarũ negotiationẽ ineant, quàm maxi-

mum inde sibi lucrum comparantes, alios videas dum prudentius vo-
lunt sibi prospicere in pecunia æstimata contrahere, cuiusmodi tamen
conuentionis nullam reperies apud iuris authores fieri mentionem,
propterea quòd florente Romanorum Republica, & imperio cer-
tissima esset fereque inuariabilis nummorum æstimatio. lege. tertia,
De in lit. iurand. Cuius scilicet vt publica sic, & perpetua authoritas
esse debet d.l.1.de contr. empt. Quanquam autem ea variatio videtur
esse contra naturam, iurisque constitutionem, cùm tamen adeò fre-
quēs sit, & vsitata vt nihil frequentiùs, non video cur non eius ratio
eadem habenda sit quæ, & æstimationis vini cùm vtraque incerta sit,
& ex hominum siue Principum, siue mercatorum pendens arbitrio.
Sed, & obseruandum est quod iam suprà monuimus cap.1. & cuius
ignoratione videtur mihi Doctor Analyticus in omnibus iltis quęstio
nibus grauiter errasse, duplicem esse pecuniæ vsum, proprium vnum
ad æstimandas res cæteras, improprium alterum vt permutari possit,
siue cum pecunia, siue cum alia re, vt diximus c.2. Porrò æstimatio ex-
trinseca ab hoc aut illo Rege imposita, non potest afficere impro-
prium vsum nummi, sed proprium duntaxat. Debuit etiam obseruare
duplicē esse pecunię æstimationem, intrinsecā vnam quæ nūmis omni-
bus apud gentes oēs cōmunis est, facitque vt vsum dominiūq; ex quan-
titate nō ex substantia præbeant de qua in d.l.1.de cōtr. empt. & apud
Arist. lib.1.Poli.cap.6. & lib.5.Eth.cap.5. Extrinsecam alteram quę nec
semper nec vbiq. eadem est, sed nūc hæc nunc illa pro huius vel illius
Principis aut populi arbitrio. Hæc sanè mutabilis est nec potest non
esse ex quo deflectit ab illa quæ, & certa est, & perpetua, sed vt intel-
ligas prorsus esse extrinsecā nō intrinsecam, nō mutatur apud eos om
nes apud quos nummus est in vsu commercij. Finge Italos aut Hispa-
nos qui nec edicto Regis Galliæ nec abusu commerciorum nationis
Gallicæ ligari possunt, si aureus Gallicus solaris qui antea tribus li-
bris regijs æstimabatur ex edicto regio æstimandus sit libris quatuor,
habebit quidem nouā hanc in Gallia æstimationem, sed apud exteros
veterem retinebit, nec vt in Gallia quarta precij parte augebitur. (Scio
posse aurum esse in Italia aut Hispania carius vel vilius, quam in Gal-
lia, sed illud volo, cum dico eandem esse vbique aurei æstimationem
intrinsecam, non posse aurei Gallici æstimationem illam augeri in
Gallia, quin ad eandem proportionem augeatur apud eos omnes qui-
bus eadem auri materia communis est: quoniam aurum Gallicū in Ita-
liā vel Hispaniam trānslatum non poterit esse carius aut vilius quam sit
Italicū aut Hispanicum, cùm sit idem planè aurū quatenus est eiusdem
bonitatis, & ponderis. Habebit igitur duas æstimationes. Non ergo
vtranque extrinsecam, sed vnam duntaxat, aliam intrinsecam, aut si
vtranque extrinsecam voles dicere (quandoquidem neutra est a natu-
ra, sed vtraque à lege, vnde νόμισμα secundum Arist.) admittā liben-
tissimè dummodo concedas nō eandem esse vtriusque rationem. Quæ
enim gentibus omnibus communis est, ideò dicitur publica, quòd
veluti ex compacto, & fœdere gentium omnium constituta sit, quæ
verò ab aliquo Principe imponitur, licet publica sit quatenus oēs sub-

ditos

Digitized by Google

ditos obligat, siue iusta sit, siue iniusta, vt ait Ioan. Fab ad dict. Auth. hoc nisi C. de solut. quem refert Parisien. num. 765. priuata tamen dici. potest eo respectu, quòd exteros non obligat, quomodo obligat illa quæ manat ex natura, & qualitate materiæ. Omnes siquidem quibus materia auri communis est, coguntur vel inuiti eandem aurei Gallici quàm sui proprij rationem constituere, & æstimationem, dummodo sit eiusdem bonitatis, & ponderis, sed quatenus æstimatio Gallica excedit boniratem illam, & materiæ, & ponderis, non coguntur, inquit Bald. in dict. cap. quanto in fin. de iureiur. quem refert, & laudat Parisien. num. 802. Habet enim aurum itemque argentum suam æstimationem, quæ licet naturaliter non sit aut hæc aut illa, sed prout rarius est, vel frequentius, aut maior aut minor, qualiscunque tamen sit certos habet fines ex ipsa materiæ magnitudine, & pondere constituendos, vt quotiescunque contingit augeri, vel minui materiam, siue in bonitate, siue in pondere, dummodo non ita latenter, vt cerni nequeat, ipsam quoque æstimationem augeri, vel minui necesse sit. Vnde etiam illud sit, vt si non augeatur in Gallia aurei Gallici materia, augeatur tamen æstimatio extrinseca, cæterorum quoque aureorum Italorum puta, & Hispanorum æstimationem, vel inuita Gallia augeri oporteat ad eandem magnitudinis, & ponderis materiæ proportionem, nam & ex contrario idcirco non augebitur apud Italos aurei Gallici qui intrinsecus auctus non sit æstimatio, quòd nec propriorum aureorum æstimatio augeatur, hoc ipsum autem ideò, quod eorum interest non augeri, vt minore precio aureos Gallicos comparent à Gallis mercatoribus Italicas merces conquirentibus, vendantque carius suos, aut quod idem est suis aureis emant vilius merces Gallicas si in Gallia negotiari eos contingat. Denique intrinseca aurei æstimatio non ab eo imponitur cuius est aureus, sed ab eo, cum quo habet commercium is cuius est aureus, non à dante sed ab accipiente, nec tam aureo Gallico aut Itallico, quàm ipsi auro cuiuscunque tandem illud sit, dummodo sit eiusdem quantitatis, & ponderis. Extrinseca vero ab eo imponitur cuius est character, & ab eo qui dat, hoc est à Rege cuius sunt nummi omnes Regij, non ab eo qui accipit, nec rursus imponitur auro in genere, (quemadmodum enim aurum gentibus omnibus commune est, sic à publica gentium omnium non priuata vnius hominis lege precium accipere debet) sed illi primum, & principaliter quod imponentis charactere percussum est. Cæteris vero non nisi per consequentiam necessariam. Illa est æstimatio veritatis, hæc adfectionis. In intrinseca non æstimatur aureus Gallicus quatenus aureus, sed quatenus aurum est, in extrinseca non quatenus aurum, sed quatenus aureus Gallicus est. Porrò quatenus aurum est non potest Gallicus aureus maioris esse æstimationis quam Italicus, nisi aut plus auri habeat, aut tantundem melioris, quatenus vero aureus Gallicus potest supra iustam æstimationem materiæ, hoc est supra eum valorem qui cæteris gentibus probatus est tanti æstimari, quanti Regi placuerit, sed tamen inter eos duntaxat qui parendi necessitatem habent, non inter cæteros. Extrinseca si augeatur perperam, nec, aucta intrinseca, fiat vt

rerum quoque precia augeri neceſſe ſit haſtenus vt ad inſtæ, & intrinſecæ æſtimationis rationem, & ſpecierum, & aureorum precium æqualiter reducatur. Quod non contingeret ſi propter auctam materiam, & ad eandem proportionem intrinſecæ æſtimatio extrinſeca augeretur. Nam ſi poneres aureos Gallicos euidenter augeri in bonitate, & pondere materiæ vtique vel inuita Italia neceſſe eſſet recipi inſtam illam quæ in Gallia aucta, & conſtituta eſſet æſtimationem aut ſaltem Italorum aureorum æſtimationem diminui, quoniam fieri non poſſit vt idem aurum eiuſdem bonitatis, & ponderis aliam atque aliam apud eaſdem gentes habeat æſtimationem, quocunque tandem charactere percuſſum ſit. In ſumma quanti aureus Gallicus vendi poteſt ei qui Regia Gallorum lege non obligetur, ea eſt Gallici aurei intrinſeca æſtimatio, quanti autem emere cogitur is, qui Regis Galliæ imperio ſubditus ſit, ſit ſi vtraque æſtimatio non congruat, ea demum extrinſeca dicenda eſt. Fateor intrinſecam quoque æſtimationem hodie certam, & eandem vbique non eſſe (vt erat olim non ſolum apud Romanos d.l.3. de in lit. iur. d.l. de eo, quod certo loc. ſed etiam apud omnes gentes, quomodo accipienda neceſſario eſt d. l. 5. de cont. empt. verſ. cuius publica, & perpetua æſtimatio.) Sed illud dico intrinſecam aurei Gallici æſtimationem Romæ eandem eſſe quæ eſt aurei Romani, ad proportionem eiuſdem bonitatis, & quantitatis auri, eandemque manere ſemper, hoc eſt non magis creſcere aut decreſcere quam creſcat aut decreſcat Romani aurei valor, quicquid tandem de eo Rex Gallorum ſtatuat. Extrinſecam vero quæ à Gallorum Rege conſtituta ſit non eam eſſe Romæ quæ ſit in Gallia quamuis Romani quoque aurei in Gallia aucta ſit per conſequentias æſtimatio ad proportionem magnitudinis, & ponderis materiæ. In eoque nimirum intrinſecæ, & extrinſecæ differentiam agnoſcere nos oportet. Poſſit fortaſſe quis non malè intrinſecam dicere realem, id eſt rei ipſius, & materiæ quæ materiam ipſam ſemper, & vbique comitetur. Extrinſecam vero hominum, id eſt quæ pro cuiuslibet legislatoris arbitrio aut populi alia atque alia ſtatui ſolet. Illam immutabilem eſſe non quod eadem ſit apud omnes, cùm non apud omnes aurum ſit æquè rarum, & precioſum, ſed quod quecunque tandem ſit apud has aut illas nationes, non poſſit ex Regis alterius prouinciæ aut ex alterius populi cum quo ſit commercium voluntate vllomodo immutari. Hanc vero eſſe mutabilem apud eos ſcilicet quorum eſt rebus ſuis inter ſuos legem dicere, cumque aurum certam, & præciſam æſtimationem nullâ quæ vbiq; vna eſſe debeat propter eam rationē quam diximus, apparet differentiam hanc intrinſecæ, & extrinſecæ magis ex perſonarum, & locorum diuerſitate, quam ex rei ipſius natura deſcendere. Nec valde diſſimile eſt quod Vlpianus ſcribit in l. ſi quis in fundi vocabulo. 4. de leg. 1. rerum vocabula eſſe immutabilia, hominum vero mutabilia. Senſus enim eſt, Cum quis fundum Cornelianum dicit eandem rem duobus eum notare nominibus, vno q̄ ſit immutabile, & ipſi rei quodāmodo naturale, altero quod ſit mutabile pro domini ſui arbitrio. Prius nomē eſt fundi, dicitur q; immutabile, quoniā ſi quiſpiā

quan-

quantumuis dominus mutare velit puta vestem pro fundo dicere, non possit, an quòd ipsum fundi vocabulum sit naturale? Non magis sanè quàm sua naturalis sit auro æstimatio. Nomina enim nulla sunt naturalia, sed omnia impositicia, vt Plato in Tymæo disputat. Sed quia gentium omnium consensu quę Latina lingua vtuntur placeat, fundum dici quicquid terra in se tenet. l. fundi 87. de action. empt. Idque est quod Celsus scribit in l. Labeo 7. §. seruilis de supell. legat. non ex opinionibus singulorum, sed ex communi vsu nomina exaudiri debere. Alterum nomen est Cornelianus, quod hominum esse, & mutabile Vlpianus ait. An quod sit nomen hominis vnius, vt vir quidam doctissimus credidisse videtur, qui ad id pertinere putat tit. C. de mutat. nomin. Minimè. Sed quòd impositum sit ab homine vno non gentium omnium consensu, sed priuato ipsius imponentis arbitrio. Siquidem omnium hominum interest vt qui fundus est non dicatur vestis. Quòd alioqui ea res humanæ societatis vinculum perinde dissolueret confusis rerum omnium germanis vocabulis, atque olim ædificantium turrim Babel consilia dissoluisse legimus. At vt fundus hic qui antea Cornelianus dicebatur, nunc Sempronianus nuncupetur nullius planè interest. Sic & auri Gallici aliam æstimationem imponi quàm Italici aut Hispanici si nec in bonitate excedat, nec in pondere nulla Regis Gallorum aut nationis Gallicæ constitutione fieri potest, quoniam gentium omnium interest, vt quemadmodum aurum ab auro non nisi bonitate, vel pondere discernitur, ita quotiescunque eiusdem bonitatis est, & ponderis, eiusdem quoque sit æstimationis. Non eiusdem in Gallia cuius in Italia aut in Hispania, sed eiusdem in Gallia Gallicum cuius Italicum, Hispanicum, Indicum, & Germanicum. Eiusdem in Italia Italicum cuius, & Gallicum, & Indicum, & Hispanicum. Eiusdem denique in Hispania Gallicum cuius, & Hispanicum, & Indicum, & Italicum, sicque de cæteris. Alioqui sola characteris mutatio mutaret æstimationem eiusdem subsistentis materiæ, statimque periret in ea prouincia aurum illud quod minoris æstimaretur, vt in aliam formam translatum maioris esset domino, & possessori suo vtilitatis. Si quidem nunquam eueniret, vt extranei auri paterentur gens vlla maiorem apud se esse æstimationem quàm proprij, si nec bonitatis nec ponderis maioris esset. Atque ita ex contrario consequi oporteret vt ex auro extraneo, quod æquè bonum esset, & minoris tamen æstimationis, properum sibi quisque populus conflaret sola characteris mutatione ex qua maximum, nec eo minus tamen licitum lucrum sentiret. Sicque tandem eo res recideret vt in vna eademque prouincia vna semper eademque esset auri cuiuslibet dummodo æquè boni æstimatio, quia & vnum idemque aurum est, quod æquè bonum est. Nam si quis dicat æsta in Gallia aurei Gallici æstimatione, ac proinde Italici etiam, & Hispanici, futurum vt Italus eadem ratione aurei sui æstimationem augeat, itemque Hispanus Hispanici, is sanè multum aberrauerit. Italorum enim interest, quanto pluris apud Gallos aurum æstimetur, tanto minoris in Italia æstimari, vt scilicet vilius emant merces Gallicas, aurum soluendo quod sit in Gallia precio-

Digitized by Google

ſius, ſuas verò diſtrahant cariùs, aurum à Gallis accipiendo quod ſit in Italia vilius. Niſi fortè poneres cogendos Italos aut Hiſpanos impoſitam apud Gallos aureo Gallico æſtimationem admittere. Id enim ſi verum eſſet vtique Italicos etiam, & Hiſpanicos aureos in æſtimatione ad eandem proportionem augeri neceſſe eſſet, ne quanto minoris proprios æſtimarent aureos, tantò plus in commercijs damni, & incommodi parerentur, neve breui accideret vt characteres Italici, & Hiſpanici delerentur, & in Gallicum transferrentur. At qui iam ſæpius diximus, non poſſe Gallicas conſtitutiones aut Italos aut Hiſpanos afficere. Euenire igitur neceſſe eſt vt aucta ſuprà moduni Gallici aurei æſtimatione in Gallia, idem tamen qui anteà valor ipſius in Italia maneat, cùm augere eum nec cogi poſſit Italus ſi nolit, nec velle debeat, quin ſaltem ſui quoque aurei æſtimationem augeat quam porro nec augere debet, ſi merces ſuas Gallis vendere carius volet, Gallicas verò viliore precio comparare. Velle autem quis dubitet? Concludendum ergo eſt in nummis quibuſlibet non ſolùm quantitatem ſpectari, & æſtimationem extrinſecam, quæ in hoc vel in illo regno introducta aut recepta ſit, nulla alia ratione quàm aut Principis aut populi voluntate, ſed eam potiſſimùm, quæ apud illos obtineat quibuſcum nobis commercium eſt, quæque ex materiæ qualitate, & pondere iuſtior videri debeat, aliarum ſcilicet gentium communiore iudicio. Nec parum intereſſe cuiuſnam bonitatis, & ponderis ſit aureus Gallicus, an auctus ſit, an diminutus, intrinſecus, licèt eandem retinuerit lege Principis æſtimationem, quippe cùm augmentum illud intrinſecum, ſicut, & diminutio intrinſeca de lege non ſolùm ijs populis quibus imperat Princeps cuius eſt aureus, ſed cæteris quoque gentibus omnibus vt quanto auctior eſt aureus, tantò maioris apud eas vel inuitas ſit æſtimationis, quantò diminutior, tantò etiam minoris. Alioqui dicendum eſſet nihil referre vtrum ex aureo an ex ferro conflaretur nummus quem nos ſolarem appellamus, ſi quis fortè tam ſtultus adeòve iniuſtus Princeps reperiretur qui nummis ferreis eandem quam aureis æſtimationem imponeret, quod tamen nec Pariſien. auſit dicere num. 802. Nihil etiam referret vtrum aureus ſolaris triginta libris regijs æſtimaretur, an tribus, vt ſuprà ſcripſimus pag. 8. quo tamen nihil ſanè dici poſſit abſurdius. Negari itaque non poteſt quin mea interſit habere nummos aureos veteres potiùs quàm nouos, ſi melioris materiæ maioriſque ponderis ſint veteres quàm noui, ſiue extra prouinciam negotiari velim, ſiue in prouincia etiam, aureos fortaſſis vendendo ei qui nouos cudendi poteſtatem à Principe habeat. Si enim obijcias cum Pariſien. numer. 807. in fin. pecuniam non eſſe ad hoc deſtinatam vt confletur, vel vt per materiam æſtimetur, ſed vt expendatur, & commutetur non pro quantitate maſſæ, ſed pro quantitate æſtimationis à publico impoſitæ argument. dict. l. 1. de contrahend. emption. l. ſi ita fideiuſſorem 42. D. de fideiuſſor. Dicam nec ideo comparatam eſſe pecuniam, vt expendatur vſumque aliquem præbeat quin ſit debitæ probitatis, magnitudinis, & ponderis dict. l. 1. de contrah. emp-

nec

nec rursus vt quæ est maioris bonitatis vel ponderis cum eodem numero alterius monetæ deterioris commutetur, sed vt talis fieri possit commutatio ex qua neuter damnum sentiat. Atqui fieri hoc non potest postquàm publica Principis aut populi alicuius authoritate bonitas intrinseca diminuta est eodem retento valore extrinseco. Ergo nec mirum videri debet si hoc casu pecunia vsum dominiumque præbeat ex substantia potiùs quàm ex quantitate, cùm in quantitate eundem illum vsum ad quem priùs destinata erat amplius præbere non possit; iniquitate legislatoris aut populi qui veteres rectasque expendendo nummo definitas regulas præterire ausus sit. Denique Pasirien. & multorum hac in quæstione error ille est, quòd à publica illa perpetuaque æstimatione quæ initiò, gentium omnium consensu nummo statuta est, habito respectu ad magnitudinem pondus, & qualitatem materiæ, quæque non nisi contrario publico gentium omnium consensu tolli possit, argumentantur ad eam quam hic aut ille Princeps vel populus cæteris gentibus omnibus inconsulutis priuata lege, & iniustè inuexerit, quàmq; ideo quod suam magnitudinem, suumve pondus non habeat, aliæ gentes recipere nec velint, nec inuitæ cogi possint. Quasi verò quemadmodum nummus quatenus nummus est ex illa capit, & nomen, & vsum, & ipsam veluti essentiam, ita ex hac accipere debeat, cùm tamé certum sit ex illa potiùs æstimatione censendum esse quæ à cæteris gentibus permutationum gratia recepta sit, quàm quæ ab eo cuius sit nummus. Impositirius siquidem valor nummi non ille ab initio fuit quem dans imposuisset, sed quem accipiens, non qui ab eo impositus est, cuius erat nummus, sed qui ab eo quem necesse erat propter vtilitatem commercij pro merce sua nummum, rem planè sterilem, & ex se inutilem recipere, vt suprà cap. 1. probauimus. Ergo nec hodie imposititius aurei Gallici valor ille dicendus est, quem Gallorum Rex edicto publico aut mercatorum auaritia imposuerit, nisi quatenus à cæteris præsertim circumuicinis populis receptus sit, sed ille demum cuius cæteræ gentes rationem habituræ sint si mercator Gallus Italicas fortasse merces aut Hispanicas in Italia comparare velit vel in Hispania. Atqui non idcirco pluris illi æstimabunt aureum Gallicum quod pluris in Gallia æstimetur. Nempe quia nec suos pluris æstimant quam facerent ante auctam in Gallia æstimationem. Nisi crescat ipsa quoque bonitas intrinseca. Ergo quantumuis augeatur in Gallia aurei Gallici æstimatio, verum tamen erit dicere non esse auctum valorem imposititium: Et si diminuta sit bonitas intrinseca aurei Gallici eodem valore retento æquè verum erit dicere diminutum fuisse imposititium valorem Gallici aurei, nimirum quoniam non tanti ab Italis aut Hispanis æstimabatur quanti antea. Denique imposititius valor nummi ille est ex quo nummus æstimatur quatenus est nummus. Nec potest nummus præbere vsum nummi quin valorem habeat imposititi§ d.l. 1. de contr. empt. Ergò eatenus dicendus erit valor imposititius quatenus faciet vt vsum nummus præbeat. Atqui aureus Gallicus cuius æstimatio extrinseca in Gallia quarta sui parte aucta est, non facit vt præbeat

vsum

vſum in Italia quarta ſoliti precij parte auctiorem, ſed eum tantum quem antea præbebat. Ergo impoſtitius aurei Gallici valor erit Italicus non Gallicus. Quid igitur? Aliud ſanè nihil dici poteſt quàm ex furto manifeſto fraudari Gallos, & decipi, quæ fraus, & deceptio licèt publica Principis authoritate vel populi Gallici conſenſu toleretur, hactenus tamen effectum habere poteſt vt à quo tempore publica authoritate nititur, & Gallos in futurum contracturos obliget, ſed non etiam vt eorum qui priùs contraxerunt iuri quæſito deroget vulg. lege. 2. §. meritò D. ne quid in loc. public. quomodo ſanè derogaret, ſi is, cui veteres aurei debentur maioris bonitatis, & ponderis ſolutionem in nouis accipere cogeretur, ideò ſolum quod eadem nouorum quæ veterum in Gallia ſuperſit æſtimatio. Cogeretur ſanè ſi apud omnes gentes perinde ac in Gallia obtineret, vt idem eſſet valor aureorum ſolarium licèt intrinſecus diminutorum qui eſſe ſoleret antè diminutionem, quoniam eo caſu idem ſanè eſſet nouorum, & veterum valor impoſtitius. Nec ad rem pertinet quod in lege. vltim. C. de veter. nummiſm. poteſt. conſtitutum eſt vt eadem ſit apud omnes aurei æſtimatio. Id enim in eos duntaxat conſtitutum videri poteſt qui Romano parebant imperio, non in cæteros. Et præterea aureos illo loco intelligere debemus qui ſint debitæ bonitatis, & ponderis ex lege. 1. C. eodem. non qui intrinſecus diminuti ſint retenta eadem æſtimatione, niſi quatenus huic non magis quàm illi iniuria fiat, putà ſi poſt diminutam bonitatem intrinſecam quidam inter ſe contrahant, inter quos ſanè æſtimationis variatio aut nullum aut æquale, ideoque tolerabile damnum inducit, cæteris omnibus paribus. At cætera non ſunt paria, cùm ei qui nummos veteres credidit reddantur noui minoris bonitatis, & ponderis, licèt eiuſdem in Gallia æſtimationis. Neque verò poteſt de noſtra aut potiùs de communi interpretum ſententia conqueri debitor ex prætextu quòd nihil videatur intereſſe creditoris quod ei ſoluatur in nouis aureis, quos ille cum veteribus qui ſint eiuſdem æſtimationis commutare facilè poſſit. Nam ſi tam facilis commutatio eſt, cur recuſet ipſe aureos veteres conquirere vt creditori ſatisfaciat? Vt taceam quod quotidie euenire cernimus, cuiuslibet nummi diminuta bonitate intrinſeca eodem extrinſeco valore retento, breui tempore veteres omnes & probiores ſtatim intercidere vt non ſine magno Principis aut potiùs monetalium lucro, populorum verò incommodo, ex veteribus noui conflentur.

Reſtat vt ad ſupraſcriptas Pariſien. obiectiones reſpondeamus. Ad primam quæ ex valoris impoſtitij poteſtate ſumebatur, Reſpondeo. procedere in valore nummi verè impoſtitio, hoc eſt qui nummum perpetuo concomitetur vbiubi ipſius vſuras aliquis ſit. Sic enim accipiendam dict. lege. 1. de contrah. emption. Sed valorem aurei Gallici qui in Gallia auctus ſit non aucta bonitate intrinſeca aurei aut qui ea diminuta idem nihilominus manſerit, nego eſſe impoſtitium, quia apud cæteras gentes quæ in vſu habeant nummos aureos Gallicos non poſſit eſſe eiuſdem poteſtatis. Neque enim augebunt

bunt illæ æstimationem aurei ex eo solo, quòd apud Gallos aucta sit si nec in bonitate, nec in pondere aucta fuerit materia. Neque rursum eo minus diminuent, & apparenter, vt loquuntur, diminuta sit bonitas intrinseca, quod eandem Galli æstimationem extrinsecam retinuerint. Alius igitur erit valor aurei Gallici in Gallia, alius in Italia. An vterque imposititius: aut alteruter tantum, aut ille sanè potius, qui gentibus omnibus probabitur. Ex publico enim gentium omnium, vt Aristoteles loquitur, potius quam ex priuatorum quorundam consensu æstimanda est publica nummi potestas, quæ in valore illo imposititio consistit. Et Paris. ipse num. 695. fatetur publicam illam nummi institutionem, & æstimationem esse de iure gentium, post Bartol. in d.l. 1. de contrah. empt. Non ergo imposititius valor æstimandus est ex huius, vel illius Principis voluntate, sed ex gentium omnium consensu cum quibus nobis commercium est.

Ad secundam ex l. quæ extrinsecus 65. D. de verbor. obligat. Nego pecuniam recipere functionem in quolibet genere pecuniæ, sed in suo duntaxat. d.l. 2. §. 1. D. de reb. credit. Alioqui fatendum esset, quod in aureis debetur solui posse in denarijs æreis, & in moneta minutissima ad eandem vsque quantitatem. Quod tamen nec de iure verum est, nec de consuetudine, vt superiore cap. diximus. Ideoque nec satisfacere videtur creditor qui alterius formæ, licet eiusdem materiæ nummos offerat si creditoris interfit d.l. Paulus 99. alias. l. creditorem. D. de solut. quod vtique falsum esset si nihil interesset an aureos nummos in auro an in argento, aut in ære solueres dummodo ad eandem quantitatem. Et tamen si stipulanti denarios promittam aureos, fateor valere stipulationem. d.l. quæ extrinsecus, etiamsi denarij non sint aurei, sed vel argenti, vel ærei, vt hoc Iasoni, & Parisien. largiamur, sed nego id fieri quod in nummis sola æstimatio extrinseca spectanda sit, quasi eadem dici possit pecunia, quæ est diuersæ materiæ, dummodo ad eandem æstimationem. Nam si ex contrario stipulanti aureos promittas denarios præsertim argenteos, vel æreos, nego stipulationem valere, in eoque non à Parisien. tantum, sed à cæteris quoque interpretibus nostris dissentio, qui distinctionem hanc non obseruarunt. Differentiæ verò rationem illam adfero, quod denarij, siue aurei, siue argentei, siue ærei in solidis aureis contineantur, qui in auro argentum, in argento æs cõtinetur, non materialiter, vt loquar cum Philosophis, sed virtualiter, & eminenter, & excellentiori modo. At ex contrario in denarijs quicunque tandem illi sint aurei non continentur, neque virtualiter neque alio modo, licèt denarius aureus æstimetur. Ergo qui stipulanti aureos promittit denarios aliud promittit, qui verò stipulanti denarios promittit aureos idipsum vi saltem, & effectu promittit. Dices, at si in aureis denarij continentur, an non qui aureos stipulatur, denarios quoque vi ipsa stipulari intelligitur? Minimè, quia in aureis denarij quidem continentur, sed excellentiori modo, vt dictum est, ideoque nimirum satisfacit voluntati, & cupiditati stipulantis denarios, qui promittit aureos. Non contra, voluntati, & cupiditati stipulantis aureos, qui promittit denarios. Inde verò illud etiam

fieri

fieri arbitror, vt quod in argento debetur, vel in ære re-
auro nisi creditor probet sua interesse solui in eadem
plus præstet, quam debeat, nisi causa aliqua subesset
ditoris fauore sic concepta esset obligatio, vt in argento,
tius quam in auro fieri solutio deberet argum. l. Iuolenus
qui 15. D. de ann. leg. l. si duorum 42. versic. videamus de
tamen non possit contra solui in argento, vel in ære, quo
auro. d. l. in vendi ionibus. 9. §. vlt. l. quid tamen 14. in fin.
empt. l. si cùm aurum 50. D. de solut. Alioqui si in nummis
argenteis nihil nisi quantitatem spectares, sequeretur
solui fundum pro pecunia aurea inuito creditori, cùm
inde ac materia argentea suam habeat æstimationem, cui
debitæ æstimatio respondere possit: quod tamen nemo
miserit.

Sed & si poneres valere stipulationem cum stipulanti aureos promit
tuntur denarij, quod tamen nulla lege cautum est, ex eoque inferres,
in nummis quibuslibet non corpora spectanda esse, sed quantitatem,
dict. l. si is cui 94. de solut. Dicerem ego verum id quidem esse si quan-
titatem, & æstimationem illam intelligas, quæverè est imposititia, id-
est, quæ nummorum corpora sic sequitur, & concomitatur, vt vbicun-
que talis nummus in vsu est, apud eos præsertim quibuscum negocian
di gratia potissimum comparatus sit videlicet apud exteros ad merces
vltro citroque comportandas, suam nummus habeat æstimationem.
Ex eo enim verus valor imposititius dignoscitur, quòd sine eo nummi
quatenus nummi vsus nullus esse potest. Atqui quod aucta sit in Gal-
lia extrinseca bonitas aurei, eadem manente intrinseca non ideo plu-
ris æstimabitur aureus Gallicus apud Italos, aut Hispanos apud quos
tamen perinde, ac antea erit in vsu, aut si in Gallia idem valor extrin-
secus manserit, diminuta tamen bonitate intrinseca, non ideo tanti
æstimabitur in Italia, aut Hispania quanti solebat antea, sed pro rata di
minutæ materiæ, siue in bonitate, siue in pondere proculdubio dimi-
nuetur. Ergo verus aureorum Gallicorum valor imposititius non ille
dicendus est, qui edicto regio, aut Gallorum mercatorum abusu indu-
ctus sit, cum apud eos omnes non obtineat, qui aureos eiusmodi in vsu
habent, sed ille demum qui apud cæteras gentes obtinet. d. l. 1. ibi cu-
ius publica, & perpetua æstimatio, de contrah. empt. Quæ verò in Gal
lia obtinet maior æstimatio, priuatus ille Gallorum abusus potius,
quàm publicus nummi vsus dici debet. Siquidem imposititius valor
ille dicitur qui ab eo impositus sit quem constet publicam imponendi
potestatem habuisse, publicam, inquam, ideſt, quæ afficiat illos om-
nes apud quos nummi vsus erit. Atqui non potest Rex Galliæ, mul-
tominus verò Gallorum mercatorum licétia nummo aureo, licèt Gal-
lico eam legem dicere, quæ exteras gentes omnes eiusdem vsum habi-
turas ligare possit, solusque ea in re gentium omnium consensus spe-
ctandus est, cuius vtique comparatione Regis Gallorum authoritas
quantumuis Gallos omnes obliget, priuata dici possit potius quàm pu-
blica. Ergo imposititius aurei Gallici valor ille est, qui generalior est
magisque

Sed solutum
materia, qu
per, quam cre
vel in ære po-
alias l. cum
quo de debetur in
empt. Cùm
de contrahē.
aureis, vel
perinde posse
fundus per-
pecuniæ
vnquam ad-

magiſque publicus, non qui huius vel illius gentis priuatus eſt. Et ille demùm valor impoſititius eſt qui ſpectari debet in numinis, & de quo accipienda ſunt omnia quæ Pariſien. vndique cõgerit, vt probet in nummis nihil niſi valorem extrinſecũ cõſiderandu eſſe. Sed nihil ex eo ad propoſitam quæſtionẽ inferri poteſt. Imò ex contrario inferendũ eſt ſpectandũ neceſſariò augmentũ vel diminutionẽ materiæ quicunque tandem ſit in Gallia aureorũ Gallicorum valor extrinſecus. Nimirũ quoniã verus ille impoſititius, de quo diximus, ex ipſius materiæ bonitate,& pondere à gentibus omnibus ęſtimatur nõ ex regis Gallici authoritate, quia nempe ſola ipſa materia gentibus omnibus cõmunis eſt non regis Gallorũ authoritas. Aucta igitur materia aurei augebitur neceſſario valor ille publicus apud gentes omnes, cùm antea certo pondere definitus eſſet dict. l. 1. de contrah. empt. Non aucta materia, ſed eadem manente, idem quoque valor qui antea erat retinebitur, ſiue pluris eſſet in Italia, ſiue in Hiſpania, ſiue in Germania. Etſi enim, vt ſæpius diximus, non eadem eſt in indiuiduo apud gentes omnes aurei æſtimatio quòd apud aliàs poſſit eſſe raritate precioſius, apud alias ex nimia abundantia vilius. Quæcumque tamen ſit æſtimatio ea fieri non poteſt quin apud omnes augeatur vel minuatur in his vel in illis aureis ad proportionem auctæ vel diminutæ materiæ, hoc eſt quin pluris æſtimetur maior quantitas materiæ minoris, minor. Siue idem remaneat valor auri in genere qui erat antè auctam vel imminutam aurei Gallici materiam, ſiue valor ille ex noua aliqua cauſa apud has aut illas gentes creuerit vel decreuerit. Perpetuum enim eſt vt pluris ſit maior auri maſſa quàm minor.

Ex quibus, & ad tertiam Pariſien. rationem reſponderi poteſt, quam ille demonſtrationem clariſſimàm vocat. Nam quod ait non poſſe minui aureum in bonitate materiæ intrinſeca eodem valore extrinſeco retento quin materiæ ipſius creſcat æſtimatio. Verum quidem eſt ſi ponas quod fieri vixat ne vix quidem poteſt vt imminuta quantitate materiæ, idem nihilominus valor extrinſecus apud gentes omnes retineatur. Sed ſi, vt in caſu propoſitæ quæſtionis extrinſecum valorem retentum intelligas apud Gallos duntaxat, non apud exteras nationes, apud quas idem nummus aureus in vſu ſit, dico captioſum eſſe argumentum, nec eandem imminutæ materiæ, & auctæ æſtimationis proportionem videri poſſe. Materiæ enim deminutio, quæ ſit in Gallia gentes omnes afficit, hoc eſt facit vt aureus qui in Gallia deminutus eſt, ad quaſcunque tandem gentes tranſportetur deminutus appareat, nec minus in Hiſpania aut Italia quàm in Gallia. Æſtimationis verò augmentum quod ſit in Gallia non æquè gentes omnes afficit, hoc eſt eas non obligat, vt idem augmentum cogantur admittere (quamuis neceſſitas commerciorum, quę gentibus omnibus frequentiſſima ſunt cũ Gallis, faciat vt diminuto aureo Gallico cęteros quoque intrinſecus diminui neceſſe ſit ne alio qui ex ijs, Italicis puta aut Hiſpanicis Gallici plures contientur ſolo Gallorũ lucro, cęterorum verò omnium quoties aurei ſunt permagno incommodo, vnde etiam ſit vt vbique terrarum multum deminutum

ſit

sit de veterum aureorum bonitate, & quantitate quod à Gall[illegible] ctum esse non obscurè fatetur Parisien, num. 709. & 800. 801.) [illegible] rectum esset argumentum debuerat sic Parisien. dicere, Non [illegible] nui aureum in bonitate materiæ intrinseca eodem valore e[illegible] retento, in Gallia, quin materiæ ipsius crescat æstimatio i[illegible] quod sanè verissimum est, sed ex eo nihil prorsus in ferri pote[illegible] matio enim quæ est in sola Gallia, non est verus valor impos[illegible] rei Gallici, cùm ex eius ratione non possit aureus vbique vsu[illegible] re, quomodo præbet sanè ex valore verè imposititio, ideoque [illegible] ta bonitate intrinseca, & eodem valore extrinseco retent[illegible] test dici simpliciter, & absolutè auctam materiæ æstimation[illegible] inde nulla ratio est, vt quanto plus creditor petit materiæ, t[illegible] imputare sibi debeat aucti valoris, secumque valorem materiæ [illegible] cum diminuta quantitate compensare, cum non sint omnia [illegible] paria, idcirco, quod cum apud omnes ea materiæ diminutio [illegible] non tamen apud omnes eadem quæ in Gallia mansura sit aurei [illegible] æstimatio. Dices pro Parisien. Duobus Gallis de hac re in Gallia [illegible] tendentibus non esse curandum quanti sit aureus apud exteras natio[illegible] nes. Ambos enim lege Regia teneri, satisque esse debere creditori, [illegible] quod tantam ex nouis aureis in Gallia vtilitatem consecuturus sit qu[illegible] tam ex veteribus consequeretur. Respondeo, lege quidem regia am[illegible] bos teneri, vt & Gallos cæteros. Sed legem regiam futuris tantum, aut [illegible] præsentibus, non etiam præteritis negotijs formam dare nisi idipsum [illegible] nominatim lege comprehensum sit vulg. iuribus. Ita enim accipiẽdam [illegible] esse, vt ius priuato iam quæsitum non aufferat. d. l. 2. §. merito. D. ne [illegible] quid in loc. pub. Præsertim si ius illud quæsitum sit ex iure gentium [illegible] DD. in l. vlt. C. si contra ius, vel vtilit. pub. puta ex contractu. l. ex hoc [illegible] iure D. de iust. & iur. Atqui ius illud quæsitum erat ei cui ante Edictum [illegible] debebantur ex conuentione aurei illius temporis, vt non aliter posset [illegible] debitori liberatio contingere, quàm si ex probis aureis solueret, qui esf[illegible] sent eius bonitatis, & ponderis cuius esse oportebat contractus tempo[illegible] re. Qui enim aureos stipulatur, de ijs vtique sentire intelligitur, qui [illegible] tunc cuduntur non de illis quos postea siue meliores, siue deteriores [illegible] cudi contigerit, nec de subsequenti augmento, vel diminutione vide[illegible] tur cogitatum argum. l. Rutilia Polla 69. D. de contrah. empt. l. 2. §. 1. de [illegible] hær. vel action. vendit. l. si filiusfam. 78. D. de verbor. obligat. l. non omi[illegible] ne 144. §. 1. de regul. iur. Quod igitur postea constitutum est, vt aurei li[illegible] cet intrinsecus diminuti eiusdem nihilominus sint æstimationis, face[illegible] re non potest quin debitor tales tantosque aureos semper debeat qua[illegible] les quantique erant illi ante deminutionem. Instabis meram esse eam [illegible] cauillationem, aut iniuriosam adfectionem, cum eadem manente ex[illegible] trinseca æstimatione tantæ futuri sint vtilitatis centum aurei diminu[illegible] ti quantæ fuissent ante diminutionem. Nego, & eam ipsam rationem [illegible] qua Parisien. mouetur in ipsum retorqueo. Nam si, vt ille ait, & verum [illegible] est diminuta bonitate intrinseca, eodemque valor retento in Gallia, lic[illegible] ri non potest quin materiæ æstimatio in Gallia creuerit. Omnino con[illegible] sequens est, vt quanto plus erit materiæ in aureis, tanto maior hode[illegible]

futura

futura sit eorum æstimatio : ac proinde vt iniuria adficiatur is cui minus materiæ soluitur,quam debeatur . At si ex veteribus aureis , quibus plus ineſt materiæ ſolueretur,non poſſet,inquies,creditor maiorẽ, quàm ex nouis æſtimationem conſequi . Hoc rurſum nego . Poſſet enim vel ab illis ipſis , qui publicam cudendæ monetæ à Rege poteſtatem habent , quos vtique neceſſe eſt tanto pluris æſtimare veteres aureos , quanto ſunt meliores . Poſſet præterea ab extraneis mercatoribus , ſi fortè in Italia,aut in Hiſpania negotiari vellet, apud quas gentes nõ erit eiuſdem æſtimationis imminutus aureus cuius ille qui plus habeat , & bonitatis,& ponderis . Denique cùm eadem æſtimatio retinetur diminuta bonitate intrinſeca , perinde eſt ac ſi is cuius character eſt publicè fideiuberet eſſe materiam eius probitatis , & ponderis cuius eſſe debeat , vt ſupra probauimus,quod tamen , ſicut non poteſt dici ſine mendacio cum re vera diminuta eſt materia , ita non debet mendacium ei nocere cui debeantur aurei meliores, licèt noceat contracturis omnibus,quibus in poſterum neceſſe ſit ab Edicto legem accipere , propterea quòd non magis huic quàm illi initio inſpecto fiat iniuria eademque omnibus,& communis lex futura ſit , quæ tamen in propoſito ſolis iniurioſa eſſet creditoribus . Et ſanè ſi demonſtratio iſta Pariſien. concluderet , perinde probaret nihil intereſſe,an aureus, an ferreus eiuſdem ponderis nummus ſolueretur, quod tamen vel ipſo iudici fuerit ridiculum . Quarta, & poſtrema Pariſien. obiectio facile diluitur ex ſuperioribus.Ait ille,Creditis centum aureis,quo tempore digni erant libris trecentis , poſſe debitorem trecentas libras ſoluere , ſiue id iure receptum ſit, vt malè defendit Curt.iun.in l.cum quid nume.25.de reb.credit.ſiue ex generali locorum omnium conſuetudine, vt nos ſuperiore cap. probauimus . Sufficere igitur debere creditori ſi ei trecentæ libræ ſoluantur, quod porrò perinde contingit ſi ex nouis atque ſi ex veteribus aureis ſolutio fiat , tametſi intrinſecus diminuti ſint noui , cum eadem manſerit extrinſeca æſtimatio . Reſpondeo , poſſe quidem centum aureos creditos ſolui in æſtimatione , hoc eſt in libris trecentis,ſi tanti ſint centum aurei , ſed non ideo fieri vt trecentæ libræ debeantur . Debentur enim proculdubio centum aurei , & ſunt in obligatione , vt peti debeant non libræ trecentæ . Libræ verò ſunt in ſolutione . Nam ,& ſi quis ſtipularetur centum aureos in trecentis libris , non eſſent libræ in obligatione,ſed tantum in ſolutione, vt infra videbimus ex l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem in mille 57.vbi Bart o. & cæteri.D. de ſolut.Multò minus igitur erunt in obligatione , cum quis centum aureos ſimpliciter ſtipulatus eſt . Nam nec in ſolutione eſſent eo caſu niſi conſuetudo id induxiſſet nil obſtante . l. quæ extrinſecus 65.de verborum obligat.ad quam ſupra proximè reſpondimus . Hinc verò fit , vt quemadmodum aurei debentur , ita neceſſe ſit eos aureos ſolui ſiue in ſpecie,ſiue in æſtimatione,qui in vſu erant contracti debiti tempore,non qui poſt ea cuſi ſunt,aut meliores, aut deteriores . De illis enim vtique , non de his cogitatum fuiſſe negari non poteſt dict.l.Rutilia 69.de contrah. empt. dict. l. ſi filiusfamilias 78.de verbor.obligat.Nam etſi medio tempore noui cudantur,ſiue meliores,

ſiue

siue deteriores non mutat ea res naturam, & qualitatem deb
in his, vel in illis aureis contractum fuit. Quandiu ergo
sunt verum est eosdem illos qui primum debebantur sempe
cui consequens est, vt hodie licet imminutis aureis, vel cen
teribus debeantur, vel veterum saltem æstimatio. Quòd si
dem veterum æstimationem in nouis etiam diminutis intri
peresse, Negabo, quia si hodie ita comparatum est, vt cen
intrinsecus diminuti 300. libras efficiant, aucta nimirum, v
vult, & verum est auri æstimatione extrinseca. fateri te opo
rei inti centum non essent intrinsecus diminuti fore, vt hod
ris essent recentis libris, quamo plus haberent, quàm hod
materiæ, sitque talis materia, quæ possit sæpius in sua redigi
quæstium 78 § illud de legat. 3. Quòd & ex eo apparet, quo
si qui adhuc superstint pluris æstimaturus sit monetarum arti
nouos nó aliam ob causam, quam sint maioris æstimationis, quòd plus
habeant, aut bonitatis, aut ponderis. Igitur si hodie trecentas libras
soluat debitor, siue in aureis nouis, siue in libris ipsis, aut alia mone-
ta æquipollenti, non soluet tamen, quod debet, sed ita demum si aut
aureorum centum, veteres offerat, aut tantum quantum est in iusta veterũ
aureorum æstimatione. Quæ enim nouis aureis intrinsecus diminu-
tis conuenit æstimatio fieri non potest, vt eadem conueniat illis, qui
plus habeant, aut bonitatis, aut ponderis. Idemque ex contrario cla-
ri potest, si retento eodem valore extrinseco aucta sit bonitas in-
trinseca: quia sicut in deterioribus soluere debitor non potest, ita nec
in melioribus soluere cogitur. Denique vtroque casu cum quæritur
quid, & quantum debeatur, contractus tempus inspiciendum est, nec
rursus, quod in solutione esse potuit, sed quod fuit in obligatione. Quo
ties enim in solutione est æstimatio tanquam aureis æquipollens, vt
in proposito, euenit necessario, vt si à tempore contractæ obligationis
imminuatur aureorum bonitas intrinseca, retento eodem valore ex-
trinseco, æstimationem quoque quæ in solutione erat augeri necesse
sit habita scilicet, relatione ad tempus contractus, & ad eos aureos, qui
debebantur auctiores. Contra verò si augeatur bonitas eorum intrin-
seca eodem etiam retento valore extrinseco, æstimationem illam, quæ
in solutione erat diminui oporteat, habita nimirum eadem relatione
ad tempus contractus, & ad eos aureos, qui debebantur deteriores: vt
perinde constituantur omnia, acsi aurei omnimodo deberentur, quo
casu, & meliores soluens debitor deduceret superueniens incrementũ,
& soluens deteriores suppleret decrementum, tametsi, & meliorum,
& deteriorum eadem esset extrinseca æstimatio, facit l. in furti 50. in
princ. D. de furt. ibi æstimatione relata ad id tempus, quo furtum factũ
est. Nec superioribus obstat, quod in l. fundum 28. D. de nouat. Papin.
scribit Si quis fundum stipulatus Cornelianum postea quanti idem fun
dus est stipuletur, nec nouandi animo secunda stipulatio facta sit, pos-
se fundum ex priore peti, & siue melior, siue deterior factus sit, sine cul-
pa tamen debitoris, præsentem æstimationem rectè considerari, ideft
eam quæ sit præstationis tempore. Non enim ex eo inferri similiter

potest,

poteſt, Debitis ex ſtipulatione aureis ſi poſtea deteriores facti ſint puta diminuti intrinſecus, quod ſemper contingit citra culpam debitoris niſi fuerit ille in mora, deberi præſentem aureorum æſtimationem non eam quæ contractus tempore fuerit. Siquidem larga differentia eſt, inter debitum ſpeciei, & debitum quantitatis, licet in certa ſi voles nummorum ſpecie conſiſtentis, ſpecies enim, & melior, & deterior, ſive naturaliter, ſive caſu reddi poteſt citra culpam debitoris, ac ſive melior reddatur, ſive deterior, eadem tamen ſpecies manet, ideoque talis qualis eſt præſtari debet. Imò vero ſi perierit nihil debetur l. ſi ex legati 13. D. de verbor. obligat. At nummorum quantitas ſive certa ſpecie nummorum contineatur, ſive non, dummodo non debeatur per modum ſpeciei, ideſt, dummodo non debeantur certa nummorum corpora, vt in l. ſi certos 37. de verbor. obligat. recipit functionem in ſuo genere, ideoq; nec perire vnquam nec deterior fieri poteſt, nimirũ quia & genus eſt, & per modum generis debetur, genus verò nunquam perit l. incendium 11 C. ſi cert. pet. Qui. enim. deteriores facti ſunt aurei, licèt eodem charactere percuſſi, nec ſunt ijdem numero qui antea, neque ſi ex eadem ſint materia in indiuiduo, quia nouam formam noua percuſſione acceperunt. Nec ijdem ſpecie aut genere, quoniam qui deteriores ſunt non funguntur vice meliorum. Nihilque vetat cuſis nouis deteriorib. ſupereſſe meliores veteres, in quibus ſolutio fieri poſſit. Quòd ſi veteres nulli ſuperſint, poteſt etiam quod nouis de bonitate aut pondere materiæ deeſt in pecunia ſupplere debitor, atq; ita indemnem præſtare creditorẽ. Quoties namque de aureis in contrahẽdo agitur, nõ ſingula corpora, & indiuidua ſpectãtur, (niſi forte ponas actum de centũ aureis qui ſint in illa arca, vt in l. ſi ſeruus 108. §. qui quinque in arca 10. de lega. 1.) ſed ipſa quantitas d. l. ſi is cui 94. de ſolut. d. l. 1. de contr. empt. ob eamque cauſam cũ aurei ſemel debiti nec poſſint, nec deteriores aut meliores fieri, cõſequens eſt vt perpetuò eiuſdem materiæ, & ponderis debeantur, cuius erant tempore contractæ obligationis. Aut vt ſi ſoluantur in æſtimatione, ea æſtimatio debeatur, quæ eſſet ſolutionis tempore aureorum eiuſdem materiæ, & ponderis, ſi qui ampliùs eſſent. Idque Papin. ipſe docet ſatis in poſteriore parte d. l. fundum, vbi ait, bi fundi Corneliani precium debentur, & peratur ex ſtipulatione quanti fundus eſt æſtimationem deberi, nõ quę nũc ſit, ſed quę fuerit ſtipulationis tempore, ſive melior, ſive deterior fundus factus ſit, ſine culpa tamen debitoris. Hoc enim cur ita? niſi quia æſtimatio cùm conſiſtat in quantitate, & conſequenter in genere, nec perire nec deterior fieri poteſt. Ex his verò apparet etiam quàm imperitè Doctor Analyticus ſcripſerit non valere pactum, vt reddatur mutuum in eadem bonitate intrinſeca, ſi mutata intrinſeca nihilominus extrinſeca remaneat. Sic enim ille numero 813. 814. & ſeqq. Sed hac de re latiùs videbimus, cùm de aureis in eadem ſpecie reddendis intrà diſputabimus. Nunc videndum eſt.

An immutata aureorum æstimatione extrinseca duntaxat contractus tempus spectandum sit an solutionis. Cap. V.

DIximus superiore capite, Accidere plerunque, vt non immutata bonitate aurei intrinseca, crescat tamen, vel decrescat æstimatio eius extrinseca, siue ex edicto Principis, cuius est aureus, siue nimia mercatorum licentia abusuque commerciorum. Quod cùm accidit, quæri solet, vtrius æstimationis ratio habenda sit, an eius quæ fuit contractus tempore, an eius quæ solutionis. Quæstio autem ex *eo nascitur*, quod iam toties dictum est, Eum qui aureos ex quacunque causa debeat, non cogi soluere aureos, sed libetari soluendo æstimationem, nisi de aureis in ijsdem speciebus reddendis conuenerit, nam si aurei omnimodo præstandi essent, quomodo præstandi sunt cùm id ipsum nominatim actum est, sufficeret sanè præstari in eadem bonitate, & qualitate materiæ, nec de extrinseca æstimatione quærendum esset, vt suo loco docebimus. At quoniam aureorum æstimatio extrinseca licèt non sit in obligatione, est tamen in solutione, nec eo commodo priuandus est debitor, siue creuerit illa, siue decreuerit, necessarium est inuestigare, vtrius temporis contractûsne an solutionis ratio haberi debeat. Finge mutui tempore fuisse centum aureos *trecentis* libris dignos, qui tamen hodie æstimentur quadringentis. Quemadmodum solutio fieri dupliciter potest, aut *in* aureis, aut in *libris* aliaue proba moneta. Ita duplex quæstio esse potest, prior illa si in aureis soluat debitor, an centum aureos debeat, ac si non esset aucta aureorum æstimatio, an verò septuaginta quinque duntaxat quòd ea hodie quantitas summam efficiat trecentarum librarum quæ mutui tempore non nisi centum aureis conficiebatur. Altera, *in libris* fiat solutio aut in alia receptorum nummorum specie, vtrum trecentas tantùm soluere debeat, an verò quadringentas, idemque ex *contrario* tractatur si imminuta sit extrinseca aureorum æstimatio. Finge mutui tempore fuisse centum aureos quadringentis libris dignos qui tamen solutionis tempore nisi centum trecentis æstimentur, Si in aureis solutio fiat, quæritur an debitori sufficiat centum soluere, an præterea quod ad quadringentarum nummerum deest supplere in triginta tribus aureis, & tertia alterius aurei parte, si in libris an quadringentas debeat, an duntaxat trecentas. In qua quæstione duas hactenus nostrorum sententias fuisse comperio. Veterum vnam, quæ sanè communis est passimque recepta, vt si in aureis fiat solutio totidem vtroque casu reddantur quot sunt crediti, id est centum, sin autem in libris aut alia moneta, solutionis non contractus tempus in ineunda æstimatione spectetur. Sic enim Dydac. Couarr. in d. §. vnic. numer. 3. post And. Tiraq. qui citat cæteros libr. 1. De vtroq. retract. §. 1. glos. 8. numer. 27. & Albert. Brun. in tractat. De augment. & diminut. monet. conclus. vltim. limit. 1. Boer. quæst. 327. nu. 4. vbi multos

bstitat. Alteram recentiorum superiori ex diametro contrariam, vt si in aureis fiat solutio plures debeantur quàm sint crediti, si diminuta fuerit æstimatio, pauciores vero si creuerit. Quòd si in libris aliue moneta, nec maior nec minor librarum numerus præstetur, quàm quo digni erant contractus tempore centum aurei crediti, siue aureorum valor creuerit, siue decreuerit. In quo comprobando multum laborat Parisien. sententiæ huius assertor strenuus, in tractat. De contrahen. vsur. quæstion. 91. & 100. post Anton. & Abbat. in capit. quanto colum. penultim. Exer. de iureiurand. Curt. senior ad l. cùm quid colum. 3. & Iunior. num. 23. D. si certum petat. & alios quos ibid. citat. Boer. num. 8. quibus hæc eadem sententia placuit. Etiamsi, inquid Parisien. num. 710. de eodem aureorum numero reddendo conuenerit, dummodo nullum contractus tempore mutationis periculum immineret. Et ita demum si vera, & effectualis sit mutatio, hoc est, si nec mutati sint aurei intrinsecus, nec monetæ meliores aut deteriores cudi cœperint. De illo enim casu quo ex monetarum mutatione secuta quoque sit æstimationis aurei variatio separatim differendum est, & nos sequenti capite differemus. De illo vero quo aurei ipsi intrinsecus mutati sint, iam superiore capite diximus Parisien. rationes quas ad vndecim vsque congerit, his potissimum continentur. Primùm quod forma ipsa, & substantia nummi quatenus nummus est, alia non sit quàm valor impositicius. d. l. 1. de contrahen. emption. dict. l. si ita fideiussorem 42. D. de fideiuss. l. si is cui 94. D. de solut. Indeque fiat vt nummus quilibet in quantum talis deducatur in contractum aliamve dispositionem sub ratione tantùm quantitatis, & æstimationis imposititiciæ tunc currentis, non alio modo, siue cœperit obligatio à nomine quantitatis in genere, puta si trecentæ libræ debeantur, siue à nomine certæ speciei nummi, vt si centum aurei quomodo in proposita quæstione. Non igitur inspicendum est, inquit Parisien. an centum nummi aurei sint crediti, sed quisnam fuerit eo tempore centum aureorum valor impositicius, vt idem ille nec auctus nec diminutus debeatur, siue aureorum æstimatio aucta sit, siue diminuta. Regulare enim est vt contractus tempus spectari debeat. l. Rutilia Polla 69. D. de contrahen. emption. l. si filiusfamilias 78. de verborum obligation. dicta. l. fundum Cornelianum 28. Digest. de nouation. Secundò, *Mutuum*, inquit, re contrahitur. Res autem in mutuo, & de qua mutui tempore agitur, est ea quantitas tunc currentis valoris qua debitor indigebat verè mutuata, in quibuscunque tandem speciebus nihil refert, conuersa in manus, & rem debitoris, cùm peti soleat mutuum ab indigentibus temporario vsu æris alieni tunc expendendi, atque ita tota ratio, ius & finis mutui ad eam quantitatem quæ erat contractus tempore, refertur. Cur non ergo, & ad eandem æstimationem metiamur quid, & quantum reddere debitorem oporteat? Alioqui aucta extrinseca æstimatione plus redderet debitor quàm accepisset, & contra eadem diminuta non integrum, sed diminutum mutuum restitueret, quorum vtrunque videtur iniquum, & iustitiæ commutatiuæ regulas infringere. Quæ videtur fuisse

Digitized by Google

Baldi ſententia ad l.acceptam queſt. 17. C. de vſur. Tertiò, *Pecunia mutuo recepta ſi poſt conſumptionem in totum reprobetur, debetur ſolui alia ad æſtimationem mutuatæ mutui tempore inſpecto ſecundum omnes.* l. creditor 102. in princip. de ſolut. Ergo ſi reprobetur in parte vel quatenus reprobatur, puta per diminutionem valoris, debet reddi, & ſuppleri in valore qui erat tempore mutui, vt eadem ſit ratio partis ad partem, quæ totius ad totum. arg l. quæ de tota 76. de rei vindicat. Idem num. 714. Quarta, & poſtrema ratio illa eſt, quod cùm receptum ſit generali conſuetudine, vt obligatio licet concepta ſub certa ſpecie puta aureorum, ſolui poſſit in qualibet alia proba moneta, dummodo ad aureorum æſtimationem, non debeat ea facultas ſoluendi in tot libris debitori quæſita iam inde ab ipſo contractus tempore ei poſtea adimi per ſuperuenientem maiorem aureorum æſtimationem, vt in ſimili arguit Socin. conſi. 6. colum. 2. lib. 1. & Curt. iun. conſ. 24. Ego vero facere non poſſum quin mirer ingenium iuri alioquin doctiſſimi, in re non ita, mea iudicio, obſcura tam apertè cæcutientis. Conſiderare enim debuerat, quod clariſſimum eſt, eum qui mutuos accepit aureos, licet in libris poſſit ſoluere, non tamen libras debere, ſed aureos: nec libras hoc caſu eſſe in obligatione, aut ab initio peti poſſe iure actionis, vt malè putat ille num. 711. verſ. ſi igitur, ſed eſſe tantùm in ſolutione, quia & ſi centum aureos quis ſtipulatus eſſet in trecentis libris non trecentæ libræ eſſent in obligatione, ſed centum aurei, vt ſupra probauimus pag. 34. ex l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in mille 57. D. de ſolut. Cùm ergo quæritur, Aucta ad quadringentas vſque libras centum aureorum æſtimatione, qui contractus tempore non niſi trecentis digni erant, an debeantur centum aurei, an ſeptuagintaquinque duntaxat, an non abſurdiſſimum ſit dicere, eum qui centum aureos debeat ſeptuagintaquinque ſoluendo liberari? Siquidem iuris regula eſt ſolutione integra eius, quod debetur liberationem contingere, non ſi debiti tantùm pars offeratur. l. tutor 41. §. Lucius D. de vſur. l. obligatione 9. C. de ſolut. cum ſimilib. Centum igitur aurei ſoluendi ſunt, etiam ſi aureorum valor creuerit, quoniam fieri non poteſt vllo caſu, vt in ſeptuagintaquinque aureis contineantur centum eiuſdem ponderis, & bonitatis. l. 1. §. ſi ſtipulanti de verbor. obligat. quòd ſi ex contrario valor aureorum imminutus ſit, æquè abſurdum ſit dicere eum qui ab initio non niſi centum aureos debuerit, idcirco in plus obligari, eiuſque obligationem ex poſtfacto augeri, vt centum triginta tres aureos cum tertia aurei parte ſoluere cogendus ſit. Nunquam enim ex poſtfacto creſcere poteſt præteriti contractique debiti æſtimatio, non magis quam præteriti delicti. l. omnia 138. §. 1. de regul. iuris. Centum igitur aureos ſoluere ſufficiet, atque ita fiet vt non magis debitori quàm creditori faueatur, vtque futuri euentus incertitudo tollat rationes illas commentitiæ æquitatis quibus potiſſimum Doctor Analyticus mouetur. Siue enim conſtituas ſpectandum tempus contractus ſiue tempus ſolutionis perinde euenier, vt quicquid dixeris cedat vno caſu commodo debitoris, & damno creditoris, alio verò caſu proſit creditori, noceat debitori. Nō igitur ex huius vel illius

illius vtilitare, quæ semper incerta est, sed ex certissima iuris ratione, & regula diffiniri quæstio debet. Iuris porrò regulæ hæ sunt, inspiciendum tempus contractus, vt sciatur quid & quantum sit in obligatione, & solutione eius, quod in obligatione est liberationem contingere, semelque constitutam obligationem, neque augeri ex postfacto, neque minui posse citra nouam conuentionem. l. ab emptione 58. de pact. l. pacta conuenta 72. de contrah. empt. l. obligationum ferè 44. §. placet D. de oblig. & act. Sed & in eo turpiter Parisien. fallitur, quòd putat quoties ex aliquo contractu, maximè verò ex mutuo debentur aurei, inspiciendum esse quantum in rem debitoris versum sit, vt nec plus nec minus debeatur creditori. Quasi verò tam curiosus esse debeat creditor, qui nummos aureos egenti debitori numerauit, vt sciat qua in re pecuniam velit debitor consumere, quod tamen Cicero ipse pro Rabirio negat, & iura nostra iubent potius, vt dissimulet creditor quid de pecunia credita facere debitor velit, etiamsi maximè sciat, ne curiosus videatur inquit Paulus in l. doli exceptio 19. §. vlt. D. de dolo. excep. nisi aut cum muliere quis contrahat alienam obligationem in se transferente. l. vir vxori 17. in princ. D. ad S. C. Velleian. aut cum minore qui acceptam pecuniam verisimiliter sit perditurus, nec nisi inquantum locupletior fiet si postea restituatur in integrum redditurus. l. patri 27 §. primo. D. de minor. l. prædiorum. C. de præd. minor. aut etiam cum seruo mutuam pecuniam accipiente, vt in vsus domini conuerteret. l. 3. §. sed & si seruum. D. de in rem vers. Quid enim si debitor acceptam pecuniam priusquam in vsus suos verteret casu aliquo fortuito amiserit? An nihil ideo debebit, quòd nullius ipsi vtilitatis fuerit pecunia? aut quòd fortasse creditor æquè illè perditurus erat si nõ credidisset, puta direpta ab hostibus ciuitate, & domo ipsa in qua debitor creditorque cohabitabant. Minimè verò. Quæ enim debetur pecunia in genere perire non potest. l. 1. §. & ille quidem D. de obl. & act. l. incendium. 11. C. si cert. petat. quæ verò credita & numerata sunt nummorum corpora ea cum sint facta accipientis. l. 2. §. 1. D. eo. l. Quintus 27. §. 1. de aur. & arg. leg. vtique debitori domino non creditori cuius amplius non erant perieruut vulg. l. quæ fortuitis 6. C. de pig. act. l. pignus. 9. eo. cum similib. sicut & si postridie eius diei quo pecunia est à debitore reddita, tollatur iussu Prætidis quasi ærosa, idest nimium habens æris, detrimẽtum creditoris est non debitoris argum. à contra. sensu. d. l creditor 102. de sol. Itaque non quid commodi mutuum debitori attulerit, aut quantum incommodum creditori inspiciendum est, sed hoc vnum quid & quantum absit creditori, idque cum in omnibus omnino contractibus tum maximè in mutuo cæterisque similibus in quibus te contrahitur obligatio, puta si de dote restituenda, reddendove emptionis resoluendæ precio agatur. Atquicentum aureis creditis, vel alia ex causa debitis cuiuscunque tandem sint illi æstimationis contractus tempore, non trecentæ, aut quadringentæ libræ absunt creditori, sed centum aurei. Nec dici potest si aut creditor non credidisset, aut statim post contractam obligationem debitor soluisset, quantum nunc habiturus esset in arca creditor præterquam ipsos centum au-

Digitized by Google

reos qui debentur. Quod enim potuerit pluris aut minoris expendere ad rem non pertinet, cùm fieri etiam potuerit vt nec pluris nec minoris expenderet, sed aureos in arca retineret, præsertim si ponas creditorem liberalem qui sine vsuris crediderit, nec solitus sit fœnerari. Sed etsi fingas fœneratorem, attamen prorsus incertum est quoniam tempore, ac proinde qua æstimatione fuisset ille expensurus. Et consequenter vt certa obligatio contrahatur, id obseruari oportet, vt omnimodo aurei ipsi quorum semper certus sit numerus, certaque materiæ bonitas in obligationem deducti intelligantur non ipsorum æstimatio. Alioqui nihil esset incertius hodie stipulatione certæ quantitatis pecuniæ si materiæ æstimatio spectaretur contra l. 1. D. de condict. tritic. l. stipulationum quædam 74. de verb. oblig. Et ita ratio hæc qua etiam Parisien. nititur num. 697. contra ipsum retorquenda est. Scio fuisse olim in Romana Republica, vt & in qualibet bene constituta esse debet, certam quoque nummorum æstimationem. d. l. 3. de in lit. iur. l. 3. de eo quod cert. loc. Sed nego, ideo dixisse Iureconsultos certam esse certi nummorum numeri stipulationem: at potius quòd ex ipsa pronunciatione appareret quid, & quantum in stipulationem deduceretur d. l. stipulationum. Nam & si quis certam mercem stipuletur, licet mercium omnium incerta soleant esse precia. l. precia 63. D. ad leg. falc. certa tamen est stipulatio, vt ibidem Caius scribit, & constat ex certi diffinitione quam Paulus tradit in l. certum 6. D. de reb. credit. Sola igitur certitudo materiæ illa est quæ facit vt certa sit obligatio pecuniæ quæ certa nummorum specie certoque numero concluditur, tametsi non hæc magis quam illa corpora nummorum debeantur, cum tamen si in obligationem deducta intelligeretur ea æstimatio, ad quam debitor mutuam pecuniam rebus suis postea impendisset, non magis certa esse posset stipulatio, quam si quis id quod ex Arethusam natum erit, aut fructus qui in fundo Tusculano nati erunt stipularetur, quam tammen incertam esse constat non aliam ob causam quàm quòd ex futuro euentu pendeat. Id enim est quod Vlpianus significat in l. vbi autem 75 §. illud de verbor. oblig. natura ipsa manifestum esse incerti esse huiusmodi stipulationem, nimirum quòd quæ in futurum conferuntur etiam per ipsam rerum naturam incerta sint l. respiciendum 38. cum l. seq. D. de reb. credit. l. si ita stipulatus 120. de verb. oblig. Denique si verum esset, quod vult Doctor Analyticus creditis centum aureis nõ tam esse inspiciendum quid creditum sit, quàm quid debitor in vtilitatem suam verterit, quantive creditor eos aureos impensurus fuisset si non credidisset, sequeretur quod, & Bald. tradidit in d. l. acceptam. quæst. 17. & ipse non negat num. 701. mutato de repente valore qui erat mutui tempore ac priusquam eos aureos verisimiliter debitor impendisset totidem duntaxat florenos deberi, nec rursus pauciores si statim, & ante expensam pecuniam æstimatio creuerit. Atque ita obligationem mutui quæ re contrahitur non ex re ipsa, & numeratione, sed ex euentu postea secuto legem accipere. Eum vero qui sciat se centum aureos iam credidisse, nescire tamen quid quantumque sibi debeatur, priusquàm scierit quanta æstimatione

debitor

debeatur, priusponderit. Quid ergo dicemus si non ex mutuo, sed ex causa fortasse emptionis centum aureos promiserit is qui nullos eo tempore aureos habeat quos possit expendere? Quomodo poterit distinctioni huic locus esse? Aut cur minus certa erit mutui obligatio certa nummorum numeratione constituta? Apparet igitur prorsus absurdam esse traditionem illam, & indignam planè quæ à Iurisperito referatur aut refellatur. Standumque iuris regulæ perpetuæ, quæ habet hactenus soluendum esse creditori, vt nec absit ei quicquam, nec plus quàm ei abest consequatur l. in perpetuum 61. D. de solut. Nisi de contrahentium voluntate contraria manifestè appareat. Ea enim sequenda erit, ex conuentione siquidem contractus omnes legem accipiunt. l. contractus 23. l. semper in stipulationibus 34. de regul. iur. Quod ipsum tamen non vsquequaque, indistinctè verum est. Nam si decem tibi credidero, fieri quidem potest vt non plus quàm nouem debeas, sed non æquè vt debeas vndecim, l. rogasti 11. §. si tibi de reb. credit. quod non possit re contrahi obligatio, nisi quatenus numeratum est, inquit. l. si tibi 17. de pact. l. cùm vltra 9. C. de non num. pecu. Quomodo ergo citra conuentionem fiet, quod Parisien. vult, vt qui centum duntaxat mutuos aureos accepit propter imminutam ex postfacto aureorum æstimationem centum, & triginta tres restituere debeat? Idque, & in alijs restituendæ quantitatis obligationibus perinde tractari potest. Sed fiet res longè apertior si ad singulas Parisien. obiectiones ordine respondeamus.

Ad primam desumptam ex vi, & potestate valoris imposititij, ex quo potius quàm ex materia nummus qua parte nummus est debeat æstimari. Id primum responderi potest, quod superiore capite diximus, imposititium aurei valorem illum non esse qui Regis aut populi alicuius priuata voluntate constitutus sit, sed qui publico gentium omnium consensu. Omnium porrò gentium consensu receptum esse, vt pro qualitate, & quantitate materiæ is valor alius atque alius sit. Eadem verò subsistente materia, hoc est quæ sit eiusdem bonitatis, & ponderis eundem manere valorem apud cæteras gentes omnes, licet in Gallia aut in Hispania ex causa aliqua siue iusta siue iniusta materiæ æstimatio creuerit aut decreuerit. Igitur inspecto valore imposititio consequens esse, vt qui aureos debet centum ex quacunque causa totidem soluere debeat, dummodo in eadem bonitate, & qualitate, non adhibita illa distinctione. An maioris facti sint æstimationis an minoris. Multò minus verò illa, an tanti, pluriſve, minoriſve eos aureos debitor impenderit aut impensurus creditor fuerit. Sed & quod ex valoris imposititij potestate Parisien. infert nummum quatenus nummus est non deduci in contractum aliamve dispositionem quamlibet nisi sub ratione quantitatis, & æstimationis imposititiæ tunc current is, falsum est. Etsi enim nummi propriũ illud esse dicimus, vt vsum dominiumq; præbeat non tam ex substantia quã ex quantitate d l. 1. D. de cont. emp. multum tamen interest in qua materia contrahatur obligatio, & in qua fiat solutio. Alioqui dicendũ esset centũ aureis creditis posse totidẽ ferreos aut coriaceos reddi, dũmodo ex inepti Principis

dicto tantæ essent æstimationis quantæ aurei, aut nihil referre an tribus duntaxat an triginta libris regijs idem numero nummus aureus æstimaretur, quod tamen absurdum omnino fuerit. Nec id Parisien. ipse ignorauit dict. quæst. 92. num. 703. vt facilè appareat non nisi animo contradicendi studio lapsum eum fuisse, licet veras illas, & germanas communis sententiæ rationes quibus potissimum mouemur, non attulerit. Denique falsum est creditis centum aureis, vel ex alia causa debitis, valorem ipsum aureorum debiti qui sit contractus tempore, vt vel ex eo constat quod, & aurei petendi sunt non eorum æstimatio. l. cùm dotem. iunct gloss. C. de iur. dot. l. penult. §. mancipia D. solut. matrim. Et qui aureos debet, non solum in alia materia soluere non potest inuito creditori, si iuris rationem spectes. Sed neque in alia forma si quicquam creditoris interfit. l. Paulus 99. alias. l. creditorem de solut. Nam si valor ipse deberetur perinde liceret ex denarijs soluere atque ex aureis cùm denarij quoque suam habeant æstimationem. Nec bona est consecutio, si quis dicat ideò deberi valorem, quòd possit solutio fieri in quacunque moneta, vt paulò post in quarti argumenti refutatione videbimus. Sanè si obligatio concepta sit in genere, & quantitate, puta, quomodo plerumque apud nos concipi solent, in tot florenis, dubitandum non est quin ipsa quantitas debeat, quoniam florenorum species, quæ deberi possit, apud nos nulla est. Nisi de certâ nummorum specie soluenda conuenerit, aut nisi ponas scriptum esse, centum florenos in tot aureis creditos, quo casu quid constituendum sit postea tractabimus. Sed si certa nummorum species debeatur, vbique nil necesse est exprimi, in qua specie solutio fieri debeat, vt sciri possit quænam species debeatur. Hoc ipsum enim satis obligatione ipsa expressum est. Et vero si Parisien. ratio concluderet, probaret etiam initio pacto. De mutui solutione in ijsdem totidemque speciebus facienda, maiorem nihilominus aut minorem aureorum numerum deberi aucta, vel diminuta eorum æstimatione, quoniam scilicet inspecto valore imposititio, qui erat contractus tempore, totidem aurei non constituant hodie eandem æstimationem, sed vel maiorem, vel minorem. Quod tamen etsi Parisien. voluit (vt contingit semper malè iacto principio totam seriem inuolui erroribus) alius nemo vnquam credidit, aut credet in posterum. Adeo repugnat ea sententia communi omnium iudicio, verbisque ipsis conuentionis, vt docuimus in superioribus. Denique quod dici solet nummum præbere vsum dominumque non tam ex substantia quam ex quantitate. d. l. 1. de contr. empt. cauendum est ne malè intelligatur, nosque incautos decipiat. Non enim sensus ille est. In nummis solam quantitatem spectandam esse, vt Parisien. putat, sed hic potius, emit qui cum alterius merce numinos suos permutat (quandoquidem inuentus nummus est, vt difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subueniret) ita vt nummis, vt alienæ rei dominium sibi acquirat, idque non propter ipsam nummi substantiam quasi æquipolleat illa æstimationi mercis alienæ, cuiuscunque tandem sit materiæ, sed ex quantitate, id est ex ea æstimatione quæ publico gentiomnium consensu nummo

mo dicta eſt. Etenim ipſa quantitate qua nummus cæteras res æſtimat, neceſſe eſt vt ipſe primum æſtimetur, cùm nulla alia re æſtimari poſſit. At, qui credit nummos, non magis vtitur nummis quàm ſi eos in mare proiiceret, aut pro derelictis haberet, ſed alij dat vt vti poſſit. Itaque nec dominium ſibi vllum acquirit, ſed quod prius habebat transfert in alium. Et quidem dominium non quantitatis, quæ cùm in genere conſiſtat in nullius dominio eſſe poteſt, ſed ſubſtantiæ ipſius, & materiæ ex qua nummus conſtat. Qui verò nummos aureos centum promittit, ſiue pro dote, ſiue pro precio emptionis aut ex qua alia cauſa, nummis etiam non vtitur (quid enim ſi nullos adhuc habeat? An dicemus vtieum re quam non habeat?) ſed tum demum vtetur, cùm tradet, & ſoluet. Nummis igitur creditis aut legatis aut promiſſis, cum nullus hoc ſolo eorũ vſus ſit, conſequens eſt non eſſe ſpectandam quantitatem, ſed ſpeciem nummorum, vt ſciatur quid quantunq; debeatur, quia quantitas in nummis non conſideratur ad conſtituendam eorum eſſentiam ne quidem quatenus nummi ſunt, ſed ad hoc tãtùm vt vſum nobis præbeant ad rerum alienarum dominia comparanda. Vnde illud etiam euenire neceſſe eſt, vt ſolutionis tempore ſi non ſoluatur ſpecies, quæ debetur, æſtimationem illam ſolui oporteat, quæ tunc recepta eſt, non quæ fuit tempore obligationis, nempe quoniam nummo vtitur qui nummum ſoluit, vt ſe ab obligatione liberet, vſus verò nummi, vt diximus, non ex ſubſtantia, ſed ex quantitate conſiſtit. Itaque Pariſien. ratio qua tantopere ſibi placet, in eum fortiſſimè retorquetur. Nam cùm eo tempore, quo aureorum obligatio contrahitur nullusdum ſit eorum vſus non magis quam vt domo vti videatur, qui domum ſibi dari ſtipuletur, aut ſtipulanti alteri promittat, non eſt quod in aureis quantitatem, & æſtimationem vllam eo tempore conſideres aut quandocunque poſtea ad id tempus referas. Sed ſola nummorum ſpecies illa eſt, quæ ſpectari debet vt ſciatur quid ſit in obligatione cùm non ſint omnes nummi eiuſdem poteſtatis, vt nec eiuſdem materiæ, & ponderis, multumque intereſſit an centum aurei an totidem denarij debeantur. Vt proinde cẽtum aureis creditis aut promiſſis non poſſis dicere quid debeatur præterquam id ipſum quod creditum aut promiſſum eſt. At cum vel ex conſuetudine, vel ex lege conuentionis id ipſum, quod debetur præſtare debitor non cogitur, vt ad æſtimationis præſtationem recurrendum ſit, tum demum inſpiciendum eſt quis vſus ſit nummi, præſtandumque creditori tale quid, quod tantum ei vſum dominiumque præbere poſſit quantum præberent ſpecies ipſæ quæ debentur ſi ſoluerentur. Proinde vt dicam apertius, Obligationis tempus attendendum eſt, vt ſciatur quid debeatur. Solutionis verò vt ſciatur quanti æſtimandum ſit quod debetur, quoties non debitum ipſum præſtatur, ſed eius æſtimatio, nec mora vlla intercenit l. vinum 22. D. de reb. cred. l. vlt. D. de condict. tritic. l. hominem 37. D. mandata. l. quoties in diẽ 19. D. de verb. obl. l. ſi Calendis 11. D. de re iud. l. qui autem 12. §. 1. D. ſi quis caution. Nec pugnant leges quæ dicunt inſpiciendũ tempus contractus. Tractant enim quid in contractũ, & obligationẽ deductũ videatur, non cuius tẽporis ſoluẽda

ſit

sit æstimatio. Estque in hanc rem textus, & apertus, & elegans in d. l.fundum 28.de nouat.vbi Papin.ait, quoties æstimatio rei debitæ est in obligatione, & petitione, obligationis tempus spectandum esse, quoties vero nec in obligatione, nec in petitione,sed in solutione præsentem æstimationem deberi, ideſt eam, quæ sit tempore solutionis.

Ad secundam obiectionem, negandum est, creditis aureis rem de qua mutui tempore agitur, & qua contrahitur mutui obligatio, esse eam quantitatem tunc currentis valoris,qua debitor indigebat,& quæ in ipsius rem versa est,nam imò verò cum mutuum re contrahatur,ideſt numeratione,res alia esse non potest,quàm quæ numerata est, ideſt ipsi aurei non eorum æstimatio,nec proinde inspici debet,quid versum sit in rem debitoris, sed quid absit creditori, atqui absunt aurei non eorum æstimatio, aurei ergo debentur, non æstimatio. Porrò si debentur ab initio aurei,necesse est, vt tandiu debeantur, quandiu soluti non sint,vel in aureis, vel in æstimatione ergo quandocunque soluentur in æstimatione non alia æstimatio erit in solutione,quàm quæ fuerit solutionis tempore, alioqui non soluëretur æstimatio eius,quod deberetur. Eo siquidem demum tempore incipit nummus in eo esse, vt vsum præbere debeat: & consequenter ab eo duntaxat tempore inspicienda est quantitas ipsa,& æstimatio nummi, non à quo tempore deductus est in obligationem. Nec est, quod secundum hanc sententiã debitor conqueratur, aucta æstimatione aureorum extrinseca, plus se reddere,quàm acceperit si reddat centum aureos. Reddere enim quadringentas libras cum trecentas tantum acceperit. Nam nec verum est trecentas libras eum accepisse, nec quadringentas reddere:imo verum est nec plus nec minus eum reddere,quam acceperat,sed totidem, aut potius tantundem,ideſt centum aureos. Sicut ex contrario si aureorum valor imminutus sit, non potest creditor quæri, quod cum quadringentas libras crediderit trecentas tantum recipiat. Non enim verum est quadringentas libras credidisse eum, qui centum aureos credidit, licèt tunc quadringentis libris dignos, sed centum aureos: nec rursus trecentas libras recipit cui reddũtur centum aurei quamuis nõ nisi trecentis libris digni,sed centum aureos. Accipit igitur ad ipsum, quod debebatur.Contra verò minus redderet,quàm accepisset is, qui centum acceptis aureis septuagintaquinque tantum restitueret propter auctam aureorum æstimationem. Quemadmodum, & plus peteret creditor qui cẽtum aureis creditis in id ageret, vt sibi plus quàm centum aurei redderentur, ex prætextu, quod is numerus non tantam possit hodie summam efficere quantam contractus tempore faciebat. Itaque non offenduntur ex communi sententia regulæ iustitiæ commutatiuæ,sed potius conseruantur: quia si spectes initium contractæ obligationis, & incertum futuræ solutionis, non est hæc sententia fauorabilior debitori, quàm creditori, aut creditori,quàm debitori,sed vtrique æqualiter, vt proinde neuter ex ea lædi videatur.l.1. C. de pact.l. de fideicommisso 11.C.de transact.l.si pater puellæ 12.C.de inoffic.testam.Nemo enim potest petere id cuius contrarium in contrarium casum

sum non esset postulaturus .l.penul. C. de solut. Et contraria quoque sententia vt meliorem facit vno casu debitoris causam, ita alio creditoris. Et similiter deteriorem vno casu creditoris,alio debitori. Porrò si verũ illud est,centum auros deberi siue crediti sint, siue promissi,siue legati,non etiam eorum æstimationem,planè fatendum est nullam rationem æstimationis haberi posse, nisi saltem inspecto solutionis tempore. Cur enim ad obligationis tempus æstimationem referamus, si eo ipso tempore quo solutio fit aurei tantùm debeantur, æstimatio verò nullomodo? Id vtique soluendum est quod debetur, nec tamen solui videatur,nisi aut in specie soluatur aut in præsenti æstimatione d.l.vinum,d. l.fundum,cum similib.

Tertia obiectio nullius planè est momenti. Fateor pecuniam creditam si antè solutionem in totum reprobetur,solui debere in alia mone ta ad æstimationem mutuatæ inspecto mutui tempore, nec tantùm si reprobata sit post consumptionem vt sentire videtur Parisien. sed, & si ante arg. d. l. creditor. 102.D.de solut.Sed si argumentari velis de toto ad partem. nihil aliud ex eo inferre possis quàm quod facilè admittam,& admittendum probaui superiore capite. Sublata igitur pro parte ea nummi specie, id est intrinsecus diminuta bonitate, siue valor extrinsecus diminutus quoque sit, siue non sit (quanquam nec hoc casu videri potest vllomodo sublata quæ suam habet æstimationem) non cogi creditorem eam accipere, sed æstimationem suppleri debere habito respectu ad æstimationem illam, quæ fuit mutui tempore. Debet enim reddi eiusdem bònitatis, & qualitatis. At cùm nec reprobata est in totum pecuniæ creditæ species, nec intrinsecus diminuta,sed in æstimationis tantùm extrinsecæ quantitate,qui casus est de quo agimus, nego debere fieri solutionem in alia moneta, nec id vsquam cautum fuisse reperias. Cur non enim liceat debitori soluere in proba nummi specie, hoc est quæ nec reprobata sit, nec intrinsecus diminuta? Quod cùm ita sit,ex eo infero, quemadmodum in ea ipsa specie solutio recipi deberet, ita si non species ipsa soluatur, sed eius æstimatio, siue ex lege conuentionis siue ex consuetudine, non obligationis tempus inspici debere, sed solutionis. Apertèque captiosa est ratiocinatio à pecunia in totum reprobata ad eam cuius imminuta sit duntaxat æstimatio extrinseca. Differentiæ siquidem ratio illa est pereuidens,quòd pecunia in totum reprobata præsentem æstimationem amplius nullam habeat, non magis, quàm homo mortuus, l. in actionibus 5.§.vlt.de lit iurand.l.penult.D.de condict.tritic.vt proinde dicendum necessario sit, vel hoc ipso liberatum prorsus debitorem, (quod tamen absurdum fuerit cum probam monetam acceperit, damnumque quod postea contigit non nisi ipsi qui dominus pecuniæ factus fuerat cedere debuerit,d.l.2.§.& siquidem.D de obligat. & action.vel cogendum eum in alia moneta non reprobata soluere, idque ad eam æstimationem, quæ aut mutui tempore cum alia nulla sit, quæ considerari possit. At cum pecunia nec reprobata est nec mutata intrinsecus, habet suam præsentem æstimationem, quæ sola sanè præstari debet non quæ fuit contractus tempore, quoniam verum est adhuc

huc ſpeciem deberi, quæ fuerat credita, & eſſe talem quæ, ſi debitor velit, ſolui hodie poſſit. Cæterùm ferendum non eſt quod Pariſien loquitur de moneta in totum, & pro parte reprobata, neque enim fieri poteſt vt moneta vlla quatenus in corpore conſiſtit pro parte reprobetur, ſed vel in totum, vel nullo modo reprobari eam, aut approbari neceſſe eſt quoniam vſum habet indiuiduum. l. eleganter. 24. §. qui reprobos de pignoratitia actione. Eſtque illud generale, & perpetuum, vt qui ſoluit rem deteriorem, licet debitam, non magis liberetur, quàm ſi nihil ſolueret. l. tertia §. primo. D. commodat. l. prima. § ſi res depoſita. D. depoſit. l. qui ſibi. 33. §. primo. D. de ſolutionib. l. Iulianus nona. §. ſed ſi quis. D. ad exhib. Intellige deteriorem factam culpa ſua l. eum qui 10. D. commod. l. qui tabulas 42. ad leg. Aquil. Aut poſt moram l. penult. D. de condict. tritic. Alioqui liberatur qui reſtituit ſpeciem debitam factam deteriorem l. fundum 28. de nouat. Nam & liberaretur ſi res in totum perijſſet ante moram l. ſi ex legati 23. de verb. ob. Dices pecuniam cuius æſtimatio extrinſeca Edicto Principis minuitur videri pro parte reprobatam ſaltem in æſtimatione. Eam namque in totum reprobatam dici cuius æſtimatio penitus ſublata ſit, licèt materia maneat d. §. qui reprobos. Reſpondeo non eandem hic eſſe rationem partis & totius. Pecuniam enim quæ non habet materiam legitimæ bonitatis & legitimi ponderis cuiuſcumque tandem illa ſit reprobari poſſe. Edicto Principis, & quidem iuſtè, & in totum, quaſi accedente gentium omnium tacito, licèt irreqniſito conſenſu, cum ab initio nummorum vſus ita introductus ſit, vt tamen certa magnitudine certoque pondere conſtarent, vt iam ſæpius diximus ex Arift. l. b. 1. Polit. cap. 6. Idemque multo magis ſi character nummo inſculptus eius ſit qui monetæ cudendæ poteſtatem non habeat, quæ ferè cauſa ſunt ex quibus moneta tanquam falſa reprobatur. At cum æſtimatio ſola minuitur eadem manente nummi probitate, non ideo ſit nummus reprobus, aut in totum, aut pro parte, ſed ſi quidem iuſtè facta ſit æſtimationis diminutio, nummus tanto ſit probiori, ſi iniuſtè, ſit ſanè iniuria illis qui eius ſpeciei nummos habeant, ſed non debet ea iniuria nocere debitori quominus liberetur ſi totidem reddat eorum nummorum corpora, cum non æſtimationem debeat, ſed ſpeciem. Debetque ſibi imputare creditor cur ſibi cautius non proſpexerit aduerſus illud diminutionis periculum, quod facere poterat ſtipulando, vt ad eandem æſtimationem aurei redderentur, vt diximus ſupra cap. 2. Quo non facto credibile eſt, anceps damni illius periculum vltro ſubire eum voluiſſe, qnòd ſperaret auctam iri aureorum æſtimationem, quod at gmẽtum ipſius lucro ceſſurum ſibi ille aureos æſtimando ademiſſet. Sentiat igitur damnum qui potuit ex contrario ſentire commodum. Denique captioſa eſt Pariſien. ratiocinatio ab ipſa ſpecie pecuniæ, quæ debebatur reprobata, ad æſtimationem, quæ non debetur, reprobatam pro parte. Dico autem pro parte, quoniam tota æſtimatio reprobari non poteſt. quin nummus ipſe reprobetur. Pro parte verò ſalua nummi probitate, poteſt: cum non ſit de ſubſtantia nummi quatenus nummus eſt, vt hanc, aut illam, ſed vt aliquam duntaxat habeat æſtimationem ne alioqui

qui reprobatus videatur. Nec verò magis reprobatus videtur aureus, cuius extrinseca æstimatio diminuta, quàm cuius aucta est.

Hic illud tamen obseruandum est referre aliquantulum an aurei æstimatio creuerit an decreuerit. Si enim creuerit defendimus indistinctè, & intrepidè soluendos creditori tot aureos quot ipse credidit aut quot ei debentur si ex alia quàm mutui causa contracta sit obligatio, nisi malit debitor præstare auctam æstimationem quantumuis iniustam. Ipsius enim esse electionem, nec quærendum esse an iustè, an iniustè aucta sit. At si decreuerit distinguendum putamus, iustene id factum sit, necne. Nam si iustè, vt heri frequentius solet, dubitandum non est quin creditor non solum aureos in extrinseco valore imminutos, sed ipsam quoque æstimationem præsentem accipere cogi debeat, puta trecentas libras, si centum aureorum qui crediti tempore æstimabantur *libris* quadringentis ad trecentas vsque valor descenderit. Si verò iniustè (quod parrarum quidem est, sed potest tamen interdum contingere, & nos prætermittere noluimus, vt singulos qui emergere possunt casus percurramus) verius arbitror, non esse cogendum creditorem trecentas libras accipere, sed aut centum aureos qui sunt in obligatione aut quadringentas libras solui omnimodo debere arg. l. in furti 50. in princ. de furt. vbi rei deteriorate inspicitur præterita æstimatio, at precioſioris factæ, præsens. Mouet me, quòd hoc casu permultum interſit creditoris non solùm ratione bonitatis intrinsecæ aureorum debitorum quæ pluris sit quàm quod vult soluere debitor, sed etiam respectu bonitatis extrinsecæ, quæ licèt pluris non sit apud nos quàm trecentarum librarum, pluris tamen est apud alias nationes quibuscum habemus commercium, & apud quas suum iustumque precium auro est. Inde enim fit vt merces quæ aliunde exportantur, longè minore precio sim comparaturus si aureos soluam quàm si in singulos aureos libras tres, siue in prouincia comparare velim, siue extra prouinciam, cùm quod aureo emendum est Mediolani non possit itidem emi tribus libris aureo non æquipollentibus. Et per consequens longè minus creditori mihi profuturum sit habere trecentas libras quàm centum aureos. Non ergo cogendus sum accipere, cùm verum sit centum aureos deberi mihi non eorum æstimationem, indemnisque præstari debeam, etiam cùm in aliam nummorum formam soluitur dicta l. Paulus 99. alias l. creditorem de solut. ac multò magis igitur si in alia materia. Dicat aliquis, posse debitorem ex contrario perinde dicere aucta iniustè aureorum æstimatione non debere se quadringentas libras soluere cùm non libras debeat, sed aureos centum, non nisi trecentis libris dignos, suaque interesse centum aureos soluere potiùs quàm libras quadringentas. Fateor, sed quid ex eo inferre possis? Id verum nimirum, non esse cogendum eum libras quadringentas soluere si minoris re vera sint centum aurei, & liberari totidem aureorum, quot debeat, solutione. Quidni verò? Cùm aureos ipse debeat, non æstimationem. Quare nec suprà diximus, aut cogendum eum quadringentas libras soluere, aut posse creditorem quadringentas petere, quod

vtrum-

vtrumque falsum est, sed debere aut centum aureos soluere, aut præsentem æstimationem quæcumque tandem illa sit, siue iusta, siue iusta, dummodo sit communis, & in vsu commerciorum recepta, (hęc enim spectanda est non vera, & iusta, & æquipollens, nisi cùm ex eius solutione damnũ passurus esset creditor, hoc est cùm iniustè decreuit. Quo casu vera æstimatio debetur non cõmunis. Propterea quod omni casu indemnem seruari creditorem oporteat d.l. Paulus.

Absurdum non est, in potestate debitoris esse an plus soluat quàm debeat, dummodò solutione eius quod debet liberari possit. At absurdũ esset in eius potestate esse minus soluere quàm debeat. Illo casu si eligat quod sibi futurum sit vtilius nullam faciat iniuriam creditori: Illo verò faciat, si eligat (quod verisimiliter electurus sit) minus soluere. Habet enim debitor electionẽ. Vt igitur eadem sit ratio creditoris, fatendum est ipsius in contrario casu electionẽ esse debere, vtrum centũ aureos habere malit an libras trecentas, aufferendamque debitor electionis facultatem ne in ipsius potestate sit, vt minus soluat quàm re vera debeat. Quemadmodum, & cõtra, iniustè aucta æstimatione negamus in potestate creditoris esse debere vt plus exigat quàm ei debeatur, aliudve petat quàm centum aureos. Sed ipsi debitori electionem relinquimus qui si malit in libris soluere imputare sibi debeat, cùm potuerit aureos soluendo consequi liberationem. Vtrumque verò ex eo nascitur, quòd aurei soli debeantur, & eorum æstimatio sit in alternatione non obligationis, sed solutionis.

Postrema obiectio facillimè tollitur. Nam quod generali consuetudine receptum est vt obligatio concepta sub certa specie pura aureorum solui possit in qualibet alia moneta, dummodò proba, & ad aureorum æstimationem, non facit vt obligatio sit alternatiua, speciei vel æstimationis. Est enim æstimatio duntaxat in solutione, nullomodo in obligatione, vt suprà probauimus. Non ergo valet consecutio si quis inferat facultatem illam soluendi centum aureos in trecentis libris, quam ab initio contractus debitor habuit non esse ei ex postfacto adimendam propter superuentam, vt Parisien. loquitur maiorem aureorum æstimationem. Etenim facultas electionis, quam initio debitor habuit, non illa fuit soluendi in aureis, vel in trecentis libris, sed vel in aureis, vel in aureorum æstimatione. Quod autem in trecentis libris initio soluere potuit, ideò tantum factum est quod eo tempore tanti nec pluris erat æstimatio, plus sanè debituri si fuisset pluris. Ea igitur facultas debitori seruanda est, vt etiamsi augeatur valor aureorũ, liceat ei nihilominus soluere vel in aureis vel in aureorum æstimatione. Sed non inde sequitur, aucta æstimatione, deberi veterem, quæ nec initio debebatur. Esse verò in solutione vt erat antea multò minus dici potest, quia cùm aurei perpetuò debeantur quandiu soluti non sunt, non potest æstimatio esse in solutione, nisi quatenus aureis debitis æquipolleat. Porrò non æquipollet quæ hodie minor est, si aurei intrinsecus nec aucti sint, nec diminuti. Aureorum enim æstimatio illa est non quæ fuit antea, sed quæ præsens est potestque tamdiu crescere aut decrescere, quandiu aurei debentur.

Minus

Minus enim solueret quam debeat qui aureos debens, nec aureos soluisset, nec præsentem eorum æstimationem, sed veterem quæ minor fuisset: sicut, & ex diuerso plus solueret quàm deberet qui aureos debens nec aureos cogeretur soluere, nec præsentem eorum æstimationem, sed veterem quæ maior fuisset. Itaque fallacia est accidentis euidentissima, cum arguit Parisien. à tempore in quo minor æstimatio æquipollebat aureo, ad tempus in quo non amplius æquipolleat: A tempore in quo nil intererat creditoris an aureos, an æstimationem quæ tunc erat acciperet, ad tempus in quo iam interfit ne eandem æstimationem accipiat, quòd hodie aucta sit, ab eo casu quo debitor æstimationem soluere potuerit nec soluerit, ad eum quo soluerit, rursus ab eo casu quo creditor solutionem acceperit in æstimatione, ad eum quo nec in aureis nec in æstimatione acceperit. Denique facultas soluendi aureos in æstimatione concomitatur perpetuò debitum aureorum, sed ita tamen vt si varietur æstimatio, ea demùm præstari possit quæ sit solutionis tempore, non quæ antea fuit, quoniam sicut eo tempore soli aurei debentur, nec eo minus quòd illorum aucta sit æstimatio, ita non aliter solui videntur in æstimationem quàm si præsentem debitor præstet non veterem L. in. lege 62. §. vltima. ad legem Falcid. l. 3. §. Diui fratres de iur. fisc. l. cùm certum 9. vbi Bart. de aur. & argent. legat. Et hoc est quod solemus dicere, Aureum suam semper trahere secum æstimationem, l'escu porter son ranfort. Quòd siue crescat, siue decrescat æstimatio aurei, idem semper aureus debeatur, ac proinde non eadem, sed quæ postrema, & solutionis instanti adest æstimatio. Si tamen vel debitoris, vel creditoris mora intercesserit, an idem dicendum sit infra videbimus cap. 10. Vidique sæpius secundum hanc communem nostrorum sententiam in Senatu constanter iudicari. reprobata damnataque Parisien. opinione, qua non puto dici quicquam posse improbabilius.

Aucta æstimatione aureorum extrinseca, vel imminuta propter auctam vel deterioratam bonitatem inferiorum monetarum vtrius temporis æstimatio inspiciatur, an contractus an solutionis. Cap. VI.

CVm dicimus augeri, vel minui æstimationem aureorum extrinsecam propter auctam, vel deterioratam monetarum, inferiorum bonitatem, minus propriè loquimur, & ex solita potius, quàm recta loquendi consuetudine. Iam enim monuimus initio huius tractatus ad finem primi capitis, non tam augeri hoc casu, vel minui quam conseruari, & retineri. Cuius confirmandi, & explicandi gratia non repetemus, quæ ibi scripsimus. Est autem hæc loquendi ratio necessaria, vt distinguamus casum hunc ab illo, quo aureus certo librarum, aut florenorum numero antea æstimatus eodem quoque numero æstimatur etiam post auctam, vel imminutam bonitatem intrinsecam monetarum. Quod tamen cùm euenit, videtur aurei

æstima-

æstimatio crescere, aut decrescere potius, quàm conseruari. Eaque om nia proculdubio tunc obtinent, quæ proxim. cap. diximus. Quæstio igitur illa nobis tractanda est, vtrius temporis haberi ratio debeat, in æstimando aureo, an contractæ obligationis, an solutionis. Ponimus siquidem in debitoris potestate esse vtrum in specie velit soluere, an in æstimatione, ex generali nimirum consuetudine, quam passim, & vbique obtinere diximus: licet repugnante stricta veraque iuris ratione. Videtur autem quæstionis huius definitio pendere ex superioribus, nec vllam prorsus habere dubitationem. Nam si eo casu quo nec aureorum, nec monetarum, vel aucta, vel imminuta est bonitas intrinseca, sed mutata tantum æstimatio aureorum extrinseca, soluere tenetur debitor vel in aureis, vel in præsenti æstimatione, siue creuerit æstimatio (iustè, vel iniustè) siue decreuerit (dummodo non iniustè,) vt proximè probauimus, multò magis admittendum est, si aureorum valor, nec auctus sit, nec diminutus, sed idem qui antea recentus, obligatum esse debitorem, vt soluat, vel aureos, vel præsentem æstimationem, quæ planè eadem sit cum veteri licèt maiori, aut minori inferioris monetæ numero, & quantitate æstimetur. Quid enim refert, an tres libras de vetere, & antiqua moneta soluat debitor, an quatuor de noua, quæ non plus habeant bonitatis, quàm tres illæ antiquiores? Aut si in solidis quos asses vocamus, exemplum velis, quid interest, an centum solidos hodiernos accipias, qui sint longè debiliores, & deteriores, an octoginta ex veteribus qui erant longè meliores, dummodo ad eandem auctæ, vel imminutæ bonitatis proportionem diuersitas numeri constituatur? Siue igitur quatuor libris hodie æstimetur aureus qui contractus tempore non nisi tribus æstimabatur, siue centũ solidis qui antea non nisi octoginta, sicut idem planè aureus est, ita eadem prorsus æstimatio. Ergo non liberabitur qui centum aureos debet si trecentas libras ex nouis offerat, sed aut centum aureos præstare eum oportebit, aut quadringentas libras recentiores. Sanè trecentas de vetere moneta soluere poterit, quia tanti sint trecentæ illæ veteres, quanti quadringentæ recentiores. Eandemque ob causam si ex contrario obligationis contractæ tempore digni erant centum aurei libris quadringentis, hodie verò cusæ sint libræ fortiores quarum trecentæ quadringentis illis æquipolleant, liberabitur debitor si trecentas recentiores offerat qui tamen si ex veteribus minus, quàm quadringentas offerret non liberaretur. Et secundum hanc sententiam tanquam magis communiter receptam Senatus noster passim pronunciat, quicquid in contrarium perperam tenet Parisien. tota quæst. 100. præsertim num. 753. & seqq. Cuius rationes, quoniam illæ ipsæ sunt quas supra refutauimus iterum referre, & refellere non est necesse. Illud tantum repetendum videtur, errorem Parisien. præcipuum illum esse, quòd putat, in obligatione nummorum nihil nisi æstimationem extrinsecam spectari debere, eamque si alicuius Principis Edicto statuta sit eiusdem esse debere authoritatis cuius ea quam initio nummi introducti gentes omnes consensu publico constituerunt, quæ omnia falsa sunt. Sed quod ad propositam quæstionem magis pertinet, errat ille

in

in eo grauius quod existimat monetam quæ minus habeat bonitatis tantùm valere posse in valore imposititio, & currenti quantum antea valebat contractus tempore, si modò non sit diminuta eius æstimatio extrinseca. Meminisse enim debuerat eius quod ille ipse fatetur quæst.93. numer.716. & quotidiana rerum experientia compertum est, quoties minuitur bonitas intrinseca monetæ alicuius etiam retenta eadem æstimatione extrinseca augeri necessario precia rerum omnium, quorum solutio fiat in moneta illa deteriore: quæ non augerentur si soluerentur in moneta non diminuta, & quæ in statu suo mansisset, vt diximus ad finem 1.& 2. cap supr. Itaque qui reddit aut soluit quadringentas libras recentiores quæ non plus habeant bonitatis aut ponderis quàm trecentæ antiquiores non plus soluit aut reddit quàm debeat, sed tantundem, sicut, & qui quatuor capitatos cum supplemento pro tribus libris regijs aut quinque libras Ducales pro quatuor regijs, licèt differant prætiationes numero. Quod enim dicimus numerum quinarium non inesse in quaternario, nec quaternarium in ternario, ita verum est si cætera sint paria: quod hic non contingit, cùm eædem alicuius monetæ species quæ sunt diuersi numeri, non sunt eiusdem bonitatis. Proinde negari non potest, quin maximè interfit eius cui debentur aurei, vt si soluetur æstimatio, soluatur in moneta non deteriorata, potiùs quàm in deteriorata, non solum ratione bonitatis intrinsecæ, sed etiam ratione æstimationis extrinsecæ, & propter vsum ipsum commerciorum, quorum expediendorum gratia comparatum fuisse nummum certum est. Alioqui nec præteritus valor solueretur, nec præsens. Idque ex eo nascitur quod toties diximus, valorem nummi impositium quatenus nummus est, in id scilicet comparatus, vt prosit vbique gentium ad res vltro citroque commutandas, non illum esse qui huius aut illius Principis Edicto statutus sit supra vel infra iustam quæ apud gentes omnes respectiuè, vt loquuntur, obtineat æstimationem: sed illum duntaxat qui aliarum gentium, quarum egemus commercio, authoritate consensuque publico receptus sit? Quod in monetis inferioribus eo verius est, quòd si quid habeant permixti æris, quomodo apud nos habent plurimùm, vix sit vt apud cæteras gentes quibus fraus suspecta est, aliquam habeant æstimationem, ideoque commutandæ sint in aureos, si quis velit ex Gallis negotiari cum Italis aut Hispanis, aut Germanis, vt proinde tanti interfit creditoris solutionem in moneta non deteriorata accipere, quantò plus deteriorata monetæ ad comparandum aureum expensurus sit quàm expenderet si non esset deteriorata moneta. Atqui ponimus non nisi propter detetioratas monetas auctam fuisse aureorum æstimationem extrinsecam, eamque idcirco non tam auctam quàm eandem conseruatam retentamque dicimus. Non igitur cogendus est creditor, cui aurei præsertim debeantur solutionem accipere in moneta deteriorata, nisi quod de bonitate veteris deest, in numero, & quantitate corporũ suppleatur, sicut, & contra non cogitur debitor in nummis nouis soluere qui sint antiquis meliores, sed aut in antiquis si possit, aut si in

Digitized by Google

nouis, saltem habito respectu ad concurrentem veterum æstimationem: quoties propter auctas monetas inferiores minuitur valor extrinsecus, & vt ita dicam, vsualis aurei. Nec ad hanc diminutionem pertinet, quod scriptum est in l.2. C.de veter.nummisma. potestat.libr. 11. titu.10. Pro' diminutione solidi, quæ in æstimatione contingit, terum quoque omnium precia decrescere. Procedit enim eo casu quo verè, & effectualiter, vt verbis Parisien.vtar, æstimatio aurei extrinseca diminuatur, hoc est subsistente, retentaque eadem aureorum, & monetarum inferiorum bonitate intrinseca, vt paulò ante finem capitis primi explicauimus. At quoniam quod dicimus, aucta vel imminuta æstimatione extrinseca propter auctam, vel imminutam monetarum bonitatem intrinsecam, deberi præsentem æstimationem aurei, si soluatur in noua moneta, aut veterem si in veteri, rationem illam habet quòd eadem sit hoc casu præsens, quę fuerat vetus æstimatio. Quæri adhuc potest, quid si vt hodie contingit prætextu deteriorationis monetarum creuerit extrinsecus valor aurei, longè supra quàm ipsius deteriorationis habenda ratio patiatur? Finge tantam esse deteriorationem solidorum, quos asses dicimus, vt cùm antea non nisi septuaginta quinque solidis dignus esset aureus, hodie dignus sit centum, qui conficiant octo florenos ex nostris cum quatuor solidis, æstimari tamen aureum, vt aliquando æstimatus est apud nos centum, & viginti nouis solidis, idest decem florenis. An centum duntaxat solidos. An viginti præterea debitorem præstare oportebit? Idemque tractari potest si nec aucta nec diminuta bonitate intrinseca monetarum solus aurei valor creuerit pro mercatorum libidine. Dico eum qui nihil nisi aureos debeat, si velit, in æstimatione soluere, quod potest, non aliter liberari, quàm si decem florenos offerat, atque ita etiam solet Senatus noster decernere. Ratio illa est, quoniam in eo, quod excedit iustam deteriorationis considerationem, fatendum est auctum reuera fuisse valorem aurei extrinsecum, quo casu, superiore quæstione diximus præsentem æstimationem solui debere, quæ solutionis tempore reperiatur quantacunque illa sit siue iusta siue iniusta, siue Principis edicto introducta sit, siue nimia mercatorum licentia abusuque commerciorum. Nempe quod cum aurei debeantur ex quorum solutione posset creditor ex singulis decem florenos conficere solueretur vtique minus quàm deberetur si pauciores, quàm decem floreni soluerentur, damnumque sentiret maximum qui merces extraneas comparaturus soluere cogatur decem florenos pro precio eius rei, cui alioquin aureus vnus in auro solutus posset sufficere. Atqui indemnem præstari creditorem omnino necesse est quoties in alia forma ac multo magis quoties in alia materia fit solutio quàm in qua debetur d.l.Paulus. Aliud sanè esset si aureorum æstimatio iniustè esset imminuta, vt superiore capite docuimus. Aliud item, si non aurei, sed floreni deberentur vt infra suo loco videbimus. Sed hoc ipsum tamen sic accipiendum est, si vniformiter in tota prouincia aucta sit aurei æstimatio vt certo sciri possit qualis quantaque sit. Nam si fluctuet vt euenit plerunque cùm non iam

ex

ex ratione aliqua augetur valor extrinſecus aureorum, quam propter adfectionem mercatorum aureos fortaſſe commodioris negotiationis gratia conquirentium, & in merce potius quàm in nummo habentium. Non vtique æquum eſt in æſtimando aureo adfectionis huius immodicæ tantam haberi rationem, vt altior ſumatur æſtimatio. Quaſi quod excedit communem valorem non tam ex aureo ipſo quàm ex negotiatione percipiatur. l. venditor 21. D. de hæred. vel action. vendit. & magis ex ſtultitia emptoris quàm ex ipſo aureo arg. l. 3. D. ad leg. falc. Quid ergo? Mediam æſtimationem ſolet hoc caſu Senatus noſter ſequi, ideſt eam quæ nec ſit maxima nec minima. Non ita tamen vt decernat quanta ſit illa æſtimatio (condemnat enim debitorem, vt ſoluat vel aureos vel communem eorum valorem nulla facta taxatione. Ne ſcilicet aut falſam aurei æſtimationem, & iniquam probare videatur, aut nimiam monetarum deteriorationem patefacere, quam ſi fieri poſſet diſſimulari eſſet honeſtius) ſed ei ex Senatoribus qui ad exequendum iudicatum recuperator datus eſt præcipit vt hanc vel illam æſtimationem ſtatuat, hoc eſt quæ mediocri propius accedere videatur, ne ob incertum æſtimationis nimis oneretur debitor ſi ad maximam condemnetur æſtimationem, aut releuetur ſi ad minimam.

De aureis non æſtimatis ſoluendis in eadem ſpecie. Cap. VII.

DE aureis conuentione æſtimatis diximus in ſecundo capite, De non æſtimatis in ſequentibus hactenus. Ac quoniam ſiue æſtimati ſint, ſiue non, ſed ſimpliciter debiti, illud vtroque caſu obtinet, vt ſolui poſſit eorum æſtimatio, priore quidem ex iuris ratione, poſteriore vero ex conſuetudine. Videndum nunc eſt quid ſi de aureis non æſtimatis in eadem ſpecie ſoluendis actum ſit. Duplex vero occurrit quæſtio, prior illa. An vſque adeo ſint aurei non ſolum in obligatione, ſed etiam in ſolutione, vt nullomodo liceat debitori æſtimationem ſoluere. Altera, an ſi neceſſario ſoluendi ſint aurei quorum æſtimatio extrinſeca aucta ſit, vel imminuta, idem aureorum numerus debeatur an maior minorve. In vtraque diſſentit Doctor Analyticus ſuo more à communi noſtrorum ſchola. Putat enim quæſt. 91. nu. 691. quantumcunque pacto conuenerit, vt eædem aureorum ſpecies, id eſt eiuſdem materiæ, & formæ reddantur, & contingat ſucceſſu temporis rariores eas fieri, permittendum eſſe debitori, vt in alia qualibet frequenti ſpecie dummodo ſimilis materiæ ſortem reddat, ſiue ea pactio appoſita ſit in contractu. De redimendo certo reditu annuo, quod alioqui non ſit futurum pactum illud liberum quomodo ex ſubſtantia actus eſſe debet, ſiue in alio quocunque contractus genere. Sed & cùm eædem ſpecies redduntur, ſi medio tempore contigerit augeri, vel minui æſtimationem aureorum, idem exiſtimat num. 710. quæſt. 92. non eundem aureorum numerum reddi debere, ſed vel minorem, ſi valor creuerit (vt ſi ſeptuagintaquinq; aurei afficiant trecentas

Digitized by Google

reos qui debentur. Quod enim potuerit pluris aut minoris expendere ad rem non pertinet, cùm fieri etiam potuerit vt nec pluris nec minoris expenderet, ſed aureos in arca retineret, præſertim ſi ponas creditorem liberalem qui ſine vſuris crediderit, nec ſolitus ſit fœnerari. Sed etſi fingas fœneratorem, attamen prorſus incertum eſt quoniam tempore, ac proinde qua æſtimatione fuiſſet ille expenſurus. Et conſequenter vt certa obligatio contrahatur, id obſeruari oportet, vt omnimodo aurei ipſi quorum ſemper certus ſit numerus, certaque materiæ bonitas in obligationem deducti intelligantur non ipſorum æſtimatio. Alioqui nihil eſſet incertius hodie ſtipulatione certæ quantitatis pecuniæ ſi materiæ æſtimatio ſpectaretur contra l. 1. D. de condict. tritic. l. ſtipulationum quædam 74. de verb. oblig. Et ita ratio hæc qua etiam Pariſien. nititur num. 697. contra ipſum retorquenda eſt. Scio fuiſſe olim in Romana Republica, vt & in qualibet bene conſtituta eſſe debet, certam quoque nummorum æſtimationem d. l. 3. de in lit. iur. l. 3. de eo quod cert. loc. Sed nego, ideo dixiſſe Iureconſultos certam eſſe certi nummorum numeri ſtipulationem: at potius quòd ex ipſa pronunciatione appareret quid, & quantum in ſtipulationem deduceretur d. l. ſtipulationum. Nam & ſi quis certam mercem ſtipuletur, licet mercium omnium incerta ſoleant eſſe precia. l. precia 63. D. ad leg. falc. certa tamen eſt ſtipulatio, vt ibidem Caius ſcribit, & conſtat ex certi diffinitione quam Paulus tradit in l. certum 6. D. de reb. credit. Sola igitur certitudo materiæ illa eſt quæ facit vt certa ſit obligatio pecuniæ quæ certa nummorum ſpecie certoque numero concluditur, tametſi non hæc magis quam illa corpora nummorum debeantur, cum tamen ſi in obligationem deducta intelligeretur ea æſtimatio, ad quam debitor mutuam pecuniam rebus ſuis poſtea impendiſſet, non magis certa eſſe poſſet ſtipulatio, quam ſi quis id quod ex Arethuſam natum erit, aut fructus qui in fundo Tuſculano nati erunt ſtipularetur, quam tammen incertam eſſe conſtat non aliam ob cauſam quàm quòd ex futuro euentu pendeat. Id enim eſt quod Vlpianus ſignificat in l. vbi autem 75 §. illud de verbor. oblig. natura ipſa manifeſtum eſſe incerti eſſe huiuſmodi ſtipulationem, nimirum quòd quæ in futurum conferuntur etiam per ipſam rerum naturam incerta ſint l. reſpiciendum 38. cum l. ſeq. D. de reb. credit. l. ſi ita ſtipulatus 120. de verb. oblig. Denique ſi verum eſſet, quod vult Doctor Analyticus creditis centum aureis nõ tam eſſe inſpiciendum quid creditum ſit, quàm quid debitor in vtilitatem ſuam verterit, quantive creditor eos aureos impenſurus fuiſſet ſi non credidiſſet, ſequeretur quod, & Bald. tradidit in d. l. acceptam. quæſt. 17. & ipſe non negat num. 701. mutato de repente valore qui erat mutui tempore ac priuſquam eos aureos veriſimiliter debitor impendiſſet totidem duntaxat florenos deberi, nec rurſus pauciores ſi ſtatim, & ante expenſam pecuniam æſtimatio creuerit. Atque ita obligationem mutui quæ re contrahitur non ex re ipſa, & numeratione, ſed ex euentu poſtea ſecuto legem accipere. Eum vero qui ſciat ſe centum aureos iam credidiſſe, neſcire tamen quid quantumque ſibi debeatur, priuſquàm ſciuerit quanta æſtimatione

debitor

debeatur, priusponderit. Quid ergo dicemus si non ex mutuo, sed ex causa fortasse emptionis centum aureos promiserit is qui nullos eo tempore aureos habeat quos possit expendere? Quomodo poterit distinctioni huic locus esse? Aut cur minus certa erit mutui obligatio certa nummorum numeratione constituta? Apparet igitur prorsus absurdam esse traditionem illam, & indignam planè quæ à Iurisperito referatur aut refellatur. Standumque iuris regulæ perpetuæ, quæ habet hactenus soluendum esse creditori, vt nec absit ei quicquam, nec plus quàm ei abest consequatur l. in perpetuum 61. D. de solut. Nisi de contrahentium voluntate contraria manifestè appareat. Ea enim sequenda erit, ex conuentione siquidem contractus omnes legem accipiunt. l. contractus 23. l. semper instipulationibus 34. de regul. iur. Quod ipsum tamen non vsquequaque, indistinctè verum est. Nam si decem tibi credidero, fieri quidem potest vt non plus quàm nouem debeas, sed non æquè vt debeas vndecim, l. rogasti 11. §. si tibi de reb. credit. quod non possit re contrahi obligatio, nisi quatenus numeratum est, inquit. l. si tibi 17. de pact. l. cùm vltra 9. C. de non num. pecu. Quomodo ergo citra conuentionem fiet, quod Parisien. vult, vt qui centum duntaxat mutuos aureos accepit propter imminutam ex postfacto aureorum æstimationem centum, & triginta tres restituere debeat? Idque, & in alijs restituendæ quantitatis obligationibus perinde tractari potest. Sed fiet res longè apertior si ad singulas Parisien. obiectiones ordine respondeamus.

Ad primam desumptam ex vi, & potestate valoris imposititij, ex quo potius quàm ex materia nummus qua parte nummus est debeat æstimari. Id primum responderi potest, quod superiore capite diximus, imposititium aurei valorem illum non esse qui Regis aut populi alicuius priuata voluntate constitutus sit, sed qui publico gentium omnium consensu. Omnium porrò gentium consensu receptum esse, vt pro qualitate, & quantitate materiæ is valor alius atque alius sit. Eadem verò subsistente materia, hoc est quæ sit eiusdem bonitatis, & ponderis eundem manere valorem apud cæteras gentes omnes, licet in Gallia aut in Hispania ex causa aliqua siue iusta siue iniusta materiæ æstimatio creuerit aut decreuerit. Igitur inspecto valore imposititio consequens esse, vt qui aureos debet centum ex quacunque causa totidem soluere debeat, dummodo in eadem bonitate, & qualitate, non adhibita illa distinctione. An maioris facti sint æstimationis an minoris. Multò minus verò illa, an tanti, plurisve, minorisve eos aureos debitor impenderit aut impensurus creditor fuerit. Sed & quod ex valoris imposititij potestate Parisien. infert nummum quatenus nummus est non deduci in contractum aliamve dispositionem quamlibet nisi sub ratione quantitatis, & æstimationis imposititiæ tunc curentis, falsum est. Etsi enim nummi propriù illud esse dicimus, vt vsum dominiumq; præbeat non tam ex substantia quã ex quantitate d l. 1. D. de cont. emp. multum tamen interest in qua materia contrahatur obligatio, & in qua fiat solutio. Alioqui dicendũ esset centũ aureis creditis posse totidẽ ferreos aut coriaceos reddi, dũmodo ex inepti Principis

dicto tantæ essent æstimationis quantæ aurei, aut nihil referre an tri-
bus duntaxat an triginta libris regijs idem numero nummus aureus
æstimaretur, quod tamen absurdum omnino fuerit. Nec id Parisien.
ipse ignorauit dict.quæst.92. num.703. vt facilè appareat non nisi ni-
mio contradicendi studio lapsum eum fuisse, licet veras illas, & ger-
manas communis sententiæ rationes quibus potissimum mouemur,
non attulerit. Denique falsum est creditis centum aureis, vel ex alia
causa debitis, valorem ipsum aureorum debiti qui fit contractus tem-
pore, vt vel ex eo constat quod, & aurei petendi sunt non eorum æsti-
matio.l.cùm dotem. iunct gloss. C.de iur.dot.l.penult. §. mancipia D.
solut.matrim. Et qui aureos debet, non solum in alia materia soluere
non potest inuito creditori, si iuris rationem spectes. Sed neque in alia
forma si quicquam creditoris interfit. l.Paulus 99. alias. l.creditorem
de solut. Nam si valor ipse deberetur perinde liceret ex denarijs solue-
re atque ex aureis cùm denarij quoque suam habeant æstimationem.
Nec bona est consecutio, si quis dicat ideò deberi valorem, quòd pos-
sit solutio fieri in quacunque moneta, vt paulò post in quarti argu-
menti refutatione videbimus. Sanè si obligatio concepta sit in gene-
re, & quantitate, puta, quomodo plerumque apud nos concipi solent,
in tot florenis, dubitandum non est quin ipsa quantitas debeat, quo-
niam florenorum species, quæ deberi possit, apud nos nulla est. Nisi de
certa nummorum specie soluenda conuenerit, aut nisi ponas scriptum
esse, centum florenos in tot aureis creditos, quo casu quid constituen-
dum sit postea tractabimus. Sed si certa nummorum species debeatur,
vbique nil necesse est exprimi, in qua specie solutio fieri debeat, vt
sciri possit quænam species debeatur. Hoc ipsum enim satis obligatio-
ne ipsa expressum est. Et vero si Parisien. ratio concluderet, probaret
etiam initio pacto. De mutui solutione in ijsdem totidemque specie-
bus facienda, maiorem nihilominus aut minorem aureorum nume-
rum deberi aucta, vel diminuta eorum æstimatione, quoniam scilicet
inspecto valore imposititio, qui erat contractus tempore, totidem au-
rei non constituant hodie eandem æstimationem, sed vel maiorem,
vel minorem. Quod tamen etsi Parisien. voluit (vt contingit sem-
per malè iacto principio totam seriem inuolui erroribus) alius ne-
mo vnquam credidit, aut credet in posterum. Adeo repugnat ea sen-
tentia communi omnium iudicio, verbisque ipsis conuentionis, vt
docuimus in superioribus. Denique quod dici solet nummum præbe-
re vsum dominiumque non tam ex substantia quam ex quantitate.d.
l.1. de contr.empt.cauendum est ne malè intelligatur, nosque incau-
tos decipiat. Non enim sensus ille est. In nummis solam quantitatem
spectandam esse, vt Parisien. putat, sed hic potius, enim qui cum
alterius merce nummos suos permutat (quandoquidem inuentus num
mus est, vt difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis sub-
ueniret) ita vti nummis, vt alienæ rei dominium sibi acquirat, idque
non propter ipsam nummi substantiam quasi æquipolleat illa æsti-
tioni mercis alienæ, cuiuscunque tandem sit materiæ, sed ex quantita-
te, id est ex ea æstimatione quæ publico gentiomnium consensu num-

mo

mo dicta est. Ea enim ipsa quantitate qua nummus cæteras res æstimat, necesse est vt ipse primum æstimetur, cùm nulla alia re æstimari possit. At, qui credit nummos, non magis vtitur nummis quàm si eos in mare proijceret, aut pro derelictis haberet, sed alij dat vt vti possit. Itaque nec dominium sibi vllum acquirit, sed quod prius habebat transfert in alium. Et quidem dominium non quantitatis, quæ cùm in genere consistat in nullius dominio esse potest, sed substantiæ ipsius, & materiæ ex qua nummus constat. Qui verò nummos aureos centum promittit, siue pro dote, siue pro precio emptionis aut ex qua alia causa, nummis etiam non vtitur (quid enim si nullos adhuc habeat? An dicemus vti eum re quam non habeat?) sed tum demum vtetur, cùm tradet, & soluet. Nummis igitur creditis aut legatis aut promissis, cum nullus hoc solo eorũ vsus sit, consequens est non esse spectandam quantitatem, sed speciem nummorum, vt sciatur quid quantunq; debeatur, quia quantitas in nummis non consideratur ad constituendam eorum essentiam ne quidem quatenus nummi sunt, sed ad hoc tãtùm vt vsum nobis præbeant ad rerum alienarum dominia comparanda. Vnde illud etiam euenire necesse est, vt solutionis tempore si non soluatur species, quæ debetur, æstimationem illam solui oporteat, quæ tunc recepta est, non quæ fuit tempore obligationis, nempe quoniam nummo vtitur qui nummum soluit, vt se ab obligatione liberet, vsus verò nummi, vt diximus, non ex substantia, sed ex quantitate consistit. Itaque Parisien. ratio qua tantopere sibi placet, in eum fortissimè retorquetur. Nam cùm eo tempore, quo aureorum obligatio contrahitur nullusdum sit eorum vsus non magis quam vt domo vti videatur, qui domum sibi dari stipuletur, aut stipulanti alteri promittat, non est quod in aureis quantitatem, & æstimationem vllam eo tempore consideres aut quandocunque postea ad id tempus referas. Sed sola nummorum species illa est, quæ spectari debet vt sciatur quid sit in obligatione cùm non sint omnes nummi eiusdem potestatis, vt nec eiusdem materiæ, & ponderis, multumque interfit an centum aurei an totidem denarij debeantur. Vt proinde cẽtum aureis creditis aut promissis non possis dicere quid debeatur præterquam id ipsum quod creditum aut promissum est. At cum vel ex consuetudine, vel ex lege conuentionis id ipsum, quod debetur præstare debitor non cogitur, vt ad æstimationis præstationem recurrendum sit, tum demum inspiciendum est quis vsus sit nummi, præstandumque creditori tale quid, quod tantum ei vsum dominiumque præbere possit quantum præberent species ipsæ quæ debentur si soluerentur. Proinde vt dicam apertius, Obligationis tempus attendendum est, vt sciatur quid debeatur Solutionis verò vt sciatur quanti æstimandum sit quod debetur, quoties non debitum ipsum præstatur, sed eius æstimatio, nec mora vlla intercenit l. vinum 22. D. de reb. cred. l. vlt. D. de condict. tritic. l. hominem 37. D. mandat. l. quoties in diẽ 59. D. de verb. obl. l. si Calendis 21. D. de reiud. l. qui autem 12. §. 1. D. si quis caution. Nec pugnant leges quæ dicunt inspiciendũ tempus contractus. Tractant enim quid in contractũ, & obligationẽ deductũ videatur, non cuius tẽporis soluẽda

sit

sit æstimatio. Estque in hanc rem textus, & apertus, & elegans in d. l. fundum 28. de nouat. vbi Papin. ait, quoties æstimatio rei debitæ est in obligatione, & petitione, obligationis tempus spectandum esse, quoties vero nec in obligatione, nec in petitione, sed in solutione præsentem æstimationem deberi, ideſt eam, quæ sit tempore solutionis.

Ad secundam obiectionem, negandum est, creditis aureis rem de qua mutui tempore agitur, & qua contrahitur mutui obligatio, esse eam quantitatem tunc currentis valoris, qua debitor indigebat, & quæ in ipsius rem versa est, nam imò verò cum mutuum re contrahatur, id-est numeratione, res alia esse non potest, quàm quæ numerata est, ideſt ipsi aurei non eorum æstimatio, nec proinde inspici debet, quid versum sit in rem debitoris, sed quid absit creditori, atqui absunt aurei non eorum æstimatio, aurei ergo debentur, non æstimatio. Porrò si debentur ab initio aurei, necesse est, vt tandiu debeantur, quandiu soluti non sint, vel in aureis, vel in æstimatione ergo quandocunque soluentur in æstimatione non alia æstimatio erit in solutione, quàm quæ fuerit solutionis tempore, alioqui non solueretur æstimatio eius, quod deberetur. Eo siquidem demum tempore incipit nummus in eo esse, vt vsum præbere debeat: & consequenter ab eo duntaxat tempore inspicienda est quantitas ipsa, & æstimatio nummi, non à quo tempore deductus est in obligationem. Nec est, quod secundum hanc sententiã debitor conqueratur, aucta æstimatione aureorum extrinseca, plus se reddere, quàm acceperit si reddat centum aureos. Reddere enim quadringentas libras cum trecentas tantum acceperit. Nam nec verum est trecentas libras eum accepisse, nec quadringentas reddere: imo verum est nec plus nec minus eum reddere, quam acceperat, sed totidem, aut potius tantundem, ideſt centum aureos. Sicut ex contrario si aureorum valor imminutus sit, non potest creditor quæri, quod cum quadringentas libras crediderit trecentas tantum recipiat. Non enim verum est quadringentas libras credidisse eum, qui centum aureos credidit, licèt tunc quadringentis libris dignos, sed centum aureos: nec rursus trecentas libras recipit cui reddantur centum aurei quamuis nõ nisi trecentis libris digni, sed centum aureos. Accipit igitur ad ipsum, quod debebatur. Contra verò minus redderet, quàm accepisset is, qui centum acceptis aureis septuagintaquinque tantum restitueret propter auctam aureorum æstimationem. Quemadmodum, & plus peteret creditor qui cẽtum aureis creditis in id ageret, vt sibi plus quàm centum aurei redderentur, ex prætextu, quod is numerus non tantam possit hodie summam efficere quantam contractus tempore faciebat. Itaque non offenduntur ex communi sententia regulæ iustitiæ commutatiuæ, sed potius conseruantur: quia si spectes initium contractæ obligationis, & incertum futuræ solutionis, non est hæc sententia fauorabilior debitori, quàm creditori, aut creditori, quàm debitori, sed vtrique æqualiter, vt proinde neuter ex ea lædi videatur. l. 1. C. de pact. l. de fideicommisso 11. C. de transact. l. si pater puellæ 12. C. de inoffic. testam. Nemo enim potest petere id cuius contrarium in contrarium ca-

sum

ſum non eſſet poſtulaturus l.penúl. C. de ſolut. Et contraria quoque ſententia vt meliorem facit vno caſu debitoris cauſam, ita alio creditoris. Et ſimiliter deteriorem vno caſu creditoris,alio debitori. Porrò ſi verũ illud eſt,centum auros deberi ſiue crediti ſint, ſiue promiſſi,ſiue legati,non etiam eorum æſtimationem,planè fatendum eſt nullam rationem æſtimationis haberi poſſe, niſi ſaltem inſpecto ſolutionis tempore. Cur enim ad obligationis tempus æſtimationem referamus, ſi eo ipſo tempore quo ſolutio fit aurei tantùm debeantur, æſtimatio verò nullomodo? Id vtique ſoluendum eſt quod debetur, nec tamen ſolui videatur,niſi aut in ſpecie ſoluatur aut in pręſenti ęſtimatione d.l.vinum,d. l.fundum,cum ſimilib.

Tertia obiectio nullius planè eſt momenti. Fateor pecuniam creditam ſi antè ſolutionem in totum reprobetur,ſolui debere in alia moneta ad æſtimationem mutuatæ inſpecto mutui tempore, nec tantùm ſi reprobata ſit poſt conſumptionem vt ſentire videtur Pariſien. ſed, & ſi ante arg. d. l. creditor. 102. D.de ſolut.Sed ſi argumentari velis de toto ad partem. nihil aliud ex eo inferre poſſis quàm quod facilè admittam,& admittendum probaui ſuperiore capite. Sublata igitur pro parte ea nummi ſpecie, id eſt intrinſecus diminuta bonitate, ſiue valor extrinſecus diminutus quoque ſit, ſiue non ſit (quanquam nec hoc caſu videri poteſt vllomodo ſublata quæ ſuam habet æſtimationem) non cogi creditorem eam accipere, ſed ęſtimationem ſuppleri debere habito reſpectu ad æſtimationem illam, quæ fuit mutui tempore. Debet enim reddi eiuſdem bònitatis, & qualitatis. At cùm nec reprobata eſt in totum pecuniæ creditæ ſpecies, nec intrinſecus diminuta,ſed in æſtimationis tantùm extrinſecæ quantitate,qui caſus eſt de quo agimus, nego debere fieri ſolutionem in alia moneta, nec id vſquam cautum fuiſſe reperias. Cur non enim liceat debitori ſoluere in proba nummi ſpecie, hoc eſt quæ nec reprobata ſit, nec intrinſecus diminuta? Quod cùm ita ſit,ex eo infero, quemadmodum in ea ipſa ſpecie ſolutio recipi deberet, ita ſi non ſpecies ipſa ſoluatur, ſed eius æſtimatio, ſiue ex lege conuentionis ſiue ex conſuetudine, non obligationis tempus inſpici debere, ſed ſolutionis. Aperteque captioſa eſt ratiocinatio à pecunia in totum reprobata ad eam cuius imminuta ſit duntaxat æſtimatio extrinſeca. Differentiæ ſiquidem ratio illa eſt pereuidens,quod pecunia in totum reprobata præſentem æſtimationem amplius nullam habeat, non magis, quàm homo mortuus, l. in actionibus 5.§.vlt.de lit iurand.l.penult.D.de condict.tritic.vt proinde dicendum neceſſario ſit, vel hoc ipſo liberatum prorſus debitorem, (quod tamen abſurdum fuerit cum probam monetam acceperit, damnumque quod poſtea contigit non niſi ipſi qui dominus pecuniæ factus fuerat cedere debuerit,d.l.2.§.& ſiquidem.D de obligat. & action.vel cogendum eum in alia moneta non reprobata ſoluere, idque ad eam æſtimationem, quæ aut mutui tempore cum alia nulla ſit, quæ conſiderari poſſit. At cum pecunia nec reprobata eſt nec mutata intrinſecus, habet ſuam præſentem æſtimationem, quæ ſola ſanè præſtari debet non quæ fuit contractus tempore, quoniam verum eſt adhuc

huc ſpeciem deberi, quæ fuerat credita, & eſſe talem quæ, ſi debitor velit, ſolui hodie poſſit. Cæterùm ferendum non eſt quod Pariſien loquitur de moneta in totum, & pro parte reprobata, neque enim fieri poteſt vt moneta vlla quatenus in corpore conſtituit pro parte reprobetur, ſed vel in totum, vel nullo modo reprobari eam, aut approbari neceſſe eſt quoniam vſum habet indiuiduum. l. eleganter. 24. §. qui reprobos de pignoraritia actione. Eſtque illud generale, & perpetuum, vt qui ſoluit rem deteriorem, licet debitam, non magis liberetur, quàm ſi nihil ſolueret. l. tertia. §. primo. D. commodat. l. prima. §. ſi res depoſita. D. depoſit. l. qui ſibi. 33. §. primo. D. de ſolutionib. l. Iulianus nona. §. ſed ſi quis. D. ad exhib. Intellige deteriorem factam culpa ſua l. eum qui 10. D. commod. l. qui tabulas 42. ad leg. Aquil. Aut poſt moram l. penult. D. de condict. tritic. Alioqui liberatur qui reſtituit ſpeciem debitam factam deteriorem l. fundum 28. de nouat. Nam & liberaretur ſi res in totum perijſſet ante moram l. ſi ex legati 23. de verb. ob. Dices pecuniam cuius æſtimatio extrinſeca Edicto Principis minuitur videri pro parte reprobatam ſaltem in æſtimatione. Eam namque in totum reprobatam dici cuius æſtimatio penitus ſublata ſit, licèt materia maneat d. §. qui reprobos. Reſpondeo non eandem hic eſſe rationem partis & totius. Pecuniam enim quæ non habet materiam legitimæ bonitatis & legitimi ponderis cuiuſcumque tandem illa ſit reprobari poſſe. Edicto Principis, & quidem iuſtè, & in totum, quaſi accedente gentium omnium tacito, licèt irreqniſito conſenſu, cum ab initio nummorum vſus ita introductus ſit, vt tamen certa magnitudine certoque pondere conſtarent, vt iam ſæpius diximus ex Ariſt. lib. 1. Polit. cap. 6. Idemque multo magis ſi character nummo inſculptus eius ſit qui monetæ cudendæ poteſtatem non habeat, quæ ferè cauſa ſunt ex quibus moneta tanquam falſa reprobatur. At cum æſtimatio ſola minuitur eadem manente nummi probitate, non ideo ſit nummus reprobus, aut in totum, aut pro parte, ſed ſi quidem iuſtè facta ſit æſtimationis diminutio, nummus tanto ſit probiori, ſi iniuſtè, ſit ſanè iniuria illis qui eius ſpeciei nummos habeant, ſed non debet ea iniuria nocere debitori quominus liberetur ſi totidem reddat eorum nummorum corpora, cum non æſtimationem debeat, ſed ſpeciem. Deberque ſibi imputare creditor cur ſibi cautius non proſpexerit aduerſus illud diminutionis periculum, quod facere poterat ſtipulando, vt ad eandem æſtimationem aurei redderentur, vt diximus ſupra cap. 2. Quo non facto credibile eſt, anceps damni illius periculum vltro ſubire eum voluiſſe, qnòd ſperaret auctam iri aureorum æſtimationem, quod ai gmẽtum ipſius lucro ceſſurum ſibi ille aureos æſtimando ademiſſet. Sentit igitur damnum qui potuit ex contrario ſentire commodum. Denique captioſa eſt Pariſien. ratiocinatio ab ipſa ſpecie pecuniæ, quæ debebatur reprobata, ad æſtimationem, quæ non debetur, reprobatam pro parte. Dico autem pro parte, quoniam tota æſtimatio reprobari non poteſt. quin nummus ipſe reprobetur. Pro parte verò ſalua nummi probitate, poteſt: cum non ſit de ſubſtantia nummi quatenus nummus eſt, vt hanc, aut illam, ſed vt aliquam duntaxat habeat æſtimationem ne alioqui

qui reprobatus videatur. Nec verò magis reprobatus videtur aureus, cuius extrinseca çstimatio diminuta,quàm cuius aucta est.

Hic illud tamen obseruandum est referre aliquantulum an aurei çsti matio creuerit an decreuerit.Si enim creuerit defendimus indistinctè, & intrepidè soluendos creditori tot aureos quot ipse credidit aut quot ei debentur si ex alia quàm mutui causa contracta sit obligatio, nisi malit debitor præstare auctam æstimationem quantumuis iniustam. Ipsius enim esse electionem, nec quærendum esse an iustè, an iniustè aucta sit. At si decreuerit distinguendum putamus, iustene id factum sit, necne. Nam si iustè, vt ueri frequentius solet, dubitandum non est quin creditor non solum aureos in extrinseco valore imminutos,sed ipsam quoque æstimationem præsentem accipere cogi debeat, puta trecentas libras, si centum aureorum qui crediti tempore æstimabantur libris quadringentis ad trecentas vsque valor descenderit. Si verò iniustè (quod parrarum quidem est, sed potest tamen interdum contingere,& nos prætermittere noluimus, vt singulos qui emergere possunt casus percurramus) verius arbitror, non esse cogendum creditorem trecentas libras accipere, sed aut centum aureos qui sunt in obligatione aut quadringentas libras solui omnimodo debere arg. l. in furti 50. in princ. de furt. vbi rei detetioratæ inspcitur præterita æstimatio,at preciosioris factæ, prçsens. Mouet me, quòd hoc casu permultum intersit creditoris non solùm ratione bonitatis intrinsecæ aureorum debitorum quæ pluris sit quàm quod vult soluere debitor, sed etiam respectu bonitatis extrinsecæ, quæ licèt pluris non sit apud nos quàm trecentarum librarum, pluris tamen est apud alias nationes quibuscum habemus commercium, & apud quas suum iustumque precium auro est. Inde enim fit vt merces quæ aliunde exportantur, longè minore precio sim comparaturus si aureos soluam quàm si in singulos aureos libras tres, siue in prouincia comparare velim, siue extra prouinciam, cùm quod aureo emendum est Mediolani non possit itidem emi tribus libris aureo non æquipollentibus. Et per consequens longè minus creditori mihi profuturum sit habere trecentas libras quàm centum aureos. Non ergo cogendus sum accipere, cùm verum sit centum aureos deberi mihi non eorum æstimationem, indemnisque præstari debeam, etiam cùm in aliam nummorum formam soluitur dicta l. Paulus 99. alias l. creditorem de solut. ac multò magis igitur si in alia materia. Dicat aliquis, posse debitorem ex contrario perinde dicere aucta iniustè aureorum æstimatione non debere se quadringentas libras soluere cùm non libras debeat, sed aureos centum, non nisi trecentis libris dignos, suaque interesse centum aureos soluere potiùs quàm libras quadringentas. Faceor, sed quid ex eo inferre possis? Id verum nimirum, non esse cogendum eum libras quadringentas soluere si minoris re vera sint centum aurei, & liberari totidem aureorum, quot debeat, solutione. Quidni verò? Cùm aureos ipse debeat, non æstimationem, Quare nec suprà diximus, aut cogendum eum quadringentas libras soluere,aut posse creditorem quadringentas petere,quod

vtrum-

vtrumque falsum est, sed debere aut centum aureos soluere, aut præsentem æstimationem quæcumque tandem illa sit, siue iusta, siue iusta, dummodo sit communis, & in vsu commerciorum recepta, (hęc enim spectanda est non vera, & iusta, & æquipollens, nisi cùm ex eius solutione damnũ passurus esset creditor, hoc est cùm iniustè decreuit. Quo casu vera æstimatio debetur non cõmunis. Propterea quod omni casu indemnem seruari creditorem oporteat d.l. Paulus.

Absurdum non est, in potestate debitoris esse an plus soluat quàm debeat, dummodò solut one eius quod debet liberari possit. At absurdũ esset in eius potestate esse minus soluere quàm debeat. Illo casu si eligat quod sibi futurum sit vtilius nullam faciat iniuriam creditori: Isto verò faciat, si eligat (quod verisimiliter electurus sit) minus soluere. Habet enim debitor electionẽ. Vt igitur eadem sit ratio creditoris, fatendum est ipsius in contrario casu electionẽ esse debere, vtrum centũ aureos habere malit an libras trecentas, auferendamque debitor electionis facultatem ne in ipsius potestate sit, vt minus soluat quàm re vera debeat. Quemadmodum, & cõtra, iniustè aucta æstimatione negamus in potestate creditoris esse debere vt plus exigat quàm ei debeatur, aliudve petat quàm centum aureos. Sed ipsi debitori electionem relinquimus qui si malit in libris soluere imputare sibi debeat, cùm potuerit aureos soluendo consequi liberationem. Vtrumque verò ex eo nascitur, quòd aurei soli debeantur, & eorum æstimatio sit in alternatione non obligationis, sed solutionis.

Postrema obiectio facillimè tollitur. Nam quod generali consuetudine receptum est vt obligatio concepta sub certa specie puta aureorum solui possit in qualibet alia moneta, dummodò proba, & ad aurorum æstimationem, non facit vt obligatio sit alternatiua, speciei vel æstimationis. Est enim æstimatio nullomodo in obligatione, vt suprà probauimus. Non ergo valet consecutio si quis inferat facultatem illam soluendi centum aureos in trecentis libris, quam ab initio contractus debitor habuit non esse ei ex postfacto adimendam propter superuentam, vt Parisien. loquitur maiorem aureorum æstimationem. Etenim facultas electionis, quam initio debitor habuit, non illa fuit soluendi in aureis, vel in trecentis libris, sed vel in aureis, vel in aureorum æstimatione. Quod autem in trecentis libris initio soluere potuit, ideò tantum fuit quod eo tempore tanti nec pluris erat æstimatio, plus sanè debiturus si fuisset pluris. Ea igitur facultas debitori seruanda est, vt etiamsi augeatur valor aureorũ, licear ei nihilominus soluere vel in aureis vel in aureorum æstimatione. Sed non inde sequitur, aucta æstimatione, deberi veterem, quæ nec initio debebatur. Esse verò in solutione vt erat antea multò minus dici potest, quia cùm aurei perpetuò debeantur quandiu soluti non sunt, non potest æstimatio esse in solutione, nisi quatenus aureis debitis æquipolleat. Porrò non æquipollet quæ hodie minor est, si aurei intrinsecus nec aucti sint, nec diminuti. Aureorum enim æstimatio illa est non quæ fuit antea, sed quæ præsens est potestque tandiu crescere aut decrescere, quandiu aurei debentur.

Minus

Minus enim ſolueret quam debeat qui aureos debens, nec aureos ſoluiſſet, nec præſentem eorum æſtimationem, ſed veterem quæ minor fuiſſet: ſicut, & ex diuerſo plus ſolueret quàm deberet qui aureos debens nec aureos cogeretur ſoluere, nec præſentem eorum æſtimationem, ſed veterem quæ maior fuiſſet. Itaque fallacia eſt accidentis euidentiſſima, cum arguit Pariſien. à tempore in quo minor æſtimatio æquipollebat aureo, ad tempus in quo non amplius æquipolleat: A tempore in quo nil intererat creditoris an aureos, an æſtimationem quæ tunc erat acciperet, ad tempus in quo iam interſit ne eandem æſtimationem accipiat, quòd hodie aucta ſit, ab eo caſu quo debitor æſtimationem ſoluere potuerit nec ſoluerit, ad eum quo ſoluerit, rurſus ab eo caſu quo creditor ſolutionem acceperit in æſtimatione, ad eum quo nec in aureis nec in æſtimatione acceperit. Denique facultas ſoluendi aureos in æſtimatione concomitatur perpetuò debitum aureorum, ſed ita tamen vt ſi varietur æſtimatio, ea demùm præſtari poſſit quæ ſit ſolutionis tempore, non quæ antea fuit, quoniam ſicut eo tempore ſoli aurei debentur, nec eo minus quòd illorum aucta ſit æſtimatio, ita non aliter ſolui videntur in æſtimationem quàm ſi præſentem debitor præſtet non veterem l. in lege 62. §. vltima. ad legem Falcid. l. 3. §. Diui fratres de iur. fiſc. l. cùm certum 9. vbi Bart. de aur. & argent. legat. Et hoc eſt quod ſolemus dicere, Aureum ſuam ſemper trahere ſecum æſtimationem, l'eſcu porter ſon ranſort. Quòd ſiue creſcat, ſiue decreſcat æſtimatio aurei, idem ſemper aureus debeatur, ac proinde non eadem, ſed quæ poſtrema, & ſolutionis inſtanti adeſt æſtimatio. Si tamen vel debitoris, vel creditoris mora interuenerit, an idem dicendum ſit infra videbimus cap. 10. Vidiſque ſæpius ſecundum hanc communem noſtrorum ſententiam in Senatu conſtanter iudicari. reprobata damnataque Pariſien. opinione, qua non puto dici quicquam poſſe improbabilius.

Aucta æſtimatione aureorum extrinſeca, vel imminuta propter auctam vel deterioratam bonitatem inferiorum monetarum virius temporis æſtimatio inſpiciatur, an contractus an ſolutionis. Cap. VI.

CVm dicimus augeri, vel minui æſtimationem aureorum extrinſecam propter auctam, vel deterioratam monetarum, inferiorum bonitatem, minus propriè loquimur, & ex ſolita potius, quàm recta loquendi conſuetudine. Iam enim monuimus initio huius tractatus ad finem primi capitis, non tam augeri hoc caſu, vel minui quam conſeruari, & retineri. Cuius confirmandi, & explicandi gratia non repetemus, quæ ibi ſcripſimus. Eſt autem hæc loquendi ratio neceſſaria, vt diſtinguamus caſum hunc ab illo, quo aureus certo librarum, aut florenorum numero antea æſtimatus eodem quoque numero æſtimatur etiam poſt auctam, vel imminutam bonitatem intrinſecam monetarum. Quod tamen cùm euenit, videtur aurei

æſtima-

æstimatio crescere, aut decrescere potius, quàm conseruari. Eaque om nia proculdubio tunc obtinent, quæ proxim. cap. diximus. Quæstio igitur illa nobis tractanda est, vtrius temporis haberi ratio debeat, in æstimando aureo, an contractæ obligationis, an solutionis. Ponimus siquidem in debitoris potestate esse vtrum in specie velit soluere, an in æstimatione, ex generali nimirum consuetudine, quam passim, & vbique obtinere diximus: licet repugnante stricta veraque iuris ratione. Videtur autem quæstionis huius definitio pendere ex superioribus, nec vllam prorsus habere dubitationem. Nam si eo casu quo nec aureorum, nec monetarum, vel aucta, vel imminuta est bonitas intrinseca, sed mutata tantum æstimatio aureorum extrinseca, soluere tenetur debitor vel in aureis, vel in præsenti æstimatione, siue creuerit æstimatio (iustè, vel iniustè) siue decrerit (dummodo non iniustè,) vt proxime probauimus, multò magis admittendum est, si aureorum valor, nec auctus sit, nec diminutus, sed idem qui antea retentus, obligatum esse debitorem, vt soluat, vel aureos, vel præsentem æstimationem, quæ planè eadem sit cum veteri licèt maiori, aut minori inferioris monetæ numero, & quantitate æstimetur. Quid enim refert, an tres libras de vetere, & antiqua moneta soluat debitor, an quatuor de noua, quæ non plus habeant bonitatis, quàm tres illæ antiquiores? Aut si in solidis quos asses vocamus, exemplum velis, quid interest, an centum solidos hodiernos accipias, qui sint longè debiliores, & deteriores, an octoginta ex veteribus qui erant longè meliores, dummodo ad eandem auctæ, vel imminutæ bonitatis proportionem diuersitas numeri constituatur? Siue igitur quatuor libris hodie æstimetur aureus qui contractus tempore non nisi tribus æstimabatur, siue centũ solidis qui antea non nisi octoginta, sicut idem planè aureus est, ita eadem prorsus æstimatio. Ergo non liberabitur qui centum aureos debet si trecentas libras ex nouis offerat, sed aut centum aureos præstare eum oportebit, aut quadringentas libras recentiores. Sanè trecentas de vetere moneta soluere poterit, quia tanti sint trecentæ illæ veteres, quanti quadringentæ recentiores. Eandemque ob causam si ex contrario obligationis contractæ tempore digni erant centum aurei libris quadringentis, hodie verò cusæ sint libræ fortiores quarum trecentæ quadringentis illis æquipolleant, liberabitur debitor si trecentas recentiores offerat qui tamen si ex veteribus minus, quàm quadringentas offerret non liberaretur. Et secundum hanc sententiam tanquam magis communiter receptam Senatus noster passim pronunciat, quicquid in contrarium perperam tentet Parisiẽn. tota quæst. 100. præsertim num. 753. & seqq. Cuius rationes, quoniam illæ ipsæ sunt quas supra refutauimus iterum referre, & refellere non est necesse. Illud tantum repetendum videtur, errorem Parisien. præcipuum illum esse, quòd putat, in obligatione nummorum nihil nisi æstimationem extrinsecam spectari debere, eamque si alicuius Principis Edicto statuta sit eiusdem esse debere authoritatis cuius ea quam initio nummi introducti gentes omnes consensu publico constituerunt, quæ omnia falsa sunt. Sed quod ad propositam quæstionem magis pertinet, errat ille

in

Digitized by Google

in eo grauius quod existimat moneram quæ minus habeat bonitatis tantùm valere posse in valore imposititio, & currenti quantum antea valebat contractus tempore, si modò non sit diminuta eius æstimatio extrinseca. Meminisse enim debuerat eius quod ille ipse fatetur quæst.93. numer.716. & quotidiana rerum experientia compertum est, quoties minuitur bonitas intrinseca monetæ alicuius etiam retenta eadem æstimatione extrinseca augeri necessario precia rerum omnium, quorum solutio fiat in moneta illa deteriore: quæ non augerentur si soluerentur in moneta non diminuta, & quæ in statu suo mansisset, vt diximus ad finem 1.& 2. cap supr. Itaque qui reddit aut soluit quadringentas libras recentiores quæ non plus habeant bonitatis aut ponderis quàm trecentæ antiquiores non plus soluit aut reddit quàm debeat, sed tantundem, sicut, & qui quatuor capitatos cum supplemento pro tribus libris regijs aut quinque libras Ducales pro quatuor regijs, licèt differant præstationes numero. Quod enim dicimus numerum quinarium non inesse in quaternario, nec quaternarium in ternario, ita verum est si cætera sint paria: quod hic non contingit, cùm eædem alicuius monetæ species quæ sunt diuersi numeri, non sunt eiusdem bonitatis. Proinde negari non potest, quin maximè interfit eius cui debentur aurei, vt si soluetur æstimatio, soluatur in moneta non deteriorata, potiùs quàm in deteriorata, non solum ratione bonitatis intrinsecæ, sed etiam ratione æstimationis extrinsecæ, & propter vsum ipsum commerciorum, quorum expediendorum gratia comparatum fuisse nummum certum est. Alioqui nec præteritus valor solueretur, nec præsens. Idque ex eo nascitur quod toties diximus, valorem nummi imposititium quatenus nummus est, in id scilicet comparatus, vt prosit vbique gentium ad res vltro citroque commutandas, non illum esse qui huius aut illius Principis Edicto statutus sit supra vel infra iustam quæ apud gentes omnes respectiuè, vt loquuntur, obtineat æstimationem: sed illum duntaxat qui aliarum gentium, quarum egemus commercio, authoritate consensuque publico receptus sit? Quod in monetis inferioribus eo verius est, quòd si quid habeant permixti æris, quomodo apud nos habent plurimùm, vix sit vt apud cæteras gentes quibus fraus suspecta est, aliquam habeant æstimationem, ideoque commutandæ sint in aureos, si quis velit ex Gallis negotiari cum Italis aut Hispanis, aut Germanis, vt proinde tanti interfit creditoris solutionem in moneta non deteriorata accipere, quantò plus deteriorata monetæ ad comparandum aureum expensurus sit quàm expenderet si non esset deteriorata moneta. Atqui ponimus non nisi propter detetioratas monetas auctam fuisse aureorum æstimationem extrinsecam, eamque idcirco non tam auctam quàm eandem conseruatam retentamque dicimus. Non igitur cogendus est creditor, cui aurei præsertim debeantur solutionem accipere in moneta deteriorata, nisi quod de bonitate veteris deest, in numero, & quantitate corporis suppleatur, sicut, & contra non cogitur debitor in nummis nouis soluere qui sint antiquis meliores, sed aut in antiquis si possit, aut si in

ex ratione aliqua augetur valor extrinſecus aureorum, quam propter adfectionem mercatorum aureos fortaſſe commodioris negotiationis gratia conquirentium, & in merce potius quàm in nummo habentium. Non vtique æquum eſt in æſtimando aureo adfectionis huius immodicæ tantam haberi rationem, vt altior ſumatur æſtimatio. Quaſi quod excedit communem valorem non tam ex aureo ipſo quàm ex negotiatione percipiatur. l. venditor 21. D. de hæred. vel action. vendit. & magis ex ſtultitia emptoris quàm ex ipſo aureo arg. l. 3. D. ad leg. falc. Quid ergo? Mediam æſtimationem ſolet hoc caſu Senatus noſter ſequi, ideſt eam quæ nec ſit maxima nec minima. Non ita tamen vt decernat quanta ſit illa æſtimatio (condemnat enim debitorem, vt ſoluat vel aureos vel communem eorum valorem nulla facta taxatione. Ne ſcilicet aut falſam aurei æſtimationem, & iniquam probare videatur, aut nimiam monetarum deteriorationem patefacere, quam ſi fieri poſſet diſſimulari eſſet honeſtius) ſed ei ex Senatoribus qui ad exequendum iudicatum recuperator datus eſt præcipit vt hanc vel illam æſtimationem ſtatuat, hoc eſt quæ mediocri propius accedere videatur, ne ob incertum æſtimationis nimis oneretur debitor ſi ad maximam condemnetur æſtimationem, aut releuetur ſi ad minimam.

De aureis non æſtimatis ſoluendis in eadem ſpecie. Cap. VII.

DE aureis conuentione æſtimatis diximus in ſecundo capite, De non æſtimatis in ſequentibus hactenus. Ac quoniam ſiue æſtimati ſint, ſiue non, ſed ſimpliciter debiti, illud vtroque caſu obtinet, vt ſolui poſſit eorum æſtimatio, priore quidem ex iuris ratione, poſteriore vero ex conſuetudine. Videndum nunc eſt quid ſi de aureis non æſtimatis in eadem ſpecie ſoluendis actum ſit. Duplex vero occurrit quæſtio, prior illa. An vſque adeo ſint aurei non ſolum in obligatione, ſed etiam in ſolutione, vt nullomodo liceat debitori æſtimationem ſoluere. Altera, an ſi neceſſario ſoluendi ſint aurei quorum æſtimatio extrinſeca aucta ſit, vel imminuta, idem aureorum numerus debeatur an maior minorve. In vtraque diſſentit Doctor Analyticus ſuo more à communi noſtrorum ſchola. Putat enim quæſt. 91. nu. 691. quantumcunque pacto conuenerit, vt eædem aureorum ſpecies, id eſt eiuſdem materiæ, & formæ reddantur, & contingat ſucceſſu temporis rariores eas fieri, permittendum eſſe debitori, vt in alia qualibet frequenti ſpecie dummodo ſimilis materiæ ſortem reddat, ſiue ea pactio appoſita ſit in contractu. De redimendo certo reditu annuo, quod alioqui non ſit futurum pactum illud liberum quomodo ex ſubſtantia actus eſſe debet, ſiue in alio quocunque contractus genere. Sed & cùm eædem ſpecies redduntur, ſi medio tempore contigerit augeri, vel minui æſtimationem aureorum, idem exiſtimat num. 710. quæſt. 92. non eundem aureorum numerum reddi debere, ſed vel minorem, ſi valor creuerit (vt ſi ſeptuagintaquinq; aurei afficiant trecentas

centas libras quę contractus tempore non niſi ex centum aureis redigi poterant) vel maiorem, ſi decreuerit, nec malit debitor ſupplere in minutiore moneta. Dat.enim ei electionẽ an in auro an in moneta velit illud ſupplementum ſoluere d.q.92. nu.307. in fin. Plus putat d.nu. 710.idem eſſe, etiamſi conuenerit vt totidem ſpecies reddantur, & in eodem numero, quaſi adhuc voluntas contrahentiũ dubia ſit, & in dubio, alio non concurrente nõ cenſeatur conuentum de non ſupplendo nec deducendo vero extrinſeco augmento, vel decremento, niſi ſpecialiter expreſſum ſit,vel niſi iam tẽpore contractus periculũ mutationis immineret. Imò vero q̃ magis mirũ videri debeat, defendit ille.q. 100 nu.813.non valere pactũ conuentum,vt reddatur mutuum in eadẽ bonitate intrinſeca,aut vt ſolutio alterius cuiuſcunq; debiti fiat ad rationem certæ bonitatis intrinſecæ,ſi extrinſecus aureorũ valor mutetur Debere enim pecuniã omnimodo ſolui.ſecundum vſum,& probitatẽ publicè definitã tempore ſolutionis. Quæ omnia ſicut à iuris ratione abhorrent euidentiſſimè,ita & a cõmuni receptaq; Doctorum quos viderim omniũ opinione. Placet enim eoq; iure vtimur. Non tantũ ſi conuenerit de eodẽ aureorũ numero reddendo,ſed etiãſi nihil dictũ ſit niſi vt in ijſdẽ ſpeciebus reddatur,eundem nihilominus aureorum numerum reddi debere, ſiue aurei valor creuerit ſiue decreuerit. Nec eo minus debere conuentas ſpecies ſolui,quod ſint rariores ſi modo reperiri poſſint,Deniq; nullo etiam de ea re pacto interpoſito,adeo habeñdã rationem bonitatis intrinſecæ, vt ſi ipſa immutata ſit,licet extrinſecus valor idem manſerit, aureorum numerum creſcere, vel decreſcere neceſſe ſit.Contra verò ſi eadem bonitas intrinſeca duret,quamuis mutata ſit extrinſeca æſtimatio, idem aureorum numerus debeatur. Nec ad horum confirmationem alio labore opus eſt niſi vt ad ea quæ in cõtrarium Pariſien.obijcit breuiter reſpondeamus.

Ait ille, ſi in venditione reditus annui adiecta ſit clauſula. De redimendo in eijſdem ſpeciebus duntaxat, non eſſe cogendum venditorem, vt conquirat eaſdem ſpecies quæ factæ ſint rariores, alioqui fieret, inquit, vt redimendi facultas quæ prorſus liberaſſe debet, nimis coangustaretur. Reſpondeo facultatem quidem redimendi liberam eſſe debere, ſed id eo pertinere, vt quocunque tempore liceat venditori redimere, at non vt liceat redimere in alia ſpecie quàm in illa ipſa in qua ſolutum fuerit precium, maximè vero ſi ad iuris rationem, quæ hoc etiam exigit, conuentionis expreſſæ æquitas acceſſerit. Nam & citra conuentionem vllam ſi iuris rationem ſolam intueare,certum eſt precium quod in aureis ſolutum ſit debere in ijſdem ſpeciebus reſtitui, ſicut & dotem ſoluram, aut pecuniam creditam,vt diximus cap. 3 ſupr.ac proinde niſi generali conſuetudine huic iuri eſſe derogatum, vtique ſuperuacuo paſciſceretur emptor de ijſdem ſpeciebus reddendis argum.l.3. D.de reb.credit. Vtigitur pactio aliquid inducat,& operetur,ex ea fieri neceſſe eſt vt in ijſdem ſpeciebus reſtitui precium oporteat in quibus ſolutum ſit. Conſuetudo enim quæ facit vt qui aureos accepit, poſſit aureorum æſtimationem reddere, ita interpretanda eſt, niſi aliud actum ſit, vt à iuris ratione quam minimum fieri poſſit, abhorreat,

abhorreat, neve plus authoritatis habeat quàm lex ipsa quæ si quid statuat de iure contrahentium, perpetuo tamen excipit casum illum quo aliud conuenerit. Id enim est quod dici solet contractus omnes ex conuentione legem accipere. l.contractus 23. de reg.iur. Nisi conuentio sit aut contra legum authoritatem, aut contra bonos mores, aut contra ipsius actus substantiam, puta si vt maius precium quàm quod numeratum esset redderetur arg.l.rogasti 11.§.si tibi de reb.cred. cum similib. At potestne videri contra actus substantiam esse ea conuentio, quæ alioqui ex ipsius negotij natura, etiamsi expressa non esset tacitè subintelligeretur? Et hoc adeo verum est, vt etiamsi dictum non sit in qua nummi specie reddendum sit præcium, quod in aureis solutum est, interdum tamen arbitretur Senatus debere id in aureis saltem pro parte restitui, vt diximus cap.3.

In alijs vero speciebus, hoc est cùm non agitur de redemptione redditus annui, illa etiam ratio afferri potest, qua Parisien.potissimum nititur dict.num.691. quòd si medio tempore reprobatus esset cursus specierum aurearum numerarum, tunc sufficeret in alijs speciebus aureis vsitatis sortem reddere. Cur non ergo, inquit ille, si adeo raræ successu temporis factæ sint, vt reperiri vix possint? Nego consecutionem. Nummus enim reprobus solui nullomodo potest, quia nullam prorsus habeat æstimationem quatenus nummus est. l.eleganter 24. §. qui reprobos de pignor. action. l.creditor 102. de solut. Ideoque cogente necessitate euenit vt in alijs speciebus dummodo sint eiusdem materiæ, & receptæ probitatis solutionem fieri necesse sit. Nisi vellet quis dicere liberatum debitorem interitu speciei debitæ, quod tamen admitti non potest cùm huiusmodi species non sit certa, & limitata in individuo, nec debita per modum speciei, sed per modum generis, vt diximus cap.3. At cùm debita aurei species in vsu adhuc est, licet sit rarior eiusque proinde solutio difficilior, non eo tamen minus solui debet, imò eo magis quòd creditoris hoc ipso interest habere rem preciosiorem argum. d. l. Paulus 99. de solut. Illud enim generaliter proditum est difficultatem præstationis non facere inutilem stipulationem.l.2.§.ex his igitur D.de verbor. oblig. & causam difficultatis pertinere ad incommodum promissoris non ad impedimentum stipulationis.l.continuus 137. §.illud D.eod. Quod cùm in rebus omnibus verum est tum maximè in pecunia, quæ cuiuscunque sit speciei functionem recipit in sua specie, idest, vt Iurisconsultorum more loquamur, in suo genere. Nam si species aliqua deberetur, vt puta Stichus, qui fortè esset in potestate hostium, valeret quidem obligatio, sed tamen officio iudicis sustinenda, & differenda esset præstatio, donec præstari possit.l.vltim. D.de action.empt. Nimirum quòd Stichus in alio homine, licet meliore, & maioris æstimationis solui non possit. At vero pecunia cuiuscunque tandem sit speciei functionem recipit in suo genere. Statim ergo soluenda est aut debitor, ni soluat, condemnandus eo nomine, quantumuis raræ sint species, & difficilis earum perquisitio. Quamquam postrema illa verba d.l.vltim. sunt mihi aliquantulum suspecta, & vereor ne Triboniani sint potius quàm

Iurisc on. Nam quod in l. 137. §. illud de verb. oblig. *scriptum est debitorem hoc casu teneri*, sic accipiendū videtur, vt nō solùm obligetur, sed etiam cogatur statim præstare seruum quem promisit, *scilicet in æstimatione*, cuius vtique præstatio facilis est.

Mouetur tertio, ne non sit audiendus morosus, & acerbus creditor. l. si seruos 25. D. de pignor. action. l. si bene 33. D. de vsur. præsertim cuius nihil interesse appareat. l. 2. §. circa de dol. except. l. 3. l. stipulatio ista 38. § alteri de verb oblig. Neque enim cuiquam permittendum est, vt etiam suo iure vtatur si eo animo duntaxat vti velit, vt alij officiat. l. in fundo 38. §. constituimus D. de rei vindicat. Respōdeo non posse videri acerbum aut iniuriosum creditorem qui ius suum exequatur, cum dici soleat iuris executionem non habere iniuriam. l. iniuriarum 13. §. 1. D de iniur. & dolo non facere eum qui iure suo vtatur. l. si duorum 42. de act. empt. Sed acerbus aut iniuriosus creditor ille dicendus est, qui per calumniam aut iniuriam captat occasionem iuris ciuilis, vt alteri noceat, quam in rem, & veluti remedij loco comparata est doli exceptio. l. 1. De dol. except. Finge ad diem solutioni dictam adire debitorem cum sacco tanquam eo ipso instanti pecuniam accepturum nullo temporis adhibito temperamento. l. quod dicimus 105. de solut. In proposito autem tractamus de creditore, qui nihil aliud vrgeat nisi vt stetur conuentioni, quod naturaliter ac gentium omnium consentiu æquissimum est vulg. l. 1. D. de pact. l. 1. de constit. pecun. Itaque delicatus potius dicendus est debitor, & iniuriosus qui quod promiserit præstare nolit, præsertim si tractes de eo, qui certas nummorum species mutuas acceperit. Cur non enim reddat alias eiusdem generis bonitatis, & qualitatis? An quia nihil interfit creditoris. Imò vero interest, vt dixi, hoc ipso quòd tanto pretiosiores futuri sint nummi aurei huius vel illius generis quantò rariores, adeoque maioris vtilitatis siue ad fœnerandum facilius, siue ad emendum valius, vt & Paris. fatetur nu. 690. in fin. Sed & cum quis in id duntaxat agit vt conuentioni pareatur, non est arctandus, vt probet sua interesse, sed tum demum cùm ad dandum, vel faciendum id de quo dando aut faciendo conuenit præcisè cogi debitor non potest. Alioqui dicendum esset eadem ratione posse te inuito mihi rem meam impunè eripere dummodo offerres quanti mea interesset non eripi, aut si mihi ædes tuas fruendas locaueris, licere tibi prohibere me frui præstando quanti mea interfit frui, aut si mihi rem tuam vendideris quam nolis tradere cùm possis, concedendum esse tibi vt inuito me eam retineas si modo consequar quanti mea interfit tradi, contra id quod Paulus scribit lib. 4. sentent. circu. De iudicato, Denique licet culpa omnis, & mora, & contumacia, purgati tandem possit præstatione eius quod interest, quoties tamen aliquid aliud est in obligatione, non magis licet debitori offerendo id quod creditoris interest obligationem eludere quam aliud pro alio inuito creditori soluere. l. 2. §. 1. D. de reb. cred. Non igitur potest debitor vt se obligationis vinculo eximat obijcere creditori *Deus ne iuuerit* si agat creditor ex conuentione, cùm nec si in obligationem aliquid deductum sit pro eo quod interest, cogendus tamen sit creditor

probare

probare quòd ſua interſit l. 38. §. alteri de verb. oblig. l. vlt. D. de Præt. ſtipul. Rurſus nec illud fieri poteſt vt probet debitor nihil intereſſe creditoris verũ in hac, vel in illa ſpecie nummos recipiat. Eſt enim ea mera negatio facti quæ cùm nec loco, nec tempore vllo coarctata ſit probari per rerum naturã non poteſt, l. actor 23. C. de probat. l. adſeueratio 10. C. de non numer. pec. Illud itaque conſequens eſt, vt conuentioni omnino ſatisfacere debitorem oporteat. Neque verò ſimilis eſt ratio creditoris qui aliquid ſtipulatus fuerit ſine cauſa, vt in d. l. 2. §. circa de dol. except. Iuſta enim huic conuentionis cauſa illa eſſe poteſt, quòd eiuſdem ſpeciei nummos debitor à creditore mutuos acceperit l. 3. de reb. credit. quòdque non aliter forſaſſe contracturus fuiſſet creditor, vt, & Pariſen. ipſe fatetur ad finem num. 690 facit l. pure 5. §. pen. de dol. except. l. cùm te 6. C. de pact. int. empt. & vend.

Ex quo illud etiam apparet quàm parùm ſubtiliter ſcripſerit ille d. nume. 691. non debere nocere debitori quòd ſummam integram non offerat in ſpecie debita, ſi modò quod deeſt tam modicum ſit, vt ob id nihil creditoris intereſſe videatur ex l. quamuis 32. de condict. & demonſtr. Bald. in l. pro hereditaris col. 2. C. de hered. action. Am. Corſet. in tract. De minimis. Conſtat enim, imo verò in mora eſſe debitorem, niſi totum, & integrum offerat quod debet ſi ſit liquidum, adeò vt etiam pro eo quod nondũ liquidum eſt cauendum ſit de ſoluendo ſtatim atque liquidatum fuerit, eoque iure vtimur ex l. ſtatu liberationem 5. l. ſeruus 34. §. vlt. D. de ſtatulib. facit l. obligatione totius 9. C. de ſolut. l. 1. §. quamuis autem D. de collat. bonor. Cuius rei ratio illa eſſe poteſt quòd qui partem debiti ſoluit non ſolum non liberetur in totum, ſed ne quidem pro ea parte quàm ſoluit, cùm non poſſit pars dimidia obligationis (quæ ſcilicet indiuidua ſit) perimi inuito creditore l. ſi non ſortem 26. §. ſi decem, & §. vltim. D. de condict. indeb. niſi cõuenerit vt per partes ſolutio fieri poſſet. l. tutor 41. §. Lucius de vſur. Quælibet enim ſumma, & quantitas ab extremo numero ſpeciem recipit, id eſt centum aureorum quantitatem dicimus, quam centeſimus aureus conſtituit cap. cui de non ſacerdotali vbi Domin. de præb. in 6. Couarr. lib. 1. var. reſolut. cap. 2. num. 5. ver. 6. pro eadem opinione. Vt proinde ſi centeſimus ille aureus vel vnus deſit ſicut non poſſis dicere ſolutos centũ aureos, ita nec cõſequenter ſolutum vllomodo id quod debetur. Fateor eũm qui decem debeat ſi partem ſoluat volenti creditori, in parte obligationis liberari l. ſtipulatus 9. §. qui decem D. de ſolut. l. 8. de eo quod cert. loc. Sed vt accipiat partem inuitus creditor cogi non poteſt. Fateor receptum eſſe humanius facere Prætorem ſi actorem compellat ad accipiendam partem debiti quæ offeratur, quia licet iuris ratio repugnare videatur, ad officium tamen eius pertineat lites diminuere, vt Vlpianus loquitur, aut potius, ni fallor, Tribonianus in l. quidam 11. de reb. cred. Sed id eò pertinet, vt ſaluum tamen maneat integrũ ius pignoris l. vlt. D. quibus mod. pig. vel hypoth. ſoluit. item ius exigendarum vſurarum totius ſummæ in ſi nulla debiti pars ſoluta eſſet d. l. Tutor 41. §. Lucius D. de vſur. Alioqui damno afficeretur creditor ſi per partes ſolutionem accipere cogeretur, cùm

ſolutio, & exactio partium magna perſæpe incommoda habeat. l. 3. D. fam. erciſc. Et ſanè, vt iam indicaui, neſcio an Triboniano potius, quàm Vlp. adſcribere debeam quod in d. l. quidam ſcriptum eſt ab illis verbis. Sed in vtraque cauſa ad finem vſque legis, quippe qui nullo alio iuris loco ſcriptum videam, cogendum creditorem partem vllam debiti accipere ſi non totum offeratur. Propter quam cauſam tot locis adeò diligenter tractant Iuriſconſulti, an & quibus caſibus non videatur ſolui ſolidum, ſed minus, quàm oporteat, vt in l. ſolidum 85. l. etiam 27. D. de ſolut. l. minus ſolutum 32. l. verbum amplius 82. de verbo. ſignif. iunct. l. non poteſt 117. eo. & paſſim docent nihil prodeſſe debitori partem ſoluere, licèt maiorem ſiue ad euitandam pœnam l. hęredes 25. §. idem iuris. D. fam. erciſc. l. ſtipulationum. 5. §. vlt. de verb. obli. ſiue ad inducendam pignoratitiam. l. in executione 84. §. pen. D. eo. l. ſi idem 9. §. omnem D. de pig. act. ſiue ad ſiſtendum curſum vſurarum totius ſummæ. d. §. Lucius, ſiue ad impediendam pignorũ diſtractionem. l. ſi reſiduum. 5. l. quandiu non eſt integra 6. C. de diſtr. pig. l. ſi neceſſarias 8. §. ſi vnus, & ſeq. l. ſolutum 11. §. ſi creditori D. de pignor. act. l. 11. C. de fideiuſſ. Etiamſi vel modicum in debito perſeuerer, nec ſi de ſorte tantùm, ſed, & ſi de vſuris dum taxat, inquit l. 2. C. debit. vendit. pignor. imped. non poſſ. quia pignoris ius eſt indiuiduum l. rem hęreditariã 65. D. de euict. Siue denique ad conſequendam libertatem, quę rerum omniũ fauorabiliſſima eſt. Nam non ſolum ſi decem iuſſus dare, & liber eſſe det quinque, placet non peruenire eum ad libertatem, niſi totam dederit adeoque nec alienari partem illãm nummorum quæ ſoluta ſit l. ſtatuliberos 5. §. ſi decem 5. D. de ſtatulib. Sed, & ſi decem aureos ſoluat ſingulos, hoc eſt in dies ſingulos ſi fortè liber eſſe iuſſus ſit ſub ea conditione, Si decem aureos heredi infra decem dies proximos ſolueret; poteſt dici eum non impleſſe condicionem. Quomodo legendum eſſe arbitror negatione addita in l. ſi peculium 20. §. quædam D. eodem. Aperta enim eſt Pauli ſententia aliam cauſam eſſe aureorum, aliam operarum, quas exhibere ſtatuliber iuſſus ſit. Operæ neceſſario ſingulæ edendæ ſunt. Nam cùm operæ nihil aliud ſint quàm diurnum officium l. 1. & 3. Digeſt. de oper. libert. l. 2. Dig. de ann. legat. neceſſe eſt, vt per ſingulos dies dentur. At aurei ſimul dari poſſunt. Non igitur ſunt ſinguli ſoluendi, ſed omnes ſimul. Id enim eſt quod initio illius §. Paulus monet quaſdam conditiones ſui natura non poſſe eodem tempore impleri, ſed neceſſariam habere temporis diuiſionem, vt intelligamus alias quæ ſunt eiuſmodi vt ſui natura poſſint eodem tempore impleri, non poſſe recipere temporis diuiſionem in ſolutione. Proinde in verſi. igitur, particulæ, & ſi quæ leguntur diſiunctæ quaſi amplificationem ſignificent, coniungendæ ſunt, acſi ſcriptum eſſet Igitur quamuis ſingulos aureos det ſtatuliber. Quo caſu nemo dubitaret, quin ſequentia ſic concipi deberent poteſt dici eum non impleſſe conditionem. Præſertim inſpecto eo quod mox ſubijcitur Alia cauſa eſt operarum, vt differentia hac parte ſit aliqua inter ſolutionem aureorum, & operarum: quæ aliter ſanè explicari nullomodo poteſt. Itaque ei cui libertas data eſt ſub ea conditione, Si decem aureos hęredi dederit

derit infra decem dies proximos hactenus fauebimus, non vt ſingulos aureos ſingulis diebus dare poſſit, ſed vt decem aureos integros poſſit primo ſi volet die ſoluere, atque ita non expectato vndecimo libertatem conſequi l. ſi ita fuerit 41. §. vltim. D. de manum. teſtam. quod debiti operis diuerſum eſt. Adeo enim decem dies præteritos eſſe oportet, vt nec ſi heres in mora ſit operas accipiendi, repræſentetur tamen libertas ante decimum diem præteritum dict. §. quædam. Quòd ſi ne quidem fauore libertatis Vlpiani temporibus obtinuit, vt ſoluere poſſet ſtatuliber partem debitæ quantitatis. Imo verò vt nec ſi integram quantitatem per partes ſoluiſſet, impleuiſſe conditionem videretur. Planè non video, quo caſu verè potuerit Vlpianus ſcribere in dicta l. quidam 21. de reb. credit. humanius facturum videri Prætorem, ſi actorem compulerit ad accipiendum id quod offeratur. Me etiam illud mouet, quòd vt alio loco ſcripſimus, non erat officium illud Prætoris, vt pronunciaret, an partem debiti inuitus creditor accipere cogendus eſſet, ſed quoties facti quæſtio occurrebat ex litis conteſtatione ſolebat Prætor iudicem dare qui de facto cognoſceret, & pronunciaret, quòd ea res alioqui maieſtate tanti magiſtratus indigna videretur, vnde illud eſt, quod Cicero ad Quintum fratrem, Quid? Prætor ſoletne iudicare deberi? Itaque Prætoris officium aliud non erat niſi vt litem apud ſe conteſtari pateretur, ea conteſtata ſi facti emergebat quæſtio daret iudicem, poſtremo dati iudicis ſententiam exequeretur l. cùm Prætor 12. in princip. & §. 1. l. iudicium ſoluitur 58. D. de iudic. l. quod iuſſit 14. l. à Diuo Pio 15. in princip. D. de re iudicat. manſitque ius illud quouſque abrogatum fuit l. 2. C. de pedan. Iudic. Quamquam ſi litis conteſtatio facti quæſtionem, & obſcuritatem nullam pareret, Prætoris erat pronunciare, an res petita deberetur, necne l. Titiæ 35. §. 1. vbi eſt textus in hanc rem elegans nec ab vllo, quod ſciam, animaduerſus D. de aur. & argent. legat. Porro quod in d. l. quidam ſcriptum eſt ab Vlp. an. in priore legis parte, oſtendit ſatis tractaſſe illum de eo caſu quo poſt litem cõteſtatam acceptum eſſet iudicium datuſque iudex, illis verbis partem duntaxat iudicio perſequi. Iudicium enim eſt quod apud iudicem datum exercetur. Ius verò quod apud Prætorem l. 3. §. ſi quis ad pedaneum D. ne quis eum qui in ius vocat. eſt vi eximat. l. penultim. verſ. alia ſignificatione D. de iuſtitia, & iur. Vnde illa etiam differentia ius dicendi, & iudicandi tit. C. ne quis in ſua cauſ. iudic. vel ius dicat. itẽ diſtinctio eius tituli, Ne quis eum q in ius vocat. eſt, & illius De eo per quem fact. erit quomin. quis in iudic. ſiſt. Igitur de iudice dato non de Prætore Vlpia. ſenſit in d. l. quidam, atque ideo non niſi imperitè potuerunt verba illa ſubijci ſed in vtraque cauſa humanius facturus videtur Prætor. Denique moueor quòd ratio illa prorſus inepta ſit cùm ad officium eius pertineat lites diminuere. Fateor id maximè Prætori propoſitum eſſe debere vt litigantium controuerſias quantum facere põt dirimat, l. 1. §. inde quæritur. D. de ope. no. nuncia. l. ſi cuius 13. §. ſed ſi inter duos, aliàs l. æquiſſimum. D. de vſufr. ac proinde vt ſi dirimere prorſus nõ poſſit ſaltẽ diminuat. Sed cũ petenti decẽ quinque duntaxat

offerun-

offeruntur, licet cogat Prætor creditorem quinque accipere, litis tamen nullomodo diminuit. Vna siquidem tantùm lis erat de decem debitis, quæ ipsa manet perinde grandis si acceptis quinque necesse sit creditori alia quinque persequi, acsi decem tota vna eademque actione persequeretur. Imò videtur lis hæc quæ pro quinque supereſt, tantò grauior esse priore quanto grauius sit pro re minima quàm pro magna litem suscipere. Itaque minuitur quidem hoc casu quantitas de qua lis est, sed non ipsa lis aut litis materia, in quo turpiter sanè errauit Tribonianus, litem pro ea quantitate de qua lis sit, imprudenter accipiens. Et verò sententia hæc vt cogatur creditor partem debiti oblatam accipere, ex eo iniqua esse dignoscitur, quòd cùm debitori non faueat cui nimirum ea partis solutio prorsus inutilis, & sine effectu futura sit ex ijs quæ supra diximus, creditori tamen multùm noceat cuius interſit vnica potius solutione totum debitum accipere. Quin, & videri possit fauorabilius debitori ita ius constitui, vt non cogatur creditor partem debiti oblatam recipere. Sic enim fit vt moram non videatur pati creditor qui plus petit quàm ei debeatur, etiamsi pars quæ debetur non offeratur, nisi partem accipere paratum se profiteatur l. qui solidum 78. in princip. de legat. 2. Cùm si ita ius esset vt pars debiti vel inuito solui posset vtique moram in parte debita faceret debitor qui eam partem non solueret creditori, totum licèt iniustè petenti. Sanè cùm duplex debitum sit licèt sub eodem pignore cogendus est creditor alterum si offeratur accipere saluo iure pignoris l. vlt. D. quib. mod. pig. vel hypoth. soluit qui locus tantò magis ostendit si vnum, & idem debitum sit non esse cogendum creditorem debiti partem accipere. Alioqui nulla esset ad eum locum dubitandi ratio. Et verò cur sit melioris conditionis qui partem inficiatur debiti vt decem per partes soluat si ex postfacto constet debere eum decem, quàm qui totum debitum bona fide agnoscat? Hunc siquidem fatentur omnes non posse soluere partem debiti si creditor nolit accipere. Nec sanè ad hunc casum pertinet dict. l. quidam. Triboniani igitur non Vlpiani est ea additio Sed in vtraque causa. Videturque in possessore hereditatis speciali quam ratione constitutum esse vt permittatur ei partem hereditatis defendere, parte verò cedere l. permittendum 8. D. si pars hered. pet. vbi ratio redditur, quòd nihil prohibeat aliquem totam hereditatem possidere, & partem scire dimidiam ad se pertinere, de altera parte controuersiam non facere. Sensus est, ni fallor, eum ad quem pars hæreditatis pertineat in ea causa esse vt totam iustè possidere possit. Quid enim si alius nullus heres appareat? In eoque melioris est conditionis possessor quam petitor hereditatis. Petitor enim suam tantùm partem petere potest quandiu coheredes exclusi non sunt, aut repudiatione aut tempore, licèt nondum adierint l. 2. D. eo. Possessor autem possidere totam potest donec adsit qui controuersiam velit illi facere. Ideoque cùm ita faciat suo veluti iure, nec ei possit quicquam imputari, cur in illum vsque diem totam hereditatem possederit quam sciebat non nisi pro parte ad se pertinere, permittendum illi est, idest

contra

contra ſolitas iuris regulas indulgendum, vt de tota hæreditate conuentus poſſit partem defendere, alia verò parte cedere, hoc eſt, vt pro alia parte de qua non vult contendere condemnationem pati non cogatur, in fundo ſecus eſt. Aliquid enim eſt, quod prohibet ne fundum totum poſſidere iuſtè poſſit is, qui ſciat non niſi dimidiam fundi partem ad ſe pertinere, illud videlicet, quòd fieri nequeat, vt qui fundi partem aliquam habeat eum totum ex eodem titulo, nec vlla ſuperueniente noua cauſa retineat. Rerum enim ſingularum dominia non niſi ſingulis diſtinctiſque titulis, & rationibus acquiri poſſunt. Propter quã cauſam, & in d. l. quidam, non de petita hæreditate, ſed de petito fundo nominatim Vlp. loquitur. Is igitur qui fundum totum poſſideat, ſi pro toto fundo cõueniatur, cogendus eſt totum defendere, hoc eſt pro ea ſaltem parte pro qua non vult defendere pati condemnationem. Dices, at quid actoris intereſt, vtrum patiatur condemnationem reus, an cedat liberè? Reſpondeo, intereſſe non ſolum propter impenſas, & fructus, ſed etiam vt habeat peritorius firmius ex re iudicata, quàm ex ſola rei declaratione. Dicet aliquis pro Triboniano prima illa legis verba quidam exiſtimauerunt oſtendere apertiſſimè Vlpianum eo loco non tam ſuam, quàm aliorum referre ſententiam, quam nec probaſſe videatur. Veriſimiliter igitur eſſe eodem contextu expreſſiſſe. Vlp. quid ipſe ſentiret. Verùm facile eſt reſpondere Triboniauum ſi totam Vlpiani ſententiam peruertere voluit, & ad ſuum ſenſum accõmodare, non minus immutaſſe principium, quàm finem legis, vt congruerent prima vltimis. Sanè obſeruaui ſæpius nihileſſe Triboniano familiaris, ſiue in dictandis Iuſtiniani Conſtitutionibus, ſiue in corrumpendis Iuriſconſultorum reſponſis, quam vt humanitatis prætextu veram certamque iuris rationem eludat. Denique ſi æquum eſt cogi creditorem, vt inuitus partem debiti accipiat. Eadem ratione cogendus erit lite pendente totius debiti adiudicationem prouiſionalem etiam inuitus accipere ſi debitor offerat, quod tamen falſum eſt, & alio iure vtimur, non ſolùm propter onus cautionis, quod creditoribus hoc caſu irrogari ſolet, ſed etiamſi cautionem remittat debitor, quia interſit creditoris debitum recipere abſque periculo vllo reſtitutionis, & ex plena condemnatione potius, quam ex interlocutoria. Et ſanè vtroque caſu pronunciat Iudex non ſolum vltra petita, quod nec licet, ſed etiam contra petita, qui inuitum creditorem cogat accipere id quod nolit.

Ergo vt ad propoſitam diſputationem redeamus ſi debitor non offerat in ſpecie debita ſummam integram, nihil ei proderit oblatio etiamſi modicum duntaxat, & quantuluncunque deſit. d. l. 2. C. debit. vendit. pignor. imped. non poſſ. Imò nec ſolidum dicetur ſolutum ſi qd vel de vſuris deſit. l. 4. §. de ſolido. D. de fideic. libert. neque ad hunc caſum pertinebit, quod dici ſolet Prætorem non curare de minimis vulg. l. ſcio. 4. D. de in integ. reſtit. l. ſi quis affirmauit. 9. alias. l. ſi oleum. §. vlt. cum ſeq. D. de dolo. l. res bona fide. 54. de contrah. empt. nec eſſe attendendas, aut à Iudicibus admittendas inanes ſubtilitates, l. ſicut 8. §. ſi debitori. D. quibus mod. pignor. vel hypoth. ſoluit. In iis enim quæ ex

contra-

contractu, & conuentione descendunt, districtè obseruandum est, vt exactissimè seruentur omnia nec iuri alteri quæsito vnquam derogetur. Eaque mera æquitas, non iuris subtilitas dici debet. Nisi fortè poneres eum qui centum aureos obtulisse se putabat, & recusante creditore obsignauerat in calculo errasse. Illo enim casu excusandus est si sit verisimilis error calculi puta in vno aureo, aut in pluribus secundum debitæ summæ quantitatem, argum.d. l. quamuis 32. de condict. & demonstr.

Maior verò eiusdem Parisien. error in eo est, quod putat.d. numer. 691. si sors numerata sit in varijs speciebus puta in centum solatis, centum coronatis, centum ducatis, centum rosatis, sufficere totam reddere in vna specie, nec admittendum pactum contrarium tanquam nimis captiosum, & onerosum. Nam imo verò quanto maior est diuersitas specierum, quæ debentur, tanto facilior est debitori solutio in ijsdem speciebus, propter quam causam, & Edicto Gallico ita comparatum est, vt quod in aureis debetur soluendum sit partim in aureis, partim in pecunia argentea digniore puta in libris, & capitatis, partim in moneta minutiore, vt scilicet debitoribus faueretur. Cùmque pacta conuenta, quæ neque contra leges sint neque contra bonos mores perpetuo seruari oporteat, id tamen eo potissimum casu admitti debet de quo Parisien. tractat, hoc est quo eædem species de quibus reddendis conuenit numeratæ sint debitori, cur non easdem, hoc est eiusdem materiæ, & formæ debeat ex conuentione quas ex natura contractus nulla etiam inita conuentione deberet, nisi consuetudo esset in contrarium? Sed, & cum aliquando in Senatu ex facto disputaretur, an valeret pactum vt mille aurei in moneta Sabauda crediti, & tribus libris regijs æstimati redderentur in moneta regia, pronunciauit Senatus valere, quia nihil in eo fiat contra substantiam mutui quæ illa est vt tantundem reddatur, licet fiat contra naturam contractus quæ requireret vt in eadem bonitate, & qualitate materiæ redderetur. Vulgata enim est nostrorum sententia, Substantialia contractus pacto immutari non posse, Naturalia posse: de quo tractant nostri ad l. singularia de reb. credit.

Quod verò idem Parisien. existimat, ijsdem speciebus redditis, si medio tempore contigerit augeri vel minui æstimationem aureorum non eundem numerum reddi debere, sed vel minorem si aurei valor creuerit, vel maiorem si decreuerit, etiamsi nominatim conuentum sit vt idem numerus redderetur, improbabilius sanè est quàm vt refutari debeat, satisq; conuincitur ex ijs quę supra diximus, cum probauimus, etiamsi æstimati sint aurei, siue demonstrationis, siue taxationis causa, eundem nihilominus aureorum numerũ deberi, licet aliter atq. aliter, quod quoniam inde sciri potest, hic non repetemus. Multò igitur magis si aurei non sint æstimati aut si de ijsdem duntaxat non etiam de totidem speciebus reddendis conuenerit, nec æstimatio vlla aureorum facta sit, certum est totidẽ deberi aureos, nec nisi superuacuam esse possę conuentionem de eodem reddendo numero, siue aureorum valor creuerit siue decreuerit, quia cùm hoc casu non possit æstimatio esse in

solutione,

ſolutione,nulla debet æſtimationis haberi ratio,ſed id omnimodo ſol uendum eſt,quod debetur,& de quo ſoluendo cõuenit,ac proinde eædem totidemq; ſpecies.Nam & cùm aurei ſimpliciter debentur, eo nõ addito,vt reddantur in ijſdem ſpeciebus,diximus tamen cap.4. eundẽ aureorum numerum deberi ſiue in aureis reddantur,ſiue in æſtimatione præſentis temporis.Multò igitur magis totidem ſpecies reddi oportet cùm de ijſdem reddendis conuenit.Hoc ita tamen ſi non ſit mutata aureorum bonitas intrinſeca.Etenim ſi mutata ſit, ſiue aureorum valor creuerit,ſiue decreuerit,ſiue idem manſerit,æquum non eſt eũdem numerum aureorum deberi, ſed vel maiorem ſi bonitas diminuta fuerit,vel minorem ſi aucta,ſiue æſtimati aurei, ſiue non ſint , vt probauimus.ſup.d.cap.4. Perpetuò ſiquidem verum eſt habendam rationẽ bonitatis intrinſecæ ſiue nummum conſideres quatenus maſſam,quomodo cõſiderari etiam debet,vt vſum ſuum improprium habeat,ſiue quatenus nummum,& in vſu proprio,quoniam vſus ille proprius,aut maior,aut minor eſt apud cæteras gentes pro quantitate,& bonitate materiæ non pro arbitrio huius, vel illius Principis , ſiue de ea re pactum nullum interuenerit,ſiue interuenerit. Tãtùm abeſt,vt verum ſit,quod auſus eſt Pariſien.dicere pactum non valere.Cur non enim valeat , & in mutuo æquè vt in cæteris contractibus,in quibus fatetur ille nume. 817.in fin.facilius admitti poſſe pactionem . Nam vt taceam generalem illam regulam pactorum ſeruandorum.l.1.de pact.l.1.D. de conſt. pecu.quid æquius,aut iuſtius eſſe poteſt quàm vt quod redditur ſit eius bonitatis,& qualitatis cuius datum fuerat?Et,ſi propter incertum æſtimationis extrinſecæ valet pactum quo nummus ad certam quantitatẽ extrinſecam æſtimatur,vt diximus c.2.Cur non valebit pactum , quod etiamſi expreſſum non ſit , tacitè tamen ineſſe intelligitur , De eadem bonitate,& qualitate reddenda.l.3.de reb.cred.Atq; hanc eſſe communem,& indubitatam noſtrorum ſententiam tam in ſcholis,quàm in foto fatetur ille d.nu.813.poſt Purpurat.in d.l.cum quid uum. 16.

Nec ad rem pertinent,quæ ille in contrarium obijcit.num.814. Ait primùm ſicut vſum monetæ ita definitionem probitatis illius eſſe iuris publici.l.1.D.de contrah. empt. Ergo pactionibus priuatorum mutari non poſſe l.ius publicum.D.de pact. Igitur ſufficerè debitam pecuniam ſoluere ſecundum vſum , & probitatem publicè definitam tempore ſolutionis . Neganda eſt conſecutio ſi debitam pecuniam intelligas debitum numerum aureorum , qui mutui tempore huius erant , vel illius bonitatis,aut ponderis. Fieret ſanè contra ius publicum,& argumentum concluderet , ſi creditor recuſaret accipere ſolutionem in aureis nouis , licet intrinſecus diminutis . Cùm enim authoritate nitantur publica , non poteſt recuſari ſolutio,quæ in ijs offeratur. Sed illud contendo tanto maiorem numerum præſtari debere, quanto ſunt deteriores creditis , vt quod quantitati deeſt , & ponderi, numero compenſetur . Neque enim quærendum eſſe de æſtimatione cum aurei fuit crediti , præſertim cum in ijſdem ſpeciebus reddendi ſint , nec rurſus de numero tantum (ne alioqui admittamus , quod omnium iudicio falſum eſt , ſufficere vt totidem aureos reddat debitor , licèt

intrin-

intrinſecus, & extrinſecus diminutos,) ſed de magnitudine, ponde-re, & bonitate materiæ ex qua ſumitur tota ratio valoris impoſititij. d.l.1.de cont.empt.

Obijcit ſecundò non licere pecuniam publicam maiori, vel minori precio dare, vel accipere quàm ſit publica indicatura. l.1.C.de vet.num miſm.poteſt.lib.11. Igitur non poſſe fieri pactum in contrarium, ſed non obſtante pacto debere recipi ſecundum publicam æſtimationem. Reſpondeo, quod proximè dixi, eum qui ſit aureorum debitor, aut creditor non illud inſpicere debere cuius æſtimationis ſint aurei præ-ſertim cùm eædem ſpecies reddendæ ſunt, ſed tantum quinam aurei debeantur, vt ijdem ſoluantur. Porrò alij deberi non poſſunt, quàm qui ſunt crediti. Proinde eiuſdem materiæ, bonitatis, & ponderis cu ius erant qui fuerunt crediti: alioqui ſequeretur pro nummis aureis ſol ui poſſe ferreos, aut æreos, ſi eandem publica lege habeant æſtimatio-nem, quod tamen abſurdum fuerit. Nam cuiuſcumque æſtimationis ſint aurei, ſemper verum eſt dicere maioris futuros eſſe æſtimationis, ſi non fuiſſent diminuti, aut minoris ſi non fuiſſent aucti, niſi in id ab-ſurdum recidas, vt putes ſolam formam characteris eſſe inſpiciendam, non etiam magnitudinem, & pondus materiæ, quod eſſet contra. d.l.1. C.de vet.nummiſm.poteſt.

Obijcit tertiò non poſſe pecuniam publicè ſignatam promitti, vel in diſpoſitionem deduci tanquam maſſam, ſed ſolum tanquam pecu-niam; nec poſſe à priuatis, quantumcunque dominis conflari, vel in alium vſum conuerti corrumpendo ſubſtantiam, & deſtinationem mo-netæ publicæ. Igitur nullo modo poſſe ſuſtineri pactum de diuerſa probitate monetæ à publica nunc currente, ſiue pecunia conſideretur, vt moneta ſiue, vt maſſa. Neganda primum eſt propoſitio. Cùm enim pecunia conſtet ex materia, quæ ipſa ſuam habeat æſtimationem, poteſt vtique de nummo aureo contrahi tanquam de maſſa auri, ſiue permutando, ſiue alia qualibet ratione dummodo non confletur pecu-nia nec corrumpatur à priuatis. Sed & nihil vetat priuatum homi-nem tanquam dominum aureorum vendere aureos magiſtro moneta-lium qui publicam cudendæ monetæ poteſtatem habeat, vt ij aurei, ſi forte ſint maioris ponderis, quàm cæteri qui cudi ſolent, conflentur, & ex ijs noui aurei fiant minoris ponderis. Quòd cum euenit pluris eos ſanè comparari neceſſe eſt, ſicut ex contrario ſi noui aurei ſint melio-res, neceſſario conflandi ſunt veteres, qui cum non ſint debiti ponde-ris nullam habere poſſunt publicam æſtimationem dict.l.1.C.de veter. nummiſma.poteſta. Porrò cum vendentur, vt ex ipſis boni aurei con-flentur, neceſſe erit tanto minoris vendi quanto minus habebunt ma-teriæ. Creditoris igitur ſemper intereſt, vt ſi aurei ſint diminuti in-trinſecus ſoluatur ei de veteribus, licet nouorum maior ſit, quàm ve-terum æſtimatio extrinſeca, quia verum eſt, vt dixi, tantò maioris fu-turos aureos æſtimationis, quantò maioris futuri ſint ponderis. Et ex contrario ſi aucti ſint aurei, ſemper debitoris intereſt ſoluere ex vete-ribus potius, quam ex nouis, licet minor ſit auctorum, quàm eſſet ante augmentum extrinſeca æſtimatio, quoniam, tanto minoris æſtimatio-

nis

Digitized by Google

nis futuri ſint aurei quanto minoris erunt ponderis. Secundò dico licitũ eſſe nummos etiã quatenus nummos, & ea ratione permutare nonnullo ab alterutra parte conceſſo alteri precio, etiam inter priuatos. Sic enim concludit Dyda. d. cap. 7. num. 4. concluſ. 3. vbi ait quòd licet primus, & proprius vſus pecuniæ ſit ad emendũ, & vendendum, vt ſit alterius rei precium d. l. 1. de contr. empt. Ita vt quod ad hanc partem nulli liceat tranſgredi æſtimationem eius à lege taxatam, eſt tamen, & alter pecuniæ vſus improprius, nempe vt permutetur pecunia cum pecunia, & ad hoc non habet à lege taxatam quantitatem nec valorem, ſicut nec cæteræ merces, vt docet Thomas 1. lib. 2. de regim. Princ. cap. 14. Syluester in verb. vſura 4. quæſt. 2. & 3. Atqui commodo iſto vtendi pecunia tanquam merce priuaretur aut ſaltem damnum in eo pateretur creditor, qui accipere cogeretur aureos intrinſecus diminutos. Sicut, & creditor qui cogeretur ſoluere aureos intrinſecus auctos. Vt ergo neuter damnum ſentiat neceſſe eſt ita ius conſtitui, vt intrinſeci augmenti ſi quod acciderit, itemque diminutionis intrinſecæ ratio omnino habeatur. Tertiò negari poteſt conſecutio. Etſi enim pacto fieri non poteſt vt tanti non ſit publicus aurei valor quanti publicè definitus eſt, fieri tamen facilè poſſit vt præſtetur ad certam æſtimationem extrinſecam, quæ alia ſit quàm publica. Alioqui reijciendæ eſſent pactiones omnes De aureis æſtimatis quod falſum eſt, vel ſatente ipſo Pariſien. nu. 816. ad fin. verſ. tertium autem. Quod cũ ita ſit, illud quoque longè facilius admitti debet valere pactũ De reddendis aureis in eadem bonitate intrinſeca, quia in eo nihil ſit contra legem publicam quę cùm ſtatuit vt nummi talis ponderis talem habeant æſtimationem, non prohibet quominus maioris ſint æſtimationis, qui maioris ſint ponderis, aut minoris æſtimationis qui minoris ſint ponderis. Imò hoc ipſum ſatis conſtituit eo ſolo quòd materiæ quæ ſit huius certi ponderis det talem æſtimationem. Quanquam enim aurei, qui non ſunt debiti ponderis, ſed vel maioris, vel minoris nullam habent certam, & à lege ſtatutam æſtimationem, quæ res Pariſien. impoſuit, certum tamen eſt ex relatione ad certam æſtimationem illam quæ certo ponderi ſtatuta eſt, quòd aurei qui tanto plus, aut minus habent ponderis, tanto plus quoque habere debeant, vel minus extrinſeci valoris. Cuius augmenti vel diminutionis vtilitas euidens apparet non tantum ſi aurei conflandi dentur monetario publico, aut cùm alia pecunia permutentur, quod vtrunque fieri poſſe diximus, ſed etſi velit quis aureos in emptiones, & negociationes impendere. Nemo enim dubitat quin apud cæteras gentes ex quarum vſu, & cõmercio toties diximus diſcernendum verum nummi valorem impoſititiũ, pluris futurus ſit aureus qui plus habiturus ſit ponderis, quàm qui minus. Nimirum quoniam plus poteſt apud eos magnitudo, & pondus materiæ quàm authoritas extranei Principis cuius ſit character. Propter quã cauſam prohibitum eſt lege Cornelia de falſis, ne liceat nummos publicos radere. l. quicunque 8. D. ad leg. Cornel. de falſ. ideſt in ſuperficie plana diminuere, at nec eorum circumferentiam circumcidere. l. 1. C. Theod. de falſ. monet. & tit. eod. C. ſi quis ſolidi circulum exteriorem

teriorem Inciderit, nimirum,quod neutrum fieri possit *quin diminuatur* pondus aurei ex quo postea fieri necesse sit vt *diminuatur* quoq ie extranea æstimatio licèt idem character manserit.

Quartò obijcit Parisien.pactum illud quo conuenit, vt eadem bonitas intrinseca reddatur habere speciem quandam aleę,*quæ ad nihil est* opportuna, inquit, nisi ad supergressiones alterutrarum partium, vt proinde magis expediat è Republica explodi,quam admitti? Nego habere speciem aleæ, quia licet in dubio sit, an auctarus sit Princeps bonitatem intrinsecam aureorum, an diminuturus. Certum tamen est, quænam sit hodie bonitas illa intrinseca, de qua reddenda conuenit. Sed & illud certum quoque est, siue augeatur bonitas intrinseca, siue minuatur, siue augeatur valor extrinsecus, siue minuatur, futurum vt pro quantitate ponderis materiæ æque bonæ pluris sit aureus qui plus habeat ponderis, minoris qui minus. Neq; in ea re captio vlla esse potest aut debitoris aut creditoris quicquid dicat Parisien. num.816.& 817. Imò ex contrario aleatoria prorsus, & captiosa potius effet pactio illa, quam tamen ille admittit De certa aurei æstimatione præstanda, siue bonitas intrinseca aurei creuerit, siue decreuerit Ita enim fit vt qui centũ aureos credidit fortasse septuaginta quique duntaxat recepturus sit, aut vt qui centum mutuos accepit,centum, & viginti sit restituturus. In quo tamen nihil est absurdi propter futuri euentus incertitudinem arg. d.l.de fideicommisso 11. C. de transact.l. 1.C.de pact.l.si patet 12.C.de inofficios.testament.l.oleo C. de vsur.quę incertitudo si non esset non valeret sanè pactio,vt qui centum duntaxat accepisset,centum, & viginti restitueret d.l.rogatti 11 §.si tibi D. de reb.cred.

Quintò obijcit quantumcunq; in legato vel promissione certa auri vel argenti massa deducta sit, tamen neminem præcisè obligari de iure ad massam ipsam, quin etiam nec ad pecuniam eiusdem materiæ, & bonitatis conuentæ, sed liberari dando æstimationem in qualibet proba moneta vsuali, & ærea ex l. 2. §. fin. l. cùm certum 8. L.cùm aurũ 19.de auro,& argent.legat.l. si quis argentum C.de donat. Multò minus ergo,inquit, certa qualitas seu potiùs intensa quantitas deduci potest in obligationem, præsertim in moneta publica, quæ non videtur esse in commercio priuatorum, nisi quantum ad indicaturam seu valorem extrinsecum publicè definitum. Dico obiectionẽ esse ridiculam, vt, & Parisien ipse fatetur num.815. ad finem. Non enim nego quin solui possint veteres aurei in proba moneta currenti (nisi dictum sit vt reddantur in ijsdem speciebus) sed dico si in æstimatione soluantur, habendam esse omnino rationem intrinseci augmenti, & intrinsecæ diminutionis, etiamsi nihil dictum sit, hoc est tantò plus minusve soluendum de proba moneta currente, ne alioqui iniuria fiat vel creditori si meliores crediderit, aut debitori si deteriores.

Sexta obiectio est quòd si debitor soluens in meliore moneta deduceret æstimationem augmenti intrinseci non redderet tantam summam quantam recepit, & in vsus suos conuertit, vel conuertere potuit.

Digitized by Google

potuit. Negandum id est. Quia imò vero si non deduceretur augmentum intrinsecum, plus redderet debitor quàm acceperit, non quidem in numero, sed in quantitate, & pondere, cuius semper habenda ratio est, cùm ex pondere sumatur proportio valoris extrinseci. Ergo vt reddatur tantundem non plus, deduci oportet augmentum intrinsecum. Itemquem ex contrario suppleri diminutionem intrinsecam ne minus alio jui soluere videatur qui soluit in specie diminuta, vt patet ex superioribus.

Quod postremo objcit debitorem non teneri supplere verum, & efficax decrementum intrinsecum, ac proinde nec posse deducere augmentum intrinsecum per locum ab eadem contrariorum disciplina, apertè præsupponit falsum. Diximus enim, & probauimus perinde suppleri debere intrinsecum decrementum atque intrinsecum augmentum deduci. Sicque argumentum hoc in ipsum retorquetur, vt eadem sit contrariorum disciplina.

Sed videamus, an valeat pactum illud, vt intrinsecæ bonitatis ratio nulla habeatur, hoc est vt siue crescat, siue decrescat bonitas intrinseca eundem aureorum numerum reddere sufficiat. Dico distinguendum esse, inter augmentum, & diminutionem. Si conueniat vt augmentum non possit deduci, non valet pactio. Perinde enim est, acsi conueniret, vt centum creditis redderentur centum, & viginti, quod fieri non potest. l.si tibi 17. D.de pact.l.cùm vltra 9. C.de non numer. pecun. At si conueniat vt diminutio non suppleatur, valebit pactum, in fauorem debitoris. Perinde enim fuerit acsi conueniret, vt creditis decem non redderentur nisi nouem,quod pacto fieri posse cõstat, adeo vt ipso iure non nisi nouem debeantur. d.l.rogatti 11. §.si tibi de reb. credit. Ratio dissimilitudinis non illa est, quòd fauorabilior esse debeat debitor quàm creditor, sed ex natura contractus mutui propterea, quòd non possit contrahi re obligatio supra quam datum sit, vt in maiorem quantitatem,quàm quæ numerata sit debitor obligetur. Possit tamen infra qtàm datum sit, idest ita vt in minorem quantitatem, quàm quæ numerata sit debitor teneatur.

Si trecentæ libræ creditæ sint in centum aureis quorum æstimatio postà creuerit, vel decreuerit, quid debeatur. Cap. VIII.

TRactauimus hucusque casus omnes quibus aurei debeantur, siue æstimati, siue non æstimati, & siue aureorum valor intrinsecus aut extrinsecus creuerit, siue decreuerit. Nunc videndum est, quid si trecentæ libræ sint creditæ in centum aureis, quod eo tempore centum aurei non nisi trecentis libris digni essent, postea vero aureorum valor extrinsecus creuerit, ita vt solutionis tempore idem aureorum numerus quadringentis libris æstimetur. An centum aureos reddi oportebit, an libras trecentas, an potius quadringenta? Idemq;

ex contrario tractari poteſt ſi mutui tempore quadringentis libris æſtimabantur centum aurei, ſolutionis vero trecentis tantum. Et communis noſtrorum ſententia eſt videri hoc caſu centum aureos venditos ad æſtimationem trecentarum librarum, ideoque tanti ſemper æſtimandos, nec vnquam aut pluris aut minoris quoties libræ reddantur. Sed ſi tamen malit debitor aureos ſoluere eſſe in ipſius facultate, & electione, ita vt ad eam quæ ſolutionis tempore præſens eſt æſtimationem accipere creditor teneatur. Sic Dydac. Couarr. dicto cap. 7. concluſ. 9. & 10. ex Bart. in l. Paulus 99. quæſt. penult. de ſolut. Albert Brun. in tractat. De augm. & diminut. monet. concluſ. vltim. limit. 8. Curt. iun. conſil. 24. numer. 6. & Socin. conſi. 6. lib. 1. Ange. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle 57. D. de ſolut. per illum textum in quo Vlpianus ſcribit. Si quis ſtipulatus fuerit decem in melle, ſolui quidem mel poſſe, antequam ex ſtipulatu agatur, ſed ſi ſemel actum ſit, & petita decem fuerint, amplius mel ſolui non poſſe. Ego vero vt reni illam apertius diſcutiam, illud primum ſtatuendum arbitror ex communi noſtraque opinione, non poſſe id locum habere illo caſu quo aurei ſint intrinſecus diminuti. Nunquam enim licet debitori aureos intrinſecus diminutos reddere in eodem numero, ſed quod quantitati, & ponderi deeſt ſupplere debet in numero, ne alioqui in eius poteſtate ſit minus ſoluere. In eoque omnes conueniunt, excepto Pariſien. & aliis perpaucis, quorum ſententiam, & obiectiones abundè ſupra refutauimus. Procedit igitur cùm idem aureorum manſit valor intrinſecus (nam ſi eſſet auctus nunquam eligeret debitor, niſi valde ſtultus in aureis ſoluere) extrinſecus verò diminutus eſt. At videamus ne hoc caſu aliud potius dicendum ſit. Illud enim conſtat ſiue crediderim tibi libras trecentas in centum aureis, ſiue ſtipulatus ſim, non aureos eſſe in obligatione, ſed libras: dicta l. ſi quis ſtipulatus. Inde igitur ſit, vt non poſſim à te centum aureos petere, ſed libras, ac proinde trecentos cùm trecentæ in ſtipulatum deductæ ſint aut creditæ. Vnde ſit etiam, vt ſi centum aureorum valor creuerit vſque ad quadringentas, non tamen poſſim petere quadringentas eiuſdem bonitatis, & qualitatis, cuius erant trecentæ obligationis tempore, quia nimirum Fieri nequeat, vt quadringentæ in trecentis contineantur. In eoque differt obligatio centum aureorum ab obligatione trecentarum librarum. Nam ſi centum aurei deberentur, iam ſupra diximus, quod licet mutui tempore trecentis tantùm libris æſtimarentur, ſi tamen eorum æſtimatio creuiſſet vſque ad quadringentas, reddendi eſſent centum aurei, & ſoluendi, aut in ijſdem totidemque ſpeciebus, aut in libris quadringentis, nimirum quoniam, vt trecentæ libræ commutari poſſint in quadringentas, ſit mediante aureo qui debetur, quique duplicem habuit æſtimationem. At cùm aurei non debentur, medium nullum eſt per quod fieri poſſit, vt libræ trecentæ euadant in quadringentas. Trecentæ igitur omnimodo debentur. Nec hoc caſu quærendum eſt an aurei ſint in ſolutione. Quis enim tam ſtupidus ſit vt malit ſoluere centũ aureos dignos libris quadringẽtis, ſiue ea æſti-

ea æſtimatio iuſta ſit, ſiue iniuſta quàm trecentas libras? Sed ſi aureorum valor extrinſecus diminutus ſit, credibile eſt electurum debitorem ſolutionem trecentarum librarum in centum aureis, ſi id poſitum ſit in eius arbitrio, & poteſtate. At non puto id ei perpetuo licere debere, ſed ita demum ſi centum aurei tantum ſint in ſolutione, puta ſi crediderim tibi trecentas libras, ſiue in centum aureis, ſiue in alia nummorum ſpecie, hoc tamen addito ſoluendas in centum aureis. Tunc enim euidens eſt voluntas contrahentium, vt trecentæ libræ ſoluantur in aureis centum, licet minoris facti ſint centum aurei, quia etiamſi pluris facti eſſent, centum tamen deberentur, ex conuentione. At finge nihil aliud ſcriptum fuiſſe niſi quòd numeratæ ſint libræ trecentæ in centum aureis, nec quicquam dictũ de ſolutione. An admittendum erit centum aureos ſolui poſſe? Puto ego non eſſe hoc caſu aureos 100. in ſolutione niſi quatenus efficiant quantitatem trecentarum librarum. Et ideò ſi aureorum valor decreuerit vt hodie centum aurei non trecentis, ſed paucioribus libris æſtimentur, non eſſe permittendum debitori vt ſoluat centum aureos cùm trecentas libras debeat, nec tanti ſint centum aurei. Nec ad rem pertinet quòd non niſi centum aureos acceperit. Toties enim inſpiciendum eſt quid debitor acceperit, quoties idipſum eſt in obligatione quomodo regulariter in mutuo, quod re, & numeratione contrahitur, in obligationem deductum cenſendum eſt quod fuit numeratum. Sed ſi voluntas contrahentium faciat vt numeratis aureis, libræ nihilominus ſint in obligatione (hoc enim ideò fieri poteſt quia libræ numerari poſſunt in aureis, vt, & in alia qualibet nummi ſpecie) non corpora ipſa aut ſpecies aureorum ſunt in obligatione, nec in ſolutione, cum de ſolutione nihil dictum ſit, ſed libræ quæ in aureis traditæ ſunt ac proinde trecentas libras o mnimodo reddi neceſſe eſt, non quidem in librarum ſpeciebus, ſed in aureis quoque, & alia qualibet proba moneta dummodo non minutiſſima, & ad trecentarum vſque librarum æſtimationem. Quaſi hoc caſu perinde ſit acſi aurei in obligationẽ deducti, eſſent æſtimati tribus libris ſinguli quos ſi factum eſſet, vtique non liceret centum aureos ſoluere ſi minorem, quàm trecentarum librarum quantitatem efficerent, ſicut ex diuerſo aucta æſtimatione centum aureorum ad 400. vſque libras non centum aurei ſoluendi eſſent, ſed 75. duntaxat, alioqui nihil prodeſſet conuenta æſtimatio quam tamen non demonſtrationis, ſed taxationis cauſa factam ponimus, vt diximus ſupr. cap. 2. Nec ſanè video quid interſit an crediderim tibi centum aureos trecentis libris taxandi animo æſtimatos, an crediderim trecentas libras in centum aureis, cùm vtroque caſu non aurei ipſi ſint in obligatione ſed eorum æſtimatio; & quidem illa de qua conuenit. In ſolutione verò vtroque etiam caſu ſint quidem aurei ſed non tanquam aurei, at vt alia proba quælibet nummi ſpecies, & ita tamen, vt initæ æſtimationis ratio potiſſimum habeatur, & prout aucta illa fuerit vel imminuta, aureorũ quoque numerus vel augeatur vel minuatur. At ſi à te ſtipulatus ſim trecentas libras in centum aureis, videntur ea verba in centũ aureis ad ſolutionẽ

referenda, acsi stipulatus essem trecentas libras soluendas in centum aureis, cùm nec ad obligationem referri possint quæ librarum sint non aureorum, nec ad causam obligationis quomodo in mutuo contingere diximus. Ideoque idem prorsus hoc casu admittendum puto quod in illo quo crediderim tibi trecentas libras soluendas in centum aureis, hoc est vt centum aurei omnimodo debeantur, sed aucti vel extrinsecus siue diminuti. Illa enim verba in centum aureis quæ in mutuo ideireo adiecta videri possunt vt appareat in qua numismate specie facta fit numeratio, non possunt interpretationem hanc recipere in stipulatione, nec nisi ad solutionem referri. Ex quo apparet hanc casibus, hoc est, siue crediderim tibi libras trecentas soluendas in centum aureis, siue à te stipulatus fuerim libras trecentas in centum aureis adeò esse aureos in solutione vt in alia nummi specie non possis soluere. In eoque videntur mihi errare nostri qui stipulationem hanc illi comparant qua quis stipulatus sit decem in melle. Nam adiectio in melle facit debitori potestatem soluendi in melle cùm alioqui non nisi in pecunia numerata posset soluere: ex regula quæ negat aliud pro alio solui posse. & cùm debitor mel soluit non solum decem, sed mel pro decem id est aliud pro alio ex non improbata lege conuentionis. Vnde etiam euenit vt nec mel possit creditor petere, nec vt decem soluantur in melle, quod magis mirũ est, tantùm vt decẽ soluantur, adeò vt peritis decem non amplius liceat debitori mel soluere nisi iterum creditor consentiat, d.l. si quis stipulatus. Sed creditis aut in stipulatum deductis trecentis libris, soluendis in centum aureis, potest creditor aut stipulator petere vt soluantur sibi 300. libræ in centum aureis, & recusare quominus in alia qualibet nũmi specie solutio fiat, nempe quoniam qui soluit trecentas libras in centum aureis tantidem æstimaris non soluit aliud pro alio, sed pecuniam pro pecunia, & idipsum quod debetur: ideoque sicut agens creditor ex stipulatu non adimit debitori potestatem soluendi in aureis eodem quoque aureorum numero, etiamsi eorum æstimatio decreuerit, ita nec sibi iuris petendi trecentas libras in centum aureis, quamuis eorum æstimatio creuerit, non enim hoc casu videntur centum aurei trecentis libris æstimari vt trecentas libras in vtrũque casũ augmenti vel decrementi reddere oporteat, sed è contrario trecentæ libræ æstimatæ videntur centum aureis vt siue pluris illi sint siue minoris tempore solutionis, centum aurei reddi debeant. Nec videri potest pactio vsuraria, & prohibita, cùm quemadmodum fauorabilis est creditori aucta aureorum æstimatione, ita sit fauorabilis debitori eadem æstimatione diminuta, nec habeat certi lucri rationem vllam quod necesse esset vt prohibita conferretur. Itaque diligenter inspiciendum est quibus verbis concepta sit conuentio, & de quo negotio. Si negotium tale sit, ex cuius natura contrahatur obligatio, puta ex causa mutui dati soluendi dotis solutæ reddendę, pretij soluti restituendi, distinguendum est, an ita scriptũ sit, mutuos tibi do, aut in dotẽ, aut precij noie aut depositi aut cõmodati aut pignoris, trecẽtas libras in centũ aureis solaribus, nulla solutionis facta mẽtione, hoc est nõ adiecto eo in qua moneta solutio fieri debeat an

an verò ita trecentas libras ſoluendas in centum aureis. Priore caſu libre tantùm exque trecentæ ſunt in obligatione, & ſolutione, aurei verò nec in obligatione nec in ſolutione, niſi quatenus proba alia quælibet moneta dummodo non minutiſſima, & ita vt trecentarum librarũ quantitas ex præſenti eſtimatione aureorũ ſolutionis tempore conficiatur, ſiue creuerit illa, ſiue decreuerit, ſiue intrinſecus, ſiue extrinſecus. Diſtinctio ſiquidẽ illa intrinſecæ aut extrinſecæ mutationis locũ habere nõ poteſt niſi cùm aurei ſunt vel in obligatione vel in ſolutione, ſed illud tantũ exigimus vt trecẽtæ libræ ſoluantur ad eũdẽ valorẽ intrinſecum, & extrinſecũ qui erat contractus tempore non relatione facta ad aureum qui nullomodo debetur (fieri enim poteſt vt trecentæ libræ non conficiant hodie centum aureorum numerum quem obligationis tempore conficiebant, nec tamen diminutæ ſint intrinſecùs aut extrinſecùs) ſed inſpectis per ſe libris ipſis an ſint eiuſdem bonitatis intrinſecæ, & eiuſdem currentis valoris extrinſeci: quomodo hac noſtra ætate vidimus in tanta aureorum, & monetarum æſtimationis variatione libras regias ſemper eſtimatas viginti ſolidis regijs, libras noſtras quas Ducales vocamus viginti ſolidis Ducalibus, nec intrinſecus tamen, vt puto, quanquam non auſim affirmare, diminutas. Poſteriore vero caſu, hoc eſt cùm ita ſcriptum eſt trecentas libras ſoluendas in centum aureis Dico trecentas libras eſſe quidem in obligatione ſed aureos eſſe in ſolutione, nec tam in facultate quàm in neceſſitate ſoluendi, hoc eſt non poſſe fieri ſolutionem niſi in centum aureis, cuiuſcunque tandem ſint illi æſtimationis, ſolutionis tempore ſiue maioris quàm antea ſiue minoris, dummodo non aucti vel diminuti intrinſecus, ac proinde eſſe aureos quoq; in obligatione. Diſſimilitudinis ratio eſt quod priore caſu videntur centum aurei venditi precio trecentarum librarum, vt rectè explicat Dydac. dict. conciuſ. 9. quæ vera eſt, in eo tantùm errans quòd in concluſ. 10. tradit aureos in illa eadem ſpecie eſſe in facultate ſoluendi, quod fieri nullomodo poteſt. Nam ſi 100. aurei cenſentur venditi precio trecentarum librarum non poteſt fieri vt trecentæ libræ ſolui debeant in iiſdem totidemque ſpeciebus non magis quàm vt pro precio rei quàm tibi vendidi tu rem ipſam inuito mihi reſtituas. Facta etenim venditione non amplius quærendum eſt quid venditum ſit ſed quantùm debeas precij nomine. Alioqui crediti centum aurei potiùs quàm venditi viderentur. Atqui trecentæ tantùm libræ pro precio debentur: Ergo nec ſolui poſſunt centum aurei pro 300. libris inuito creditore ſi fortè aureorum valor extrinſecus decreuerit vt hodie 100. aurei non efficiant libras 300. quia ſic eueniret vt minus ſolueretur quàm deberetur, præſertim cum ſi ex contrario aucta eſſet centum aureorum æſtimatio ad quadringentas vſque libras non poſſet creditor ab inuito debitore aut centum aureos aut libras quadringentas exigere, vt noſtri omnes fatentur. Cur ergo melioris in pari cauſa condicionis ſit debitor? Dices non eſſe hic parem debitoris, & creditoris cauſam, quia ex parte creditoris nihil ſit quod det ei facultatem exigendi aureos, cùm libræ tantùm ſint in obligatione. At ex parte

debitoris verba illa in centum aureis videntur dare ipsi facultatem solu-
uendi aureos arg. d. l. si quis stipulatus fuerit decem in melle de solut.
Sed iam dixi verba illa in centum aureis si aliud nihil dictum sit ad
numerationē referri, & ad causam obligationis potiùs quàm ad so-
lutionem. Nihil enim prohibet credere me tibi aut in dotem dare cre-
centas libras in centum aureis, & tamen posse te inuito mihi trecen-
tas libras in alia recepta nummi specie reddere. Et verò ita ius est, ni si
minatim conuenerit vt solutio fiat in aureis. At in specie d. l. si quis
non potest illa adiectio in melle facere, vt videatur mel esse in obli-
tione, cùm stipulatus sum decem in melle, nec rursus eum habere sen-
sum quasi decem à me habueris in melle, sed cùm stipulationem ita
concipi necesse sit Decem dabis in melle, apparet eam adiectionem
referri ad dationem, & solutionem, proindeque ex ea competere
electionem debitori, vt si velit possit mel pro decem soluere, dum-
modo soluat priusquam decem petita sint. Peti enim sola decem
possunt, vt supra diximus, nec rursus decem dari in melle, quia cùm
decem sola sint in obligatione, absurdum esset ex stipulatu plus peti
quàm quod sit in obligatione. In eo igitur errant nostri, quod pu-
tant eum cui ex quacumque causa traditæ sint trecentæ libræ in cen-
tum aureis facultatem habere soluendi centum aureos, vt liberetur
etiamsi solutionis tempore aureorum æstimatio sit diminuta.

At posteriore casu, hoc est cùm euenit vt trecentæ libræ, siue in au-
reis centum, siue in alia nummi specie (nihil enim refert) traditæ
reddantur in centum aureis. Dixi centum aureos non tam esse in
facultate quàm in necessitate soluendi, & eodem rem recidere, acsi
centum aurei essent traditi ea lege vt in ijsdem totidemque speciebus
redderentur, nempe quia non solum ea corpora nummorum
quæ tradita sunt, videantur libris trecentis vendita, sed etiam ex
libræ trecentæ vicissim centum aureis retro venditæ. Pro quibus
scilicet actum sit, vt centum aurei reddantur. Aut potius videntur
corpora tradita si aurei non fuerunt, velut breui manu cùm cen-
tum aureis permutata, sin aurei fuerunt, quoniam non pauciores
quàm centum traditos esse necesse est) alioqui pactum non valeret,
vt plures redderentur dicta l. rogasti §. si tibi de reb. credit.) nihil
prodest facta in libris æstimatio, sed perinde est acsi centum aureis
traditis cōuenisset vt totidem restituerentur. Ideòque puto defendi
posse non improbabiliter aureos hoc casu non solum in solutione esse,
sed etiam in obligatione cùm fieri nequeat, vt in obligatione non
sit id cuius soluendi necessitate debitor adstringitur, iuxta obliga-
tionis diffinitionem à Iustiniano traditam, & consequenter peti pos-
se aureos centum, aut quod idem est trecentas libras soluendas in
centum aureis. Ex quo apparet neque ad hunc casum pertinere,
quod scriptum est in dicta l. si quis. Cùm enim stipulor decem in
melle siue nominatim exprimam decem soluenda in melle, siue nihil
de solutione, nō pōt is sensus esse stipulationis, vt mel ipsum sit in obli
gatione, qa mel & decē differūt toto genere, nec pōt res fungi vice pe-
cuniæ, aut pecunia vice rei nisi p negociationē. l. vēd. 21. de hær. vel act.
vendit.

vẽd. Itaq; vel decẽ duntaxat oportet eſſet in obligatione, vel mel tã tùm,vel vtrunque ſimul cùm ſtipulatio non ſit alternatiua. Atqui nec mel dici poteſt eſſe in obligatione, nec proinde vtrunque, ſed decem, quia ſtipulatus ſum decem,licet eo addito in melle. Sola igitur decem peti debent. At verò cùm ſtipulor libras trecentas in centum aureis, videor ſtipulari centum aureos, nec quicquam intereſt vtrum centum aureos ſtipuler, an libras 300.in centum aureis, quia trecentæ libræ naturaliter ex quo vſus nummi introductus eſt, & vi ipſa continentur in centum aureis ſicut, & in alia qualibet æquipollenti nummi ſpecie. l.quæ extrinſecus 65. de verbor. obligat. Proinde nihil vetat vno perinde atque alio caſu aureo eſſe in obligatione, & peti poſſe. Et hæc ſententia eo verior eſt, & æquior quod inſpecto initio non magis ſit fauorabilis debitori quàm creditori aut contra. Nam ſi aureorum valor extrinſecus creſcat, fauorabilis erit ex euentu creditori,cui non eo minus reſtituendi erunt centum aurei,quod hodie efficiant libras 400. qui olim non niſi 300. efficiebant. At ſi decreſcat fauorabilis erit debitori qui liberabitur ſoluendo centum aureos, tametſi non efficiant illi hodie trecentas libras quas contractus tempore efficiebant, nimirum quia ſic dicta lex eſt ſolutioni.

Duo tantum hac in re obſeruanda ſunt, vnum illud ne vlla ſit debitoris captio tempore obligationis inſpecto. Etenim ſi cùm æſtimaretur aureus libris quatuor crediderim tibi libras trecentas ſoluendas in centum aureis poſt annum, tametſi fieri poſſit eo tempore, vt centum aurei non niſi trecentis libris digni ſint, pactio tamen non ſolum vſuraria cenſenda erit, & illicita,ſed etiam contra naturam ipſius mutui, quia fieri non poteſt, vt ex mutuo obligeris in plus quàm illud ſit quod re vera accipis. Potes quidem obligari vt mutuum reddas in alia materia, & in alia forma nummorum, quàm in qua acceperis, vt diximus ſuperiore capite. Item vt minus quàm acceperis reſtituas, ſed non vt plus reddas d.l.rogaſti §.ſi tibi cum ſimilibus.Præſertim cùm in poteſtate eſſe debeat debitoris mutuum quandocunque reddere, vel eodem ipſo die (dummodo id fiat abſque præiudicio vſurarum conuentarum l.qui Romæ 122. de verbor.oblig. de cuius ſententia ſcripſimus lib.Coniect.cap.1.) atque adeo ipſum contractus tempus, & initium inſpiciendum eſt l.ſi tantum 12. D.de S.C. Maced.l.ſi procuratorem 8. in princip.D.mandat.vulg.l.ſi filiusfamilias 78. de verb.oblig. Nec ad rem pertinet, quod poſſit æſtimatio aurei decreſcere in tantum vt trecentæ libræ pluribus quam centum aureis æſtimentur.Nam & ex contrario poſſunt etiam creſcere, quod ſi eueniret magis adhuc debitor læderetur. Itaque incerti decrementi futuri compenſatio facienda eſt cum incerto augmento futuro, vt par in vtrunque caſum dubij euentus ratio ſit, non autem certi damni, & præſentis, quod ex præſenti aureorum æſtimatione appareat cum futuro eoque incertiſſimo, nec vero probabili commodo. Et ſanè ſi caſus hic contingeret. Dicerem ad eam aureorum quantitatẽ reduci debere ſtipulationem,quæ contractus tempore trecentis libris æquipolleret initio nimirum inſpecto arg. l.3. §.ſcio etiam D.de minor. Alterum eſt ne quod ſupra diximus eo

casu admittamus quo aucta sit, vel diminuta bonitas intrinseca. Qui enim sic contrahunt vt trecentæ libræ reddantur in centum aureis, de ijs aureis cogitant qui eo tempore sint in vsu non de alijs quos postea contingat, vel meliores cudi, vel deteriores. Quamobrem nec melio-res postea cusos soluere cogetur debitor, nisi deducto incremento, li-cet idem manserit, adeoque si voles, quod tamen rarissimum est, li-cet decreuerit valor extrinsecus aurei, nec deteriores accipere co-getur creditor, nisi suppleatur decrementum, nec si idem extrinsecus valor manserit, adeoque, quod fieri facilè potest, auctus sit, quia tanto pluris essent hodie aurei si non essent intrinsecus diminuti, idque omni-no consequens est ijs quæ superioribus capitibus disputauimus.

Et hæc quidem de ijs contractibus dicta sint quibus perficiuntur, cuiusmodi sunt omnes ex quibus nascitur reddendi obligatio. Reddi enim non potest nisi quod re vera datum, & traditum sit. At in cæteris in quibus nulla præcedit traditio, non potest supradictæ distinctioni locus esse, puta si cui libræ 300. debeantur ex causa emptionis pro pretio rei venditæ: nam siue stipulatus sit libras trecentas in centum aureis, siue libras trecentas soluendas in centum aureis eadem vtriusque stipula-tionis vis & potestas est. Vt nimirum centum aurei non solùm sint in facultate, sed etiam in necessitate soluendi, adeoq; in obligatione æquè ac trecentæ libræ, cùm non possint illæ aliter solui quam in centum aureis propter dictam conuentioni legem. Nec potest hæc quoque stipulatio illi comparari qua stipuler decem in mille. Nam, vt supra dixi, qui soluit centum aureos æquè soluit trecentas libras, atque si in alia nummi specie solueret, cùm librarum appellatio nummi specie non cō-stituat quæ numerica sit, aut, vt loquuntur, numeralis potiùs quàm spe-cifica: numeralis porro pecuniæ proprium illud est, vt in qualibet pro-ba moneta solui possit, dummodo nō in minutissima, vt alibi dixi-mus. Deniq; nihil interest an trecentas libras debeas in centum aureis, an centum aureos non æstimatos sed in totidem aureis soluendos. Dico non æstimatos tum quia si aurei essent æstimati, licet conuenisset, vt totidem redderentur habenda tamen esset ratio eius, quod plus vel mi-nus esset in præsenti quam in conuenta æstimatione, vt probauimus su-pra cap. 2. Tum etiam, quia vt proximè dictum est, non videntur hoc casu centum aurei trecentis libris æstimati, sed potius trecentæ libræ aureis centum æstimatæ, & venditæ. Vt quemadmodum cùm centum aurei trecentis libris venditi sunt trecentas libras soluere oportet, siue pluris, siue minoris sint aurei. Ita cùm libræ trecentæ aureis centum æstimatæ, & venditæ sunt, centum aureos soluere omnino necesse sit debitori, siue creditori. At multum interest an stipuler decem in mel-le, an vero mel ad quantitatē vsque aureorum decem. Illo casu mel nō est in obligatione, sed tantum in solutione, & quidem in facultate sol-uendi non in necessitate. Isto vero mel est in obligatione, decem vero nec in obligatione nec in solutione, quia aliud est mel, aliud decem, nec qui soluit decem soluit mel, aut contra qui soluit mel soluit de-cem, quemadmodum qui soluit centum aureos soluit trecentas libras. Sic si quis stipulanti decem promittat mel aut contra stipulatio sanè non

non valet propter rei diuersitatem, l.1.de verb.oblig. At si stipulanti libras trecentas promittam centum aureos libris trecentis dignos valet stipulatio dicta. l.quæ extrinsecus 65. eodem. Malum igitur est argumentum, quod nostri sumpserunt ex d.l.si quis stipulatus.

Quid ergo si stipulatus sim centum aureos in trecentis libris aut in quadringentis capitatis? Dico esse quidem hoc casu aureos in obligatione, vt superiore casu libras, sed ita tamen vt quadringentos capitatos solui necesse sit aut trecentas libras, adeoq; posse quadringentos capitatos peti aut libras trecentas, sunt enim etiam in obligatione, cùm in ipsis solutionem omnino fieri oporteat. Imò vero tentari potest non esse aureos in obligatione vllomodo. Quomodo enim possit esse in obligatione, quod solui nequeat? cùm dici soleat eius quod debetur solutione liberationem perpetuo contingere. Nisi quatenus aureos accipias pro specie illa nūmi numerali, quæ specificæ quidē æquipolleat: sed quę in quolibet pecunię genere functionē recipiat. Etenim tam aureo quàm libræ commune illud est, vt nomen habeat æquiuocum, si in obligatione inferatur. Dubitari enim potest an qui aureos, vel libras promisit de aureorum, & liberarum speciebus senserit, an de numeralibus aureis, vel libris soletq; hæc perplexitas ex eo dilui, quòd in solutione facienda expressum sit. Nam si conuenerit, vt aurei soluantur in libris, vel libræ in aureis. Dicimus numerales tantùm aureos, & libras esse obligatione non species ipsas aureorum, & librarum. Si verò vt in toridem aureis aut libris soluantur, dicimus cogitatum de speciebus. At si nihil dictum sit accipimus eam interpretationem quæ sit debitori fauorabilior, & damnosior creditori qui potuit legem apertius dicere, ac de numeralibus potius quam de specificis contrahentes sensisse intelligimus, vt supra tractauimus cap.3. Obserua tamen, quod numeralium specierum æstimationem metimur, vel valore specificarum, vt tanti semper sit aureus in moneta argentea, vel ærea soluendus, quanti esset si in auro solueretur.

Quid denique si stipuler quadringentos capitatos soluendos in centum aureis Italicis? Dico insolitam esse, & absurdam stipulationis formulam quia capitatorum nomen non est æquè ac librarum, & aureorum æquiuocum, sed ad eam duntaxat speciem specificam pertinet, quam Capitatos appellamus. Sed tamen illud præcipuè inspiciendum esse in qua nummi specie solutionem fieri debere cōuenerit. Eam enim omnimodo attendi debere adeoque in obligationem deductam videri. Capitatorum verò appellationem impropriè vsurparam pro nummorum specie numerali, ne alioqui propter implicitam contradictionem inutilis fiat stipulatio si dicas specificam nummorum speciem deductam in obligationem, soluendam tamen in alia specie arg. l.quoties in stipulationibus 80. de verb.obligat.

Qui trecentas libras accepit in trecentis libris, quid reſtituere debeat ſi medio tempore auCta ſit, vel diminuta aureorum bonitas intrinſeca, vel extrinſeca.

Cap. IX.

QVæſtio hæc habet minorem dubitationem, quàm ſuperiores. Nam cum trecentæ libræ traditæ ſunt, & numerate ex cauſa qualibet in totidem librarum ſpeciebus, nec quicquam de ſolutione dictum eſt, hoc eſt in qua numismatis ſpecie fieri ſolutio debeat, negari non poteſt quin libræ debeantur, & quidem numerales, licèt in earum ſpeciebus facta fuerit numeratio poſtquam placuit ex generali locorum omnium conſuetudine poſſe pro pecunia ſolui pecuniam alterius materiæ niſi cum aliud dictum eſt. Aureos verò deberi, aut ſoluendos eſſe dici non poteſt, cùm nec aurei numerati ſint, nec de aureis aliquid conuentum. Siue igitur aureorum valor creuerit, ſiue decreuerit, ſiue intrinſecus, ſiue extrinſecus, conſequens eſt trecentas libras deberi non plures neque pauciores, Nec audiendus erit debitor ſi dicat, obligationis tempore potuiſſe ex trecentis libris centum tantum aureos confici, hodie verò poſſe ex ducentis propter imminutam aureorum æſtimationem, quaſi pluris ſint hodie trecentæ libræ, quàm eſſent tempore obligationis. Nam vtique non ſunt pluris, ſed tantidem, cum ſint eiuſdem numeri bonitatis, & qualitatis. Neque rurſus audietur creditor, ſi dicat potuiſſe obligationis tempore ex trecentis libris centum aureos confici, hodie verò non poſſe, niſi ex quadringentis propter auctam æſtimationem aureorum. Quaſi minoris ideo ſint hodie trecentæ libræ, quàm eſſent tempore contractus. Nam vtique non ſunt minoris, quę ſunt eiuſdem numeri, bonitatis, & qualitatis. Denique nullo caſu fieri poteſt, vt ducentæ, vel quadringentæ libræ eiuſdem generis, materiæ, & ponderis æquipolleant trecentis, & ſiue augeatur, ſiue minuatur intrinſecus, aut extrinſecus valor aureorum, nulla ſit iniuria debitori, nulla creditori, ex proba qualibet moneta dummodo non minutiſſima ſoluantur libræ trecentæ. Dico ex qualibet proba moneta, quoniam etſi libræ ipſæ numeratæ ſint, obtinuit tamen ex conſuetudine, vt initio dixi, vt in alia moneta ſolutio fieri poſſit contra receptas iuris regulas, de quibus ſupra cap. 3. Adieci dummodo, non minutiſſima: quia, vt ibidem adnotauimus, licèt debitæ libræ non ſint ſoluendæ in libris, quaſi numerorum ſpeciem numeralem ſignificent potius, quàm ſpecificam, non tamen vſque adeo faciendum eſt debitori, vt liceat ei ſoluere in minutiſſima qualibet moneta, quam forſaſſe dolo malo conquiſiturus ſit eludendi creditoris gratia, quomodo liceret ſi florenos deberet, quorum ſpecies ſemper, & omnino numeralis eſt, ideoque honeſtus quidam hac in re modus ſeruandus eſt, vt minima nummi ſpecies ſit as, quem ſolidum appellamus, quo temperamento vti ſolere Senatum noſtrum ſupradicto loco monuimus. Poſtremò hoc vnũ requiro vt libræ trecentæ quas offert debitor ſolutionis tempore, ſiue in

in ſpeciebus, ſiue in æſtimatione, nec intrinſecus auctæ ſint nec diminutæ. Nam quemadmodum cum debentur aurei ſiue ſimpliciter debeantur, vt ſolui poſſint in æſtimatione, ſiue in ſpecie ſoluendi ſint, debentur eius bonitatis, & ponderis, cuius erant tempore contractus vt probauimus.cap.3.4.& ſequentibus.Ita cùm debentur libræ ſiue in ſpecie, ſiue in æſtimatione, debentur vtique illæ quæ in vſu erant tempore contractus. Ad has enim veriſimiliter contrahentes reſpexerunt non ad illas, quæ poſtea ſiue meliores, ſiue deteriores cudi cœperint. Itaque ſi ponas aureorum valorem extrinſecum creuiſſe propter diminutam bonitatem intrinſecam librarum, ita vt centum aurei efficiãt hodie quadringentas libras qui antea non niſi trecentas efficiebant, dicam deberi quadringentas libras non trecentas, non quia tanti ſint aurei, quorum videlicet nulla ratio habenda eſt,cum non ſint in obligatione, ſed quia tanti ſint trecentæ libræ eius bonitatis, & qualitatis, cuius eſſe debeant illæ quæ ſolui poſſint. Aureorum verò mentionem idcirco facimus, quòd vt ſæpius dictum eſt in ſuperioribus,aureus norma ſit, & velut regula monetarum omnium, qui vt nec intrinſecus, nec extrinſecus augeatur,vel minuatur cæteros quoque nummos inferiores ad iuſtam proportionem excuſos in eodem ſtatu manere neceſſe eſt. Cæterùm ſi prætextu imminutæ bonitatis librarum aurei æſtimatio creuerit ſupra iuſtum modum,id eſt ſupra quàm librarum diminutio patiatur,illud ſanè obſeruabimus, vt quod ad veterum librarum æſtimationem de recentiorum numero ſupplendum erit, non ex aureorum æſtimatione extrinſeca,ſed ex iuſta nouæ deteriorationis proportione metiamur, nempè ex ratione illa perpetua, & ad quam reſponderi non poteſt, quòd libræ debeantur non aurei. Non ergo quanti ſint aurei inſpiciendum eſt, ſed quanti eſſe debeant libræ, quæ ſunt in obligatione. Quòd ſi eadem manente librarum bonitate mutetur valor aureorum, ſiue intrinſecus, ſiue extrinſecus, conſequens erit non ideo augeri, vel minui debere numerum debitum. Nam & ſi librarum valor extrinſecus eſſet immutatus, non etiam intrinſecus, totidem libras reddi ſatis eſſet nec plures, aut pauciores poſſent peti, ſi modo veteres ſoluerentur, aut nouæ ad rationem, vt loquuntur, æſtimationis veterum: æſtimationis,inquam, non extrinſecæ, ſed intrinſecæ, ideſt bonitatis materiæ. Vt quod ſupra diximus in debito aureorum, id in libris quoque, & alijs quibuſlibet nummorum ſpeciebus debitis obſeruetur. Tales nimirum nummos ſoluendos eſſe, quales debiti ſunt, obligationis inſpecto tempore, aut ſi in ſpecie non ſoluantur, talem æſtimationem, qualis quantaque ſit extrinſeca nummorum debitorum tempore ſolutionis etiamſi creuerit, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, vel decreuerit, dummodo non iniuſtè. Sic enim & in aureis diſtinximus. cap.5. ſupra.

Digitized by Google

Si mora per debitorem, vel creditorem aureorum contracta sit; cuius temporis æstimatio debeatur. Cap. X.

REcepta est nostrorum traditio, Mutationem pecuniæ promissæ, & in obligationem deductæ contingente post moram ipsi omnino nocere, qui in moram incidit. Sic Dydac. Couarr. d. cap. 7. conclusio. 5. num. 4. ex Bar. & alijs in l. Paulus 99. alias l. creditorem colum. 3. de solut. & in l. cum quid. 3. D. de reb. credit. DD. item in cap. quanto Extr. de iureiur. Quam in rem adduci solet, quod scriptum est in l. 3. §. vlt. l. si fertilis 21. §. cum per venditorem. D. de action. empt. Nec reperio, qui dissentiat, nisi quod Bartol. hoc ita verum esse putat si mutatio contigerit in maiore aliqua nummorum specie, quæ per alios minutiores æstimari possit. Non si in minima moneta, quæ nulla alia minutiore æstimari possit, quasi ideo fiat, vt nullam ipsa æstimationem habere videatur. Alij verò minus quidem communiter, sed longè tamen probabilius distinctionem hanc reijciunt, propterea quòd nihil vetet plures nummos minutissimos maiore vno æstimari: vt supradicto loco disputat Dydac. post Anton. Abbat. & Imol. in dict. cap. quanto, Curt. sen. in d. l. cum quid, quæst. 2. & Martin. Laudens. in tract. monet. quæst. 4. Ego puto, necessario distinguendum esse, an mutatio contigerit in valore intrinseco pecuniæ debitæ, an in extrinseco. Si in intrinseco, puta, quòd aucta sit, vel diminuta bonitas aurei in qualitate materiæ, vel in pondere, non existimo debere id quicquam nocere ei qui in mora fuerit. Finge auctos intrinsecus aureos post contractam moram per debitorem, non eo minus ei concedendum arbitror, vt possit, vel in veteribus soluere, vel si in nouis soluat, incrementum quod superuenit deducere. Finge intrinsecus diminutos post contractam moram per creditorem, non eo minus ipsi permittendum erit, vt vel aureos veteres petat sibi solui, vel quod nouis deest de bonitate veterum à debitore suppleri. Mouet me, quod nunquam ea moræ vis, & potestas esse possit vt principalem obligationem augeat, vel imminuat, sed tantum vt moratoriam conditionem deteriorem efficiat circa accessiones, aut circa æstimationem eius, quod debetur, aut denique principalem obligationem, quæ alioqui extingueretur perpetuet, l. 3. de condit. ex lic. d. l. 3. §. vlt. d. l. si sterilis, 21. §. cum per venditorem de act. empt. l. si seruum, 91. §. sequitur de verbor. oblig. Nam si is, qui non nisi tres frumenti modios debeat moram contraxerit, non potest mora facere, vt quatuor modios debeat, sed tantum vt tres illi debiti æstimentur pluris. Ergo & qui certam nummorum speciem debet, ideſt certæ bonitatis, certique ponderis, quantumcunque in mora sit soluendi, non idcirco maioris bonitatis, aut ponderis prætatione obligatur, sed idem ipsum pondus debet quod antea. Rursus is cui tres modij frumenti debentur, si in mora sit accipiendi oblatos, non eo minus potest tres illos modios quandocunque petere licet minorem eorum æstimationem sit consecuturus, sit post moram imminuta fuerit, d. l. 3. §. vlt. Eadem igitur ratione

Digitized by Google

tione nec idcirco minoris bonitatis aut ponderis debebuntur aurei, quod creditor oblatos eos accipere recusauerit. Videturq; in hanc rem textus non inelegans, in l. si hęres. 8. D. de tritic. vin. & oleo legat. vbi Pomponius scribit, si hęres damnatus sit dare vinum quod in doliis esset, & per legatarium stetit quominus accipiat periculose hęredem facturum si id vinum effundat, sed legatariũ petentem vinũ ab hęrede doli mali exceptione sum mouendũ si non præstet hęredi damnũ id quod propter eius moram hęres passus sit. Quo exemplo puto ego admittendum esse, vt si creditor oblatam ritè pecuniam accipere noluerit, nõ ob id tamen liceat debitori quos debet aureos maioris bonitatis, & ponderis cum nouis qui sint deteriores commutare, vt prætextu moræ lucretur quod minus est in aureis nouis quàm in veteribus, sed perinde teneatur debitos aureos soluere, id est in debita bonitate debitoque pondere, acsi mora nulla interuenisset, hactenus verò creditori mora sua noceat, vt si quod ex ea damnum debitor senserit id ille resarciat, puta si conquirendis aureis veteribus qui iam facti sint rariores aliquid impenderit, Lugdunum fortasse profectus, (vide ne obstet l. inter causas 26. §. non omnia. D. manda.) Aut si dum recusatos aureos domum refert à latronibus interceptus sit, & aureorum omnium vel partis iacturam passus. Etsi enim non faciet casus ille fortuitus quin maneat obligatus, faciet tamẽ vt damni eius quod, & propter moram contigit, & circa ipsam pecuniam debitam rationem haberi oporteat arg. d. §. cùm per venditorem. Cæterum deducta damni æstimatione idem semper numerus, & eorundem aureorum debebitur. Quòd si debitor ipse in mora fuerit, nõ quidem in id obligatur vt intrinsecus auctos, & meliores aureos præstet, sed non tamen prius liberabitur quàm præterea soluerit damnum omne quod ob moram passus sit creditor. Quid enim si creditor vt pœnam euitaret sub qua ille eandem aureorum quantitatem debeat alteri, de suo aliquid impenderit vt aureos haberet? Digna res est cuius ratio habeatur, argum. l. liber homo 118. §. vlt. de verbor. oblig. l. nummis 3 de in lit. iurand. Itaque ad rem nõ pertinet si quis dicat adfectionem non cadere in nummos quorum videlicet certa sit æstimatio dict. leg. nummis. Nam vt ibidem Vlpianus ait, locum illud habet in æstimatione ipsa pecuniæ cuius certè respectu quandiu certa est non potest quicquam creditoris interesse. Sed extrinsecus interesse multum potest, quòd pecunia sua die soluta non fuerit, fortè, inquit, si sub pœna pecuniam debuit, aut sub pignore quod quia pecunia abnegata est distractum sit.

At si mutatio contigerit in extrinseca duntaxat aurei æstimatione, puta quòd centum aurei qui tempore moræ per debitorem contractæ trecentas libras efficiebant, efficiant hodie quadringentas, debebit quidem debitor libras quadringentas si non malit centum aureos soluere, at non propter moram sed quia debet aureos cùm etsi nulla contracta esset mora idem nihilominus obtineret, vt supra diximus cap. 4. Et ex contrario si ponas centum aureos qui tempore moræ per creditorem contractæ digni erant libris quadringentis post moram fuisse extrinsecus diminutos vt hodie non nisi trecentas efficiant,

ciant, debebuntur quidem libræ tantum trecentæ si non soluantur in aureis, sed non propter moram creditoris, at quia aurei erant in obligatione non libræ, quandoquidem etsi mora nulla facta esset non nisi trecentæ libræ deberentur. In quo videtur errasse Paponius li. 20. Syntagmatis titu. 5. §. 3. An igitur nullius erit effectus mora debitoris, aut creditoris? Nullius prorsus his casibus, quod pertinet ad ipsam aureorum debitorum æstimationem, nisi aliunde interesit eius qui moram passus est, vt in exemplis supra propositis cùm de intrinseco aureorum augmento, vel decremento agebamus.

Sed si ponas creditorem in accipiendis trecentis libris moram fecisse, cùm offerrentur illæ pro centum aureis eo tempore quo non nisi pluris erant centum aurei, post moram verò creuisse valorem extrinsecum aureorum ad quadringentas vsque libras, non puto cogendum debitorem qui aureos nolit soluere, vt soluat quadringentas libras, licèt verum sit adhuc hodie debere eum aureos centum, qui tant à fuere. Facultas enim quam ex recepta consuetudine habuit oblationis tempore soluendi centum aureos in libris 300. non debuit ei adimi facto, & mora creditoris, cui sanè sua prodesset frustratio, si pro trecentis soluendæ essent post moram quadringentæ. Obseruandum est loqui nos de quadringentis eiusdem bonitatis, & ponderis non de ijs, quæ intrinsecus deteriorata sint, & quarum quatuor tribus melioribus æquipolleant. Atqui regula iuris est nemini suam fruitrationem prodesse debere. l. hominem 37. D. mandat. Ergo etsi ex aduerso portas debitorem qui centum aureos soluere debuerit interpellationis tempore, aut quadringentas libras, cùm tanti tunc essent aurei debitæ, moram contraxisse, & in id vsque tempus solutionem distulisse quo centum aurei non nisi trecentas libras efficiant, non puto ei permittendum, vt trecentarum solutione liberetur. Imò nec centum aureorum nisi quod quadringentis libris deest offerat, nempè quia dicet verum sit, quod supra diximus non augeri ex mora debitoris quantitatem ab eo debitam, vt hodie plures, quàm centum aurei debeantur, ea tamen apparet tanti interesse creditoris qui si moram passus non fuisset, quadringentarum non trecentarum duntaxat librarum commodum sensisset, siue in aureis, siue in æstimatione facta fuisset solutio. Itaque hoc casu quadringentæ propter moram debebuntur ex non iure æstimationis, sed ratione eius, quod interest, cùm si mora nulla contracta esset, trecentas solui sufficeret, alioqui prodesset sanè debitori sua frustratio cõtra. d. l. hominem. Et in his tantum casibus placet mihi communis nostrorum sententia.

AD INCERTI AVTHORIS QVAESTIONEM 90.

De reditus annui redemptione. Cap. XI.

EX ijs, quæ hactenus diximus facile est intelligere, quid iuris statuendum sit in omnibus ijs, quæstionibus quas Parisien. tractat à quæst 90. vsque ad centesimam, & quàm malè in omnibus ille contra manife-

manifeſtam iuris, & æquitatis rationem reſponderit, ordiemur à 90. & quoniam, vt dici ſolet ex facto ius oritur, ne quid videatur à nobis in facti propoſiti narratione immutatum ipſiſſima illius verba vſurpabimus.

Quidam, inquit, pro bis mille quingentis Francicis ſibi numeratis in mille trecentis octoginta, & octo ſolatis, & triginta duobus ſolidis Turonenſibus, quòd eo tempore æſtimaretur ſolatus 36. ſolidis Turonenſibus, vendidit, & conſtituit ducentos Francicos Turonenſes reditus annui redimibilis pro eadem ſumma bis mille quingentorum Francicorum in eiſdem ſpeciebus ſoluenda. Tandem poſt triginta annos cùm ſolaris aureus quadraginta quinque ſolidis Turonenſibus indicaretur, debitor redimere volens offert noningentos quinquaginta quatuor ſolatos cum viginti ſolidis Turonenſibus pro ſorte, Creditor recuſat niſi 378. ſolares aurei cum ſexdecim ſolidis Turonenſibus addantur, quæſtio eſt an iure id poſtulet. Pariſien. num. 686. reſpondet pro debitore, adeoque illo etiam caſu quo aureorum valor extrinſecus non niſi ob inferiorum monetarum deteriorationem creuerit: ſicque tandem à ſupremo Pariſienſi Senatu pronunciatum fuiſſe refert. Mouetur autem tribus potiſſimum rationibus.

Prima eſt, quòd ſi tempore redemptionis diminuti eſſent aurei nec valerent niſi viginti, vel triginta ſolidis Turonenſibus, tamen teneretur debitor ſupplere tot aureos, vt conficerent ſummam ſortis, videlicet bis mille quingentos Francicos, nec ſufficeret dare tot aureos, quot recepit, alioquin non redderet ſortem integram. Vt ergo ſuperueniens decrementum aureorum non debet cedere damno creditoris, ne minorem, quàm re vera dederit quantitatem conſequatur, ita ſuperuentum tempore redemptionis augmentum aureorum non debet eius lucro cedere, ne plus debitor reddat, quàm acceperit, & vt inter debitorem, & creditorem ſeruetur æqualitas.

Secunda eſt, quia non debet creditor ex eadem negociatione duplex commodum, vel lucrum habere. Sed hic creditor habuit quotannis ſummum ferè lucrum duodecimæ, cùm hic reditus ſit inter duodecimam, & decimam tertiam. Igitur non debet habere lucrum augmẽti aureorum, vel eiuſdem ſortis ex qua fructum percepit, ita ille ex Claudio noſtro de Seyſſello in l. ſi ex legati cauſa. col. 1. de verbor. obl. quem ſequitur Purp. in l. cum quid nu. 168. de reb. cred.

Tertia, & præcipua ratio eſt, quod quoties certa ſpecies monetæ datur ad negociandum, & lucrum, vel commodum afferendum ſalua ſorte neceſſe eſt, quòd ea ſpecies deducatur in diſpoſitionem principaliter non tanquam certa ſpecies monetę nec ſub ratione certorum corporum, ſed tanquam quantitas, & ſub ratione vnius certæ ſummæ pecuniæ, quæ ex corporibus, vel ſpeciebus numeratis reſultat tempore numerationis inſpecto. Ergo ea ſors ſemel limitata, & determinata non poteſt amplius augeri, vel minui in ſe prætextu augmenti, vel decrementi ſpecierum numeratarum ex interuallo ſuperuenientis, cùm non poſſit augmentum illud vel decrementum ſuperueniens facere, vt plus, vel minus retrò numeratum fuiſſe videatur, aut negociatio

ipſa

ipsa retrò pinguiòr fuisse, vel minutiòr. Sic ille num. 688.

Ego verò non dubito, quin pro creditore contra debitorem ... specie iudicandum fuerit, nec facilè possum mihi persuadere ... vnquam iudicatum fuisse in supremo Parisiorum Senatu, cuius ... quanta sit, & esse debeat non in Gallia tantum, sed vbique ter... authoritas, imò contra fuisse iudicatum refert Paponius lib. 10. Syntagm. tit. 6. §. 8. & 2. Mouet me illud imprimis, quòd ex facto pro... batur aucta æstimatio aureorum extrinseca propter imminutam ... tatem intrinsecam solidorum, quod cùm accidit certum est no... augeri æstimationem aureorum, disertè, & partitè loquentibus, ... eandem illam quæ fuerat contractus tempore retineri, vt diximus cap. 2. ad finem, & cap. 6. Nam quod Parisien. respondet ad fin. nu... posse id procedere si aurei deberentur per se absolutè, non autem ... do sub ratione certæ quantitatis, & summæ quam tempore con... efficiebant, & quæ postea excedi non possit, ad rem sanè non p... imò pugnat cum eo, quod idem ille parum sibi constans paulo ... xerat quoties certa species monetæ datur ad negociandum vic... ductam in obligationem quatenus quantitatem, quòd si ita ... quam fieri potest, vt per se, & absolutè debeatur, ac proinde nu... habendam rationem deteriorationis monetarum, quod tamen ... est contra rationem, & naturalem omnium intellectum. Sed ... certa species deducitur in obligationem æstimata atque ideo ... tione quantitatis, certum est habendam rationem deterior... ita vt ex deteriorata solui non possit ad eundem numerum, vt ... diximus. Idem enim numerus nummorum deterioratorum ... eandem æstimationem, quoniam quatuor libras ex deterioratis ... dere oportebit emptorem post redemptionem in eam rem, qu... ditor contractus tempore libris tribus comparare potuit. Ergo idem numerus non potest facere eandem quantitatem. Quantitatis enim nomine in pecunia non significatur numerus, sed æstimatio. l. quæ extrinsecus. 65. de verb. oblig.

Sed & si non proponeretur ex facto deterioratos solidos, ad huc tamen idem dicerem non esse cogendum creditorem in minore aureorũ numero solutionem accipere. Ratio vera, & germana illa est, quòd etsi libræ essent in obligatione non aurei, quasi tot aureis tanti vendi... tis, vt diximus cap. 8. eædem tamen libræ in ijsdem speciebus restitui ex conuentione debuerunt, proinde videntur bis mille, & quingentæ libræ, aut quod idem est 2500. francici æstimati, ac velut vendiri mille trecentis, & octoginta, & octo solatis, cum triginta duobus solidis Turonensibus. Et consequenter videntur aurei ipsi qui numerati sunt esse in obligatione, acsi nulla librarum mentio facta esset, quomodo essent si obligationis substantiam ex nuda numeratione metiremur. Numeratis siquidem aureis non frãcicis soli aurei essent in obligatione restituendi, neque dubitandum esset quin totidem restitui deberet quot essent crediti, tametsi extrinsecus aucti, vel diminuti dummodo non intrinsecus, siue in aureis soluerentur, siue in æstimatione ex deductis cap. 3. & 5. Vnde fit, vt nihil interesse videatur hoc casu, an conue-

nerit

nerit de ijſdem duntaxat ſpeciebus reddendis, an etiam de totidem; cùm eædem reſtitui non poſſint eadem illa æſtimatione qua & traditæ, & numeratæ fuit, quin totidem reſtituantur. Porrò ſi conueniſſet, vt totidem reſtituerentur non niſi abſurdè negari poſſet, licèt Pariſien. neget quin ex conuentione totidem reſtitui deberent, licet immutata extrinſecus aureorum æſtimatione. Quod enim ille ait conuentioni ineſſe tacitam conditionem rebus ſic ſtantibus, ridiculum eſt, cùm ex contrario ideo ineſſe non poſſit, quòd conuentio huiuſmodi in eum demùm caſum vtilis ſit, quo monetarum æſtimatio mutetur. Denique videntur hoc caſu aurei, vel non eſſe venditi, vel eſſe ea lege, vt pro eodem precio retrouendantur, ideoque totidem prorſus reſtitui oportet.

Ad obiectiones Pariſien. per facilis eſt reſponſio. Prima ſupponit falſum. Nam ſi in propoſita ſpecie diminuti eſſent aurei tempore redemptionis, nec valerent niſi viginti, vel triginta ſolidis Turonenſibus, non teneretur debitor ſupplere tot aureos, vt conficerent ſummam bis mille quingentorum francicorum. Imò verò ſufficeret dare tot aureos, quot ipſe accepiſſet, neque eo minus videretur ſortem integram reddere, cùm ſors ex numeratis aureis computanda ſit, acſi librarum mentio facta non eſſet, poſtquàm mutua conuentione placuit vt libræ ſeu Francici in ijſdem ſpeciebus redderentur, ac proinde vt non tot libræ, ſed tot aurei quot eſſent numerati. Nam quod noſtris placet eum qui credat aut ſoluat trecẽtas libras in centum aureis, videri aureos tanti vendere, ita vt ipſi libræ trecentæ debeantur non centum aurei, tum demùm verum eſt, cùm prætera non conuenit de ijſdem ſpeciebus reddendis. Hoc ſiquidem caſu non poſſunt videri venditæ ſpecies quæ ſic dantur, vt eædem recipiantur l ſi tibi pecuniam 10. D. de rebus credit. l. qui id quod 33. §. 1. de donat. l. qui ſic ſoluit 55. de ſolut. Aut ſi pro venditis habendæ ſunt videtur is qui ipſas accipit obligatus vt eaſdem retrouendat pro eodem precio, hoc eſt non pro precio quod erit retrouenditionis tempore, ſed pro eo quod in prima venditione ſtatutum eſt, ſiue venditorum aureorum valor extrinſecus poſtea creuerit, ſiue decreuerit argum. l. 2. & l. cum te 6. C. de pact. inter emptor. & venditorem. Oberua tamen cùm dico de ijſdem ſpeciebus, eaſdem me intelligere non numero, alioqui non transferretur dominium dicta l. qui ſic, ſed eaſdem genere, quæ, & ipſæ reſtituendæ ſunt quoties corpora ipſa numerata non ſunt vendita l. res in dotem 42. de iur. dot. dicta l. cum quid 3. de reb. credit. licèt nulla de hac re pactio interuenerit. Pactionis tamen vtilitas illa eſt, vt non poſſint ſpecies illæ ſolui in æſtimatione, quomodo poſſent nulla intercedente pactione. Ergo prima hæc obiectio in Pariſien. retorquetur cùm eadem eſſe debeat cauſa debitoris, & creditoris.

Ad ſecundam reſpondeo non eſſe abſurdum vt creditor præter lucrum annui reditus liciti percipiat etiam lucrum augmenti extrinſeci aureorum, nempe quia priùs duntaxat lucrum fuit certum, & tale eſſe potuit propterea quod certũ eſſet creditorem ſuis carere pecunijs,

ex quibus maius mille sibi fortasse commodum per negotiationem ac-
quirere potuisset, alterum vero est incertum, & dubium, cum æquè eó-
tingere potuerit, vt aureorum valor intrinsecus decresceret. Quo ca-
su futurum diximus, vt eodem aureorum numero creditor contentus
esse cogeretur. Cur non ergo liceat ei sentire lucrum qui ex contrario
euentu sentire dammum potuit? Denique aucta æstimatione aureo-
rum extrinseca lucrum, quod ex eo sentit creditor non ex sorte præci-
pitur, sed ipsa sors est, ne c minus id haberet creditor si pecunias, quas cre-
didit, in arca retinuisset.

Ad tertiam, respondendum est, quod iam sæpius diximus in num-
mis quatenus nummi sunt spectandam quidem potissimum quan-
tem, sed eam de qua inter contrahentes actum sit, nec vllam fi-
iuriam aut debitori aut creditori si conueniat, vt quantitas cre-
cet sub certæ æstimationis designatione reddatur in ijsdem spe-
& in totidem quamuis eueniat solutionis tempore diuersam esse toti-
dem illam specierum æstimationem, cum possit ea pactio æquè fauo-
rabilis esse debitori, & creditori. Et quemadmodum possunt mille tre-
centi octoginta, & octo solares aurei cum 32. solidis Turonen-
æstimari precio bis mille, & quingentorum francicorum, ita & bis
mille ac quingentos Francicos potuisse æstimari, ac veluti vendi mil-
le trecentis octoginta, & octo aureis cum 32. solidis Turonensibus, nec
precium quod semel statutum sit, & quod debitor ipse contractus tem-
pore æquum putauerit ex postfacto videri iniquum posse, quod au-
reorum valor extrinsecus creuerit, qui potuit ex contrario decresce-
re. Sed & in eo grauiter errat Parisien. quod cùm ex facto proponere-
tur auctum valorem extrinsecum aureorum propter diminutam boni-
tatem intrinsecam monetarum, putat ille eandem pecuniæ quantita-
tem ex eodem solidorum deterioratorum numero confici posse, quod
euidenter falsum est. Non enim pluris erant 45. solidi solutionis
tempore quàm essent antea triginta sex, cùm ex illis tempore contra-
ctus perinde conficeretur aurei æstimatio atque hodie ex pluribus. Ni-
misque magnum ex eo damnum creditor pateretur, quando quidem
reddito eodem francicorum numero in moneta deteriorata non plus
ei profuturi sint in mercium emptione quatuor francici quàm profue-
rint tres debitori tempore numerationis. Aucta siquidem æstimatio-
ne aureorum propter deteriorationem monetarum necesse est rerum
quoque omnium precia augeri quæ in moneta illa deteriorata soluantur.
L. 2. C. de veter. numism. potest. l. 11. tit. 10.

Hinc vero illud etiam intelligimus quid dicendum sit si plures mer
catores contraxerint societatem certæ negotiationis, & certas quif-
que summas sub varijs speciebus contulerint alter in solaribus, alter
in coronatis, alius in alia specie monetæ. Nam si quæratur tempo-
re diuisionis societatis quo quisque sortem suam, seu capitale ante su-
per lucri distributionem percipere debet, an inspiciendus sit valor
ille duntaxat qui erat tempore collationis, an qui est tempore dissi-
lutæ societatis. Apparet distinguendum esse quibus verbis concepta
sit collationis conuentio. Nam siquidem vnus trecentas libras con-

tulerit

tulerit in centum aureis, alius centum libras in centum triginta capitatis, alius quingentas libras in tot duplicibus Hiſpanis libræ duntaxat debebuntur, quaſi ſolæ in ſocietatem collatæ non etiam ſpecies, quæ nimirum tanti videntur venditæ. Ideoque totidem libras quiſque percipiet in qualibet proba moneta currenti, & ad rationem currentis æſtimationis, ſiue ſpecierum quæ re vera numeratæ ſunt valor, ſiue intrinſecus, ſiue extrinſecus creuerit, ſiue decreuerit. Sed ſi ſpecies ſimpliciter collatæ ſint nulla librarum facta mentione, nec rurſus interpoſita conuentione de ijſdem ſpeciebus reddendis, præcipiet quiſque aut eaſdem ſpecies aut earum præſentem æſtimationem quæcunque tandem illa ſit, hoc eſt ſiue maior, ſiue minor quam eſſet contractus tempore, dummodo non ſit earum auctus valor intrinſecus, nimirum quia ſpecies ipſæ hoc caſu debentur, tametſi ex conſuetudine obtinuerit, vt ſolui poſſint in æſtimatione. At ſi conuenerit, vt reddantur eædem ſpecies ſiue dictum ſit, & totidem, ſiue non, ſiue librarum mentio facta ſit, ſiue non, eædem totidemque ſpecies reddi debent, hoc eſt eiuſdem materiæ, & ponderis cuiuſcunque tandem ſint extrinſecæ æſtimationis. Nec quod plus eſt in præſenti æſtimatione per alios ſocios deducetur, aut quod minus eſt, ab ipſius ſupplebitur, niſi ponas fuiſſe ſpecies æſtimatas. Tunc enim ſi conuenerit, vt in ijſdem duntaxat ſpeciebus fiat ſolutio, nec quicquam dictum ſit de numero, eædem quidem ſpecies reddentur, ſed non totidem, at vel plures, vel pauciores prout auctæ, vel diminutæ æſtimationis extrinſecæ, bonitatiſque intrinſecæ immutatæ ratio poſtulare videbitur. Si autem de eodem reddendo numero conuenerit, idem ſanè reddetur, ſed quod plus erit in præſenti æſtimatione, quàm in conuenta non deducendum, ſed viciſſim præſtandum erit, quod minus, ſupplendum, non in ijſdem ſpeciebus, ſed in alia qualibet proba moneta dummodo non minutiſſima. Hoc ipſum ita ſi æſtimatæ ſint ſpecies taxationis cauſa non demonſtrationis, hoc eſt ſi taxatio appoſita fuerit in lege ſolutionis non in cauſa obligationis, vt latius explicauimus ſupr. c. 2. Nam ſi demonſtrationis, cauſa facta ſit æſtimatio id obſeruabimus quod obſeruandum eſſet nulla facta æſtimatione. Quæ omnia in contractu ſocietatis tanto magis recipienda ſunt, quod ex eo fiant mutuæ adiudicationes, vt proinde quod in vnius perſona æquum eſt, non poſſit in alijs non videri etiam æquum? tametſi intelligam nō poſſe rationem hanc ſolam ſufficere. Cum in lucri, & damni æſtimatione non poſſit eadem eſſe ratio eius cui maior, & illius cui minor quantitas debetur. Miror verò ingenium Doctoris Analitici putantis num. 688. in huiuſmodi ſpeciebus omnibus indiſtinctè recipiendum eſſe, vt is ſolus valor attendatur qui fuerit collationis tempore, quo ſanè nihil dici poteſt aut iniquius aut abſurdius. Et longè rectius Philipp. Corn. quem vide conſ. 279. incip. conſului lib. 1.

Ex his denique apparet quid in illa etiam facti ſpecie ſtatuendum ſit quam idem Pariſien. proponit nume. 789. ad fin. Debens, inquit, reditum quinquaginta aureorum ſolatorum redimibilem, & conſtitutū olim pro 600. aureis ſolatis, aureo tunc valente triginta ſex ſolidos tā-

tum passus est fundum suum subhastari, & vendi per decretum.

Executor distribuens precium creditoribus anno 1540. soluit creditori sexcentos solatos pro sorte principali sine aliqua diminutione extrinseci augmenti aureorum, idque in præsentia; & de consensu procuratoris debitoris qui post quatuor annos habet rescriptum restitutionis ad repetendum augmentum illud aureorum. Quæritur, an admitti debeat restitutio, nec dubitat admittendam, imò vero nec restitutione vlla opus esse. Ego contra admitti non debere, non solum propter elapsum quadriennium petendis restitutionibus præfinitum, de quo alibi scripsimus, l. vltim. C. de tempor. integr. restit. sed etiam quia nihil ab executore perperam factum sit. Cum enim aurei essent crediti simpliciter, aurei sanè restituendi erant, & quidem toridem aut in specie, aut in æstimatione, eaque præsenti. Porrò quod facta sit solutio in speciebus non in æstimatione dici non potest videri ex eo læsum debitorem cùm nihil interfit an aureos solvat qui iam habet, an aureorum veram æstimationem, etsi quam tionem accipere, cùm non possit fieri, vt soluatur æstimatio nisi in alia nummorum specie, hoc est non solùm alterius formæ, sed etiam alterius materiæ, quod cùm accidit indemnem omnino præstari oportet creditorem. l. Paulus 99. de solut. Denique hoc casu eadem quæ superiori distinctio locum habere debet. Sanè reliqua reditus debitibus ibid. Parisien. tractat. fateor non habuisse solui in aureis, quimen si soluta sint nego dandam restitutionem argum. l. 3. de in rand. Nam & quod debetur in denarijs nihil vetat solui in aureis argum. l. quæ extrinsecus 65. de verbor. obligat. debetque potius debitor contra procuratorem qui ei solutioni consentijt aut agere executorem quàm contra creditorem qui suum recepit vulgat. l. repetitio 44. de condict. indebit. Nec simile est quod Papon. refert lib. 10. titu. 6. *De restitution de chose non deue ou surpayee* §. 2. auditum fuisse eum qui auctos extrinsecus aureos soluerat non deducto incremento, & coactum creditorem incrementum reddere. Eo siquidem casu æstimati proponebantur aurei, & minore summa quàm quanti erant solutionis tempore. Proinde initæ æstimationis rationem habere æquissimum fuit vt supra diximus. Quod ipsum tamen ita accipiendum puto si conuentæ æstimationis solutio fiat in moneta non deteriorata: nam vt dixi sæpius idem numerus deterioratæ monetæ non potest eandem pecuniæ quantitatē efficere nec in rei veritate, nec in vsu commerciorum.

Prætermitto Parisien. quæstionem 91. quæ illa est. An in constitutione annui reditus redimibilis valeat pactio. De redimendo in eisdem speciebus duntaxat, quoniam de ea satis multa contra ipsum scripsimus sup. cap. 7.

AD

AD PARISIEN. QVAESTIONEM 92.

De mutuo ſimpliciter in aureis facto. Cap. XII.

PONE factum mutuum mille aureorum ſolatorũ an. 1526. quo ſolatus valebat 40. ſolidos tantùm. Dum autem repetitur puta anno 1532. valere 45. ſolidos. An debitor deducere poterit incrementum valoris vt liberetur ſoluendo 889. aureos tantùm cùm quinque ſolidis Turonenſibus. Et cõtra ſi decreuerit an teneatur ſupplere valorem tempore mutui currentem? Communis ſententia eſt negatiua, poſt Bart. in l. 1. l. cùm aurum de aur. & arg. legat. l. cum quid de reb. cred. in l. Paulus de ſolu. Alber. Bald. Alex. Fulgoſ. Paul. Iaſ. & cæteri ferè omnes in d. l. cum qd Martin. Laudenſ. in tract. monet. col. 5. Iacob. de Puteo. in diſput. De mutat. monet. col. 3. Calc. conſ. 14. Alber. Brun in tract. de augm. col. 83. Hyer. Butig. in repet. d. l. cùm quid, col. 10. num. 13. Affirmatiua tñ quibuſdam placuit præſertim Franciſco Curt. ſeniori in tract. monet. ſuper d. l. cùm quid, col. 3. quem ſequitur, & pluribus defendit Pariſiẽ. d. q. 92. (cuius opinionem videtur ẽt probare Dydac. Couarr. d. c. 7. de veter. collat. numiſm. nu. 3.) Etiam eo caſu quo diminuta ſit bonitas intrinſeca ſolidorum, & monetarum inferiorum. Non repetam Pariſiẽ. rationes ad quas omnes ſuperioribus capitibus abundè reſpondimus. Dicãm tñ veriſſimam eſſe, ac perpetuò ſequendam communem ſentẽtiam: Ratione illa, quod in propoſita ſpecie aurei ſint in obligatione, ſunt ergo reſtituendi aut in ſpeciebus totidem, aut in æſtimatione præſenti quæcunq; tandem illa ſit, ſiue maior, ſiue minor, ſiue ob deteriorationem monetarum contigerit æſtimationis immutatio, ſiue ob aliã cauſam dommodo non ſit intrinſecus aucta vel diminuta bonitas aureorum. Sibi enim imputare debet quiſquis ille ſit, qui in æſtimandis aureis contractus tempus inſpici voluit, ſiue debitor, ſiue creditor, cui non ipſis certam æſtimationem ab initio præfixerit. Quo non facto, videtur debitor ideò inæſtimatos aureos accipere maluiſſe, quòd cogitaret fieri poſſe, vt eorum æſtimatio poſteà decreſceret. lucrumque ipſe ſentiret, aut creditor idcirco inæſtimatos dediſſe, quòd in contrarium ſperaret futurum, vt aureorum æſtimatio creſceret, non fortaſſe æſtimatos crediturus. Quapropter fere æquo animo debet creditor damnum ſi æſtimatio decreuerit, & vicißim debitor ſi creuerit. Nec inſpiciendum eſt quid commodi mutuum debitori attulerit, ſed quid creditori abſit. Porrò abſunt ei in propoſita ſpecie mille aurei, mille igitur eiuſdem bonitatis, & qualitatis cuius fuerunt crediti, ſi in iiſdem ſpeciebus mutuũ reddatur, aut ſi in æſtimatione eius valoris extrinſeci, cuius hodie ſint illi qui debentur. Itaque inſpicimus tempus contractus vt ſciamus quinam materiæ, & ponderis aurei debeantur, ſed tempus ſolutionis, vt ſciamus quænam eiuſmodi aureorum debitorum æſtimatio pro aureis præſtanda ſit. Æſtimationem enim q̃ pro aureis datus eligente id debitorem æquipollentem eſſe neceſſe eſt, nec magis

debitori permittendum est, vt de præsenti illa æstimatione quicquam diminuat aut creditori, vt addat quàm aut illi soluere ex aureis intrinsecus diminutis, aut huic solutionem petere in aureis intrinsecus auctis. Id ipsum enim petendum est, quod est in obligatione. In obligatione autem sunt aurei crediti, & eius bonitatis, & ponderis, cuius sint crediti tempore. Non igitur maioris bonitatis aut ponderis restitui debent, nec minoris.

Quod si ponas auctam fuisse extrinsecam aureorum æstimationem propter deterioratas monetas inferiores, euidentior ratio est propter quam idem aureorum numerus solui debeat, nempe quia si bene inspicias idem re vera hoc casu manserit aureorum valor, cùm alia non sit æstimatio quadraginta solidorum octaua parte meliorum, & quadraginta quinque octaua parte deteriorum, vnde etiam fit, vt quod quadraginta solidis contractus tempore emi poterat, hodie non nisi quadraginta quinque comparari possit. Atque ideo minus solueret debito, qui pro quadraginta solidis melioribus solueret totidem deteriores, licet idem esset numerus, quia numeri æqualitas non potest inducere quantitatis æqualitatem, nisi cùm cætera omnia sunt paria, ex quibus nummi quantitas constituitur, id est magnitudo, & pondus materiæ l. 1. de contr. emptio. In quo perpetuus, & spontaneus Parisien. error fuit,

AD INCERTI AVTHORIS QVAESTIONEM 93.
De emptionis precio ad tempus soluendo. Cap. XIII.

Ac domum venditam pro mille aureis solatis tra ditam & nihilominus locatam emptori pro 30. vel 40. aureis solatis, donec precium soluerit iuxta notat. in l. cùm venderem 21. sicut emptio 20. D. locat. Tempore verò contractus aureum valuisse tantùm 40. solidos: cùm autem post aliquot annos cœpisset valere 45. emptorem obtulisse 889. aureos tantùm cum quinque solidis Turonensibus, & sic deducendo augmentum, an potuerit? Sic enim Parisien. quæstionem concipit num. 712. Et fatetur communem esse sententiam, quòd non, sed precisè teneri emptorem mille aureos soluere absque deductione augmenti, & suppletione decrementi, & quòd citra moram non attendatur variatio valoris, siue creuerit, siue decreuerit. Ipse tamen contra putat, motus ea potissimum ratione, quòd in proposita specie mille aurei sint promissi tanquam precium de preciatum domus, & tanquam certa conuenta æqualitas domus, arg. l. si voluntate 8. C. de resc. vendit. & consequenter respectu valoris dictorum aureorum tunc currentis, & summæ, seu æstimationis librarum ex eis tunc resultantis prout secundum omnes. post Bart. in l. Paulus 99. de solut. maior moneta per minoreu æstimatur. Sed subinde notat num. 717. id ita accipiendum esse si facta sit conuentio stante Repub. bene constituta, & in qua certam ac perpetuam æstimationem nummus habeat. Diuersum

esse

esse admittens si inter cæteras Reipu. calamitates, & direptiones contingat crebro variari monetas, & reprobari, quasi quandiu ea labes durat, & imminet periculum mutationis, dici possit subesse causam transigendi de numero earundem specierum aduersus incertitudinem augmenti, vel decrementi. Ego non dubito quin verior sit indistinctè cõmunis sententia. Ratione illa, quòd semper, & perpetuo inspiciendum est quid sit in obligatione, vt id ipsum non aliud omnimodo de beatur. Quod enim semel deberi cœptum est, nõ nisi certis modis deberi definit. l. obligationũ ferè 44. de obligat. & actio. inter quos tollendæ aut variandæ obligationis modos si aurei fortè debeantur, non legimus cẽseri monetarum æstimationis variationem. Porrò in proposito deberi mille aureos nõ tot libras quot contractus tẽpore efficiant mille aurei ex eo apparet, quod ponimus venditam fuisse domum precio mille aureorum. Et Parisien ipse fatetur eam summam mille aureorum promissam esse tanquam domus venditæ precium adpreciatum, & æquipollens. Mille ergo aurei omnimodo soluendi sunt aut in specie, si iuris rationem spectes, aut in æstimatione si consuetudinem. Itaque errat Parisien. & præsupponit falsum, cùm ait promissis mille aureis precij nomine videri contrahentes respexisse ad eam, quæ tunc currebat aureorum æstimationem, quasi nihil referat, an mille aurei in obligationem deducti sint, an tot libræ, quot ex mille aureis eo tempore confici possint. Finge alios nummos in vsu non esse quàm aureos, vt olim cùm vsus nummi introductus fuit, credibile est non nisi vnam speciem numi initio fuisse. An ideo minus habeant aurei propriam suam æstimationem, vt non possit domus æstimari mille aureis? Finge conuentum fuisse precium in moneta minutissima, qua non sit alia minutior, an ideo minus dicetur domus certo precio æstimata? At qui nummus nullus est qui quatenus nummus non habeat suam æstimationem. Æstimatio igitur nummi non illa dicenda est, quæ fit per alios nummos aut maiores aut minutiores, sed quæ in se certa est, & ex sola pendet magnitudine, & pondere materiæ, vt cum aureum æstimamus sex florenis, tametsi nulli sint in rerum natura floreni. Nam quamuis florenos conficiamus ex 12. solidis, non ideo tamen minus floreni appellatio subsistit, quòd nulli amplius sint solidi. Fateor posse aureos æstimari, per libras cæteraſque inferiores omnes monetas. Sed nego inde fieri vt qui de tot aureis egerunt, de tot libris egisse videantur. Neque enim cogitabant de æstimandis aureis, sed de æstimanda domo, cunque posset domus æstimari in qualibet proba nummorum specie, siue aurei illi essent, siue libræ, siue capitati maluerunt aureis æstimare, quàm libris aut capitatis. aut solidis. Hoc verò cur ita? Nisi vt ostenderent nec de tot libris cogitare se, nec de tot capitatis aut de tot solidis, sed de tot aureis, vt proinde tot aurei soluerentur, aut saltem eorum æstimatio, quæ solutionis tempore reperiretur, quæcunque tandem illa esset æstimatio. Si enim respiciebant ad librarum numerum qui ex mille aureis contractus tempore confici poterat, cur non libras ipsas in precij conuentionem, & obligationem deduxerunt? aut cur non aureos certo librarum numero æstimarunt? Alio-

qui cùm non minus æstimari possint plures libræ pro paucioribus reos, quam pauciores aurei per plures libras, vt suprà diximus capite 10. contra Bartol. in l. Paulus ex Dydac. dicto cap. 7. conclus. 5. numer. 4. Eadem ratione dicam si pretium in tot libris contentum sit non tamen tot librarum numerum inspiciendum esse, sed tot potius aureorum, quot ex contento librarum numero confici possint; quasi non tam respexerint contrahentes ad librarum numerum, quàm ad ipsarum æstimationem? Atque ita fiat, vt de iureis cogitasse interpretemur illos qui de libris locuti sunt, & contra de libris cogitasse eos qui in aureis obligationem contraxerunt, vt prosecto inde nihil minus sensisse videantur, quàm quod verbis expresserint, sed neque hoc tantùm consequetur. Nam statim atque admiseris eos qui de aureis locuti sunt, cogitasse de libris, & vicissim eos qui de libris locuti sunt cogitasse de aureis, iuferam, Bos igitur qui cum de aureis locuti sint cogitarunt de libris videri etiam hoc ipso, quod de libris cogitarunt; perinde rursus cogitasse de aureis, quia per libras aurei æstimantur. Sicque eueniet vt confundantur omnia, nec dici possit an de aureis potius quàm de libris cogitauerint, qui de aureis locuti sunt, an verò de libris potius quàm de aureis, qui libras in obligationem deduxerunt, cùm tamen apertissimum sit id quemque sensisse intelligendum, quod verbis expresserit vulg. l. non aliter 69. de legat. 3. l. Labeo 71. §. vlt. de supellect. legat. atque ideo æstimata domo in aureis per contrahentes, nulla ratio est cur eam iudex æstimare debeat in libris, aut contra æstimare in aureis, quod contrahentes æstimauerint in libris. Quid enim si vt euenire interdum potest, crescat aurei æstimatio extrinsecùs ratione librarum dumtaxat, vt qui dignus erat aureus libris tribus æstimetur nunc quatuor, aut tribus, & dimidia propter eam quæ intrinsecus contigerit specierum librarum deteriorationem. Non crescat autem in capitatis aliisve speciebus, propterea, quòd cæterarum specierum valor intrinsecus idem manserit (hoc enim certum est) augeri valorem extrinsecum aurei in numero specierum deteriorarum tantùm, non etiam in numero specierum non deteriorarum, vt & Parisien. fatetur numer. 718.) quæro, an contrahentes qui de aureis locuti sunt videantur respexisse ad numerum librarum, quæ ex tot aureis redigi potuissent, an ad numerum aliarum specierum, quibus æquè ac libris æstimari aureus potest? Si dices, ad numerum librarum, fiet vt diminuto postea ob deteriorationem librarum valore extrinseco, & ad iustam proportionem redacto augeri necesse sit numerum aureorum, vel ex contrario minui si librarum valor extrinsecus auctus sit, quæ sanè Parisii. sententia est. At si dicas videri contrahentes respexisse ad numerum aliarum specierum quarum valor tam extrinsecus quàm intrinsecus idem manserit, eueniet vt idem aureorum numerus qui promissus fit debeatur. An igitur dices augeri debere numerum aureorum habito scilicet respectu ad libras quarum

æstimatio

æstimatio extrinseca propter deteriorationem intrinsecam decreuerit, potius quàm ad capitatos, quorum respectu idem aureorum numerus debeatur? At si voles augeri vt venditori faueas, quæro iterum, cur æstimare velis aureos per libras potius quàm per capitatos aut alias species, cùm non minus capitatis alijsve speciebus nummi etiam minutissimis æstimari possit aureus quàm libris? Aut cur minus credas emptori dicenti se cùm in aureis contraxit non ad libras, sed ad capitatos respectum habuisse, quàm venditori contrà asserenti habuisse se respectum ad eam aureorum æstimationem quæ per libras fieret non per capitatos? Quòd si dicas aurei æstimationem quæ fit per libras non ad eas libras referendam esse quæ nummi speciem constituant specificam, sed ad eas quæ genericam, & numeralem. Respondebo, imò verò genericæ, & numeralis libræ æstimationem sumi ex specie specificę æstimatione, vt supra diximus capite 8. ad finem. in eoque differre libram quam dicimus numeralem, itemque aureum numeralem à florenis, quibus vti solemus in æstimandis pecunijs mercibusque omnibus. Florenorum enim species specifica nulla est, sed numeralis duntaxat, quæ ex duodecim solidis nostris conficitur. Proinde siue crescat solidorum valor intrinsecus, siue extrinsecus, idem semper florenus est, atque ideò florenorum æstimationem ex solidorum quibus conficitur æstimatione metiri omnino necesse est. Denique illud contendo, conuentionem quæ in aureis facta sit, non magis posse videri factam in libris quàm in capitatis, vel aureorum quadrantibus, & idcirco ne incidat quæstio, an maior minorve aureorum numerus debeatur, ex diuersa librarum, & aliarum specierum æstimatione quibus æstimari possit aureus, id semper obseruandum esse, vt tot aurei debeantur quot promissi sunt nec plures, nec pauciores, siue extrinseca aurei æstimatio ratione librarum duntaxat, siue ratione aliarum quoque specierum omnium creuerit aut decreuerit. Nec sanè aliter ius constitui potest quin aut emptori aut venditori manifesta inferatur iniuria visque fiat verbis conuentionis. Et apertè Parisien. labitur in eo, quod ponit, si in Republica legitimè constituta, in qua certus edicto perpetuo stabilitus sit aureorum valor, (putà ad 45. solidos, cùm antea valeret tantùm 40.) quem perpetuò duraturum esse verisimile sit, Pridie eius edicti & decreti facta fuerit venditio, pro mille aureis dubitandum nõ esse quin liberetur emptor soluendo 889. aureos cum quinque solidis, & sic deducto augmento cùm simus, inquit, in terminis veri, & effectualis augmenti, nec vnquam speranda sit vel timenda mutatio, nisi ex tam iusta causa tamque iusta proportione, vt nec exteri, nec ciues ex ea læderentur. Primùm enim si postridie eius diei quo facta venditio est mutationem contigisse ponimus, quantumuis legitimè constituta sit Respublica: Quomodo fieri, quæso potest, vt crescentem æstimationem perpetuo duraturam esse credibile sit? Deinde an non fieri potest vt ex iusta causa, & necessaria supernemiat mutatio æstimationis aureorum extrinsecæ fortè propter alias clades, & necessitates Reipubli. inoluctabiles, vt, & Parisiensis ipse

ipſe loquitur. num. 710. Cur non ergo in Republica bene conſtituta æquè, ac alia debeant contrahentes ſibi proſpicere, & in certo aureorum numero paciſci, vt in Repub. malè conſtituta? Tertiò, quid abſurdius, quàm quod dicto num. 720. Pariſien. ait in terminis propoſitæ quæſtionis ceſſare periculum mutationis, ideo quod Edicto regio æſtimatio aureorum iuſta ex cauſa aucta fuerit. An non enim ab eo tempore innumeras ſuperueniſſe legimus, audiuimus, vidimus? Sed & quid, obſecro, commune habet certus aureorum numerus conuentio: ne definitus cum mutatione, quæ poſtea ſuperuenerit æſtimationis ex trinſecæ? Siquidem cùm id curant contrahentes, vt ſibi viciſſim conſulant aduerſus dubiam illam mutationis incertitudinem, non id illis agendum eſt, vt paciſcantur duntaxat in certo aureorum numero, ſed illud potiſſimum, vt aureos certo numero concluſos, certa quoq; æſtimatione limitent, alioqui cùm in aureis paciſcuntur nulla eorum facta æſtimatioe id potius mente agitare eos credendum eſt, vt idem ſemper aureorum numerus debeatur, ſiue eorum æſtimatio in libris, aut alijs ſpeciebus creuerit, ſiue decreuerit. (Si tamen decreuerit diſtinguendum eſt, an iuſtè an iniuſtè, vt ſupra docuimus.) Cùm ergo quæritur an aucta, vt in propoſito caſu, aurei æſtimatione à 40. ſolidis ad 45. poſſit emptor precium ſoluere in minori numero aureorum, inepta eſt illa Pariſien. diſtinctio, an contractus tempore periculum alicuius fuerit mutationis necne, cum mutationem euenire poſſe contrahentes præuidere potuerint, & debuerint, ancepſque illud periculum ſubire maluiſſe videantur ſpe lucri, quàm effugere taxata æſtimatione metu damni. Cur igitur non ſolum præter, ſed etiam contra voluntatem contrahentium inducamus, vt incertæ aureorum æſtimationis alea nulla ſuperſit, quam ipſi conſultò captauerint, domum non libris æſtimantes, ſed aureis? Ipſque non taxatis, vt ſiue augeretur, ſiue minueretur eorum valor extrinſecus idem nihilominus aureorum numerus deberetur.

Nec eſt, quod quemquam moueat ratio illa Pariſien. quam ſupra retulimus. Fateor mille aureos in emptione promiſſos eſſe tanquam precium adpreciatum domus, & tanquam certam conuentam æqualitatem domus. Sed nego, quod ille infert, promiſſos ergo eſſe reſpectu valoris dictorum aureorum tunc currentis. Nihil enim vetat æſtimari domum mille aureis habito reſpectu ad ipſas aureorum ſpecies, non etiam ad eorum æſtimationem, ſicut & ſi precium conuentũ eſſet inter mille libris, non ideo dici poſſet habitum reſpectum ad valorem librarum, quæ tunc fortaſſis mille aureos efficerent. Ita enim ſequeretur imminuta aureorum æſtimatione extrinſeca plures, quàm ter mille libras debitas iri, aut ea aucta pauciores, propterea quòd tanto minor aureorum numerus debeatur, quanto ſint illi maioris æſtimationis & è contrario tanto maior quanto ſint illi minoris. At hoc abſurdũ fuerit. Qui enim tria tantum millia librarum promiſit, cur aut maiorem, aut minorem librarum numerum præſtet? Atqui non minus æſtimantur libræ per aureos, vt diximus, quàm aurei per libras. Idem igitur in aureis admittendum eſt, vt ſi mille promiſſi ſint precij nomine

ne mille omnimodo debeantur, siue pluribus, siue paucioribus libris solutionis tempore quàm contractus, æstimetur aureus, non habito scilicet respectu ad id, Quot libris aureus venditionis tempore æstimaretur. An non enim potuit fieri pactio in aureis, spe asseruandorum in arca aureorum, quorum postea augeatur vel minuatur æstimatio? Et sanè si domus euincatur, licèt debeatur æstimatio quæ fuit tempore contractus, non tamen debetur illa quæ ab ipsis contrahentibus facta est, hoc est quanti contrahentes rem ipsam conuento precio æstimarunt, sed quanti reuera res est, hoc est ex communi aliorum æstimatione l. non in dimidiam 14. D. de euict. iunct. l. præced. Eadem ergo ratione dicendum est deductis aureis in conuentionem precij, quamuis respiciant contrahentes ad eam æstimationem aureorum quæ sit contractus tempore, si tamen aurei non soluantur, non illam æstimationem deberi, sed eam quæ vera est, id est quam aureus ipse si in specie solueretur secum allaturus esset. Proinde eam quæ sit solutionis tempore, siue in id tempus creuit etiam iniustè, siue decreuerit dummodo non iniustè. Dices, atqui Paulus in l. bonitatis 13. de euict. ait spectandam rei æstimationem quæ fuerit venditionis tempore non tunc cùm euinceretur, nimirũ quia venditor nõ est obligatus nisi ad tradendũ, non etiã vt dominiũ transferat l. 11. de act. empt. Proinde nulla ratio est vt euictionis tẽpus spectetur, sed contractæ obligationis, id est venditionis. At emptor obligatus est ad dandũ precium, & ad transferendum dominium pecunię d. l. 11. quod semper facere potest si velit. Ergo si nõ faciat durat obligatio quandiu soluat. Ac proinde inspiciendũ est tempus solutionis, vtpote quod non differat à tempore obligationis, quomodo differt ex parte venditoris qui tradidit rẽ postea euictã. Dices, atqui emptor qui mille aureos debeat precij nomine, potest ęstimationẽ soluere, vt diximus. An nõ ergo qui de aureis soluendis paciscitur, cogitat etiam de æstimatione? Respondeo primùm id receptũ esse benignè, & ex consuetudine contra veram iuris rationem, ideoque non debere ex argumento sumi l. quod verò 14. & seq. l. quod nõ ratione 39. de legib. 1. quod cõtra 141. de reg. iur. l. qui negotia 34 D. mandat. Secundò dico multum interesse an æstimatio sit in obligatione, an in solutione duntaxat. Illo casu nihil nisi ęstimationẽ quę sit cõtractus tẽpore spectari debere, & ob eam causã siue in aureis soluatur, siue in alia qualibet nummorũ specie non illud esse inspiciendũ, in quot aureis potuerit cõtractus tẽpore solutio fieri, sed in quot fieri hodie possint, & in summa quot librę sint quę debentur. Posteriore verò, cùm æstimatio non in obligatione est, sed in solutione duntaxat, nunquam ęstimationis ratio vlla habetur, nisi cùm soluitur, vnde fit vt talis præstanda sit qualis tunc fuerit aureorum qui debentur. Regulatur. n., vt ita dicã secundum aureos qui sunt in obligatione, non aurei secundum illam.

Ad reliquas verò Parisien. obiectiones quas fatetur ipse in hanc vnam recidere, facilis est responsio ex superioribus, iunctis his quæ latè disputauimus cap. 5. Nam quod ille adiecit num. 715. Si quęratur an læsus sit venditor vltra dimidiam iusti precij inspiciendum esse tempus

pus contractus, non concludit conuentione facta de pretio in aureis, deberi igitur æstimationem aureorum, quæ fuerit contractus tempore Nam cùm æstimatio ipsa nullomodo debeatur, quæstioni locus nullus relinquitur cuius temporis debeatur. At cùm ex contrario aurei debeantur, idque in certo statutoq; numero, & tanquam pretio ad precium domus venditæ, & concludit optimè ea ratio tot aureos deberi perpetuò quot fuerint in obligationem deducti, siue creuerit eorum æstimatio siue decreuerit, inspecto nimirum contractus tempore in æstimanda domo vendita, de qua contractum fuit, non autem in æstimandis aureis, de quo nunquam actum est. Et qui domum vendidit mille aureis si dicat se læsum vltrà dimidiam non debet dicere, aut probare dimidio pluris fuisse rem in libris, aut in illa aureorum æstimatione contractus tempore. sed in aureis, hoc est valuisse plus quã 2000. aureos nec de æstimatione contractu, nisi per consequentia, cùm æstimanda sit domus non aurei. Fateor tantò minore aureorum numero dignam esse domum quantò pluris sunt aurei, sed non inde fit, vt quæ aureis æstimata est, videatur æstimata in aureorum æstimatione. Habent enim aurei suam æstimationem, & prærerea suam speciem, cuius potissimũ habenda ratio est. Fieri siquidem potest vt in obligationem deducti sint tanquam aurei, & quatenus aurei sunt, iure velati permutationis, non quatenus sunt huius vel illius æstimationis. Finge aureos Gebenenses qui Principis nostri edicto reprobati sint, vt nullam habeant publicam in Sabaudia æstimationem. Cur non licebit mihi domum meã, quæ sit Chamberij mille aureis Gebenensibus vendere soluendis in specie, vt ex ea summa soluam mercatori Gebenensi, cui totidem aureos Gebenenses debeam? Ex eo igitur apparet aureos Gebenenses in obligationem deductos non sub consideratione æstimationis publicæ, quæ sit in Sabaudia vbi nulla est, sed tanquam speciem certam aureorum, aut habito saltem respectu ad æstimationem aurei, quæ sit publica apud gentes omnes, non ad illam, quæ nulla sit in Sabaudia. Neque enim hæc illa est ex qua nummi vsus æstimari debet, vt diximus cap. 4. Deinde dici potest, cùm tractatur de læsione inspiciendum tempus contractus, vt sciatur an in contrahendo venditor sit deceptus, quia non potest videri deceptus quis in contrahendo ex euentu rei quæ post contractum acciderit. l. bonitaris 13. & seq. de euict. nec potest in eod ẽ instanti alia atque alia esse eiusdem rei æstimatio. At cùm tractatur de solutione inspiciendum necessariò est tempus solutionis, quia id est soluendum quod debetur, debentur autem aurei in obligationem deducti quandiu soluti non sunt. Et sanè argumentum hoc Parisien. concluderet, etiam eo casu quo conuenisset de aureis in auro soluendis, & in totidem speciebus sine deductione vlla aut suppletione, non deberi tamen aureos nisi ad æstimationem quæ erat tempore contractus (quæ euidentur falsum est, & contra conuentionem.) Nam & hoc casu si tractaretur de læsione æquè inspiciendum esset tempus contractus, qd & Parisien. ipse fatetur nu. 724. in fin. Ita admittens non valere rationem qua hic vtitur.

AD

AD PARISIEN. QVAESTIONEM. 94.
De retractu legali, & municipali. Cap. XIIII.

EST quæstio hæc de retractu siue proximitatis ille sit, siue dominicalis, ideſt aut feudalis, aut cenſualis. Finge venditam domum Titio à Sempronio mille aureis ſolatis, tum infra tempus conſuetudine præſtitutum, ideſt intra annum, & diem proximum agnatum Sempronij velle eam domum retrahere à Titio, quo tempore alia ſit æſtimatio extrinſeca aureorum quàm eſſet tempore contractus. Queſtio eſt, an mille aureos reſtituere præcise retrahens debeat abſq; vlla deductione augmenti, quod ſuperuenit, vel ſuppletione decrementi, an verò vel augmentum poſſit deducere, vel decrementum teneatur ſupplere. Ponimus autem quo tempore agit retrahens iam ſolutum fuiſſe ab emptore precium, alioqui nullus quæſtioni locus eſt, debetque ſufficere emptori, vt eum retrahens liberet prorſus indemnem præſtet ab obligatione ſoluendi precij, vt & Pariſien. fatetur num. 721: at ſi iam ſolutum ſit precium, & poſt factam ſolutionem aurei æſtimatio creuerit, vel decreuerit idem Pariſien. diſtinguendum putat, an creuerit, an decreuerit. Si decreuerit exiſtimat indiſtinctè ſuppliendam eſſe diminutionem nec liberari retrahentem offerendo mille aureos ſiue veniat infra annum à die contractus, ſiue poſt multos, puta quinque, aut decem annos. (Poteſt ſiquidem fieri vt etiam poſt tantum tempus audiendus ſit retrahens, vt ſi forte emptor nondum fuerit inueſtitus) ſi verò creuerit, ſubdiſtinguit, an infrà annum à die contractus veniat retrahens an poſt annos multos, vt priore caſu non poſſit augmentum deduci, poſteriore poſſit. Diſtinctionis verò rationem hanc reddit quòd emptor à quo retrahitur debeat omnimodo indemnis ſeruari à retrahentem, vt pluribus tractat ille in Conſuet. Pariſ. §. 13. gl. 8. q. 2. & 3. Porrò non ſeruaretur indemnis, ſi diminuta aureorum æſtimatione cogeretur ille vllo caſu totidem aureos accipere, non ſuppleto decremento. Sicut nec ſi ea aucta cogeretur pari deductione augmenti, veniente eo qui retrahit paulo poſt numerationem precij ab emptore factam cũ ſit verißimile ſi non ſoluiſſet emptor precium, fore vt adhuc haberet mille illos aureos, propter breuitatem temporis ob quam non dicatur fundo nec aliq̃ cõſiderabilem vtilitatẽ percepiſſe. Præterea augmentũ iſtud nimis calens, vt loquitur, & recens nondũ eſt ſatis tutũ, ſed põt dubitari de imminutione, cuius periculũ pati, aut ſuſpenſo ſtare emptor non debet quousque retentionis, & dominij ius habeat. At verò cum inter ſolutionem, & retractum magnum interuallum eſt puta quinq;, aut decem annorum, apparet efficax, & durabile eſſe augmentũ, q̃ non eſt recentet factum, ideoq; poteſt deduci, inquit Pariſien. quia interim, & emptor fructus eſt, & multorum annorum fructus ſuos fecit. Nec videtur ex eo damnũ pati cũ bis mille libras quas ſoluit in mille aureis recipiat in octingentis octoginta, & nouẽ cũ quinq; ſolidis Turonẽſibus. Sic ille à nu. 721. vſq; ad 725. Ego verò in omnib. cõtra puto, mihi in eo quod

quod admittit, aucta post solutionem æstimatione aureorum si paulo
post veniat retrahens non cogi emptorem pati deductionem augmen-
ti, sed perinde reddēdos ei mille aureos ac si mutatio æstimationis nul-
la superuenisset. Nam in cæteris quoque casibus, hoc est etiam nisi post
longum temporis interuallum retraheris veniat, in æstimatione au-
reorum, & ea etiam diminuta mille aureos præcise reddendos esse,
vel in speciebus, vel in ea æstimatione quæ erit retractus tempore, nec
plures vllo casu nec pauciores si non fuerint aurei æstimati. Ratio il-
la sit, quia quod fuit in obligatione soluendi precij illud ipsum sit in
obligatione restituendi. Atqui mille aureis æstimata domo, probaui-
mus in præcedenti quæstione, ipsos mille aureos esse in obligatione,
non eorum æstimationem, quamuis solui possit æstimatio. Idem igi-
tur mille aurei erunt in obligatione restituendi, vt non plus, quam
mille aureos restituere debeat retrahēs, tametsi aureorum valor extrin-
secùs imminutus proponatur, nec solum si proponas in aureorum spe-
ciebus solutum precium (qui casus minorem habet dubitationem, idcò
quod verum sit nihil emptori abesse præter mille aureos cuiuscunque
fuerint illi, solutionis tempore, æstimationis) sed etiã si soluta fuerit æsti-
matio quę maior tũc erat quam hodie sit præsens, nimirum quod em-
ptor, qui mille aureis domum æstimatam voluit, aureos verò inæstima-
tos, cùm tamen sciret aut scire deberet cõpetiturã proximiori agnato
aut domino retrahendi potestatem, videtur ea spe ad emptionem ac-
cessisse, futurũ vt æstimatio aureorum extrinseca augeretur, lucrumque
ipse augmenti sentiret, totidem ei redditis aureis, aut totidẽ saltem au-
reorum æstimatione. Vtique enim auctis aureis in valore extrinseco nõ
esset cogendus ille pati deductionem augmenti siue paulo post solũ in
nõ retractus fiat, quod Parisien. admittit vel inuitus, regulis, & propo-
sitionibus suis vim apertè faciens, siue longo postea interuallo, quis
quòd augmentum ex diuturnitate temporis censendum sit efficax, & in
stabile nõ faciet vt eo minus ptinere debeat ad emptore cui primodo de
bentur aurei, nec rursus quòd ille interim fructus sit re vendita, & mul
torum annorum fructus suos fecerit, nocere ei debet in diminutionem
sortis principalis, quoniam qui ex re venditæ fructus ab emptore per-
cipiuntur siue computandi vsurarum loco quas ex pecunia precij redi-
gere emptor potuisset, sicut ex contrario vsuræ non solutæ precij vice
fructuum percipi censentur l. Julianes 13. §. venjunt. D. de actionem
empt. l. cum habit 5. C. eo. l. 2. C. de vsur. Quienim domum emit aut fun-
dum, non emit fructus rei sed rem ipsam, itaque non debet ex fructuum
perceptione minui sors precij, nisi cùm fructus nullo iure percepti
sunt, puta cùm fructus qui dominij causam præbere debuit vitiosus est,
& injustus, siue propter interuenientem dolum ex proposito, siue ex
causa emptionis læsionis, vt nos alibi scripsimus. Ergo quemadmo-
dum non cogitur emptor id quo retrahitur res empta, pati deductio-
nem augmenti vlo casu, ne scilicet damnum ex deductione sentiat
qui indemnis omnimodo seruandus est, ita ex contrario nulla ratio est
vt ei suppleatur diminutio quæ post solutionem superuenit, aureo-
rum, ne alioqui eueniat vt ex emptione lucrum aliquod retineat is

quem

quem tantummodo indemnem seruari sufficit. Eadem enim est, & esse debet in vtrumque casum augmenti, & diminutionis ratio dubij euentus; sibique imputet emptor diminutis aureis, quòd initio contractus non æstimauerit aureos, vt quandocunque reddi eos contingeret; in eadem æstimatione redderentur. At cùm æstimari noluerit, idque ea mente, vt credibile est, quòd speraret fore, vt eorum æstimatio creseeret suo magno commodo, cur non æquo animo ferat, si ea diminuta damnum ille vicissim sentiat vulg. l. penul. C. de solut.

Dices cum Parisien. non esse hic eandem contrariorum casuum rationem. Id enim perpetuò obseruandum esse, vt indemnis seruetur emptor à quo retractus sit siue per proximiorem agnatum, siue per dominum. Porrò non seruari indemnem eum qui aureos soluerit quorsi solutionis tempore maior erat æstimatio, siue in speciebus soluerit, siue in æstimatione, si post diminutam æstimationem cogatur totidem aureos accipere, vel in aureis, vel in ea æstimatione. Respondeo non esse sic simpliciter concipiendam regulam indemnem seruari debere emptorem, sed sic potius, Ita constituenda omnia, vt nec in damno emptor moretur, nec in lucro. Nam quemadmodum iniquum esset versari in damno eum qui bona fide contraxerit, ita nec in lucro morari debet, cùm omne contractus commodum transferendum sit in retrahentem in quem & omne periculum transfertur. argum. l. 1. D. ad S. C. Trebell. Et quod dici solet in dubio fauendum esse potius emptori, quàm retrahenti, siue emptor sit reus ex regula. l. fauorabiliores de reg. iur. siue retractor ex alia regula, quæ habet in re obscura melius esse fauere repetitioni, quàm aduentitio lucro. l. non debet. 41. §. 1. l. in eo 33. eo. l. & si quis 14. §. 1. D. de relig. & sumptib. funer. hactenus verum est, vt indemnis ille seruetur, non etiam vt lucrum consequatur. arg. l. quoties 16. in fin. de iur. dot. Atqui lucrum sentiret emptor, qui mille tantum aureos soluit siue in speciebus soluerit, siue in æstimatione, si plus quàm mille aureos ipsi restitui oporteret. Quod enim mille excederet in lucro esset argum. l. rogasti 11. § si tibi de reb. cred. Non igitur plus quam mille aureos restitui æquum est, siue in aureis fiat solutio, siue in æstimatione. Nam quicquid dicat Parisien. num. 724. fieri non potest, vt non sint itidem aurei specie qui sunt eiusdem generis, bonitatis, qualitatis & ponderis. l. 2. §. 1. l. 3. de reb. credit. l. res in dotem 42. de iur. dot. l. 1. §. 2. de oblig. & action. Aut vt iniuriam pati videatur emptor cui nummi sui restituuntur. l. cùm te 6. ibi præsertim cum aduersa pars receptis nummis suis nullam passa videri possit iniuriam. C. de pact. inter emptor. & vendit. l. ab emptione 58. D. de pact. Nec ad rem pertinet, quod qui redduntur, non sint in eadem bonitate extrinseca, quæ æquè principalis est, & æquè principaliter in nummis quatenus nummi sunt attendenda. Sepius enim monuimus bonitatem illam extrinsecam, quæ nihil aliud est, quàm æstimatio, non esse attendendam, cùm sola species est in obligatione, idque propter voluntatem contrahentium, quæ si ea fuisset, vt aureorum æstimationis rationem aliquam haberi voluissent, ipsam potius in obligationem deduxissent, aut, quod effectu idem fuisset, aureos æstimatos. Tunc nam-

que

que æstimatio aurei considerandа est, cum aureo vtimur: de cons.
empt. At qui mille aureis fundum æstimat, & eos in obligationem de-
ducit, nondum ijs vtitur qui fortasse nullos dum habeat, sed tum de-
mùm vtetur cùm soluet, ideoque nimirum si æstimationem malet
soluere, soluet eam quæ erit solutionis tempore non quæ fuit tem-
pore contractus. Nam etsi in contractu aureorum mentio facta sit, non
tamen tunc actum est de æstimandis aureis qui nullomodo æstimari
proponuntur, sed de æstimanda re venditа, quæ porrò æstimari potuit
mille aureis habito respectu ad mille species aureorum potius quàm
ad eorum æstimationem. Non quòd æstimare potuerint contrahentes
rem quæ vendebatur mille aureis quin aureorum quoque æstimatio-
nis rationem aliquam habuerint, sed dico habuisse eos rationem eius
æstimationis aureorum quæ tunc esset cùm illi soluerentur, quo de-
mum tempore vsurus ijs esset venditor, cuius est rei suæ precium di-
cere, non emptoris qui alienam rem vult, alioqui præsentem æstima-
tionem deducere in obligationem contrahentes debuissent vt in l.
fundum 28. de nouat. Non igitur illud inspiciendum est quòd emptor
hoc ipso quòd domum venditam emit mille aureis, iam ipsis vti videa
tur (quamuis re vera aureorum nomine vtatur potiùs quàm aureis:)
sed quòd nullus est venditori eorum vsus priusquàm eos acceperit,
cùm venditor ille sit qui rem suam primus, & vltimus æstimat, quique
nullam ex aureis conuentis vtilitatem percipere possit ante solutio-
nem. Denique quoties bonitas extrinseca conuenit: cum intrinseca,
hoc est quoties huius ad illam iusta eademque proportio est, siue vtraq-
ue lis sit solutionis tempore qualis erat tempore cõtractus, siue vtraq-
simul creuerit aut decreuerit, fateor non minus inspici debere bonita-
tẽ extrinsecam quàm intrinsecam. Sed quoties altera duntaxat immu-
tatur, dico maiorẽ esse potestatem intrinsecę, eamque solam spectandã,
propterea quòd ex ea sumatur cõsideratio extrinsecę apud omnes om-
nino gentes apud quas nummi vsus est, ex quarum publica lege potius
quàm ex huius vel illius Principis priuata voluntate metienda sit im-
posititia illa quam extrinsecam vocamus, nummi æstimatio, vt pluri-
bus docuimus sup. cap. 5. Et ideò si augeatur vel minuatur intrinsecà
admitto quod Parisien. negat deducendum augmentum, & similiter
suppiendum decrementum, etiamsi extrinseca eadem manserit, sed in-
trinseca eadem subsistente si mutata sit extrinseca, contendo totidem
semper aureos deberi. Hoc ipsum tamen sic intelligo si in aureis retra-
hens velit soluere. Nam si malit vti beneficio quod ei consuetudo tri-
buit, & in æstimatione soluere, distinctio illa erit adhibenda, quam
suprà tradidimus cap. 5. An iniustè decreuerit æstimatio, necne, vt si
iustè cogatur emptor accipere præsentem æstimationem extrinsece-
cam, licèt diminutam, si iniustè non cogatur, cum tamen si aureo-
rum valor extrinsecus creuerit, distinguendum non sit an iustè, an
iniustè id contigerit propter eam diuersitatis rationẽ quam ibi expo-
suimus. Non enim video quid hac parte interfit inter emptorem, qui
pretij à se datum velit repetere, & creditorem qui mutuam pecuniam
reposcat. Vterque siquidem indemnis præstandus est, neuter verò
lucrum

lucrum ex alterius iactura captare debet, nec est quòd in re iniusta id circo faueamus emptori potius quàm retrahenti quod retrahens voluntariè veniat ad retractum qui ab emptore inuito exigitur. Regulariter autem magis subueniendū sit ei qui ex necessitate inopinata quā qui ex voluntate impeditur, vel grauatur. l. 2. §. fin. D. si quis cautionib. Nam & qui emit cùm sciret aut scire deberet competituram proximiori venditoris agnato aut domino retrahenti potestatem seipsum primus in eam necessitatem coniecit, vt quandocunque volenti retrahere ei cui retrahenti ius esset, rem tradere cogeretur idque eodem precio. Proinde minus ei succurrendum est arg. l. si fideiussor 7. §. 1. D. qui satisd. cogant. præsertim cùm imputari ei possit cur sibi non prospexerit aureos æstimando, curve ex sperato aureorum æstimationis augmento lucrum captauerit, cùm cogitare debuerit eadem iuris, & æquitatis ratione futurum, vt diminuta ea æstimatione damnum ille pateretur. Nec rursus ideo debet esse durior condicio retrahentis quod veniat ille contra ius commune, contra emptorem alias tutum iure communi ex l. dudum penult. C. de contr. empt. Cùm enim nitatur iure speciali siue in iuris corpore clausum illud sit, quale quod competit domino feudali aut censuali. l. 2. C. de iur. emphy. & ex constit. Friderici inscripta. De iure προτιμήσεως, siue municipale, cuiusmodi est in Gallia alijsque plurimis locis, quòd competit proximioribus, non sanè videti potest facere iniuriam qui iure suo vtitur, imò vero ius speciale est potentius, vincitque ius commune. Nec odiosum videri debet ius illud, quod ideo comparatum est, vt diutius bona in familia remaneant quæ iusta nec improbabilis adfectio est l. si in emptionem 35. D. de minor. Apud nos tamen obtinet hac parte, vt aliàs ferè semper, ius commune, quod extat in dicta l. dudum. nec auditur proximior retrahere volens, præterquam apud Augustanos. De retractu dominicali, an apud nos in vsu sit quidam dubitant, sed non esse verius est, & plerisque Senatus nostri decretis comprobatum. Quod si ita est minus erunt nostris vtilia, quæ in quæstione ista disputauimus

Sed illud prætermittendū nō est in eo labi Parisien. apertius, quod neque distinguendum putet an aurei valor intrinsecus aut extrinsecus creuerit propter immutatam bonitatem intrinsecam monetarum, cum tamen eo casu verum sit non tam auctam, vel imminutam, quàm retentam, & conseruatam pristinam aurei æstimationem, eandemque prorsus illam esse solutionis tempore, quæ fuerat in contrahendo, licet maior sit numerus aut minor numinorum immutatorum quibus æstimatur aureus, vt pluribus probauimus capite 6. supr. Consequens ergo est, vt perinde semper mille aureos retrahens debeat, siue aureorum æstimatio creuerit, siue decreuerit, dummodo ad proportionem immutationis monetarum, in quibus fiat solutio, acsi nulla superuenisset mutatio. Quamquam, vt toto hoc capite dictum est, idem quoque admittendum sit in vera qualibet, & effectuali æstimationis aurei mutatione.

AD PARISIEN. QVAESTIONEM.
De retractu conuentionali. Cap. V X. 95.

Vamquam probabiliter videri poterat eandem constituendam esse rationem retractus huius conuentionalis quam, & legalis, de quo suprà proximè diximus, nouis tamen distinctionibus Parisien. vtitur num. 726. dum omissa iuris ratione miseram suam, & commentitiam æquitatem solùm præ oculis habeat. Sic autè distinguit, aut æstimatio, inquit, aurei creuit, aut decreuit. Si creuit rursum subdistinguit, aut augmentū superuenit incontinenti vel paulo post solutionem precij ante illius vsum, ita quòd venditor sensit commodum augmenti, & tunc nō debet illud deducere quandocumque postea redimendo ne bis idem percipiat, & vt paria in effectu reddat, aut verò superuenit augmentū postquàm venditor iam consumpserat precium in valore antiquo, & tunc rursus subdistinguit, aut statim, & infra modicum tempus puta infra annum vel sesquiannum à venditione vult redimere, & non debet deducere, ne propter temporis breuitatem, & festinationem redemptionis, & dubium mutationis emptor damnificetur, cùm augmentum nondum appareat firmum, & stabile, aut venditor post plures annos venit ad redemptionem. Et tunc, inquit, cùm cesset damnum emptoris, quia, & fructus multorum annorum percepit, & augmentū firmum est ac stabile, poterit augmentum deduci, suggerente id æquitate, quia non habuerit emptor commodū illius augmenti: aut æstimatio aurei decreuit. Eoque casu iterum distinguit longè aliter quàm in retractu legali, aut in continenti siue intra breue tempus post precium receptum venditor redimit, & sic antequàm vsus sit, & vti probabiliter potuerit in valore antiquo, & tunc fatetur non debere diminutionem quæ superuenerit supplere, aut ex interuallo postquam precio vsus est, vel debuit vti, & tenetur supplere. Rationem dissimilitudinis adfert quod priore casu vtatur iure suo venditor, qui liberam habet ex pacto quandocumq; redimendi facultatem, vt proinde melior eius condicio esse in eo debeat quàm retrahentis qui nullum negotiū gessit cum emptore, & cui emptor nō cōsensit, & qui vendit ad lucrū aduētitiū ex negotio alieno. Posteriore verò casu si postquàm vsus est, & in res suas conuertit p valore antiquo, & superuenit diminutio efficax, & durabilis, mox redimeret non supplendo diminutionem, locupletaretur cum aliena iactura, quia recuperaret integrum fundum, & tamen minus redderet in effectu quàm effectualiter receperit, & in rem suam conuerterit. Igitur supplere debet, etiamsi incontinēti superuenerit mutatio, & redemptio, dummodo constet quòd iam venditor efficaciter conuerterat aureos ad valorem antiquum. Hæ sunt Parisien. distinctiones, ex quarum varietate, & multiplicitate apparet satis quàm difficile sit commentitiæ illius æquitatis qua abutitur rationes ad casus singulos accommodare. Errat autem in eo perpetuò, non solum

quòd

quòd non diſtinguit, an propter deteriorationem, aut melioratio-nem inferiorum monetarum aurei æſtimatio creuerit vel decreuerit, ſed etiam quod putat plus reddere quàm acceperit eum qui totidem reddat aureos eiuſdem bonitatis, & qualitatis, ſi eorum aucta ſit extrinſeca æſtimatio. Et ex contrario minus reddere quàm debeat eum qui totidem aureos reſtituat eiuſdem quidem bonitatis, & qualitatis intrinſecæ, ſed tamen in extrinſeca æſtimatione diminutos. Nam imò verò tantundem vtroque caſu redditur, adeoque illud ipſum quod debetur, vt in ſuperioribus latè probauimus. Cur non ergo contingat liberatio? Aut ſi nec plus nec minus ſoluitur quàm debeatur, cur de augmento deducendo quærimus, aut de ſupplenda diminutione? Et ſanè tam abſurdum eſt dicere, aucta æſtimatione extrinſeca aureorum deduci poſſe augmentum vllo caſu, vel ea imminuta ſuppleri diminutionem, atque ſi quis diceret, aucta æſtimatione fundi venditi vel diminuta ex cauſa aliqua extrinſeca (quomodo rerum omnium precia ſunt in incerto, mutaturque in dies vulg. l. precia rerũ 63. D. ad leg. Falcid.) deduci poſſe augmentum quod ſuperueniſſet vel ſupplendam eſſe diminutionem. Nam nec negari poteſt, quin in fundi venditione reſpiciant contrahentes ad eam præcisè æſtimationem quæ ſit contractus tẽpore, quæ & ſola ſpectanda eſt cùm de læſione quæritur l. ſi voluntate 8. C. de reſcind. vendit. quemadmodum fundo vendito mille aureis, præſentis non futuræ aureorum æſtimationis ratio habetur. Atqui non ideò poteſt quicquam de fundo deduci quod poſt venditionem factus ſit precioſior ex cauſa extrinſeca, & ratione æſtimationis tantum, ſicut neque è contrario ſupplendum quicquam eſt, & addendum ad præſtationem fundi, qui deterior factus ſit citra culpam aut moram venditoris, vt interpretes omnes fatentur, perfecta ſiquidem venditione quod ſit nudo conſenſu periculum omne, & commodum rei venditæ pertinere incipit ad emptorem §. cùm autem Inſtit. de empt. & vendit. l. 1. l. cùm inter 4. & paſſ. C. de peric. & commod. rei vendit. Cumque ſolus fundus ſit in obligatione ex parte venditoris, non etiam eius æſtimatio, nulla ratio eſt vt propter auctam æſtimationem obligatio venditoris augeatur. Eadem igitur ratione admittendum quoque eſt, contracta venditione in mille aureis, cùm aurei ſoli ſint in obligatione non ipſorum æſtimatio, illud vnum ſufficere vt præſtetur in ea ipſa bonitate, & qualitate, in qua debentur, nec eorum numerus idcirco augeri debeat ex poſtfacto, vel minui, quòd æſtimatio ipſorum extrinſeca creuerit aut decreuerit, quamuis fieri nequeat, vt qui de aureis loquitur, non cogitet de eorum æſtimatione, nimirum quia non ex eo ſequitur deductam æſtimationem in obligationem, ſed ipſos aureos quorum ſubſtantia, & indentitas ſiue in ſpecie, ſiue in indiuiduo ex ſola æſtimationis extrinſecæ mutatione non immutetur. Alioqui dicendum eſſet eadem ipſa aureorum corpora, & indiuidua quæ in arca fortè reſeruata ſint, ſi eorum æſtimatio extrinſeca immutata ſit, nec eadem fore, nec ſibi ipſis ſimilia, quod tamen prorſus ridiculum fuerit arg. à fortiori l. proponebatur 76. D. de iudic. Indiſtinctè igitur admittendum eſt in retractu con-

uentionali, quod in legali diximus, emptori qui mille aureos soluit, mille aureos præcisè reddi debere, siue valor eorum creuerit iustè aut iniustè, siue decreuerit, si aurei reddantur, aut si æstimatio dumodo non iniustè decreuerit, siue in maiori, siue in minori æstimatione aureos emptor in rem suam impenderit, siue paulò post acceptum pretium, siue ex longo interuallo venditor rem redimat. Quam sententiam non solum communem esse, & veriorem, sed etiam receptam de consuetudine testatur Boer. Decis. 327. numer. 4. quicquid Parisien. in contrarium cauilletur num. 725. ad fin. An autem liceat semper, & in qualibet nummi specie soluere æstimationem pro aureis diximus sup. cap. 3.

AD PARISIEN. QVAESTIONEM 97.
De redemptione domus venditæ sub pacto redimendi.
Cap. XVII.

TRanscribam in proponenda facti specie verba Parisien. Quidam anno sesquimillesimo vicesimo sexto vendidit castrum precio duodecim mille librarum Turonens. solutarum in sex mille aureis solaribus sub pacto redimendi soluendo dictam summam duodecim mille librarum Turon. in similib. sex mille aureis: & tũc aureus solaris valebat 40. solidos Turo. Post annos vero quatuordecim, videlicet anno 1340. quo aureus valet 45. solidos Turon. venditor volens redimere in similib. speciebus prout tenetur vult deducere illud augmentũ, & sic pro sex mille aureis dudum receptis refundere quinquies mille trecentos triginta sex, cum quindecim solidis Turon. quæ tempore redemptionis inspecto conficiunt summam 12000. librarum Turon. Emptor autem contendit precisè sex mille solatos sine vlla deductione restituendos esse: alioquin non posse redimi. Aymo Crauet. cons. 47. incip. Carolus Allamandi, consoluit latè pro empaore Parisien. contra num. 728. & seq. respondet pro venditore, Crauetæ sententia verior est in omni casu, sed in illo potissimum in quo respondit, hoc est aucta æstimatione aureorum extrinseca propter imminutam bonitatem intrinsecam inferiorũ monetarum. Rationes Crauetæ sunt hæ quatuor. Prima, quod sex mille aurei sint in obligatione. Secunda, quòd verbum similibus non referatur ad precium, seu ad summam integram, quæ resultabat ex dictis sex mille aureis tempore contractus, nec ad signum, seu characterem aureorum, sed ad æstimationem intrinsecam, bonitatem, qualitatem, & numerum, vt sit per omnia similitudo inter precium emptionis, & redemptionis. Tertia, quòd aureorum valor creuerit propter superuentam deteriorationem monetarum. Quo casu communis est nostrorum sententia, quòd debeat solui, vel de pecunia antiqua æquè bona, vel de noua ad æstimationem antiquæ DD. in d. l. cum quid si cert. pet. Oldrad. quæst. 249. Aret. cons. 11. Corn. cons. 181. col. 25. lib. 2. cons. 321. col. pen. lib. 3. Sicut, & si essent intrinsecus diminuti aurei non liberaret venditor, reddẽs totidẽ aureos nouos deteriores. Cur. iun. cõs. 24. col. 3. &

Postrema

Poſtrema ratio eſt quòd ſi in propoſita facti ſpecie valor aurei fuiſſet diminutus, noluiſſet redimens ſupplere, nec reddere vltra ſex mille aureos. Ergo in contrarium caſum non eſt ei permittendum, vt deducat augmentum, quod ſuperuenit Pariſien autem vt contra pro venditore reſpondeat, mouetur ex eo, quod ſimus in terminis veri efficacis, & ſtabilis augmenti. Item quod augmentum illud non ſuperuenerit ſtatim poſt venditionem, & ſolutionem precij, ſed ex longo interuallo, ideoque verum ſit, illos ſex mille aureos per ſe non valuiſſe venditori vltra 12000. libras Turonenſes, nec maiorem ei vtilitatem attuliſſe. Qua etiam ratione idem putat admittendum etiamſi venditio non fuiſſet facta ad libras, nec inciperet à certa librarum ſumma in genere, ſed concepta fuiſſet ſub certa ſpecie, & numero aureorum, quia nimirum non faceret ea res, quominus in huiuſmodi contractu, vbi aurei veniunt tanquam adpreciatio, & æqualis penſatio in pecunia, cenſerentur principaliter aut ſaltem æquè principaliter deduci ſub ratione valoris currentis extrinſeci, & ſummæ quam tunc conficerent. Idem igitur multo magis ſi eſſet facta mentio ſummæ reſultantis, vel valoris currentis tempore contractus, puta venditum pro ſex mille aureis tot libras conficientibus, vel ad valorem 40. ſolidorum Turonenſium pro quolibet aureo, & adhuc multo fortius ſi non ſolum facta ſit mentio de valore currente, ſumma librarum reſultante, ſed etiamſi incipiat, inquit, venditio à certa quantitate librarum principaliter in diſpoſitionem deducta, & in tot aureis ſoluenda, vel ſoluta vt in themate. Tota quæſtionis huius difficultas ex eo pendet, vt ſciamus, an in propoſita ſpecie ſex mille aurei ſint in obligatione an potius 12000. libræ. Si ſex mille aurei ſunt in obligatione, vt præſupponit prima. Crauetæ ratio non poteſt dubitari quin ſala ſit Doctoris Analitici ſententia: quæ ſanè vera eſſet ſi libræ tantùm non aurei in obligationem deductæ viderentur. Finge non fuiſſe additum pactum de reddendis totidem libris in ſimilibus ſpeciebus: ſed dnntaxat conueniſſe, vt redimere poſſet venditor ſoluendo 12000. libras. Puto non ſex mille aureos deberi, ſed præcisè libras 12000. ſiue maiorem ſiue minorem aureorum numerum conficiant tempore ſolutionis. Ratio eſt quoniam licet ponas emptorem ſoluiſſe libras illas 12000. in ſex mille aureis ſolaribus non tamen deduxit aureos in obligationem, ſed libras, videturque tanti aureos quos tradidit vendidiſſe, id eſt eo librarum numero quem ipſe in obligationem deduxit. Nec aliud admittendum exiſtimo ſi in obligationem deduxerit quidem 6000. aureos, ſed æſtimatos libris 12000. non expreſſo eo, quòd in totidem aureis precium reſtitueretur. His enim duobus caſibus apertum eſt libras eſſe in obligatione non aureos. Libras igitur ſolui ſufficit. Iuris enim regula eſt ſolutione eius, quod debetur liberationem contingere. In eoque Pariſien. opinionem ſequor aduerſus Crauetam qui pactum illud de ſoluendo precio 1200. librarum Turonenſium in ſimilibus aureis putat eſſe ſuperuacuum. Sed cùm pactum illud additum eſt de iiſdem aut ſimilibus ſpeciebus reddendis, dico non libras eſſe in obligatione, ſed aureos, atque ideo aureos

6000. deberi præcisè, eiusdem bonitatis, & qualitatis, licet differit æstimationis extrinsecæ, nec aut deduci posse augmentum, aut simpleri debere diminutionem. Mouet me, quòd quemadmodum qui soluit in tot aureis precium conuentum in tot libris, censetur eo librarum numero veluti certo precio aureos suos vendere, vt diximus. Item qui promittit tot libras restituere in ijsdem aut similibus speciebus, videtur tanti libras vendere, & eo precio tot aureorum quot tradi- ti sunt. æstimare. Aut potius, nec venditi aurei statim reuenditi videantur, probabilius est non videri hoc casu venditos ex eo, quòd librarum præcipua mentio facta sit, sed demonstrationis potius causa factam eam esse quàm aut venditionis aut taxationis, cùm nominarim conuenerit, vt ijdem aut similes aurei redderentur. Quis enim tam sit stupidus, vt velit aureos suos certo librarum numero vendere, tum incontinenti, imò vero eadem pactione libras illas, quæ aureorum precium efficiant inæquali eorundem aureorum numero emere? Quòd si dicas aureos isto casu si non sint venditi videri saltem æstimatos. Dicam non magis æstimatos esse libris in priore conuentionis parte, quàm libras aureis in posteriore. Atque ideo perinde constituenda omnia, acsi nulla librarum mentione facta, aurei simpliciter soluti essent, & conuentum vt ijdem aurei restituerentur. Quo casu nec eo plures restituendi essent, quòd eorum diminuta esset æstimatio, nec eo pauciores, quod aucta, vt pluribus à nobis probatum est supra cap. 3. 7. & 8. Itaque in his duobus casibus, hoc est, cum vel aurei simpliciter sunt in obligatione nulla librarum mentione facta, aut cùm aureis libris quidem æstimati sunt, sed eo addito, vt libræ in ijsdem speciebus reddantur, ego pro Crueta contra Parisien. & sentio, & Cruetæ opinionem à Senatu nostro sæpius comprobatam fuisse scio.

Non obstat quod ad primam Cruetæ rationem Parisien. respondet non esse aureos in obligatione nisi accessorie, & ad qualificandam solutionem debiti principalis, principaliter autē 12000. libras esse in obligatione, tanquam precium ipsum conuentum, & adæquatum principaliter intentum. Nam imò vero in obligatione esse dicendū est, quod est in necessitate soluendi. Atqui aurei omnimodo soluendi sunt non libræ, postquam placuit, vt conuenta librarū summa in ijsdem speciebus reddatur. Nec enim quicquā interest an aureos mihi debeas soluendos in tot aureis, an libras itidē soluendas in tot aureis, quandoquidē vtroque casu aureis duntaxat solui possunt, ac proinde aurei soli debentur. Quod autem idē secundo loco respondet, q etiamsi sex mille aurei essent in obligatione, & dispositione adhuc in hoc contractu non censerentur deducti (saltem æquè principaliter) nisi sub ratione valoris, & summæ quā contractus tempore conficiebant, minus ad rem pertinet. Primū quia æstimatio extrinseca nullius esse potest considerationis cū conuenit vt eædē species reddantur, cunq; lex conuentionis seruanda sit, frustra quæramus de æstimatione, quæ nec in obligatione sit, nec in solutione esse possit, nisi pro ea quantitate siue maior illa sit, siue minor q ex specierū conuentarū numero resulter. Deinde etiāsi admitter ē,

cen seri

cenſeri deductos aureos in diſpoſitionem ſub ratione ſummæ quam contractus tempore conficiebant illud tamen dici nō poteſt nec audet Pariſien. ipſe dicere, eius duntaxat valoris ratione habendā eſſe. Nam ſi non in totum, ſaltē æquè principaliter habēda quoque eſt ratio bonitatis intrinſecæ, & ipſius ſpeciei quatenus species eſt. Atqui eūm eadē manente intrinſeca bonitate mutatur extrinſeca, fieri nullomodo poteſt vt vtriuſque ratio habeatur. Siquidem inſpecta intrinſeca idem prorſus ſpecierum numerus reddi debet, at inſpecta extrinſeca neceſſe eſt vel plures reddi vel pauciores. Ergo propter implicitam contrarietatem alterutram ſolam inſpici oportet. Non extrinſecam, & quia conuentio eſſet inutilis quæ de intrinſeca facta eſt, & quia extrinſeca pendet ab intrinſeca l. 1. de contr. empt. Rurſus quoniam impoſititius valor aurei non ille eſt qui in hac aut in illa prouincia augetur vel minuitur arbitrio Principis, ſed qui publica gentium omnium authoritate receptus, & ſtabilitus eſt, qui porrò nec augeri poteſt nec minui quin bonitatis ipſa intrinſeca vel augeatur, vel minuatur, vt diximus cap. 2. & 4. Igitur intrinſecam ſolam inſpici oportet quæ, & certa eſt & ad vſum nummi omnino neceſſaria d. l. 1. de contr. empt. l. 1. C. de veter. nūmiſm. poteſt. Nec ſanè video quid ad hanc rationem pro Pariſien. reſponderi poſſe.

Quod verò reſpondet ille ad ſecundam, & tertiam Crauetæ rationem facilè refellitur ex his quæ diximus ſupr. cap. 6. Non enim fieri poteſt vt tantundem reſtituat qui maiorem aut minorem numerum nūmorum eiuſdem bonitatis reſtituit, licet eadem ſit extrinſeca æſtimatio, nec rurſus qui eundem numerum reſtituit corporum deterioratorum, ſiue ſpectes bonitatem intrinſecam, ſiue vſum ipſum commerciorum, vel teſte eodem Pariſien. num. 716. Quod ad quartam rationem reſpondet, falſum etiam eſt. Neque enim cogeretur venditor ſupplere diminutionem aureorum ſi eſſent diminuti extrinſecus ſed liberaretur reddendo mille eiuſdem bonitatis intrinſecę per rationes ſupradictas. Ergo neque augmentum deducere poterit.

AD PARISIEN. QVAESTIONEM 97.

De dote debita exigenda. Cap. XVII.

DE dote, quod ad propoſitam quæſtionem pertinet duplex tractatus eſſe poteſt, vnus de dote debita exigenda, alter de dote recepta ſoluto matrimonio reſtituenda. De priore quæſtionis parte dicemus hoc capite, De poſteriore in ſequenti. Facti ſpeciem hanc Pariſien. conſtituit num. 731. **In contractu matrimonij pater vel frater Pariſien. ſponſo promiſit bis mille aureos ſolatos in dotem certis longis terminis ſoluendos, quibus pendentibus augetur valor impoſititius aurei. Quæſtio eſt vtrum augmentum illud in ſolutione deduci poſſit vt liberetur debitor ſoluendo minorem numerum aureorum.** Et quamuis apertiſſimum ſit hoc caſu habitum reſpectum præciſè, & abſolutè ad ſpeciem,

& numerum, de quibus conuenit, non autem ad valorem extrinsecum, de quo nulla facta est mentio, nec etiam cogitatum videtur, vt non promittatur dos tanquam precium, vel adpreciatio rei certæ, sed simpliciter, & absolutè. Adhuc tamen Parisien. distinguendum existimat, an valor imposititius aureorum sit certus, stabilis, vniformis, & perpetuus, vt de natura pecuniæ esse debet l. 1. de contr. empt. l. 3. de eo quod cer. lo. l. 3. de in lit. iur. An verò nõ sit certus, & stabilis, sed periculi variationis immineat propter tyrannidem Principis, aut calamitatẽ temporis. Hoc enim solo posteriore casu admittit ille veram esse cõmunem nostrorum sententiam, quę habet spectandum esse valorem qui sit cõmunis, & in vsu tempore solutionis absque vlla deductione augmenti, aut suppletione decrementi. Priore verò casu defendit nõ deberi aureos nisi ad eã æstimationẽ quæ fuerat tempore contractus: atq; ideò deduci augmentum posse arg. l. Rutilia 69. ibi veniſſe quanti tunc fuit D. de contr empt. l. vicinus 24. in fi. D. de aqua, & aq. pluu. arcend. Mouetur quòd hoc etiam casu, sicut in alijs, de quibus supr. diximus, aurei dotis nomine promissi deducti sint in dispositionem non tanquam massa, nec tanquã species certorũ corporum, puta quæ sint in tali arca, sed tanquã quantitas pecuniæ, & sub ratione quoque valoris imposititi currentis. Item quòd etiam in promissione, & cõstitutione dotis censeatur habita ratio æstimationis, & quædam veluti adpreciatio bonorum iunctis alijs circunstantijs familiæ, & dignitatis personarum iuxta l. quæro 60. D. de iur. dot. Sed errat ille toto cœlo. Est enim casus hic longè minùs dubitabilis quã superiores, in quo nimirũ nulla aureorum æstimatio facta sit, sed aurei simpliciter promissi, quos proinde in obligatione esse negari non potest, nec ad rem pertinet quòd non sint in necessitate soluendi, quòdque eorum æstimatio solui possit, cùm simpliciter aurei debeantur, vt diximus cap. 3. Nam licèt æstimatio sit in solutione, cùm tamen non sit in obligatione, necessario regulanda est secundum id quod est in obligatione, hoc est secundum aureos qui tandiu debentur, quandiu soluti non sunt, & consequenter quanti sunt aurei solutionis tempore quo adhuc debentur tantam æstimationem præstari necesse est, ne alioqui damnum creditor sentiat, ex solutione facta in nummis alterius, non solùm formæ, sed etiam materię contra l. 99. D. de solut. Nec obstat quòd spectandum sit tempus contractus. Id enim verum est, vt sciatur quid in contractum veniat, quidvẽ ex contractu debeatur, sed non si agatur de æstimando eo quod debetur quoties tale est cuius solui possit æstimatio. Cur enim non crescat æstimatio debiti quandiu debitum durat? Aut cur creditor pro re debita quæ sit maioris æstimationis cogatur minorem æstimationem accipere? Et ex contrario debitor qui aureos debeat, & nihilominus soluendæ æstimationis habeat facultatem. Cur maiorem æstimationem præstare teneatur, quam quanti sint aurei tempore solutionis? Neque illud etiam ad rem facit quod toties inculcat Parisien. deductos videri aureos in obligationẽ dotis nõ tanquã massam auri aut species certas corporũ, sed sub ratione valoris imposititi tunc currentis, & tanquã certam pecuniæ quantitatem. Nam

imo

imò verò cùm a nullis valor impositicij mentio facta sit, negari non
poteſt quin promiſſi ſint aurei tàquam aurei propriam ſuam habentes
æſtimationem, non ex libris, aut alia nummorum ſpecie ſiue generi-
ca, ſiue ſpecifica petẽdam. Quid enim ſi librarum vſus nullus eſſet, nec
alterius vllius nummi, quàm aurei, vt initio credibile eſt vnius tantum
formæ & æſtimationis cuſum fuiſſe nummum, vt & innuere videtur,
d.l.1. de contr. emp. an eo minus poſſet dos promitti, & conſtitui in au
reis? Aut quid ſi promiſſa eſſet dos in ea nummorum ſpecie, quæ ſit om
nium minuiſſima, & quæ ideo ſecundũ Bar. in l. Paulus (licèt eius ſen-
tentiã refutauerimus ſup. c.10.) nullã æſtimationẽ habeat? an idcirco erit
inutilis promiſſio? Aut deniq; cum nulla ſit nummi ſpecies, quæ non
poſſit æſtimari per alios nummos, ſiue maiores, ſiue minores. Cur dica
mus promiſſis aureis videri cogitatum de libris, cùm ſi promiſſæ eſſent
libræ non ſolùm in genere, ſed etiam in ſpecie, æquè dici poſſet cogita-
tum fuiſſe de aureis, & æſtimandas libras per aureos, non minus, quàm
aureos per libras? Deinde cum dicimus pecuniæ vſum ex valore ipſius
impoſititio æſtimandum eſſe non eum valorem intelligimus, qui priua
ta alicuius Principis lege conſtitutus ſit ſupra, vel infra quam materiæ
qualitas, magnitudo, pondusve patiatur, ſed eum ſitie quo aurei quate-
nus aureus, & nummus eſt, ad res omnes æſtimandas comparatus, vſus
nullus eſſe poſſit, hoc eſt qui publica gentium omnium authoritate qui
buſcum nobis commercium eſt, receptus ſit, ac proinde ex ipſa mate-
riæ magnitudine & pondere perpetuo æſtimãdus, quem aucta materia
ſiue in bonitate, ſiue in pondere ſemper augeri neceſſe eſt, vel inuitis
gentibus, & imminuta imminui, ea deniq; non immutata ipſum quo-
que eundem ſubſiſtere. Hic ſanè valor impoſititius ſemper conſide-
rabilis eſt, nec vnquam fieri poteſt vt nummus deducatur in obligationem ex quacunq; tandem cauſa, niſi ſub ratione ipſius valoris impo
ſititij, quia pendet immediatè, & inſeparabiliter ex ipſa materia. At
æſtimatio illa extrinſeca, quam Pariſien. vocat valorem impoſititicium,
adeoq; quod abſurdius eſt, bonitatem intrinſecam, non poteſt eodem
iure cenſeri. Non enim publicam habet gentium omnium quæ eo num
mo vtantur authoritatem, imò habebit nummus, cuius æſtimatio au-
cta ſit in Gallia eandẽ, quã antea in Italia, & Hiſpania æſtimationem.
Nec ſi quarta parte auctus ſit Edicto Regis Galliarũ aurei ſolaris valor
extrinſecus nõ aucta bonitate intrinſeca, augebitur etiam apud Italos,
apud quos tamen non eo minus erit in vſu, & conſequenter non idcir
co minus habebit valorem ſuum impoſititicium ſine quo nullum pror-
ſus habere poſſet vſum. d.l.1. de contr. emp. Ex quo etiam apparet di-
ſtinctionẽ illã Pariſian ſtabilis ſit, necne æſtimatio aurei extrinſeca, eſſe
prorſus ineptam, & ridiculam; quia vt monuimus. c.12. & alibi ſæpè,
fieri non poteſt quin verus valor impoſititicius ex ipſa materiæ magni-
tudine, & pondere æſtimandus ſit ſtabilis, & perpetuus, perinde atque
ipſa materia, quomodo accipiendum eſt, quod ſcriptum eſt in d.l.1. de
cont. emp. d.l.3. de in lit. iur. d.l.3. de eo, quod cer. loc. Sicut nec fieri il-
lud põt, vt æſtimatio priuata, hoc eſt quã Princeps aliqs ſibi tm̃ ſuiſq;
conſtituat ſit perpetua, & ſtabilis. Ideoq; nec attendi vnquam debet,

niſi

niſi cum illa ipſa eſt in obligatione, alioqui cum ab alia diſcrepet, quę eſt publica maioriſque authoritates, eueniet vt nummus, qui etiam quatenus nummus eſt, duplicem vſum habet, proprium vnum ad cõtrahendas emptiones, improprium alterum, vt ſicut alia res quælibet permutari poſſit dum alia re paris æſtimationis, priorem duntaxat vſum domino ſuo præberet, eumque in eo duntaxat loco in quo Principis authoritas vigeret, non apud cæteras gentes quibuſcum tamen habeat ille commercium. Poſteriorem verò non niſi cum maximo detrimento, ad eam ſcilicet vſque quantitatem duntaxat, quæ vera eſſet auri æſtimatio, & inſpecta publica gentium omnium lege, non priuata conſtitutione eius Principis, qui non aucta bonitate materiæ, extrinſecam tamen æſtimationem iniuſtè auxiſſet. Atqui dubitandum non eſt quin is, qui aureos, vt & aliam quamlibet nummi ſpeciem deducit in obligationem, de ijs aureis cogitet ex quibus poſſit ille conſequi omnia illa commoda, quæ aureus præſtare poteſt. Non igitur cogitat de valore illo impoſititio extrinſeco, cuius ratio nulla haberi poſſit, quin iuſto alteri vſui nummi fiat præiudicium, ſed de illo duntaxat, qui non impediat quominus in omnes ſuos vſus æquè iuſtè nummus prodeſſe poſſit. De iuſto igitur valore, non de iniuſto. Et tamen quoniam iniuſtus vincit iuſtum apud eos quos iniuſtæ legi parere neceſſe eſt, vt proinde iniuſti quoque rationem haberi neceſſe ſit. Inde fit vt propter implicitam iuſti, & iniuſti valoris contradictionem eo nos deuenire oporteat, vt fateamur deductis in obligationem aureis vel alijs nummis, nihil eſſe ex quo poſſit certam formam accipere ſtipulatio, & obligatio præter bonitatem ipſam intrinſecam, hoc eſt qualitatẽ, magnitudinem, & pondus materiæ. Conſequenter promiſſis aureis, dicendum eſt aureos deberi nõ eorum æſtimationem, ſiue intrinſecam (ſic enim appellauimus ſupr. cap. 2.) ſiue extrinſecam, quia ſi intrinſecam deberi dicas quæ ſit minor extrinſeca, facias iniuriam creditori, quem priues commodo extrinſecæ, aut debitori ſi fuerit maior, qui ſcilicet minori quantitate poſſit cõparare aureos quos ſoluat, ſin extrinſecam, facias iniuriam creditori ſi ſit minor intrinſeca, quẽ videlicet hoc caſu partim priues commodo intrinſecę, ſi maior, facias iniuriam debitori quem priues commodo ſoluendi in bonitate intrinſeca. Itaq; vt neutri fiat iniuria, illud vnum ſupereſt, vt dicamus aureos deberi eiuſdem bonitatis, qualitatis, & ponderis, cuius erant contractus tempore. Neuter enim læditur cùm ſoluitur id ipſum quod promiſſum eſt. Sanè quod idem Pariſien. addit, etiam in promiſſione dotis cenſeri habitam rationem, æſtimationem, & quandam ad preciationem bonorum, ſaltem iunctis alijs circunſtantijs familiæ, & dignitatis, omnino abſurdum eſt. Poteſt enim dos conſtitui etiam ei quæ nullum ius habet in bonis conſtituentis, puta ab extraneo. l. vlt. C. de iur. dot. l. ſi extraneus 39. & paſſ. D. eod. l. vnic. C. de rei vxor. act. Cùm verò a patre conſtituitur filiæ, licèt dici ſolet, quod nos in Decadibus noſtris refutauimus, eſſe eam loco legitimæ, & imputari debere in legitimam. l. quoniam Nouell. 39. non tamen fit conſtitutio ad æſtimandam legitimam, quandoquidem congrua dos dici poteſt quæcunque a patre conſtituta

ſtituta eſt ſiue adæquet legitimam, ſiue non, vt pluribus ſcripſi in Decadibus. Quamuis cùm incertum eſt, quid dotis nomine debeatur verum ſit habendam rationem facultatum ſicut, & perſonarum, & loci, & temporis. d. l. quæro 60. l. cùm poſt 69. § generâ ſocero. D. de iur. dot. Sed etſi conſtitueretur dos tanquam precium ad preciatum legitimæ, aut alterius generis bonorum, non tamen inde ſequeretur deductis in obligationem aureis videri deductam aureorum æſtimationem ex ſupradictis, & alijs quæ ſuperioribus. cap. congeſſimus. Cæterùm, quod idem Pariſien. ſubijcit, ſi dilatio ſoluendæ dotis per dolum extorta ſit, aut ſi conſtet pro dote ſponſam multò maiora bona portionis ad ſe ſpectantis reliquiſſe, etiamſi tanta non ſit læſio, vt ex ea reſcindi renunciatio debeat, non poſſe augmentum deduci, ne aut dolus debitoris moræ effectum impediat argum. eorum quæ ponit Odoſr. in l. in minorum. C. in quibus cauſ. non eſt neceſſ. in integ. reſt. Aut iam læſa filia magis lædatur, verum quidem eſt, at non ijs rationibus quibus mouetur, ſed quoniam etſi dolus nullus eſſet debitoris, nec læſio ex parte filiæ, aut ſororis dotatæ, idem nihilominus iuris obtineret ex rationis, & æquitatis regulis. Sed nolui has limitationes prætermittere, vt omnes intelligant, his ſaltem caſibus rem eſſe indubitatam.

Videamus iam quid dicendum ſit in illa ſpecie, quam Pariſien. tractat. num. 733. poſt Boer. quæſt. 327. quoniam & alia eſt à ſuperiori, & longè magis controuerſa. Quidam Baro in contractu matrimonij filiæ ſuæ promiſit dotis nomine mille, & quingenta ſcuta auri, & recti ponderis, cugni, & legis Domini noſtri Regis Franciæ cum tribus florenis lilij vno quolibet ſcuto auri computato, & exiſtente in valore 27. ſolidorum, ſex denariorum monetæ currentis. Quæ quidem mille, & quingenta ſcuta boni auri, & recti ponderis, cugni, & legis prædictorum hodie currentia ſuperius in dotem conſtituta promiſit ſoluere ſub hypotheca omnium bonorum ſuorum terminis pluribus in ipſo contractu contentis, quibus pendentibus valor ſcuti auctus fuit. Quæritur an ſcuta auri modo & forma præmiſſis, vel eorum æſtimatio tunc facta, aut tempore ſolutionis ſolui debeant, id eſt cuius temporis valor ſeu æſtimatio ſcutorum debeat attendi. Verba hæc ſunt Boerij parum quidem elegantia, ſed quæ ideo expreſſimus ne facti ſpeciem immutaſſe vllomodo videremur. Putat autem ille, aucta extrinſecus æſtimatione aureorum non ideo poſſe debitorem partem deducere augmentum, quod ſuperuenit, ſed perinde cogendum mille, & quingẽtos aureos ſoluere. Mouetur primùm quod ex verbis conuentionis appareat actum fuiſſe nominatim de ſoluendis aureorum ſpeciebus, non ſolum quòd inceperit obligatio à certa ſpecie, & numero aureorum, ſed etiam quòd illi aurei ſignatè, vt loquitur Pariſien. determinentur certis ſuis omnibus quidditatibus, & qualitatibus bonitatis intrinſecæ ſpeciei ſuæ. Non igitur promiſſi videntur, & debiti ſub æſtimatione, quæ tunc erat, alioqui ea ſpecierum expreſſio tam accurata nihil operaretur, quod non eſt dicendum argum. l. ſi quando 109. de leg. 1. cap. ſi Papa de priuileg. in 6. Secundò, quoniam iuris regula eſt, quòd in his, quæ in genere debentur ſi varietur valor extrinſecus inſpicitur

tempus

tempus ſolutionis, vt eadem res reddi debeat in genere non attenta mutatione extrinſeci valoris, ſiue iſta varietas tendat ad commodum debitoris, ſiue ad commodum creditoris. Ita Franciſc. de Aret. conſ. 11. incip. prouidendum eſt poſt DD. in l. cum quid & l. quod te. D. ſi cer. pet. a Bald. conſil. 137. incip. ſuper eo, quod quæritur. lib. 1. Anchar. in clem. vlt. colum. 2. verſ. ex prædictis collige de decim. Idem Bald. conſ. 359, incip. Punctus quæſtionis talis eſt. volum. 2. Idem Aret. conſil. 84. diligenter ponderatis. Ludou. Bologn. conſil. 16. Roman. conſil. 123. circa primum quo quæritur. Dominic. de Sanct. Gemin. conſi. 137. incip. quia aliàs ſemper iſta materia. Idem Bald. conſi. 130. incip. quia obligationes ex conuentione legem accipiunt. volum. 5. Purpur. in d. l. cùm quid num. 166. Ant. Rubei conſil. 17. Cor. conſi. 279. conſului apud interamnem, & conſi. 287. in hac conſultatione videtur vol. 1. Monetur tertiò, quod ſi aureorum æſtimatio extrinſeca diminuta eſſet, nollet debitor ſoluere æſtimationem, quæ fuiſſet tempore contractus, ſed eam quæ tempore ſolutionis. Idem ergo debet admittere in caſum contrarium auctæ æſtimationis. argum. l. pen. C. de ſolut. Bald. d. conſi. 130. incip. quia obligationes. Accedebat vltimo, quod promiſſor fuerat in mora ſoluendi, quia non ſoluerat ſtatutis diebus. Proinde non poterat augmentum ſuperuentum deducere, ex iis quæ diximus cap. 10. Contra tamen à Senatu Burdegalenſi pronunciatum fuiſſe fatetur Boerius. Et rectè ſanè, ſi ponas, vt ille ponit, vera auctam fuiſſe aureorum extrinſecam æſtimationem. Ratio illa eſt, quia proponebantur aurei æſtimati, his verbis vnoquolibet ſcuto auri computato, & exiſtente in valore viginti ſeptem ſolidorum, ſex denariorum monetæ currentis. Quo caſu cum æſtimati ſunt aurei, diximus ſupra cap. 2. æſtimationem ipſam videri in obligationem deductam non aureos, ſiue de iiſdem ſpeciebus reddendis conuenerit, ſiue non. In quo alia ratio eſt pecuniæ æſtimatæ, alia cæterarum rerum, quæ ſpeciei potius quàm generis appellatione continentur. Illæ enim non eo minus ſunt in obligatione, quòd ſint æſtimatæ ſi modo actum ſit, vt in iiſdem ſpeciebus reddantur, quaſi precioſorum nomen ideo videatur annexum ne ſi ſpecies aliqua diminuta fuiſſet, aut perdita alio precio, quàm quo taxata fuerat repoſceretur l. ſi inter 21. C. de jur. dot. Si verò de iiſdem reddendis ſpeciebus non conuenerit, videntur vendendi animo æſtimatæ, factique æſtimatio emptionem. l. quoties 5. l. cùm dotem 10. C. eod. l. æſtimatis 10. D. ſolut. matrimon. Pecunia verò cuiuſcunque tandem ſit ſpeciei ſi æſtimata ſit deſinit deberi tanquam ſpecies etiamſi conuenerit, vt in eadem ſpecie reddatur, ſed ſola æſtimatio ſpectatur, ſoluenda tamen in iiſdem ſpeciebus ſi de eo pactum interuenerit, ſin minus in proba alia qualibet nummi ſpecie, nimirum, quia cum pecuniæ quantitas in quacunque nummi ſpecie debita nec perire poſſit, nec deterior fieri (eadem enim quantitas ſalem tanquam genus debetur, & in quolibet pecuniæ genere ſolui poterit) non poſſunt videri ſpecies alio fine æſtimatæ niſi, vt appareat deductas ſpecies in obligationem non tanquam ſpecies, ſed tanquam quantitatem, quæ porrò quantitas perinde conficitur ex aureorum æſtimatione extrinſeca, ſiue

aucta illa ſit, ſiue diminuta, atque ex ipſis aureis, & eorum valore intrinſeco. Quod tamen nō intellexit Boer. abutens textu dict. l. ſi inter. num. 10. ad fin. & nu. 11. cùm igitur æſtimatis aureis videatur ipſa æſtimatio deducta in obligationem, idem obſeruandum eſt acſi ſpecierum facta mentio non eſſet, neque ſpectari debet numerus ſpecierum qui æſtimationem illam efficiebat contractus tempore, ſed æſtimationis quantitas, quæ ſolutionis tempore confici poſſit, ſiue ex ijſdem ſpeciebus, cùm eædem ſoluendæ ſunt, ſiue ex alijs cùm de ſolutionis forma nihil dictum eſt. Nihil enim hac parte intereſt, an de ijſdem ſpeciebus reddendis conuenerit necnè, niſi quòd quoties in alijs ſpeciebus poteſt ſolui taxata aureorum æſtimatio, videntur illi venditi, non etiam cùm in ijſdem ſpeciebus ſolutio fieri debet, vt docuimus dicto cap. ſecundo, & octauo. Nec defendi poteſt quod in propoſita quæſtione tentat Boerius numero 3. illam æſtimationem, ſiue valoris expreſſionem, quæ facta fuerat videri factam demonſtrationis cauſa potius quàm taxationis, & ad differenitam fortè paruorum ſcutorum, ex tradit. per Signorol. de Homed. conſil. 74. col. 2. verſ. octauo, & per Paulum Caſtrenſem, Alex. & Modern. in lege Stichum qui meus erit de legat. 1. Bald. & Salicet. in leg. ſi quis argentum §. 7. C. de donationibus, & Felin. in cap. ſuper literis col. 3. verſ. modos autem cognoſcendi de reſcript. Nam cùm ex illis præcedentibus ſcuta auri, boni auri, & recti ponderis, cugni, & legis domini noſtri Franciæ Regis iam ſatis demonſtratum eſſet de quibus aureis ageretur, non potuit valor exprimi alia mente niſi ad taxandos eos ipſos aureos de quibus agebatur, ne alioqui ea adiectio ſit prorſus inutilis, & ſuperuacua. Et ſanè conſtat ea verba computato vno quolibet auro ſcuti, & exiſtente in valore &c. cùm illis æquipolleant ad computū tot librarum vel ſolidorum, nihil aliud ſignificare quàm vt illa eadem nō maior aut minor æſtimatio reddatur. Bald. dict. cōſ. 339. lib. 2. ſecundum veterā, & cōſ. 213. lib. 5. ſecundum nouam impreſſionem, incip. punctus quæſtionis. Socin. conſ. 298. lib. 2. Anch. in dict. clem. vltim. de decim. Boer. num. 10. Facit Bart. in l Paulus in fin. de ſolut. quem ibi cōmuniter in hoc ſequuntur DD. licet ipſe contrarium velle videatur in l. penult. §. ſi mancipia D. ſolut. matr. quem ibi reprobat vterque Imola, vt refert Pariſien. num. 335. vbi addit, & hoc rectè, nihil intereſſe an obligatio incipiat à ſumma generali quātitatis, puta à centum libris reddendis in aureis ſub eadem æſtimatione. An verò à certa ſpecie nummi, putà à tot aureis, ſub tali æſtimatione ſeu valore extrinſeco. Vtroque enim caſu æſtimatio ſola eſt in obligatione, quamuis in priore ſolui non poſſit niſi in aureis, poſteriore verò poſſit in qualibet ſpecie. Neque hic locum habet quod dici ſolet verba potiùs demōſtrationis quàm diſpoſitiuè prolata videri. l. quidam teſtamento 96. in princip. de legat. 1. Alex. in l. centurio. vbi Iaſ. col. 10. de vulg. & pupi. ſubſtit. & conſ. 20. col. 2. lib. 2. Procederet enim id in dubio, & cum faciendæ demonſtrationis cauſa aliqua ſubeſt vt in dicta l. quidam, hic autem demonſtrandum non fuit quod iam apertiſſimè erat demonſtratū. Et ex his facile eſt ad cæteras omnes Boerij rationes reſpondere. Ad primam, fuiſſe quidem nomi-

natim

natim, & in ſpecie deductos aureos in obligationem, ſed æſtimatos, ac proinde æſtimationem ipſam in obligatione poſitam videri non ſpecies aureorum, vt aliquid operetur valoris extrinſeci expreſſio. Ad ſecundam, Regulam illam quæ habet attendendum ſpeciei valorem intrinſecum nō extrinſecum tunc locum habere cum ſpecies debetur non ipſa æſtimatio, hic autem deberi æſtimationem, quod æſtimati ſint aurei taxationis non demonſtrationis cauſa. Ad vltimam negandum eſt moram contrahi ex ſolo lapſu temporis niſi, aut pœna adiecta ſit, aut ſecuta interpellatio, vt latius ſcribemus in tractatu noſtro De mora. Ad tertiam quam omiſeramus, dicendum eſt diminuta aurei æſtimatione extrinſeca, quæ erat in obligatione non liberari debitorem reddentem tot aureos niſi ſuppleat decrementum rationibus ſu pradictis.

Sed quanquam hæc ita ſunt, duplex tamen hac in quæſtione Pariſien. error eſt. Vnus ille, quod putat idem dicendum etiamſi non eſſent aurei æſtimati, quod nos initio huius capitis refutauimus. Nam ſi non fuiſſent æſtimati aurei aliud procul dubio Senatus Burdegalenſis pronunciaſſet, quippe quem ſola æſtimatio conſideratio mouerit, vt ex Boerij ſcriptis intelligi poteſt. Alter error eſt, quod putat ille idem quoque admittendum fore, tametſi aureorum æſtimatio extrinſeca aucta fuiſſet propter diminutam intrinſecam bonitatem monetarū inferiorum. Quod tamen euidenter falſum eſt. Illo enim caſu dicerem aliud pronunciari debuiſſe, quam à Senatu Burdegalenſi pronunciatum fuerit in propoſita ſpecie, ſiquidem cùm pluribus ſolidis æſtimatur aureus, quàm æſtimaretur antea propter deteriorationem monetarum, non dicitur creſcere eius æſtimatio, ſed priſtina conſeruari, nec quod ſuperuenit, appellandum eſt augmentū valoris, ſed æqualis commenſuratio, & proportio ad monetam deterioratam, vt per Corn. conſil. 279. in fin. & conſil. 287. in fin. lib. 1. quem refert, & ſequitur Crauet. conſil. 47. de quo ſuperiori capitè diximus, adeo vt dicendus fuiſſet aureus diminutus in valore extrinſeco niſi in eodem fuiſſet auctus pro rata deteriorationis minutioris monetæ, vt & Pariſien. ipſe fatetur nu. 733. in fi. Ergo non poteſt talis huiuſmodi augmenti ratio vlla haberi, cùm non ſit verum, & efficax, vel ex ipſis Pariſien. regulis, & propoſitionibus. Quæ me res mouet, vt putem in ea hypotheſi, quam Boer. tractat. d. quæſt 327. vel non fuiſſe auctam æſtimationem aureorum extrinſecā propter deteriorationem monetarum, vel quod minus credibile ſit non animaduertiſſe Senatum ad eam rationem, quę tamen potiſſimum attendenda erat. Video enim Boerium tota ea deciſione ſic loqui, vt dicat, auctam fuiſſe aureorum æſtimationē, quod minus propriè adeoque minus verè diceretur, ſi propter monetarum deteriorationem tale augmentum ſuperueniſſet. Video etiam Doctorum omnium ſententias quas pro Deciſionis confirmatione Boerius congerit, loqui de vero augmento, non de illo quod propter deteriorationem monetarum idcirco tantum contigerit, ne decreuiſſe aurei æſtimatio videretur. Et verò repugnarent manifeſtiſſimè verba conuentionis, quibus proponebantur aurei æſtimati viginti, & ſeptem

ſolidis

ſolidis cum ſex denarijs monetæ tunc currentis. Ex illo enim ſequitur non eſſe igitur æſtimatos aureos totidem ſolidis poſtea deterioratis, quia fieri non poteſt, vt deteriorati ſint eiuſdem æſtimationis cuius illi, qui plus habeant, aut bonitatis, aut ponderis. Vt mirum ſit, ꝙ Pariſien. tentat. num. 736. ſolidos recentiores licet ſint deterioris materiæ, eſſe tamen eiuſdem valoris cuius veteres tam in foro, quam in omni contractu nec veteres ſolidos plus valere, quam nouos in vſu communi. Nam ſiue ſpectes valorem intrinſecum qui plus habent bonitatis intrinſecæ non poſſunt non & plus habere valoris, ſi verò extrinſecum, apparet minus valere ſolidos nouos in eo, quòd plures requiruntur ad conficiendum aureum, quam olim adeoque hodie ex veteribus requireretur. Item in eo, quod rerum precia, quæ reſpectu monetarum deterioratarum creuerunt, eadem manent reſpectu earum, quæ in ſuo ſtatu manſerunt, vt & Pariſien. ipſe confitetur. num. 716. & quotidiana probat experientia. In eo denique, quod etiamſi ratione valoris extrinſeci, nihil prorſus intereſſet, intrinſeci tamen ratio potiſſimum habenda ſit ne eo commodo fraudetur creditor quod ad vsũ nummi, ſiue proprium extra prouinciam, vbi aucta eſt æſtimatio, ſiue improprium in ipſa quoque prouincia vetus intrinſeca bonitas afferre poſſet. Quam in rem ne repetamus, quæ iam toties inculcauimus videnda ſunt præſertim quæ ſcripſimus ſupra cap. 6.

De dote ſoluto matrimonio reſtituenda. Cap. XVIII.

EInge dotem mille, & ducentarum librarum conſtituram fuiſſe à muliere, & ſoluram in quadringentis aureis, quo tempore aureus æſtimabatur libris tribus, cùm verò reſtituenda dos eſſet ſoluto matrimonio æſtimationem aurei ad quatuor vſque libras auctam eſſe, ita vt eo tempore poſſit ſumma illa dotalis mille, & ducentarum librarum confici ex trecentis aureis. Quæſtio eſt an trecentos aureos ſoluere marito ſufficiat deducto aureorum incremento extrinſeco: An verò quadringentos debeat. Idemque ex contrario tractari poteſt ſi ponas mille, & ducentas libras in dotem datas, ſolutas fuiſſe in 300. aureis, quòd tunc dignus eſſet aureus libris quatuor. Poſtea verò & cum de reſtituenda dote agitur non æſtimari aureum niſi libris tribus, vt proinde ad conficiẽdam ſummam librarum 1200. quadringentis aureis opus ſit, an trecentos dare ſufficiat, an quadringentos, ſupplendo diminutionem aureorum. Poteſt etiam aliter concipi quæſtio ſi dos data fuerit in aureis non æſtimatis (ijs enim æſtimatis, quid dicendum ſit abundè tractauimus ſupra. cap. 2.) puta in quadringentis, quo tempore efficiebant mille ducentas libras tantum, æſtimato nimirum vnoquoque aureo libris tribus. Reſtitutionis verò tempore dignus ſit aureus in æſtimatione extrinſeca) de intrinſeca enim nil loquimur, quam conſtat ſemper attendendam eſſe, vt probauimus ſup. cap. 4.) libris quatuor, an quadringentos aureos reddere oporteat, an trecentos ſufficiat. Et contra

ſi aureo-

si aureorum valor, qui numerationis tempore fuerat librarum quatuor decreuerit ad tres vsque, an quadringentos reddere sufficiat, an etiam supplendum sit decrementum. In omnibus autem his speciebus, obseruandum est loqui nos de vero,& effectuali augmento,vel decremento,hoc est,quod aureis contigerit aliunde quàm ex deteriorationemonetarum quibus æstimatur aureus. Illud enim semper meminisse oportet, quod toties inculcauimus, præsertim cap.16. cum propter immutatam bonitatem intrinsecam monetarum inferiorum augetur, vel minuitur æstimatio extrinseca aurei, quod vt plurimum solet contingere, eandem non aliam dici debere æstimationem, atque ita nullum posse locum esse quæstioni de deducendo augmento, vel supplendo decremento, sed tum demùm cum eadem manente bonitate monetarum,maiore vel minore earum numero aureus æstimatur.

Ex ijs verò quæ hactenus diximus non est difficilè ad quæstiones respondere, ad primam videlicet quæ est de dote constituta in mille, & ducentis libris, & soluta in quadringentis aureis, libras solas esse in obligatione non etiam aureos,videriquè aureos ipsos quadringentos tanti venditos, idest precio mille ducentarum librarum. Proinde sufficere mulieri debere si totidem libræ restituantur siue in trecentis aureis, siue in qualibet alia proba,dummodo non minutissima nummorum specie, cùm de solutione,& restitutione in his, vel in illis speciebus facienda nihil dictum sit,sicut & ex diuerso,si aureorum in quibus facta solutio est diminuta sit æstimatio non satis erit si totidem aurei reddantur quot ipsa,aut alius eius nomine numerauerit, sed tot reddi oportebit,quot efficiant summam dotalem mille, & ducentarum librarum, nisi malit maritus eandem quantitatem in alia nummorum, quàm aureorum specie reddere. Hoc enim ijs consequens est, quæ disputauimus.cap.8.Ad secundam verò, quæ est de dote in aureis data,& soluta, dico aureos solos eo casu esse in obligatione non aureorum æstimationem,ideoque siue aureorum æstimatio extrinseca creuerit,siue decreuerit, totidem aureos reddi debere, aut in specie, aut in æstimatione quæ sit solutionis tempore, & consequéter nec supplemento, nec deductioni locum esse, Boer.quæstio. 327. nume.4.vbi dicit communem,& multos citat Guid. Pap. quæst.492. nisi eo vno casu quo velit maritus aureorum æstimationem iniustè diminutam soluere, ex ijs,quæ scripsi latius cap.3.& 5.Dicat aliquis diuersum ius constitui debere in dote ab alijs contractibus,propterea,quod dotis causa sit omnium fauorabilissima.l.1.D.solut.matrimon.quasi videatur fieri iniuria mulieri,quæ aureos soluerit, quo tempore maioris illi erant æstimationis, si totidem recipere cogatur in æstimatione diminutos, cum maioris æstimationis commodum maritus perceperit, quem sanè æquum non sit lucrari ex damno mulieris, debeatque ei sufficere præstari indemnem argum.l.quoties 16.D.de iur.dot.Nec simile esse, quòd aucta æstimatione aureorum damnum illud sentiat maritus qui aureos in specie debeat,aut si mille, & ducentas libras in quadringentis aureis acceperit, damnum etiam idem ille patiatur ex æstimationis diminutione: vt proinde lucrum quoque si quod emergat in

Propositas, & constitutas aureis, libras aureos ipsos restituantur non satis ei dotalem mille quantitatem enim ijs consequens est, quæ est de dote in obligatione

contra-

contrarium vtrunque casum sentire debeat ad seruandam inter coniuges æqualitatem. Nouum enim non esse, vt mulieri hac in re magis quàm marito faueamus, adeo vt ne quidem per pactum expressum de dote restituenda interpositum possit deterior fieri condicio mulieris, mariti vero possit vulg. l. Attilicinus 17. l. cùm maritus 29. D. de pact. dotal. At respondeo, dote quidem constituta, & iure iam quæsito mulieri ob eius restitutionem non posse deteriorem fieri condicionem dotis pacto vllo siue expresso, siue tacito, sed in dote constituenda liberum esse mulieri, vel aureos in dotem dare, vel libras, & cùm aureos dat, vel æstimatos dare, vel non æstimatos, eos denique, vel vendere, vel non vendere, quemadmodum in eius arbitrio est, vt vel fundum in dotem det, vel pecuniam, itemque fundum æstimatum aut inæstimatum, quamuis nec fundo semel æstimato possit alio constante matrimonio fieri æstimatio, aut pactum vt fundus sit in dotem inæstimatus si ea res sit damnosa mulieri d. l cùm maritus nec dos quæ in pecunia constituta fuerat permutari, & transferri in corpora, nisi cùm id mulieri etiam vtile est l. ita constante 26. & sequ. D. de iur. dot. Imputare igitur sibi mulier debet, quæ mille, & ducentas libras in dotem habere voluit, & quadringentos aureos ob eam rem soluit, cur non potius quadringentos aureos dori dederit, cur ve quadringentos illos aureos precio mille, & ducentarum librarum vendiderit, aut denique cur non in alia nummorum specie dotem, quæ in libris erat marito soluerit. Ita enim factum esset, vt auctæ æstimationis aureorum damnum hodie non sentit. Cùm vero in dotem dati sunt aurei quorum æstimatio postea decreuerit, imputare ex contrario sibi debet, cur in aureis potius quam in libris dotem constituerit, aut cur aureos non æstimauerit, vel certo librarum numero vendiderit. Quod si factum esset, non haberet illa hodie de imminuta æstimatione conquerendi occasionem. Denique, cùm in ipsius arbitrio positum sit, vt quam velit dotem sibi constituat, & maritum obliget ad reddendam dotem, in qua volet illa etiam nummorum specie, non video cur de se potius quam aut de marito, aut de iuris iniquitate queri non debeat. Vnus enim tantum casus est, quo aduersus dotis constitutionem, aut æstimationem mulieri, succurri oporteat, nempe si dolo mariti circumuenta sit, siue maior illa sit annis 25. siue minor l. vnic. C. si aduers. dot. l. si res æstimata 12. §. si mulier D. de iur. dot. qua ex causa etiam marito licet maiori succurrendum est l. iure succursum 6. §. vlt. eod. vbi ratio redditur, quod bono, & æquo non conueniat aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum sentire per alterius lucrum. Cæterum non potest videri circumuenta mulier aut maritus ex eo, quod aureorum æstimatio creuerit postea, vel decreuerit. Pendebat enim id ex futuro euentu, & poterat pactio perinde lucrum afferre ac damnum, si initium inspicias, & tempus contractus, siue in aureis æstimatis dos constituta, siue in inæstimatis, siue in venditis, siue in non venditis, siue in libris, siue in aureis numerata esset, poteratque damnum huiusmodi, vel prudentissimo, & diligentissimo patrifamilias contingere. Non igitur euentus damnũ facere debet

vt immutetur ius quod ab initio certam rationem habuit, sedm nulla in eo mulieris inconsulta facilitas deprehendatur arg. l. verum 11. §. item non restituetur,& §. si locupleti D. de minor. l. in pupillo 47. D. de solut. l. vlt. C. de in integr. restit. minor.

In illo sanè dici possit differre dotis restituendæ obligationem à exteris, quòd si mulier in soluenda dote moram fecerit, ac post moram aureorum valor creuerit, qui deinde solutionis tempore decreuerit, non aliter quidem cogetur maritus dotem in aureis soluendam in aureis accipere quàm si quanto pluris illi fuerunt mulier propter moram offerat, (omnino enim pœnam hanc mulieris mora meretur) sed soluto quandocumque matrimonio hoc ipsum quod mulier præter aureos præstiterit eidem iudicio de dote restituendum erit, quia non minus dotis nomine ad maritum peruenisse intelligitur, quàm ipsa aureorum quantitas, per text. singul. in d. l. quoties 16. D. de iur. dot. At si is qui emit sub pacto de retrouendendo tardius soluerit precium, & propter contractam in eo moram non solùm aureorum numerum, de quo conuenerat precij nomine soluerit, sed etiam decrementum quod post moram eius superuenit, suppleuerit, non poterit à venditore quandocumque redimente supplementum illud repossere, sed eundem duntaxat aureorum numerum quo precium continetur, quippe quòd superfluum non tam precij nomine quàm propter moram in soluendo precio adhibitam ad venditorem peruenerit. Et ratio differentiæ est, quoniam in dote non hoc agitur, vt quicquam maritus lucretur ex damno mulieris, aut mulier ex damno viri, sed tantùm vt habeat maritus ex fructibus dotis, vnde possit subuenire oneribus matrimonij vulg. l. pro oneribus 20. C. de iur. dot. l. si is qui 56. §. 1. l. quamuis 75. in fin. D. eod. l. cùm pater 11. D. de pact. dotal. l. actione 65. §. vlt. D. pro socio. At in emptione, & venditione cerrat vterque quantùm potest, vt cõdicionem suam melioré faciat. Indeque est quod Vlpian. scribit in l. in causę 16. §. idẽ Pomponius D. de minor. in precio emptionis,& venditionis licere contrahentibus naturaliter se circumuenire, naturaliter, id est re ipsa,& re vera quomodo dicimus naturaliter aperiri tabulas in l. 3. §. aperire autem D. de S. C. Sil. non vt quidam interpretantur iure gentium, nimirum ad exclusionem. circumuentionis quæ fit per dolum ex proposito. Hæc enim in bonæ fidei iudicijs omnibus, ac proinde in emptione,& venditione æquitate ipsius iudicij vindicatur, ita vt si contractui causam dederit, contractus ipso iure nullus sit, si verò in contractum inciderit, faciat locum restitutioni l. & eleganter 7. in princip. D. de dolo dict. l. si res æstimata 12. §. si mulier D. de iur. dot. l. si dolo 5. l. si voluntate 8. C. de rescind. vendit. Iremque, & in locationibus, & conductionibus iuris est l. ité si 22. §. vltim. D. locat. De quo scripsimus plura Decad. 3. De erroribus pragmaticorum.

Hæc quamquam ita se habent, Parisien. tamen perpetui sui erroris memor, scribit num. 737. eandem in obligatione dotis restituendę adhibendam esse distinctionem, quam in mutuo adhibuerat nu. 701. Videlicet vt si augmentum æstimationis aureorum superuenerit mox

post

poſt dotem datam, ita quòd recipiens habuerit commodum augmenti non poſſit illud deducere. Et pariter ſi decrementum ſtatim ſuperuenerit, non teneatur ſupplere. Secus ſi ex interuallo, & poſt conſumptos in veteri æſtimatione aureos. Quæ fuit primùm diſtinctio Baldi in l. acceptam. quæſt. 17. C. de vſur. In eamque rem citat ille, & laudat valde deciſionem collegij Neapolitani relatam à Matth. Afflict. deciſ. 194. qua concluditur mutato valore monetæ reſtitui debere dotem in ea æſtimatione, quæ fuerat tempore contractus, non in illa quæ tempore ſolutionis. Ego verò illud quidem admitto eandem eſſe hac parte dotis, & mutui rationem, quod ſicut ex mutuo dominium tranſfertur in accipientem ea lege, vt non idem ipſum in individuo reddatur, ſed tantundem, hoc eſt tale, quid quod ſit eiuſdem generis, bonitatis, & qualitatis. l. 2. §. 1. l. 3. de reb. credit. l. 1. §. 2. de oblig. & action. Ita res in dotem datæ cùm tales ſunt quæ conſiſtant in pondere, vel numero, vel menſura, quandocunque ſoluto matrimonio eiuſdem generis, & qualitatis reſtituendæ ſunt. l. res in dotem 42. vbi Bart. D. de iur. dot. Sed quemadmodum in mutuo negauimus ſupra quæſt. 12. quicquam referre an ſtatim an ex interuallo augmentum huiuſmodi, vel decrementum ſuperuenerit, ita nec in dote huic deſtinationi locum vllum eſſe arbitror: quia, vt dixi ſæpius, illud tantum inſpiciendum eſt, quænam nummi ſpecies ſit in obligatione, vt ea demum præſtetur non alia, præſtetur autem vel in ſpecie, vel in æſtimatione quæcunque fuerit ſolutionis tempore ſi mora nulla interuenerit. Quod autem ad Afflicti deciſionem pertinet, nihil in ea eſt, quod diſtinctionem hanc adiuuet, nec præterea tantæ eſt apud me authoritatis, vt rationes, quibus nititur partim falſas, partim futiles, & tredecim Doctorum, qui ibidem recenſentur, authoritatem velim anteponere, aut rationibus iuris, quas in ſuperioribus explicauimus, aut communi celebriorum Doctorum omnium iudicio. Itaque libet paulo accuratius eandem quæſtionem tractare, & Afflicti, eiuſque collegarum, pace tantorum virorum dixerim, errores detegere. Species eſt huiuſmodi.

Filiusfamilias vxorem duxerat, & ab eo dotem habuerat mille, & ducentarum librarum (placet enim pro florenis quos ille vocat, librarum nomen vſurpare, & pro Ducatis Venetis aureos ſolares, vt exemplum quo hactenus vſi ſumus, tanquam magis familiarem retineamus, cùm non poſſit ea res diuerſitatem iuris conſtituere) Dotem verò numeratam in aureis ſolaribus 400. pater acceperat, quo tempore aureus æſtimabatur libris tribus. Poſt mortem verò patris alij filij, & hæredes eiuſdem patris ex alia vxore dotem hanc ex longo interuallo reſtituunt, ſoluuntque fratri conſanguineo, eidemque marito libras mille, & ducentas in aureis, & quidem trecentis tantum, quòd eo tempore aucta eſſet æſtimatio aureorum extrinſeca ad quatuor vſque libras, ideoque trecenti aurei debitam librarum ſummam efficerent: atque ita ſi quantitatem aureorum ſpectes in quibus ſoluta dos fuerat reſtituitur huic marito centum aureis minus, quàm pater eius habuerit. Cùm ille accipere nollet, ſed quadringentos aureos peteret, re-

fert Afflictus quæsitum fuisse an quod de quadringentorum numero deesset, supplere fratres deberent, an vero possent illi deducere supplentam æstimationem aureorum. Ponit quidem ille librarum æstimationem diminutam, quòd cùm tempore dotis solutæ tres libræ aureum efficerent, cùm tamen ea restituerentur quatuor opus esset, indeque disputat an suppleri debeat à fratribus diminutio illa librarum. Sed quoniam ea diminutio librarum inducit augmentum æstimationis aureorum, eodem res recidit, nihilque interest vtrum quæramus an deduci possit augmentum illud extrinsecum aureorum, an vero suppleri debeat diminuta æstimatio librarum. In summa, quæstio in eo posita est, verum dos hæc restituenda sit secundum valorem monetæ qui currebat tempore dotis traditæ, an secundum valorem currentem tempore restitutionis, & obsignationis. Nam si dotis traditæ tempus spectandum est quadringenti aurei omnimodo restituendi sunt, nec ratio vlla habenda est augmenti aureorum, sed potius decrementi librarum, quod supervenerit: quòdque supplendum est. Si vero tempus restitutionis, trecenti aurei sufficiunt, quippe qui tunc efficiant libras 1200. Proinde locus erit deducti oni augmenti aureorum, nec quod de librarum æstimatione diminutum est supplebitur. Concludit autem Afflictus ex totius collegij communi voto, spectandum tempus contractus, & supplendum decrementum librarum, non deducendum augmentum aureorum, & consequenter quadringentos aureos restitui debere non trecentos duntaxat. Ego non dubito quin decisio vera sit in suo casu, per ea quæ mox dicemus, sed nego veram esse in eo sensu quo eam Afflictus, & Parisien. intelligunt, hoc est generaliter quoties de dote restituenda tractatur in moneta cuius valor extrinsecus creuerit aut decreuerit. Dico veram esse in suo casu duplici potissimum ratione. Prior illa est quoniam ex facto proponebatur hæredes patris quorum erat dotem restituere moram contraxisse, vt Afflictus ipse fatetur num. 4. versi. quia in facto constabat. Inde enim sumit ille responsionem ad id quod sentiebat posse obijci ex Barto. in l. cùm quid colum. vlt. verſic. & hæc faciunt ad quæstionem D. de reb. credit. & in l. Paulus 99. de solut. vbi etiam DD. ferè omnes communiter, spectandum esse tempus solutionis cùm imminutus est valor extrinsecus pecuniæ debitæ, nisi debitor fuit in mora. Respondet autem non obstare eam Bartoli, & cæterorum receptam sententiam, propterea quòd in proposita facti specie mora debitorum intercesserat. Et rectè. Mora enim facit vt in præiudicium morosi non videatur diminutus valor qui re vera diminutus est. Quod tamen ita accipiendum est si post contractam moram, ea diminutio contigerit. Nam si quo tempore contracta fuit mora, iam diminutus erat valor librarum extrinsecus, & auctus aureorum, non potest mora facere, vt præterita vetus æstimatio debeatur, quoniã etsi mora nulla intervenisset, perinde sensisset creditor detrimentum diminutionis. l. quod te §. ibi si id postea perierit. D. de reb. credit. l. 3. ibi si post moram deterior res facta sit D. de cond. critic. l. 5. ex legati 23. vbi Saly. & cæteri de verb. obl. Itaque exprimere Afflictus debuerat, an post eã

debitorum

debitorum moram æstimationis librarum diminutio contigisset, an antè, vt sciri posset an moræ effectus hic aliquis esse debuisset. Quid enim si post contractam moram idem qui iam tum esset, valor manserat? Scio Afflictum subiungere dict.num.4. & 5. quòd etiamsi nulla fuisset contracta mora, perinde tamen Collegium existimabat spectari debuisse tempus contractus. Sed hoc nimirum male, & pessimè contra receptissimam Bartoli, & cæterorum ferè omnium supradictam sententiam quibus non habet ille quid obijciat præter auctoritatem Odofredi, & Anto de Butrio, & rationem illam falsam quam toties iam refutauimus, quòd bonitas pecuniæ sit respectu vsus principaliter. Sed hac de re paulò post latius.

Alia ratio est quæ mouet me, vt decisionem illam in suo casu veram esse existimem, nempe quod in illa specie non de dote mulieris ipsi muleri restituenda agebatur, sed de restitutione quæ à patris hæredibus fieri debuerat marito. Cuius meo iudicio longe dispar ratio esse debet. Nam si in proposito mulier ipsa dotis restitutionem peteret ab hæredibus viri soluto matrimonio non dubitarem quin trecentos ei aureos reddere satis esset. Moueret me quod hoc casu, vt supradictum est libræ 1200. sint in obligatione non quadringenti aurei· quamuis dos soluta sit in 400 aureis, quasi videatur ea aureorum quantitas tot libris vendita. Totidem igitur libras mulieri reddi sufficit, bonique illa consulere debet, quod in aureis fiat solutio, quæ in alia minus digna nummi specie, adeoque in assibus quos solidos vocamus fieri potuisset, sibique imputare, cur aureos æstimauerit certo librarum precio, & vendiderit, curve non in aureis potius quàm in libris dotem constituerit. At cùm filius à patre aut patris hæredibus dotem vxoris suæ repetit, quam pater acceperat, aliud proculdubio iuris est. Neque enim similiter dici potest filium qui nullum cum patre negotium gesserit, videri vendidisse patri precio tot librarum dotem in aureis numeratam. Ipsi enim filio cui dos constituta fuit facta est venditio illa à muliere non à filio patri cum quo nec filius contraxit, nec cùm in eius potestate esset contrahere vtiliter potuit propter impedimentum patriæ potestatis. §. item inutilis Instit. de inutil. stipulat. l. placet. 79. de acquir. hered. Itaque consequens est patrem qui quadringentos aureos acceperit ad hoc obligatum esse vt quadringentos restituat, nec eo prætextu posse eius heredes soluere pauciores quod æstimatio creuerit. Nullum quippe ius habent deducendi augmenti, quod fanè viro qui de dote mulieri quandocumque restituenda obligatus manet, prodesse æquius est quam extraneis, cum & ad eum dos constante matrimonio pertineat, & non nisi eius nomine ad patrem ipsa peruenerit, leg. si cùm dotem 22. §. transgediamur. D. soluto matrimonio. Alioqui eueniet facilè vt iacturam filius sine causa sentiat, si fortè quo tempore restituenda erit dos mulieri, æstimatio aureorum rursus decreuerit vt summa mille & ducentarum librarum, quam ei hęredes patris soluerint in trecentis aureis, non possit ille aut eius hæres mulieri conficere nisi ex aureis quadringentis? Cur centum aureos ei aufferamus vt demus patris hęredibus, aut quo iure liceat

patri, vel eius heredibus lucrari eam quantitatem? Sanè si penas aureorum æstimationem decreuisse, ita vt quo tempore filius à patre, aut patris hæredibus dotem repetit quingentis aureis opus sit ad libras mille, & ducentas conficiendas, difficilior erit quæstio, an si filius quingentos aureos habere debeat, an quadringentos tantum. Etenim cùm patris obligatio non nascatur ex ipsa dotis constitutione (ponimus enim constitutam dotem filiofamilias, licet numeratam patri) sed ex numeratione, & receptione dotis, videtur omni casu metienda patris illa obligatio ex numeratione, vt eatenus restituere teneatur quatenus reuera accepit, nec vnquam plus aut minus debeat, siue acceptorum aureorum æstimatio creuerit, siue decreuerit. argum. l. cum vltra 9. C. de non numer. pecun. & simil. At non ita est. Si enim quadringentos aureos accepit pater quo tempore conficiebant illi mille, & ducentas libras, & in ea æstimatione ipse accepto s impendit aut impendere potuit (nihil enim refert cùm si eos filius accepesset tanti impendere potuisset) cur liberetur ille restituendo quadringentos qui sint minoris æstimationis? Aut cur maneat obligatus filius ad restituendas mulieri libras mille, & ducentas quandocunque soluto matrimonio si ab hæredibus patris qui dotem acceperat minus ipse recipiat? An quia pater onera matrimonij sustulerit medio tempore? Atqui ea res inducere debet lucrum fructuum dotis, non autem principalis summæ ex qua dos constat, ne alioqui si onera matrimonij dotem dotisque fructus superent nihil sit, quod restitui mulieri debeat, quæ ita maneat indotata contra iuris regulas. l. 1. D. solut. matrim. An quia possit accidere, vt iterum crescat aureorum æstimatio priusquam dotem mulieri restitui necesse sit? Atqui potest etiam ex contrario accidere, vt magis decrescat, itaque certi, & præsentis incommodi cum incerto commodo, quod ex futuro euentu pendeat compensatio admitti non potest. Quemadmodum enim certum est filium qui dotem à patre aut patris hæredibus recipit obligatum manere, & quidem solum, vt quandocunque soluto matrimonio restituat mulieri libras mille, & ducentas (æquum siquidem est præstare eum indemnes hæredes patris à quibus dos restituta sit) ita in eum statum restitui res debet, vt quandocunque dotem vir vxori reddere debebit habeat à patre vnde possit reddere, quod non aliter fieri potest quàm si à patre, vel eius hæredibus libras mille, & ducentas acceperit siue in aureis siue in alia proba, dummodo non minutissima moneta, cùm totidem libras mulieri ex causa doris debeat. Planè si eius monetæ in qua hæredes patris soluerint mille, & ducentas libras, rursùs æstimatio decreuerit, fateor patris obligationem, quæ solutione extincta fuerit, non ideo posse resuscitari. l. qui res 98. §. aream de solut. multo minus autem crescere, sed perinde ab eo tempore periculum omne diminutionis spectare ad maritum acsi dotem ab initio, & ab vxore ipsa maritus accepisset. Nec est contrarium, quod sæpius supra diximus eum qui aureos acceperit, & ex numeratione obligetur liberari totidem aureos reddendo. Id enim obtineret si patris obligatio hic sola spectanda esset. Atqui negotij qualitas ita fert, vt obligationem

patris

patris erga filium ex obligatione filij erga vxorem metiri oporteat. Nam ſicut hæredes patris poſteaquam dotem reſtituerint, indemnes ſeruari æquum eſt. Eodem modo reſtitutionem ab eis filio ſic fieri conuenit, vt nullum ex ea damnum ſentiat. Porrò non quadringentos aureos filius vxori debebit dotis nomine, ſed mille ducentas libras quæ ex quadringentis aureis hodie conſici non poſſint, ſed tantum ex quingentis. Quingentos igitur non quadringentos aureos patris hæredes filio reſtituere neceſſe eſt. Dices fortaſſe, eadem ergo ratione ſi aucti eſſent aurei debere filio ſufficere, ſi mille, & ducentæ libræ ei ſoluantur in trecentis aureis licet quadringentos pater acceperit, cùm non quadringentos aureos vxori debeat, ſed tantum libras 12000. Reſpondeo non eſſe eadem hac parte vtriuſque caſus rationem. Lucrum enim quod ex aucta æſtimatione aureorum naſcitur filio acquiri iuſtius eſt, ad quem nimirum, vt diximus, dos ipſa pertinet: neque in eo verſatur damnum aliquod patris qui totidem aureos acceperit quot reſtituit, id eſt quadringentos. Nam ſi obijcias credibile eſſe cum augmentum ex interuallo ſuperuenit impendiſſe patrem eos aureos in veteri, & minori æſtimatione, proinde videri eum plus reſtituere, quàm acceperit ſi quadringentos maioris valoris reſtituere compellatur, dicam impurare ſibi debere patrem, quòd nurus ſuæ dotem filio conſtitutam accipere maluerit quàm filio ſuo adminiſtrandam relinquere, aut cur non ex ea pecunia ſic negotiatus ſit, vt lucrum percipere poterit, quod cum auctæ, vel imminutæ æſtimationis damno compenſaretur, Cæterum cogitare eum debuiſſe, cùm alienæ dotis ſolutionem acciperet futurum, vt eam ſummam quæ in dotem data eſſet, hoc eſt, librarum 1200. filio ſartam tectam ſeruare teneretur, ſi aureorum æſtimationem minui contingeret, ſi vero augeri, vt augmentum illud filio cederet non ſibi qui nullum in ea dote ius haberet. In eoque nimirum diuerſa cauſa eſt patris qui dotem ſibi numeratam debeat filio, & eius qui ex cauſa mutui, aut accepti precij, aut dotis ſibi conſtitutæ reſtituendæ ſit obligatus. Hi enim ius aliquod habent in ea pecunia, nempe dominij cùm ijs tradita ſit à domino, idque ex iuſta conuentione præcedente. Pater verò, licet ei dotalis pecunia numerata ſit, non tamen idcirco ſit eius dominus, deficiente videlicet in perſona eius iuſta traditionis cauſa. l. nunquam nuda. 31. D. de acquirend. rer. domin. cum dotis cauſa, ideſt, matrimonium in Filij qui vxorem duxit non in patris perſona conſiſtat. l. Pomponius 35. D. famil. erciſcund. Quamobrẽ mirum videri non debet, ſi ex ea receptione pater lucrum nullum ſentire poſſit, quod ad ipſam pecuniæ æſtimationem pertinet, aucta ea æſtimatione, damnum vero ſentire poſſit eadem diminuta, quoniam idem euenit omnibus qui alienæ rei adminiſtrandæ vltro ſeſe offerunt, vt ea cura damnoſa ipſis ſæpè ſit, lucroſa vero nunquam. l. idemque 10. §. ſi procurator, Digeſt. mandat. l. qui ſine vſuris, 8. Digeſt. de negot. geſt. Ponimus namque in tota quæſtione numeratam fuiſſe dotem patri nomine filij, quo caſu præmortuo quidem filio datur actio in patrem. l. ſi ſocero 10. C. ſolut. matrim. ſed præmortuo patre datur etiam actio in filium, cuius voluntate ſolutũ eſt patri d. §. tranſgrediamur. At

quid si ea lege data sit patri vt solus ille mulieri obligaretur, non etiam filius in casum restituendæ quandocunque dotis? Nulla hoc casu filio in patrem, aut patris hæredes actio competet, quia nec maritus vxori tenetur, nisi extiterit hęres patri d.§. transgrediamur in fin. Sed hoc ita videtur accipiendum si ante mortem patris solutum sit matrimonium. Alioqui mortuo parte quemadmodum filius qui pro parte tantùm institutus est præcipere integram dotem debet l. si filia 20. §. hoc amplius l. fundus 51. D. famil. ercisc. l. 2. C. eod. l. 3. §. de collat. exemplo socij l. actione 65. §. vlt. pro scio. Ita si sit exheredatus aut institutus sub condicione quæ nondum extet, dotem nihilominus filius habere debet statim. Eadem ratione quia in eum reci nam dant statim onera matrimonij l. quod si 66. eod. l. si is qui 56. §. post mortem dot. (Sanè vtroque casu cauere debet defensum iri cæteros hæredes qui ex stipulatu possunt conueniri d. §. hoc amplius l. vnic. §. De iure. 10. C. de rei vxor. act.) nam, & filia exheredata propriam dotem saluam habet d. l. vnic. §. videamus. Multò igitur magis filius exheredatus alienam deducet, hoc est quam ab vxore habuerit. nihilominus non a patre

Tertia ratio afferri potest pro decisione Afflicti, quòd in proposita specie librarum æstimatio diminuta esset fortasse propter diminutam bonitatem intrinsecam. Vix enim credibile sit Ducatum Venetum, de quo ille loquitur, qui contractus tempore æstimabatur 70. baiocchis valuisse solutionis tempore 110. baiocchos nisi vel diminuta bonitate intrinseca baiocchorum, vel quod idem est aucta bonitate intrinseca Ducatorum. Atqui diminuta bonitate intrinseca librarum aut minutioris monetæ, ex qua libræ conficiuntur, certum est, idque nos, & initiò huius capitis, & aliàs sæpè monuimus, nec de deductione augmenti quærendum esse nec de decrementi suppletione, cùm eadem sit quantitas, eademque æstimatio quatuor librarum deterioratarum quæ erat trium tempore contractus, licèt alius sit numerus. Quantitatè enim in numinis æstimamus non ex numero nummorum, sed ex valore l. quę extrinsecus 65. de verb. oblig. valoré autẽ ex qualitate, magnitudine, & pondere materiæ l. 1. de contr. empt. Proinde nec quæstioni nostræ hoc casu locus vllus relinquitur, an nimirum inspici debeat æstimatio quæ fuerit tempore contractus, an verò quæ sit tunc cùm soluitur. Eadem. n. æstimatio est quæ fuit, nummorum duntaxat numero immutato, vt diximus supr. cap. 6.

Sed si ponas neque auctam fuisse bonitatẽ intrinsecam aureorũ neq; diminutam librarũ, at mutationem veram in æstimatione extrinseca cõtigisse, qui casus est, de quo quærimus, Dico dotẽ quæ nõ filio à patre aut a patris hęredibus, sed à marito vxori restituenda sit debere restitui in ea æstimatione monetæ debitæ quæ sit tempore solutionis, non in ea quę fuerit tempore cõtractus, idque indistinctè siue creuerit, siue decreuerit, siue iustè, siue iniustè, dummodò debitoris aut creditoris mora nulla interuenerit. Et, si contra Afflict. sensit falsam esse decisionẽ. Cuius cõprobandi gratia nõ repetemus quod iã diximus libras solas hic esse in obligatione, proinde totidẽ libras reddi debere non aut plures

plures aut pauciores Respondebimus tantùm ad ea quæ in contrarium Afflictus congerit.

primum obijcit ex Andr.de Isern. in cap.1. in verb. monetæ coll.2. quæ sint regal. quòd quando mutatur moneta in valore post tempus contractus debet solui secundum valorem temporis contractus ex ca. olim, & cap. cùm Canonicis Extr.de censib.quia contractus tempus inspiciendum est l.Rutilia 69.vbi Bart.D.de contr. empt.& debet reddi pecunia in eadem bonitate d.l.cùm quid 3.de reb.credit.Respondeo ea omnia pertinere ad valorem intrinsecum, & bonitatem intrinsecam, cuius ratione inspiciendum sanè est tempus contractus nõ solutionis, vt probauimus latissimè cap.4. Porrò ex hoc ipso inferri posse, aliud ergo obseruandum esse in æstimatione extrinseca, de qua disputamus, nam si solutionis tempore debetur pecunia in ea bonitate intrinseca quæ fuit tempore contractus, cur nõ vel illa ipsa bonitas præstanda est, cuiuscumque tandem sit æstimationis, aut si in specie non præstetur,cur non in ea saltem æstimatione quæ tunc sit,id est solutionis tempore? Eodemque pertinet quod idem Afflict. profert ex Oldrad. consi.31. condemnatum ad centum debere soluere de moneta quæ currebat tẽpore sententiæ non de ea quæ tempore excutionis arg. l.vxorem 41.§.testamento 1.de leg.3.Item ex cons.13. & cons.250.legatum soluendum esse de moneta quæ in vsu erat tempore legati relicti non de ea quę sit tempore solutionis,de quo infra videbimus.

Obijcit secundo quod Bald. scripsit in d. l. acceptam quæst.17. C. de vsur. Si æstimationis extrinsecæ mutatio fiat ex interuallo non debere nocere creditori, etiamsi debitor non fuerit in mora, quia cùm debitor senserit commoditatem ante moram, non debet ex aliena iactura lucrum facere arg. l. nam hoc natura 14. de condict. indeb. Respondeo distinctionem illam Baldi; an statim, & ante consumptionem pecuniæ, an verò ex interuallo, & post consumptionem superuenerit mutatio æstimationis extrinsecæ, reprobatam esse communiter à nostris, vt, & Parisien. ipse testatur, quamuis eam probet, & laudet nume.701. Non enim attendendum est quid in rem debitoris versum sit necnè,sed tantùm quid si in obligatione.

Obijcit tertiò quod idem Bald.ait in l.illud C. de sacrosanct.eccles.col. 6. in contractibus inspici monetam quæ curr ebat tempore contractus ex Specul.in tit.de oblig.& solut.§.nunc aliqua vers.fin.& quod notat in clem.fin.Extr.de decim Abb.in dict.cap.olim de censib. post Ioann. Andr.ibid.Sed hoc pertinet ad bonitatem monetæ intrinsecam, vt ad primam obiectionem respondimus.

Obijcit postremò authoritatẽ Odofr.in l.in minorẽ.C.in quib.caus. in integ.rest.non est necess.& Ant.de But.in c.quanto de iureiur.existimantiũ solui debere æstimationẽ,quæ fuerit tpe contractus, ẽtsi mora nulla intercedat,tẽne illa ꝙ pecuniæ bonitas sit consideranda respectu vsus principaliter. Respondeo maioris apud me esse authoritatis Bartoli, & cæterorum ferè omnium Doctorum sententiam,quæ illa est, vt nulla interueniente mora solui debeat æstimatio, quæ sit tempore solutionis siue à tempore contractus illa creuerit, siue decreuerit, nec

habet

habet Afflictus, quod ad eam communem nostrorum opinionem re-
spondeat, nisi quod in facto proponebatur contractam fuisse per debi-
tores moram. Quo demum casu admitto sanè debere inspici tempus
cótractus in præiudicium morosi si post moram mutatio superuenerit,
vt supra explicauimus. Ratio autem illa, quòd pecuniæ bonitas se-
consideranda respectu vsus principaliter, falsa est. Fateor solam qua-
litatem, magnitudinem, & pondus materiæ non facere, vt nummus
vsum aliquem præbere possit quatenus nummus est nisi accedat autho-
ritas publica. Sed nego sufficere, vt nummi vsus hic aut ille sit ex au-
thoritate publica, nisi sua constet debita bonitate intrinseca. d.l.1.de
contr.empt.l.1.C.de veter.nummisf.potesta. Authoritas enim illa, quæ
in hac aut in illa prouincia maiorem præstet, aut minorũ nummorũ æsti-
mationem, quàm ex materiæ ratione esse debeat, priuata potius dicen-
da est intuitu, scilicet Principis, qui eam constituit, quàm publica re-
spectu gentium omnium, ex quarum communi consensu metiendus
est valor nummi impositicius. Alioqui si præstanda esset æstimatio,
quæ fuisset tempore contractus non quæ solutionis tempore aucta, vel
diminuta reperiretur, sequeretur non reddi pecuniam in eadem boni-
tate intrinseca, quod tamen Afflictus fatetur absurdum fore, cùm ex
tot locis probat ille reddi debere pecuniam in eo valore, in ea boni-
tate, & in ea moneta, quæ erat tempore contractus. Probo consecu-
tionem, quoniam si tùm mutata est æstimatio extrinseca debetur illa
quæ erat tempore contractus, necessariò euenit, vt vel plura, vel pau-
ciora debitæ speciei corpora reddantur. Plura si æstimatio decreue-
rit, pauciora si creuerit. Non ergo redditur pecunia in eadem boni-
tate intrinseca. Quid enim refert si bonitatem duntaxat intrinsecam
respicias, an qui centum aureos mutuos accepit reddat eos intrinse-
cus diminutos, vel auctos, an pauciores, vel plures eiusdem ponderis.
Vtroque siquidem casu diuersum est pondus, cùm non minus ex nu-
mero corporum, quàm ex magnitudine materiæ pondus constituatur.
Alia ergo atque alia est bonitas intrinseca, vtpote quæ ex solo ponde
re æstimetur, eadem subsistente bonitate, & puritate materiæ. Et con
sequenter cùm admittant omnes, excepto Parisien. debere solui pecu-
niam, quæ debetur in eodem pondere, illud quoque admitti necesse
est. Solui igitur debere, vel in specie, vel in æstimatione, quæ sit solu-
tionis tempore, non in ea, quæ fuerit tempore contractus, ne aut plus
aut minus in bonitate intrinseca reddi videatur, quod nec plus nec mi
nus, sed tantundem reddendum est. Et vero an dici potest tantundem
reddere debitor, qui idem materiæ pondus, aut pluris æstimet, quàm
sit aut minoris? Vendit potius qui pluris æstimat, emit, qui minoris,
neuter reddit, saltem quod ad eam æstimationis partem attinet, quæ
est in augmento, vel in diminutione. Si enim quarta parte aucta sit
æstimatio aureorum, puta si quatuor libris hodie æstimetur aureus, qui
antea tribus tantum æstimabatur, & velit debitor tale augmentum ita
deducere, vt pro centum aureis reddat tantum septuaginta quinque,
Rogo, an non perinde facit, ac si vellet singulis aureis quartam bonita-
tis, & ponderis partem detrahere, sic deinde centum soluere? Nisi

quòd

quòd hic incideret in legem Corneliam de falsis ex l.quicunque.D.illit. Ille verò soli creditori noceat, sed quod ad ipsum creditorem pertinet, quid interest an aureos centum accipiat intrinsecus diminutos, an verò commodum illud quod sentit ex non facta diminutione debitori reddat, aut potius à debitore emat precio quinque, & viginti aureorum? Quomodo vtique accidit si cogatur pro centum aureis contentus esse septuaginta quinque eiusdem magnitudinis singulos, & ponderis.

Apparet igitur ex superioribus neque generaliter veram esse decisionem Afflicti, neque ex ea deduci posse rectum augmentum pro Parisi. sententia.

De collatione quantitatis acceptæ in pecunia, cuius æstimatio postea mutata sit, & de augmento dotis.

Cap. XIX.

Vbinde quærit Parisien. eodem nume. 737. Si filia nubens acceperit à patre mille aureos, quo tempore valebat aureus 40. solidos, moriente verò patre æstimetur aureus solidis 45. an teneatur filia cõferre præcisè mille aureos, an verò æstimationem quæ erat tempore dotis datæ, an eam denique quæ sit tempore collationis. Et putat nec esse cogendam conferre mille aureos præcisè, nec præsentem æstimationem, sed illam demum quæ fuerit tempore acceptæ dotis, nisi statim post datam dotem, vel incrementum superuenerit, vel decrementum, ergo nec priusquam filia vel maritus eius pecuniam dotalem in suos vsus consumeret. Quod ait non esse cogendam filiam mille aureos conferre verum est, non solum quòd qui aureos simpliciter debet, possit eos soluere in æstimatione ex recepta consuetudine, de qua scripsimus capite 3. sed etiam, quia cum de collatione agitur, quod confertur non debetur, nec ideo confertur, vt ad eum perueniat, in cuius vtilitatem fit collatio, sed vt tanto minus qui confertur percipiat ex eo quod cessante collatione totum ad alium pertineret. l. 1 §. cum dos l. 4. & l. vlt. D. de collat. dot. l. 1. §. si ex dodrante, & §. toties. l. 2. §. si tres emancipati. l. si filius. 10. & paff. D. de collat. l. dotis quidem petitio. 5. (sic enim legendum est non portio.) l. si soror. 8. C. eodem. Sed quod de æstimatione vereri conferenda sub distinctione scribit non magis verum est, quàm quod in supradictis quæstionibus tradidit distinguendum esse, an statim, an ex interuallo æstimationis mutatio superuenerit. Imò subest ratio propria, quæ non patitur in collatione locum esse huic distinctioni, tametsi in alijs casibus esse posset, nimirum, q dotis collatio non à marito fit, sed à muliere quæ dotem habuit, dotalis verò pecunia cùm consumitur non in mulieris, sed in mariti rem, & vtilitatem impenditur, & quidem pro ipsius mariti, non pro mulieris arbitrio. l. res in dotem 42. de iure dot. Non igitur inspiciendum est, in qua æstimatione maritus dotalem pecuniã impenderit, vt scia-

tur

tur in qua æſtimatione eandem conferre mulier debeat, quoniam ex facto mariti abſurdum ſit mulierem conferre, aut plus, aut minus, quã acceperit, niſi fortè velit quis pro Pariſien. dicere, imo attendendum eſſe in qua æſtimatione maritus dotem in ſuos vſus conuerterit, quoniam in eadem æſtimatione dotem ſoluto, quandocũque matrimonio reddere ſit obligatus. Æquum autem non ſit mulierem ex collatione dotis maiore, aut minore aureorum æſtimatione onerari, quàm quæ à marito iudicio de dote ſeruari poſſit. argum. dict. l. 1. §. cum dos. D. de coll. dot. Sed hoc iam ſupra refutauimus, & docuimus maritum, qui dotem accepit in aureis nec æſtimatis, nec venditis ad hoc obligatum eſſe vt aureos reddat, vel in ſpecie, vel in ea æſtimatione, quæ fuerit ſolutionis tempore, ſiue aucta iuſtè, vel iniuſtè, ſiue diminuta, dummodo non iniuſtè: non inſpecto eo quanti aureos ipſe impenderit, nec quò tempore aurei mutatio ſuperuenerit. An igitur mulier eam aureorum æſtimationem conferet, quam maritus debeat, hoc eſt quæ fuerit tempore dotis reſtituendæ? Minimè. Quid enim ſi conſtante matrimonio collatio poſtuletur, & incerto adhuc eo quanti tunc futuri ſint aurei? An cauendum erit, quomodo fieri ſolet, cùm incertum eſt quid in collationem venire debat, vt in l. 1. §. quamuis D. de collat. Atqui certum eſt quid, & quantum mulier dotis nomine acceperit. Cur non igitur id ipſum ſtatim conferatur? aut cur ex ea æſtimatione, quam maritus reſtituturus ſit conferendæ dotis neceſſitatem metiamur? Itaque dicendum eſt eam aureorum æſtimationem conferendam, quæ fuerit dotis collatæ tempore, eſſeque ius ſpeciale in collatione, vt in ea non reſtitutæ à marito, aut acceptæ, ſed conferendæ dotis tempus ſpectetur. Cuius rei ratio illa reddi poteſt quòd collatio fiat ex voluntate non ex præcedenti vlla obligatione. Etſi enim filia dotata quæ vult cum fratribus ſuccedere, ſiue ab inteſtato, ſiue petita poſſeſſione contra tabulas, aut etiam ex teſtamento iure nouo dotem conferre cogitur l. 1. iunct. Auth. ex teſtamento C. eod. in ipſius tamen arbitrio poſitum eſt an ſuccedere, velit necne, ideoque nullam conferendæ dotis neceſſitatem habet, niſi quam ſibi ipſa vltrò impoſuit d. §. ſi tres emãcipati, & d. l. vlt. de dot. collat. Cùm itaque eo demùm tẽpore incipiat collationis faciendæ obligatio quo velit filia dotata partem hęreditatis paternæ à fratribus auocare, eiuſdem temporis neceſſariò habenda ratio eſt vt ſciatur quid in collationem veniat, ac proinde quænam aureorum æſtimatio ſolui poſſit. Non enim ſpectandum eſſe tempus quo dos filiæ tradita ſit ex eo apparet, quòd ſi tunc cùm ſit collatio maritus non ſit ſoluendo, non eo am dotem conferre mulier cogitur, ſed eatenus duntaxat, quatenus facere maritus poteſt, quia non plus ad mulierem peruenturum ſit d. l. 1. §. cùm dos D. de dot. collat. Et ſanè cùm ideò fiat collatio, vt ſuccendentium bona omnia quæ ab eo profecta ſunt de cuius hęreditate agitur in vnum veluti corpus redigantur, æquiſſimum eſt vt ſicut bonorum eius cui confertur, æſtimatio ſumenda eſt ex eo tempore quo fit collatio, ità, & dotis æſtimationẽ fieri oporteat ſiue in aureis cõſtitat illa vel in alia nummo. ũ ſpecie, ſiue in fundo aut alia re ſimili, cuius æſtimatio pro tẽporũ varietate

rietate incerta eſſe ſoleat. Idq; conſequens eſt ei q̃ tã ſæpè diximus, in huiuſmodi quæſtionibus hoc vnum præcipuè ſpectandum eſſe, quid ſit in obligatione, quoniam id ipſum æſtimari debet, nec quicquam aliud. Neque eſt quod quis obijciat poſſe ita fieri iniuriam mulieri, ſi fortè eueniat, vt cùm dotem maritus eiuſve heres mulieri aut ipſius hęredi reſtituet diminuta ſit aureorum æſtimatio. Id enim poſitum eſt in dubio euentu, cùm ex contrario poſſit accidere vt ea æſtimatio augeatur, quo caſu lucrum erit mulieris quòd in æſtimanda dote collationis tempus ſpectandum fuerit, ſoliſque fratribus conquerendi potius ſupererit occaſio. Sed, & perinde poteſt euenire, vt fundorum, qui ex altera parte communicantur, precium mutetur, & vel augeatur vel minuatur, nec eo minus tamen iuſtè videatur facta diuiſio ſi inſpecto collationis tempore iuſta fuerit. Denique eorũ quæ poſt factam collationem emergunt ratio nulla haberi poteſt in conſtituendo collationis iure: non magis quàm eorũ quæ collationẽ preceſſerunt, quoniã ante oblatam collationẽ nulla dum cõferendi obligatio eſt, poſtea verò quam facta eſt, obligatio etiã cõferendi prorſus extincta eſt, exemplo eius quod de decretali bonorum poſſeſſione ſcriptum eſt in l. 1. §. decretalis D. de ſucc. edict. Itaq; idẽ hoc caſu tempus eſt contractæ obligationis, & factę ſolutionis. Nam & collatio ipſa ſolutio eſt.

Idem Pariſien. num. 738. aliam quæſtionem tractat ſuperioribus finitimam, Anno, inquit, 1480. cùm aurei non valerent niſi 35. ſolidos, mulier dedit in dotem mille quadringentos aureos ſolares cum pacto quod in caſum quo non haberet communionem bonorũ cum futuro ſponſo redderentur ei vel ſuis ſoluto matrimonio au pris du denier Pariſis, hoc eſt ad rationem denarij Priſienſis, & vt ipſe Pariſien. interpretatur ad rationem ſeſquiquartam augmenti videlicet quòd tantæ ſumma quanta viro data, & per eum recepta erat redderetur cum augmento quartę partis. Cùm verò matrimonium diu ſteriſſet nulla inter coniuges ſubſecuta communione, & eo ſoluto dos ad formã pacti repeteretur, tuncq; videlicet anno 1532. aureus ſolaris auctus eſſet decẽ ſolidis ac valeret ex edicto Regio, & in vſu cõmuni 45. ſolidos, dubitabatur an totidẽ 1400. aureos cũ augmento quartę partis reddi deberent non deducto quod æſtimationi veteri per nouam acceſſiſſet. Et refert ab antiquioribus, & cõſultiſſimis Senatus Pariſienſis patronis reſponſum fuiſſe & concluſum quòd totidem aurei in ſpecie reddi deberent non deducto augmento extrinſeco, ſed quantùm ad augmentũ conuentionale ad rationem denarij Pariſiẽſis, videlicet proportionis ſeſquiquartę quod debeat attendi valor qui erat tempore cõtractus, non qui ſit tempore reſtitutionis. Pariſien. vero reprehendit in eo quòd aliã principalis debiti, aliã augmenti rationẽ cõſtituant. Cùm tamẽ ex iuris ratione certũ ſit augmentũ ſiue additamẽtum ſequi debere naturã aucti ſeu principalis, & vniformiter eodem iure tanquam ipſius partẽ regulari. l. inter ſocerũ 26. §. cùm inter. D. de pact. dotal. l. quod in rerum 24. §. ſi quis poſt teſtamentũ l. ga. 1. l. etiãſi 8. & ibi Bald. C. de iur. dot. Curt ſen. cõſ. 56. Albert. Brun. in tract. de augmen. col. 27. And Tiraq. in ep. l. ſi vniq̃ in verb. donat. largitus nu. 181. & de retrac. proxim. §. 1. gl. 18. nu.

18.num.51. Concludit autem augmentum illud extrinsecum, stabile, & verum, quod constáte matrimonio superuenerit tam de sorte, quàm de additamento deducendum esse, propterea quod contrahentes ad valorem extrinsecum aureorum stabiliter currentem contra aureos tempore respexisse censeantur. Plus dicit quod etiam si communis sententia esset vera, vt ea deberetur aureorum æstimatio, quæ esset tempore solutionis, in proposita tamen hypothesi locum non haberet ex eo, quòd facta sit relatio ad denarios, & sic partes cogitauerint de valore extrinseco, seu de quantitate aureorum resultante ex denarijs, quo casu clarum est, inquit, quod debet attendi valor, qui erat tempore contractus. Hæc ille. Ego autem in eo primum reprehendo ipsos arbitror, quod putant, soluendos aureos in specie. Solui enim possunt in æstimatione non solum, quod ita ferat consuetudo. Licet à iuris ratione aliena, vt scripsimus supr. cap. 3. sed etiam quod in proposito ea videatur fuisse aperta mens contrahentium, qui solutionem ad denarios retulerunt. In eo præterea, quod aliam dotis debitæ, aliam augmenti rationem constituerunt, quæ tamen eadem prorsus constituti debuerat ex locis supradictis: rectaque est hac parte, ni fallor, Parisiensis reprehensio. Sed ego à Parisien. in hoc dissentio, quod existimat tam de sorte principali, quàm de augmento dotis deduci posse auctam extrinsecam aureorum æstimationem. Ego enim contra, ex neutro deduci debere: dupliei ratione, & quia augmentum illud extrinsecum non est verum augmentum, & efficax, quippe quod ex monetarum deterioratione contigerit, vt alijs locis Parisien. ipse fatetur, vt proinde idem valor esse existimandus sit solutionis, qui contractus: tempore. Et quia cùm aurei sint in obligatione, nec minus debeant ut, quamdiu soluti non sunt, quàm eo ipso instanti quo contracta obligatio est, fieri nequeat quin, vel aureos in specie soluere oporteat, vel eâ saltem æstimationem, quæ sit tempore contractus, vt in effectu talia sint omnia, acsi aurei in specie soluerentur. Nec mouet ratio illa altera Parisien. quod ex denariorum commemoratione appareat respexisse contrahentes ad valorem extrinsecum. Nam vt taceam, quod ille ipse scribit. num. 738. paulò ante finem, non esse factam mentionem denarij per modum relationis ad libras, vel ad solidos, aut aliam summam, sed per modum proportionis ad significandum augmentum specierum de quibus agebatur, id est aureorum. Dico etiam, posse in contrarium ex eo inferri potiùs cogitasse contrahentes de illa æstimatione, quæ esset solutionis tempore: ponimus enim factam mentionem denariorum in eadem oratione, & determinatione eiusdem verbi reddendi dictos aureos ad dictam tatam, vel proportionem denarij Parisiensis, vt & Parisien. ipse loquitur dict. num. 738. in fi. Tempus ergo redditionis, & solutionis aureorum designatum potius videtur. Ex vulgata nostrorum traditione, quæ habet, qualitatem iunctam verbo intelligendam esse secundum tempus verbi l. in delictis 4. §. fi extraneus. D. de noxal. action.

De depoſito facto in aureis quorum æſtimatio poſtea immutata ſit. Cap. XX.

FInge eum qui agebat ad retractum, vel redemptionem fundi conſignaſſe penes actuarium, vel mercatorem mille aureos, quorum æſtimatio, vt fieri facilè poteſt, dum lis protrahitur, vel aucta ſit, vel imminuta. Quæſtio eſt cuius commodo, aut incommodo debeat cedere augmentũ illud vel decrementum, an deponentis. an eius contra quem factum ſit depoſitum, An denique ipſius etiam interdum depoſitarij, Et Pariſien. num. 740. diſtinguendas ait, nec malè, depoſiti varias ſpecies. Nam conſtat plures eſſe depoſiti gradus quos idem Pariſien. tractat fuſius quæſt. 83. num. 632. & ſeqq. Si depoſitum factum ſit certæ quantitatis per modum ſpeciei, hoc eſt, vel in ſacco obſignato, vel ea lege, vt eadem nummorum corpora reddãtur, quæ propria depoſiti natura eſt, nullus propoſitæ quæſtioni locus relinquitur, quod ad depoſitariũ pertinet. Cùm enim dominium adeoque poſſeſſio rei depoſitæ maneat penes deponentem, l. licet 17. §. rei depoſitæ. D. de poſit. l. 2. §. quod vulgò. D. pro hæred. l. neque pignus. 45. de regul. iur. ipſius quoque periculo eſſe neceſſe eſt augmentum, vel decrementum depoſiti: nec quicquam præſtare cogitur depoſitarius præter dolum. l. contractus 23. eodem, l. ſi vt certo. 5. §. nunc videndum. D. commod. l. 1. §. ſi veſtimenta. D. depoſit. ideoque ſicut ex officio, quod alienæ rei cuſtodiendæ præſtat damnum ſentire non debet, ita nec lucrum captare, argum. l. qui proprio. 46. §. procurator. D. de procurat. l. ſi autem. 8. §. item ſi fundum de negot. geſt. l. qui negotiationem 58. in fine principij. D. de adminiſtr. tuto. l. idemque 10. §. ſi procurator. D. mandat. Si verò ſic depoſita pecunia eſt, vt ea tamen liceret vti depoſitario tantundem reddituro, licet videatur ea res excedere notiſſimos depoſiti terminos, vt Papinianus ait in l. Lucius 24. D. depoſit. adeo vt poſſit huiuſmodi pecunia condici quaſi mutua licet non prius quàm loco mota ſit, l. certi condictio 9. §. vlt. cum l. ſeq. D. de reb. credit. Poteſt tamen non malè dici depoſita cùm ſi eam depoſitarius in ſuos vſus conuerterit iudicio depoſiti teneatur ad vſuras, vt idem Papin. reſpondit in l. die 25. §. 1. depoſit. Præſertim ſi eadem lege conuentionis obligatus ſit depoſitarius, vt quandocunque petenti domino tantundẽ ſtatim reſtituat. Tunc enim non habet depoſitarius liberum vſum pecuniæ, ſed perinde cogitur, aut eadem corpora, aut ſimilia penes ſe habere, ne in mora conſtitui poſſit, acſi eadem corpora reddere deberet. Et hoc quoque caſu negat Pariſien. & verè quæſtioni huic locum vllum eſſe. Sed mouetur falſa ratione, nempe quòd non potuerit vti depoſitarius liberè pecunia aliena. Quid enim ſi re vera vſus fuerit, idque ex facti probatione conſtet? An idcirco dicendum erit cogendum eum præſtare decrementum ſi quod medio tempore, & antè depoſiti reſtitutionem ſuperuenerit? Id ſanè ex Pariſien. æquitate prorſus admittendum eſſet,

ſet, eademque ratione poſſe eum augmentum deducere: Ratione illa quod deponens qui permiſit depoſitario vti ea pecunia nec eum obligatum voluit, niſi vt tantundem redderet, videatur ad extrinſecam æſtimationé quæ tũc erat, reſpexiſſe. Ego verò ex eo moueor quòd depoſitarius in propoſita ſpecie obligatus ſit vt eaſdem ſpecies nummorum reſtituat, licet non eadem corpora. Nec puto hoc caſu locum eſſe conſuetudini, qua toties ſupra diximus receptum eſſe, vt debitori aureorum liceat æſtimationem ſoluere, ſi aliud nihil dictum ſit. Quemadmodum enim ea depoſiti natura eſt, vt ipſa eadem corpora, quæ depoſita ſunt reſtitui debeant, d.l. Lucius. Ita conuentio illa vt tantundem reddere ſufficiat, quamuis notiſſimos depoſiti terminos egrediatur, ſic interpretanda eſt, vt quàm minimum fieri poſſit recedat à terminis depoſiti: minus porrò recedet, ſi admittamus eaſdem ſaltem ſpecies reſtituendas eſſe, quàm ſi depoſitario electionem demus, vt aureorum æſtimationem poſſit ſoluere, niſi apertè in contrarium conuenerit. Lex enim contractus ſeruanda eſſet tametſi abhorrens à natura depoſiti, d.l. Lucius in fi. l. 1. §. ſi conuenerit eodem. Nec ſanè poteſt quicquam æquius conſtitui, vt neuter conquerendi occaſionẽ habeat, ſiue aureorum æſtimatio extrinſeca creuerit, ſiue decreuerit, cum in eũ ſtatum reducatur omnia in quo eſſent ſi depoſita pecunia depoſitarius vſus non fuiſſet. Quid enim ſi neque poſt conuentionem initio depoſiti factam vti ille voluiſſet? Vtique nihil ei imputandum eſſet, nec poſſet ab eo condici pecunia quaſi mutua quomodo poſſet ſi ex interuallo poſt depoſitam pecuniam facta pactio fuiſſet, at omnimodo tanquam depoſita reddi deberet. quòd ſi ab initio 10. iuncto. §. vlt. leg. præced. de reb. credit. Cur ergo cogendus ille ſit decrementum ꝙ quod depoſitæ pecuniæ ſuperuenerit ſupplere, qui nihil niſi nudum alienæ rei cuſtodiendæ officium, & miniſterium præſtiterit? Aut cur augmentum deducat ex ea pecunia cuius nec dominus ipſe, nec debitor quidẽ vnquam fuerit? d.l. quòd ſi ab initio, ijs verbis quoniam debitum iri non eſt certum. Neque aliud conſtituendum arbitror, ſi cuſtodiæ cauſa ſalarium depoſitarius acceperit. Id enim facere duntaxat poteſt, vt exactiorem diligentiam præſtare debeat nec dolum duntaxat, ſed etiã culpam, & cuſtodiam, non vt pluſ, vel minus reddere teneatur. argu. l. 1. §. ſæpe euenit vbi glo. D. depoſit. Quòd ſi depoſitum tertij gradus contractum ſit, quod noſtri improprium vocãt, ita vt depoſitarius cui facultas vtendi data eſt non poſſit mox niſi poſt certum tempus congruum tacitum, vel expreſſum cogi reddere. Putat Pariſien. depoſitum hoc eſſe ſimile mutuo, eandemque adhibenda diſtinctionem, quam ille in mutuo adhibuit. quæſt. 92. Et hoc omnino malè. Nam, vt proximè diximus, nihil intereſt an depoſitarius pecunia vſus ſit necne, aut an ſtatim an poſt certum tempus cõgruum tacitũ, vel expreſſum obligatus ſit tantundem reddere, ſed illa duntaxat neceſſaria eſt diſtinctio, quæ ab Vlpiano traditur in d.l. certi 9. §. vlt. cum l. ſeq. de reb. credit. An ab initio contracti depoſiti, an ex poſt facto conuenerit, vt depoſitarius pecunia vteretur tantundem redditurus. Priore caſu negat Vlpian. creditam eſſe pecuniam priuſquam mora ſit, quoniam certum

non

non ſit dubitam iri. Poſteriore vero poſſe condici ait quaſi mutuam, quia depoſitarius cœperit animo poſſidere, ideſt pecuniam habere ſibi (poſſidere enim, vt Theoph. definit, nihil aliud eſt quàm ſibi habere) ac proinde ex cauſa mutui non depoſiti: quandoquidem depoſitarius ſibi habere non poteſt rem depoſitam quin furtum faciat, & proprietatis, & poſſeſſionis. l. inficiando 67. D. de furt. quod ſimiliter dici non poteſt cùm depoſitum ab initio ita contrahitur, vt pecunia vti, ſi velet, depoſitarius poſſit. Cùm enim depoſiti titulo accipiat non ſatis hoc ipſo indicat, an exercere velit legem conuentionis, & vti pecunia quouſque eam moueat. Illo itaque caſu manet interim depoſita, nec ſtatim fit mutua. Poſteriore vero fit quaſi mutua. Cui conſequens eſt, vt priore caſu etiamſi ex conuentione non ſit obligatus depoſitarius, vt tantundem reſtituat niſi poſt certum tempus, congruum, ſiue tacitum, ſiue expreſſum, non poſſit tamen depoſitum mutui iure cenſeri; niſi illud etiam addas depoſitarium vſum fuiſſe pecuniæ: vtque diſtinctio illa, quæ in debitore mutuam pecuniam accipiente non admittitur, an vſus ille ſit pecuniæ necne, in depoſitario neceſſaria ſit penes quem illa lege depoſita eſt pecunia, vt ea vti poſſet: quæ tamen in depoſitario, cui ex interuallo ea permiſſio data fuit nullomodo neceſſaria eſt. Cæterum ſiue in initio contractus, ſiue poſtea huiuſmodi pactio facta ſit, illud conſtat depoſitarium qui pecunia depoſita vſus eſt incipere obligatum eſſe quaſi ex mutuo, vt ab eo pecunia tanquam mutua condici poſſit. Sed non inde ſit, vt mutui iure omnino cenſeri contractus debeat qui ſub nomine depoſiti factus eſt, quique ex natura depoſiti hoc ipſum adhuc retinet, vt vſuras pecuniæ quam in ſuos vſus depoſitarius conuerterit, præſtare iudicio depoſiti teneatur d. l. die §. 1. quas tamen ex vero mutuo non deberet, ſi nulla ſtipulatio interueniſſet. l. Titius 24. D. de præſcriptio. verb. l. 3. C. de vſur. Ergo neque admittendum illud erit, vt vel augmentum deducere poſſit, vel decrementum ſupplere debeat, non magis quam ſi ad eadem corpora nummorum reſtituenda ex vera, & germena depoſiti natura obligatus eſſet: quo caſu iam diximus, & Pariſien. fatetur quæſtioni locum non eſſe. Imo nec illud etiam recipiendum arbitror, vt liceat depoſitario qui aureos accepit æſtimationem reddere, ſiue eam quæ fuerit tempore contractus, ſiue illam quæ ſit tempore ſolutionis. Aurei enim omnimodo reddendi ſunt eiuſdem prorſus materiæ, & formæ, vt à natura, & terminis depoſiti, quàm minimum fieri poterit, recedatur, nec iniuria videri poteſt ex eo vlla fieri aut deponenti aut depoſitario, cùm perinde obſeruantur omnia acſi eadem ipſa corpora, quæ depoſita fuerant, redderentur. Nam quemadmodum conuentionis legem, quæ pro depoſitario adiecta ſit, exercere ipſe non cogitur. Ita neque is qui depoſuit cogendus eſt vllo caſu minus accipere, quàm re vera depoſuerit, ne alioqui eueniat, vt in poteſtate ſit depoſitarij minus ſoluere. Sed & ſi recta eſſet hac parte mutui & depoſiti cõparatio, aut ſi depoſitum tranſiret omnino in mutuũ ex conuentione, vt in l. ſi quis nec cauſam 4. de reb. cred. in cuius ſpecie nulla cõtracti depoſiti vestigia remanent

manent post impletam condicionem sub qua mutuum contractum fuerat. Falsum tamen esset quod Parisien.putat, debere locum esse deductioni augmenti, vel suppletioni decrementi: id enim, & in mutuo ipso, quod ab initio tale fuit, falsum est, vt docuimus supra cap.12. Et hæc dicta sint si de depositæ pecuniæ æstimatione inter deponentem, & depositarium contendatur.

Si verò inter actorem, & reum controuersia sit, vtrius lucro, vel damno cedere debeat augmentum, vel decrementum pecuniæ depositæ, alius tractatus est, & in quo alijs quàm suprascriptis distinctionibus opus sit. Quoties enim actor deponit, & obsignat pecuniam, vt reum obliget ad quid vicissim dandum, vel faciendum, non potest depositario potestatem facere vtendi ea pecunia, cùm huiusmodi obsignatio vim solutionis habeat. l.obsignatione 9. C.de solut.atque ideo videatur pecuniæ dominium iam translatum in creditorem cui nimirum pereat, l.si soluturus 39. D.de solut. Itaque quod ad depositarium pertinet qui obligatus sit, vt eadem ipsa nummorum corpora restituat quæstioni nostræ locus nullus relinquitur, sed tantum ratione eius aduersus quem facta est obsignatio. Dubitari enim potest, vtrum aucta, vel imminuta extrinseca aureorum obsignatorum æstimatione, is qui deposuit supplere debeat decrementum, eademque ratione in contrarium casum deducere posse augmentum. Et si quidem actor per quem facta obsignatio est, succubuerit, constat quod, & Parisien.tradit,nec posse huic dubitationi locum esse.Competit enim ipsi ius vindicandæ pecuniæ, acsi nulla facta esset obsignatio, atque idcirco inter eum, & depositarium agendum est, eaque obtinent quæ proximè diximus. Rursus si actor vicerit, & aureorum æstimatio decreuerit, recte etiam obseruat Parisien.non esse quærendum cuius damno id cedere debeat, quia certum est reum qui victus sit, ac proinde qui in mora fuerit accipiendæ solutionis damnum illud imputare sibi debere ex d. l.si soluturus, & ijs quæ supra scripsimus cap.10. Tota igitur quæstio ad eum casum referenda est quo, & actor vicerit, & aureorum æstimatio creuerit. Putat autem Doctor Analyticus, augmentum hoc quod superuenit priusquam reus acquiesceret, & desineret esse in mora, spectare ad consignantem, licet vicerit, & commoda cætera omnia victoriæ, & consignationis habeat. Mouetur tum ex eo, quòd æquum sit hanc pœnam pati reum qui sit in mora accipiendi ex traditis per DD. in l. vinum 22. D.de reb. credit. ex l.3. §.vltim. de action. empt. tum etiam, quòd ad commodum moratoris non debeat diligens deterioris condicionis esse quàm negligens. At si non cõsignasset, vel si consignationem, vt poterat, inquit, recuperasset, posset deducere augmentum, ergo & nunc poterit, debetque mora tor suæ moræ imputare, quòd eam prius non purgauerit. Ac ne quis obijciat, si debitor soluere volens consignauerit, lucrum augmenti spectare ad creditorem sicut, & periculum diminutionis, acsi vera facta esset solutio, ex d.l.obsignatione, & l.acceptam C.de vsur. Ait ille multum interesse an fiat solutio purè, & absolutè, & de eo quod purè debetur, an vero non purè, & absolutè, sed implendo respectiuè, & faciendo per reum

id ad

Digitized Google

id ad quod viciſſim tenetur. Nam quouſque id fecerit, pecunia, inquit, ante conſignata non debetur ei cum effectu, nec debet ei tradi, ſed ſtat velut ſequeſtrata. Et ſic non debet habere commodum pecuniæ ſibi (ob moram ſuam, & non impletionem eius, quod debet) nondum debitæ cum effectu, & conſequenter non debet habere illud augmentum, licet propter iniuſtam moram ſuam debuiſſe ferre, moræque adſcribere periculum, & omne incommodum ſi quod accidiſſet. Sunt iſta verba Doctoris Analytici, ex quibus apparet quàm erret ille miſerè, dum ſuam ille ſibi æquitatem comminiſcitur, neglecta iuris ratione, quæ tamen non poſſit non eſſe æquiſſima. Quid enim dici poteſt abſurdius, quam quod ille ait, eum qui pecuniam obſignauerit, vt ſibi litis victoriam acquireret, & aduerſarium in mora conſtitueret lucrum nihilominus auctæ æſtimationis ſentire, acſi non eſſet facta obſignatio? Nam quo iure, obſecro, potuit ille vincere niſi quia per obſignationem conſtituit in mora aduerſarium? Cur verò dicimus per obſignationem conſtitutum in mora reum, niſi quia obſignatio habeat vim ſolutionis? l.12. ibi teque parato ſatisfacere, & in illis ſequentibus poſt oblatam ex pacto quantitatem C.de pact.inter empt.& vendit.iunct.l.Iulianus 13.§.offerri de action.empt. Cur item dicimus obſignationem trahere vim ſolutionis ad conſtituendum in mora eum qui nundum ſatisfecerit ſi nihil dum re vera, & in effectu debeatur? Denique quo iure poſſit actor lucrari à die obſignationis fructus rei in qua retrouendenda moram emptor contraxerit, niſi quòd ab eo tempore videatur pecunia obſignata ad emptorem peruenifſe, cùm per eum dumtaxat ſteterit ne peruenerit. Quid ergo intereſt an obſignata pecunia debeatur purè, & abſolutè, an verò ea lege: vt viciſſim is cui debetur aliquid præſtet? Nam & hoc caſu verum eſt, deberi purè pecuniam quæ obſignatur, etiam priuſquàm alter ex parte ſua ſatisfecerit, & eum contra quem facta ſit obſignatio, nihil viciſſim debere cum effectu, vt peti ab eo poſſit quouſque actor obſignauerit d.§.offerri. Obſignationem igitur præcedere neceſſe eſt; & pro ſolutione haberi, antequam imputari poſſit reo cur ex parte ſua non ſatisfecerit, indeque nimirum ſit, vt quod ad fructus pertinet, & cætera omnia venditionis, quandocunque victo moratore retrotrahatur ſolutio ad tempus obſignationis, acſi ab eo tempore morator pecuniam accepiſſet. Nec poſſis ex eo, quod ſemel, hoc eſt poſt factam obſignationem moram emptor contraxerit, facere poteſtatem venditori reuocandæ obſignationis, quin moræ contractæ effectum diluas, & in eum ſtatum reducas emptorem acſi moram nunquam feciſſet, cùm obſignatio quoque reducatur ad terminos non factæ obſignationis, ſiquidem æquum eſt non videri obſignatum, quod non durat obſignatum, ſicut nec in rem verſum, quod non durat verſum. l.ſi pro patre 10. §.verſum D.de in rem verſic. l.item eorum 6. §. 1.D.quod cuiuſcunque vniuerſ.nomin. l.ſequitur. 4. §.ſi pupilli de vſucap. Itaque nullum tempus eſt in quo poſſis obſignatorem poſt contractam ab emptore moram in eadem cauſa conſtituere, acſi obſignatio facta non eſſet (quod tamen omnino neceſſe eſt, vt dare ei poſſis lu-

crum augmenti, quod superuenit) quin eadem ratione moratorem in eum statum reducas in quo erat priusquam moram faceret, cùm non nisi propter obsignationem factam in mora constitutus sit. Quæ sanè ratio omnes Parisien. obiectiones diluit. Nam ad id quod ait contra moratorem semper iudicandum ex l. 3. §. vltim. de action. emp. respondeo hunc qui victus sit non fuisse in mora nisi à die obsignationis. Proinde neque posse obsignationem vllo casu haberi pro non facta odio moræ, quæ nec tunc facta esse videretur, neque fieri posse, vt in pecunia solemniter obsignata, quæ pro soluta sit, quicquam iuris retineat is qui obsignauit, nec denique vt æstimationis augmentum, quod superuenit ad eum pertinere possit qui nullum in ea pecunia ius habeat nec habere velit.

Ad secundam obiectionem nego diligentem esse deterioris conditionis quam negligentem in vtilitatem moratoris. Si enim minus diligens fuisset is qui obsignauit, nec obsignasset, nõ fuisset emptor idemq; reus in mora constitutus, adeoq; condemnari debuisset actor qui ex cõtrario propter obsignationem obtinuit. Diligentia igitur eius in obsignando victoriam attulit, propterea quòd obsignatio illa solutionis iure censeatur, vt planè ridiculum sit quod Paris. subijcit, non consignasset venditor, vel consignationẽ recuperasset fore vt augmentum posset deducere. Nam imò vero condemnandus esset eo casu, & reus omnino absoluendus, & consequenter nulla de augmento deducendo quæstio supereset, at obsignatori repetendæ tantũ obsignationis potestas fieret, vt iam diximus. Quòd si vrgeas pro Paris. posse fieri, vt obsignationẽ ritè factam cunctante, & fruente emptore venditor reuocet, atq; ita augmentum quod iã superuenerit lucretur, deinde augmento illo deducto solutionẽ offerat nouamq; faciat obsignationẽ. Respondebo eo casu futurũ, vt prioris obsignationis ratio nulla haberetur, nec fructus ab eo die perceptos venditor lucraretur d. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. iunct. d. §. versum. Atqui eum casum tractamus quo omnia commoda obsignationis, & victoriæ habeat is cui præterea Paris. dat augmentum nouæ æstimationis, & planè implicat contradictionem, vt ponamus ritè factam fuisse obsignationem, & reuocatam, & obsignationis effectum pro parte habere, pro parte non habere. Sed & in illo labitur Paris. quod existimat augmentum æstimationis aureorum, quod ante realem solutionem obrigerit deduci posse ab eo qui aureos debeat, siue in specie soluendos, siue in æstimatione, quod omnino falsum est, & nos in superioribus abundè refutauimus. Ex quo constat multo minus deducere eum posse augmentum, quod post factam nec reuocatam obsignationem superuenerit. Postremo non vsque adeo potest mora nocere emptori, vt ideo precium, quod ei omnimodo restituendum est amittere debeat. Ergo nec augmentum superueniens, quod ipsius precij pars est. Solet enim mora nocere in accessorijs, & in principali obligatione hactenus, vt eam perpetuet, non vt principalem obligationem augeat, vel diminuat. Et vt dicam apertius, non hic illud intuendum est, quod ei qui ex parte sua nõ satisfacit non debeatur pecunia obsignata priusquam satisfecerit, (hoc enim falsum est,

est, alioqui nec esset necesse præcedere obsignationem, nec valeret obsignatio, si pecunia verè non deberetur) sed quod eam pecuniam soluere voluerit venditor, & à se penitus abdicare, vt hoc ipso emptorem in mora constitueret, qui alias vinceret, & absolueretur. Sanè si obsignatio sit voluntaria, hoc est non necessaria ad constituendum emptorem in mora, puta quod ex conuentione aliquid ex parte sua facere emptor ipse deberet priusquàm obsignare precium venditor cogeretur, poterit admitti Parisien. sententia, ratione illa quòd ius sit hoc casu ei qui obsignauit reuocare obsignationem, ita vt nihilominus tamen emptor in mora remaneat, quam ei prodesse æquum non sit ad consequendum augmentum, quod ante purgationem superuenerit.

De legato nummorum, quorum bonitas intrinseca, vel extrinseca post testamentum immutata sit. Cap. XXI.

FRequens in foro est hæc quæstio nostris præsertim temporibus quibus tantam nummorum variationem experimur tam in bonitate ipsorum intrinseca quam in extrinseca, vt plerunque eueniat legatis puta centum aureis aliam aureorum æstimationem reperiri tempore testamenti conditi, aliam tempore mortis, aliam denique tempore petitionis. Quo casu quæri solet vtrius temporis ratio habenda sit. Et vt breuiter expediam, communis nostrorum sententia est, si in bonitate intrinseca variatio contigerit eam bonitatem deberi siue in specie, siue in æstimatione, quæ fuerit tempore testamenti ex l. vxorem 41. §. testamento pueros de leg. 3. l. si ita esset 7. D. de aur. & argent. legat. l. Aurelius 28. §. testamento de liber. legat. Si vero in bonitate duntaxat extrinseca, tempus solutionis, si in vtraque tempus etiam vtrunque, hoc est testamenti ratione bonitatis intrinsecæ, solutionis ratione extrinsecæ, nisi mora contracta fuerit. Eo enim casu intrinsecam quidem eandem deberi; extrinsecam vero eam quæ à tempore contractæ moræ aut maior fuerit si hæres in soluendo moram contraxerit, aut minor, si legatarius. Ita Oldrad. cons. 31. themat. tale est Albert. post Guill. de Cun. in l. cum quid colu. fin. vbi etiam Alexand. post alios. Idem Albe. in l. vinum 22. colu. fin. D. si cert. pet. Cassi. in l. 3. in fin. princip. C. communi de legat. Martin. Laudens. in tractat. monet. col. penult. Cur. senior in eod. tractat. quæst. 4. Albert. Brun. in tract. De augment. in vlt. conclus. ampliat. 9. Placetque Senatui nostro hæc sententia innumeris definitionibus approbata. Habet autem manifestam rationem, quòd vbicunque agitur ex dispositione hominis, attendi semper debeat tempus dispositionis, vt sciatur quid quale, & quàtum debeatur non tempus solutionis, vt Bald. loquitur cons. penult. coram vobis lib. 1. Ab eo enim tempore incipit obligatio certam habere naturam, & conditionem quæ ex postfacto extra debitoris aut creditoris iniuriam immutari non possit. Cum ergo ea bonitas debea-

Digitized by Google

tur, quæ fuit tempore teſtamenti, conſequens eſt vt ſi ea ipſa non præſtetur in ſpeciebus ipſis quas teſtator expreſſit, puta in aureis, præſtetur ſaltem in ea æſtimatione, quæ ſit ſolutionis tempore, ne alioquî aut plus aut minus præſtari videatur quàm legatum ſit, ſi alia æſtimatio offeratur. Generaliter enim verum eſt, nec Pariſien. negat num. 744. ſpectandum eſſe tempus ſolutionis non obligationis, quoties id quod ſoluitur in ſolutione tantum eſt non etiam in obligatione. Atqui legatis aureis non aureorum æſtimatio in legato eſt, ſed ipſi aurei Æſtimatio verò in ſolutione eſſe dicitur, non tam ex iuris ratione aliqua aut ex teſtatoris voluntate, quæ ſane ius faceret, quàm ex recepta illa conſuetudine toties à nobis inculcata, quæ induxit vt quicunque ſpeciem debeat, ſoluere poſſit æſtimationem, niſi de ipſa nominatim ſpecie ſoluenda actum ſit. Nec adhunc caſum pertinet, quod ſcriptum eſt in l. ſi ſeruus plurium 50. §. vlt. de legat. 1. Tractat enim vbi Vlpia. de certo aureorum numero legato, cùm non apparet de quibus aureis teſtator ſenſerit, Quo caſu nemo dubitat poſſe ſolui aureos in pecunia numerata. At ſi appareat de quibus aureis in genere teſtator intellexerit, puta de ſolaribus non ait Vlpia. ſolui poſſe in pecunia numerata (cuius tamen appellatione aurei quoque continentur) aurei enim ſolares, qui legati ſunt ſolui debent. Sed non diſtinguemus an hi an illi ſoluantur, dummodo ſint æquè boni: recipiunt enim permutationem in ſuo genere. Sed ſi certa corpora nummorum legata ſint, veluti quæ in arca ſunt, ea ipſa præſtanda ſunt, nec permutationem recipiunt, vt ex Papin. ſubiungitur in l. ſed ſi certos 51. eod. Nihil enim refert an certa nummorũ corpora legentur, an 5ticus. l. planè 34. §. ſed hoc ita eod. l. legaui 25. §. vlt. de liber. leg. Æſtimatio igitur illa præſtanda eſt, quæ ſit ſolutionis tempore non quæ fuerit tunc cũ pecunia legata eſt: facit. l. non dubium 14. §. vlt. l. qui quatuor 30. §. vl. de leg. 3. l. cũ pater 60. §. vl. & l. ſeq. l. precia 62. vbi ſed in præſentia D. ad leg. fal. Pariſi. tamen cuius in toto hoc tractatu non plura ſunt verba quã errata, aliter viſum eſt. Putat enim nu. 742. & ſeq. maximè vero nu. 744. nihil eſſe curandũ de bonitate intrinſeca, ſed ſufficere vt ea bonitas extrinſeca præſtetur quæ erat tempore diſpoſitionis, ſiue ex legati cauſa ſiue ex contractu, ſiue ex iudicato quid debeatur. Mouetur autẽ ex perpetuo illo ſuo errore, quòd valor impoſititius pecuniæ quem extrinſecum vocamus, ſit de quantitate, & parte, vt ille loquitur, integrali ſubſtantiali, & æquè principali legati pecuniæ, ſiue in genere quantitatis relictæ, ſiue incerta quauis ſpecie monetæ. Quod planè falſum eſt. Nummus enim etſi quatenus nummus eſt habet ſuam æſtimationẽ extrinſecam, in id comparatã vt cæteras res omnes æſtimet, conſtare tamẽ debet ex certa materia ſuis limigibus certæ magnitudinis, certiq; ponderis definita, & qua gentes omnes quibus nummi vſus communis ſit æſtimationẽ illam poſſint conijcere, non aliter recipiendam quam ſi nihil de ſtatuta magnitudine, & pondere deſit. l. 1. D. de cont. empt. l. ſi ita fideiuſſorem 42. D. de fideiuſ. l. 1. C. de veter. nũmiſm. poteſt. Nec fieri poteſt vlla Principis vllius cõſtitutione, vt aucta vel diminuta bonitate intrinſeca eadẽ ſit nũmi bonitas extrinſeca apud eas gẽtes quibus imperãdi ius nullũ ipſe habeat.

Vnde

Vnde illud etiam fit vt neque inter eos qui parendi habeant neceſſitatem eãdem vtilitatem afferre poſſit nummus auctus vel imminutus intrinſecus: ſiue commodum illud ſpectes quod conſequuturus ſit nummi dominus ſi eum monetalibus velit vendere, quod iure facere poteſt, ſiue in commerciorum vſu conſideres quantum interſit an mercatori qui alienas merces in alia prouincia comparandas habet, ſolutio fiat ex nummis melioribus, an ex deterioribus licet eiuſdem ex Principis edicto æſtimationis. Denique primum, & principaliter in pecunia qualibet ſpectanda eſt bonitas tantùm intrinſeca, quæ ex tribus conſtat, ex certa materia propter valorem, ex certa forma publica propter authoritatẽ, & ex certo pondere propter vſum. Boer. quæſt. 327. num. 7. bonitas verò extrinſeca non ſpectatur niſi per conſequentiam, vt in ſuperioribus latiſſimè probauimus, & hic repetere nil eſt neceſſe. Limitat Pariſien. opinionem ſuam ſi legatum factum ſit vel inſtitutio pro legitima filiæ quæ fortè hoc mediante per ſtatutum loci vel conſuetudinem excludatur, quia tunc ſi ſumma relicta eſt modica proportione, inquit, quam filia iure communi habitura fuiſſet ab inteſtato, putat ille ſupplendum quidem decrementum vt in alijs, ſed non debere deduci incrementum, fauore legitimæ quæ debuiſſet haberi in corporibus hereditarijs cum augmento l. ſcimus 36. §. repletionem C. de inoffic. teſtam. & vt tantò minus recedatur à iure communi. Sed, & hæc quoque limitatio falſa eſt. Nam cùm filiæ aliqua certæ pecuniæ quantitas relicta eſt, ſiue legati, ſiue inſtitutionis iure, pro legitima, liberum quidem eſt filiæ legatum repudiare, & legitimam petere in corporibus bonorum, eoque iure vtimur ex Bald. Iacob. Butr. & alijs, excepto Salycet. in d. §. repletionem, Guid. Pap. quæſt. 487. De quo tamen ſcripſimus quid nobis videatur in Error. 2. Decad. 15. De error. pragmat. Sed ſi legatum illa agnouerit, hactenus ei indulgemus fauore legitimæ in qua grauari non põt vt poſſit ſupplementũ petere non obſtante quacunque patris prohibitione, etiamſi patris iudicium agnoſcendo nihil poteſtate ſit ex Bald. in l. ſi quando 35. §. & generaliter C. de inoff. teſtam. per text. in l. quoniam in prioribus 32. eod. & §. cæterùm Nouell. 115. vt cũ de appell. cognoſc. Guid. Pap. quæſt. 93. idque in pecunia non in corporibus bonorum: idẽ Guid. Pap. dict. quæſtio. 487. Sed non vt poſſit legatum agnoſcere, & aureos qui fortè legati ſint petere in alia bonitate intrinſeca quàm quæ erat tempore teſtamenti, ſi eius æſtimatio legitimæ debitæ æquipolleat. Videtur enim pater legitimam quam ſciuit vel inuito ſo filiæ relinquendam eſſe, tanti æſtimaſſe, cui æſtimationi omnino ſtandũ eſt dummodo ex ea nullum filiæ in legitima præiudicium fiat, arg. l. quod bonis 25. §. vlt. D. ad leg Falcid. l. ſi fundum 81. §. ſi libertus de legat. 1. Nec ad rem facit quòd ſi legitimã haberet filia in corporibus bonorũ, haberet etiã lucrum augmenti quod rebus hereditarijs non tantùm extrinſecus, ſed etiam intrinſecus contigiſſet poſt factum teſtamentum, cùm habere debeat trientem bonorum omnium quæ pater mortis tempore reliquerit, d. §. repletionem, & huiùm quæritur 6. C. eod. quod, & in legatario ſingulari receptũ eſt, l. quod in rerum 24. §. ſi quis poſt teſtamentũ

de legat. 1. Nam reſpondeo eſſe quod ſibi filia imputet quæ cùm repudiare legatum poſſet ac legitimam in corporibus bonorum petere, legatum tamen habere maluerit, ſatis enim ei eſſe debet quòd damnum nullum ſentiat cùm legatum æquipolleat legitimæ. Vt verò ad lucrum conſequendum quod propriæ electionis culpa amiſerit, admittatur, ſiue iure ordinario, ſiue ex reſtitutione in integrũ non puto permittendum, niſi fortaſſe fuerit minor annis viginti quinque, quo tempore agnouit ſanam, & rectam, ſiue viuentis, ſiue defuncti patris voluntatem. Minoribus enim etiam in lucro ſubueniri ſolet, l. ait Prætor 7. §. hodie, & ſeq. D. de minor. l. ſi in emptionem 35. eod. Sed tamen, & hoc quoque caſu non id proderit ipſi reſtitutio vt eam aureorum quantitatem quam pater legauit, conſequatur in nouis aureis, quorum poſt teſtamentum aucta ſit bonitas intrinſeca, ſed vt repudiare ei legatum liceat, & legitimam in corporibus bonorum quæ mortis paternæ tempore fuerint eligere. Quanquam hoc ipſum ita accipiendum eſt ſi legatum filia duntaxat agnouerat, non etiam ſi legitimæ petendæ ius expreſſa renunciatione amiſerat. Hoc enim caſu non eſſet locus reſtitutioni in integrum niſi concurrente, & probata læſione, l. nam poſteaquàm 14. §. ſi minor. D. de iureiur. cũ ſimilibus. Nec rurſus obſtat, quòd vulgò dici ſolet, ſubrogatum ſapere naturam eius in cuius locum ſubrogatur vulg. l. ſi eum 10. §. qui iniuriarum. D. ſi quis caution. Id enim non eſt perpetuum, nimirũ cùm diuerſa vtriuſque ratio eſt. Nam, & ſi fundus communis in dotem datus ſit, & ſocius egerit cum marito communi diuidundo adiudicatuſque fundus ſocio fuerit, admittimus quidem in dote eſſe eam quantitatem quam marito dare ſocius damnatus fuerit, quemadmodum, & ſi fundus ille ex alia cauſa euictus eſſet. l. Titia 62. D. de iur. dot. Sed non ideò tamen dicimus eam pecuniam vice corporis habendam eſſe. Soluto ſiquidem matrimonio non præſenti die reſtituetur, quomodo fundus ipſe reſtituendus eſſet, ſed cùm in numero conſtitat ſtatuto tempore ſolui debebit, l. cùm in fundo 78. §. ſi fundus cõmunis. D. eod. Eadem igitur ratione quamuis legatum quod in aureis factum eſt pro legitima ſit loco, & vice legitimæ, quæ alioqui ſoluenda eſſet in corporibus bonorum inſpecto mortis tempore, non ideò tamen fit vt aurei debeantur in ea bonitate quæ ſit mortis tempore, ſiue ſit maior quàm tempore teſtamenti, ſiue minor. Illo enim caſu fieret iniuria filiæ, illo heredi. Sanè ſi eadem manente bonitate intrinſeca aureorum, mutata ſit extrinſeca, nec teſtamenti, nec mortis tempus ſpectabimus, ſed ſolutionis ſi mora nulla contracta ſit, vel moræ ſi contracta ſit vt ſupra diximus. Et ita paſſim Senatus noſter pronunciat. Quod tamen dicimus ſoluendum eſſe legatum in ea moneta quæ ſit eo tpe quo legatum relictum eſt, non ita accipi debet vt ex deteriore moneta ſolui non poſſit (quod enim in æſtimatione ſolui poteſt in quacunque proba moneta, dummodo non minutiſſima ſoluere licet, ſicut & quamlibet in genere debitam quantitatem) ſed ita vt ſi in noua, & deteriore moneta fiat ſolutio, ſuppleatur quod deeſt veteris monetæ bonitati, vt alijs locis explicauimus poſt Guid. Pap. quæſt.

quæſt.493. Illud etiam obſeruandum eſt, poſſe interdum contingere vt reſpectu bonitatis quoque extrinſecæ inſpiciatur tempus teſtamenti, aut alterius diſpoſitionis, vt ſi legata ſit certa quantitas in genere, ſub appellatione puta florenorum, quorum nulla ſit ſpecies, quique ſecundum communem loquendi conſuetudinem intelligantur de certa quantitate in genere cuiuſcunque monetæ non huius aut illius. Qui caſus eſt de quo Socin. reſpondit conſil.6. vol. 1. Eiuſque rei ratio eſt, quòd huiuſmodi nummorum, ſi nummi dicendi ſunt, nulla ſit bonitas intrinſeca cùm nec materiam nec formam vllam habeant, nec pondus, ſed tantùm extrinſeca metienda ex bonitate, pondere, & numero ſpecierum ex quibus conficiuntur. Itaque eadem eſt florenorum ſingulorum æſtimatio, & bonitas extrinſeca quæ duodecim ſolidorum qui florenum vnum apud nos conficiunt, intrinſeca: Nam quo meliores cuduntur ſolidi, tantò maiorem florenorum æſtimationem extrinſecam eſſe neceſſe eſt, & quo deteriores fiunt ſolidi, tantò minorem, acſi florenorum ſpecies aliqua eſſet conflata ex duodecim ſolidorum bonitate intrinſeca, in qno videtur etiam erraſſe Pariſien. num.743. nihil intereſſe exiſtimans an legatum factum ſit certæ quantitatis in genere, an verò florenorum aut aliorum nummorũ qui in ſpecie nulli ſint. Nã ſi legata ſit aut aliter debeatur certa quantitas per modum quidem generis, ſed quæ tamen nummi ſpeciem conſtituat, veluti centum aurei centũ libræ, aut quid aliud ſimile, inſpicienda eſt bonitas intrinſeca illius ſpeciei qualis quantaque fuerit tempore diſpoſitionis, non autem extrinſeca, nempe quoniam, vt alio loco ſcripſimus, nummus ille genericus, & numericus ſpeciei ſuæ naturam imitatur, nec differt a ſpecie niſi quod ad ſoluendi facultatem pertinet, quoniam in alijs quoq; ſpeciebus ſolutionem recipit l. ſi ſeruus plurium 50.§. vl. iunct. l. ſeq. de leg. 1. Cæterùm legatis aureis vel libris in genere perinde attendenda eſt bonitas intrinſeca quæ fuit teſtamẽti tpe aureorũ & librarũ in ſpecie, vt ſciat quæna quãtitas in gñre & eſtimatione prẽſtari dẽat, acſi ſoluẽdi eſſent aurei vel libræ in ſpecie.

At non deſunt qui tentent ſpectandum eſſe tempus ſolutionis, in quorum numero fuit Roman. conſil. 123. per textum quem miratur ab Oldrado ignoratum fuiſſe in l. cùm centum 9. D. de aur. & argent. legat. vbi Modeſtinus ſcribit, cùm centum aurei vel argenti pondus legatum eſt, ſi non ſpecies deſignata ſit, non materiam, ſed precium præſentis temporis præſtari debere. Pariſien. reprehendit num. 745. Ea ratione quòd non loquatur illa lex de certo precio debito, nec de certa quantitate pecuniæ debitæ etiam in genere, ſed de precio alterius rei legatæ, & debitæ cuius æſtimato poteſt creſcere vel minui, & ſic attenditur, inquit, illa quæ eſt tempore ſolutionis, tantùm, reprehenſio eſt bona. Conſtat enim hoc caſu materiam ſolam videri legatam & debitam, adeò vt nõ malè pronunciaturus ſit iudex qui hæredem condemnauerit ad præſtandam materiam l. Titiæ amicæ 35. in fin. D. eod. precium tamen eſſe in ſolutione, & quidem præſens, hoc eſt quanti nunc aurum comparari poteſt, vt idem Paulus ait in d. l. Titiæ 1. reſponſ. quoniam aurum nõn in ſpecie legatum ſit, ſed in genere,

nere, vt quod Modestinus vult, non materiam, sed precium præstari debere, ita omnino accipiendum sit vt non possit hæres præcisè cogi, vt soluat materiam, quamuis sit illa in legato, sed liberetur præstando æstimationem. Idque est, quod Albert. Brun. suprad. ampliat. 9. tradit respondens ad d.l. cum certum, in ea specie precium non esse in obligatione, sed in solutione duntaxat, tametsi non placeat solutio hæc Parisien. quasi distinguendum non sit an in obligatione sit, an in solutione æstimatio, sed an per modum æstimationis legatum sit, facta scilicet relatione ad aliam rem cuius incerta sit æstimatio, an verò per modum certæ quantitatis in genere. Finge enim, inquit, testatorem legasse alicui domum suam, vel eius æstimationem. Illo casu constat æstimationem esse æquè principaliter in obligatione alternatiua. l. qui sibi 33. §. 1. l. qui hominem 34. l. Stichum aut Pamphilum 95. de sol. l. plerumque 10. §. fin. de iur. dot. Et tamen putat Parisien. sicut domum præcisè tradere hæres non cogitur, ita non aliam eum debere æstimationem, quam quæ sit tempore fiendæ solutionis. In quo sanè vir bonus fallitur. Certum enim est quoties rei alicuius æstimatio quantum uis incerta in obligatione est deberi æstimationem, quæ fuerit tempore contractæ obligationis non quæ sit tempore solutionis. Textus est in d l. Titia 62. in fin.) D. de iur. dot. l. fundum Cornelianum 28. D. de noua. Nemo autem dubitat quin si ita legatum sit fundum Seianum, vel eius æstimationem duo sint legata, & arbitrio sit legatarij, an æstimationem malit vindicare. l. plane 34. §. si ita Titio de lega. 1. Nihil igitur interest an Titio fundum leges, vel eius æstimationem, an verò fundum, vel centum aureos. Vtroque enim casu debetur ea æstimatio siue fundi, siue aureorum, quæ fuit legati tempore non quæ sit tempore solutionis. Quod non contingeret si æstimatio in solutione tãtum esset non etiam in obligatione. Tunc enim solutionis tempus omnimodo spectandum esset. Verum enim verò probat optimè supradictus Modestini locus legatis aureis, (quid enim hac parte refert, an aurum legetur rude, an quod aurei formam habeat?) deberi aureorum æstimationem extrinsecam, quæ sit solutionis tempore non quæ fuerit tempore dispositionis, quod & ad eum locum rectissimè Bart. notat. Itaque ex eo, vel maximè conuincitur Parisien. sententia existimantis ad tempus legati referendam aureorum legatorum extrinsecã æstimationem. Etenim quod ille respondet non tractare Modestinum de certa quantitate pecuniæ debitæ etiam in genere, sed de precio alterius rei legatæ, & debitæ, ad rem non pertinet. Nam & nos quoque cum quærimus an legatorum aureorum æstimatio præsens an præterita præstanda sit, tractamus de precio alterius rei legatæ, & debitę, nimirum de precio aureorum qui soli legato continentur, non etiam eorum æstimatio. Quis enim dixerit legatis aureis centum, duo esse legata, vnum aureorum, alterum æstimationis? Sed nec video quid interest an tractemus de certa quantitate auri legati in genere, vt in d. l. cum certum, an verò de certa quantitate aureorum legatorum in genere, cum eadem sit vtroque casu materia, & habeant aurei non minus quàm aurum ipsum suam æstimationem.

Tentari

Tentari fortaſſe poſſit ſpectãdam potius æſtimationem, quæ ſit tempore mortis, cùm demum tempore dies legati cedat, exemplo eius, quod à Scæuola reſpõſum legimus in l. ſi fundus 28. D. quand. dies leg. eo. Si fundus inſtructus relictus ſit, & quæratur quemadmodum dari debeat vtrum ſicut inſtructus fuit mortis tempore, an eo tempore quo facti ſunt codicilli, an quo peti cœpit, ea deberi quibus inſtructus ſit fundus, cùm dies legati cedit, ideſt tempore mortis teſtatoris. Ex eo enim legatorum purè relictorũ dies cedit. l. ſi poſt diem 5. & paſ. eo. tit. quod & ſcriptum eſt in l. Lucius 28. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg. Idq; videtur eſſe conſequens ei, quod ſupr. ſæpius diximus, ſpectandum eſſe tempus conſtitutæ obligationis. Siquidem conſtat hæredis obligationem quod ad ſolutionem legatorum pertinet non à die legati incipere, ſed à die mortis à quo nimirum hæres, quandocunque adiens iam retrò adiiſſe fingitur. l. hæres quandocunque 54. de acquiren. hær. l. apud Iulianum 3. §. vltim. D. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat. l. ſi quis abſentis 5. §. hæres quoque D. de obligat. & action. Nec ſanè fieri poteſt, vt debeantur legata priuſquam eorum dies ceſſerit. l. cedere diem 213. de verborum ſignificat. nec rurſus, vt cedat dies ante mortem teſtatoris. l. 1. D. qui teſtam. facer. poſſ. l. quòd ſi iterum 4. D. de adim. lega. Sed tamen verius eſt ſpectandum tempus legati, quoniam id demum deberi, aut præſtari oportere certum eſt, quod teſtator voluit, quid verò voluerit ex verbis potiſſimum ſi aliud non appareat diſcerni debet Verba autem niſi ad futurum, aut ad præteritum tempus referantur ad præſens referri neceſſe eſt. Præſens itaque tempus inſpici regulariter debet, hoc eſt quo legatum relinquitur. d. l. vxorem 41. §. teſtamento pueros de legat. 3. d. l. ſi ita 7. de aur. & arg. legat. In legato tamen fundi inſtructi ſpeciale eſt vt mortis tempus ſpectari debeat d. l. Lucius & d. l. ſi fundus, illa fortaſſis ratione quod inſtructi appellatio ſit valde generalis, & incertæ ſignificationis. Comprehendit enim ea omnia quæ in fundo ſunt vt in eo inſtructior ſit paterfamilias l. quæſitum 12. §. idẽ rfidit domo inſtructa 43. D. de fund. inſtruc. & inſtr. leg. In quorũ numero cenſeri poſſunt ea etiam quæ in eam rem deſtinata ſint, licèt nondum fundo adtributa, arg. l. item legato 49. §. vlt. l. quæſitum 78. §. vlt. de legat. 3. l. quod in reum 24. §. quòd ſi poſt teſtamentum de legat. 1. Quaſi videatur paterfamilias iam teſtamenti tempore deſtinaſſe fundo inſtruendo omnia, quibus poſt ea fundum inſtruxit. Sed, & cùm ea fundi inſtructi appellatio ſit generalis, vt diximus, adeoque generalior quam fundi cum inſtrumento legati, d. l. quæſitum 12. §. ſed ſi fundus 27. de inſtruct. legat. dici poteſt augeri legatum illud, & minui poſſe ſi poſt teſtamentum res aliquæ inſtructi appellatione contineri incipiant aut deſinant, exemplo eius quod de peculio ſcriptum eſt in l. peculium 65. de legat. 2. vbi etiam de legato familiæ id ipſum traditur. Idque non obſcurè Scæuola innuit in dict. l. Lucius, iis verbis ea quæ ſint in eadem cauſa cùm dies legati cedat, inſtrumento contineri. Senſus enim eſt ne quidem ea contineri quæ in fundo fuerint inſtruendi eius gratia tempore teſtamenti ſi non in tempus vſque mortis in eadem cauſa permanſerint, vt intelligamus minui legatum hoc, ſi quod

prius

prius fuit in instrumento postea esse desinat. Eadem ergo ratione augeri debet, si quod prius in fundi instrumento non fuit postea esse incipiat. Id enim & in quolibet legato generis regulare est. l. grege legato 21. de legat. 1. facit. l. si mancipia. 19. D. de instrum. legat. Posseque in eandem sententiam afferri. l. 3. in princip. D. eodem ijs verbis, sed medij temporis augmenta fœtuum, & partuum, item detrimenta fatalium fideicommisso contineri. Loquitur enim eo loco Papin. de fidei commisso fundi instructi relicto ab eis quibus fundus idem instructus legatus fuerat. Sed puto in illo responso deesse negationem, & legendum non contineri, vt pluribus docui lib. 5. Coniect. Rogati enim proponebantur legatarij, vt eum fundum morientes, id est post mortem suam restituerent fideicommissario. Proinde medij temporis augmenta, & detrimenta, hoc est, quæ viuis legatarijs contigerint fideicommisso contineri non possunt. Neque tamen idcirco pugnat Papiniani responsum cum eo, quod dicimus posse legatum fundi instructi ex post facto augeri. Loquimur enim de augmento, quod post testamentum viuo testatore contigerit, non de illo, quod post mortem testatoris viuo eo cui totius medij temporis commodum acquisitum testator voluerit quemque de eodem fundo instructo alij restituendo non nisi post mortem suam rogauerit. Maneat ergo certa, & indubitata definitio nostra, legatis aureis si in specie nõ soluantur, præstandam eam bonitatem, quæ fuit tempore testamenti in illa tamen æstimatione, quæ sit tempore solutionis, nisi aliud expressè testator dixerit. Aut nisi mora contracta fuerit. Adde, nisi æstimatio extrinseca, quæ erat tempore contractus iniustè postea decreuerit. Ex ijs quæ diximus supra cap. 5.

De annua pensione debita in aureis quorum æstimatio creuerit, vel decreuerit. Cap. XXII.



RIt etiam nobis res hoc capite cum Parisien. qui hanc quoque quæstionem proponit. num. 809. post Roman. & Geminianum quorum hac de re extant consilia Romani 123. & Geminiani 137. Ex facto proponebatur, monasterium Sancti Antonij ex contractu per Papam homologato debere monasterio Montis maioris tot possessiones ex quibus summa mille trecentarum librarum Turonensium annui reditus percipiatur, & interim donec tradiderit debere soluere totidem libras, videlicet mille trecentas annuatim. Tunc autem contractus tempore moneta erat melior, & exinde sensim diminuta fuit intrinsecus de quarta parte, in tantum quòd quindecim solidi veteris monetæ valerent 20. nouos, & centum libræ nummorum antiquorum valerent centum triginta tres libras cum triente vnius libræ, placuit Romano, & Geminiano sufficere si soluatur reditus de moneta noua currenti tempore solutionis. Ita quod debitor non teneatur ad æstimationem antiquæ, hoc est ad æstimationem quam antiqua succelli tem-

poris

Digitized by Google

poris ſortita eſt ſupra nouã. Et putat Pariſ. rectiſſimà eos ac iuridicèc6 ſtuluiſſe, licèt, inquit, oẽs alij ferè Doctores reprobent. In quo th obſeruandum eſt, non ea ratione motos fuiſſe qua mouetur nouus Doctor, quod putarent nil eſſe curandum de bonitate intrinſeca, & extrinſecam ſolam attendi debere, ſed quòd in propoſita quæſtione nonnulla concurrerent quæ ſuadere viderentur, vt à communi cæterorum ſententia quam alioqui, & ipſi probabant, liceret hac parte deflectere. Id enim, & ex conſiliorum lectione apparet, & Pariſien. non negat numer. 766. vbi, & illud fatetur reprobari à noſtris communiter conſilia illa Romani, & Gemin. teſte Albert. Bruno in tract. De augment. & ampliat. 11. & 12. in vlt. concluſ. Mouebatur autem Romanus potiſſimùm quòd reditus ille deberetur ex ſtatuto Papæ quod vltimæ voluntati æquipollet, in qua portò idem Romanus, vt ſuperiore capitè diximus, ſpeciale eſſe putabat, vt ſolutionis non diſpoſitionis tempus ſpectari debeat. Sed ratio hæc duplici errore labefactatur. Priore illo, quòd falſum ſit in vltimis voluntatibus ſpectandam eſſe eam bonitatem quæ ſit ſolutionis tempore, vt proxima diſputatione probauimus. Altero, quòd dici non poſſit cur ſtatutum Papæ vltimæ voluntati æquipollere debeat, aut quid inter hæc ſit commune, niſi fortaſſe, quod vtraque diſpoſitio fauorabilis ſit, & fauorabilem æquè recipiat interpretationem, quod ad rem noſtram planè non pertinet. Mouebatur etiam Romanus ex ratione conſuetudinis, quòd ſolita eſſet ea penſio annua ſolui in moneta currente non attenta diminutione veteris valoris intrinſeci. Sed ratio illa plus facti habet, quam iuris. Neque enim ex eo, quod certis annis factum eſt ſumi vis poteſt de eo, quod in poſterum faciendum ſit ſi alia faciendi ratio non concurrat. vulga. l. ſi certis annis 28. Cod. de pact. Præſertim in præiudicium vniuerſitatis, cui noceri non potuit ab ijs, quibus exigendi debiti poteſtas data fuerat ſi in exigendo fuerint illi negligentiores, aut minus cauti, quàm eſſe debuerint vulg. iuribus. Geminianus autem ſubtilius, vt videtur, rationem illam adferebat, quam & Pariſienſ. probat, quòd penſio illa conſtituta eſſet habito reſpectu ad fructus, & in locum fructuum qui percipi debebant ex poſſeſſionibus. At quamuis moneta fuerit intrinſecus diminuta, obligatio tamen fructuum ſiue poſſeſſionum afferentium fructus tót librarum non fuit interim aucta, præſertim cum debitor non fuerit in mora propter dictam conuentionem: & ſi ab initio fuiſſent traditæ poſſeſſiones tanti reditus, ac poſtea fuiſſet moneta diminuta intrinſecus, non tamen propterea fuiſſet auctum precium fructuum nec reditus maior factus, & conſequenter non tenetur debitor maiorem ſummam ſoluere, nec ſupplere defectum bonitatis intrinſecæ pecuniæ. Ita Pariſien. poſt Geminian. & rationem hanc dicit eſſe bonam, naturalem, & concludentem. Ego verò falſam adeoque ridiculam eſſe arbitror, & pro communi ſentẽtia in ipſo retorquẽdã. Nã ſi verum eſt, vt eſt, penſionẽ illã conſtitutam fuiſſe habito reſpectu ad fructus, & in locum fructuum qui ex poſſeſſionibus, ſi traditæ fuiſſent, percipi potuiſſent, conſequens

eſt

eſt contrahentes eo tempore quo fructus æſtimarunt conſtituta pẽſio-
ne, reſpectũ habuiſſe ad eam moneram, quæ tunc in vſu erat, ac proinde
ad præſentem eius bonitatem non minus intrinſecam, quàm extrinſe-
cam, in dubio ſiquidem & incerto erat, an in poſterum futurum eſſet,
vt bonitas illa intrinſeca augeretur, vel minueretur, & ſi fuiſſet eo tem
pore moneta debilior, dubitandum nõ eſt quin illi longè pluris, & ma-
iore librarum numero eos fructus æſtimaturi fuiſſent. Cur ergo nõ ſem
per habẽda ſit eius ipſius bonitatis ratio quandiu durat obligatio? Aut
quomodo fieri poteſt, vt mutata bonitate intrinſeca nõ fiat iniuria de-
bitori ſi aucta illa ſit, nec augmentum deducatur, vel creditori, ſi dimi-
nuta nec decrementum ſuppleatur? Quamuis enim monetę diminutio
non faciat, vt fructuum obligatio videri poſſit aucta, facit tamen vt vi
deri debeat diminuta, niſi quod de veteris bonitate detractum eſt, ma-
ioris numeri præſtatione in noua moneta compenſetur. Nam vt ex fa-
cto proponebatur centum libræ in nouis nummis non valebãt niſi 75.
libras de antiquis. Atqui monetę diminutio intrinſeca ſicut obligatio
nem fructuum augere non põt, ita nec minuere. Ergo nec ſeipſam, hoc
eſt ipſius monetæ debitæ quantitatem minuere debet, quæ ſit loco fru-
ctuum. Idque intelligetur facilius ſi expendamus, quod ſequitur in ar-
gumento Geminiani. Nam ſi ab initio fuiſſent traditæ poſſeſſiones tan
ti reditus, & poſtea fuiſſet moneta diminuta intrinſecus, fuiſſet procul
dubio auctum precium fructuum, & reditus maior factus, non quidem
in quantitate fructuum, ſed in ipſorũ æſtimatione, quia non poteſt mo
neta decreſcere in bonitate intrinſeca, tametſi eadem maneat extrin-
ſeca, quin mercium omnium precia creſcant ſaltem quorum ſolutio fie
ri ſoleat in moneta deteriorata, & diminuta, q̃ & Pariſien. ipſe fateri
cogitur ad ti. q. 92. nu. 711. & quotidiana rerum experientia compertũ
eſt eorundem bonorũ reditus qui ſexaginta ab hinc annis nõ niſi cen-
tum florenis apud nos locari ſolebant hodie conduci trecentis, non
aliam cãm quam q̃ monetæ omnes quibus conſtat vſus commerciorũ
ad eandem proportionem viliores factæ ſint. Conſequenter ergo tene-
tur debitor maiorem ſummam ſoluere, & ſupplere defectum bonitatis
intrinſecæ pecuniæ, ne alioqui fundus creditori debiti ex monetarum
diminutione, ipſi quoq; diminuti videantur. Ex quo ẽt apparet nõ mi-
nus falſam eſſe rõnem illam Pariſ. quã generalem, & deciſiuam vocat,
q̃ extrinſeca æſtimatio ſola attendenda ſit, quaſi quæ ipſam nummorũ
ſubſtantiã ſola conſtituat, aut ſaltem æquè principaliter, ac intrinſeca.
Si. n. ita eſſet, cur obſecro diminuta bonitate intrinſeca monetarũ pre-
cia mercium augerentur? Aut ad quid prodeſſet conſtitutã ſingulis nũ-
morum ſpecieb. certam magnitudinis, & ponderis rõnem ſi publica au
thoritas Principis, cuius charactere, & imagine moneta percuſſa, eſt ſuf
ficeret? Aut deniq; cur tam malè audirent Principes, qui monetarũ bo
nitatem, aut ipſi edicto peruertunt, aut ab ĩmprobis monetalibus per-
uerti ſinunt, ſi nihil intereſſet cuiuſmã eſſent bonitatis intrinſecæ mo-
netæ, dummodo eadem maneret extrinſeca? At neque illud fieri vllo
modo poteſt, vt immutata intrinſeca, idem extrinſecæ ſtatus relinqua-
tur. Cùm enim diminutæ monetæ idem valor, qui antea retineretur, ap-

parer,

paret,idque fatetur etiam Pariſ.num.808.pretioſiorem fieri materiam, & pluris hoc ipſo,quàm antea æſtimari. Si ergo plus ineſſet materiæ, hoc tantundem quantum erat in moneta veteri,pluris eſſet illa moneta debita,quam ſit hodie. Proinde dicendum non eſt eandem manere intrinſecam,at potius diminui niſi, quod veteris bonitatis æſtimatione deeſt ſuppleatur.Poſtremo illud perpetuo tenẽdum eſt,quod ſæpius monuimus,fieri non poſſe,vt vtriuſq; bonitatis,hoc eſt tam intrinſecę quam extrinſecæ ratio habeatur quotieſcunque in alterutra mutatio contigit,idque implicare contradictionem, ne alioqui dici non poſſit vtrum debitor ſupplere debeat creditori decremẽtum materiæ, an creditor ſupplere debitori incrementum valoris vt probat ratio ipſa qua potiſſimum tanquam firmiſſima demonſtratione Pariſ.nititur. d.num. 808 Igitur dicendum eſt, vel intrinſecæ ſolius habendam eſſe rationẽ, vel ſolius extrinſecæ.Porrò nemo hactenus fuit,qui auſus ſit dicere extrinſecam ſolam ſpectari debere.Nec Pariſ.ipſe audet,ſed ait æquè principaliter attendi debere tanquam partem integralem,& conſubſtantialem nummi, præſupponens falsò poſſe vtriuſque ſimul rationem habere:ergo intrinſeca ſola ſupereſt cuius perpetuò rationem haberi oporteat. Quæ cum ita ſint,concludo non ſolum in ea ſpecie de qua Romanus,& Geminianus conſulti fuerunt, ſed in alijs quoque omnibus generaliter,& indiſtinctè recipiendum eſſe,vt annuæ penſionis debitum ſoluatur,vel in antiqua moneta,quæ fuerit contractus tempore, vel in noua,ad ratam æſtimationis antiquæ,hoc eſt,vel deducto incremento, vel ſuppleto decremento,quod poſtea ſuperuenerit:idque probant noſtri optimè ex c.olim cauſam,& c.cum canonicis.extr. de cenſib.quicquid in contrarium tentet ſubtilem agens Pariſ. num.758. & 759. Ac ſecundum hanc ſententiam iudicare ſolet Senatus noſter,nec ſuprema rum Galliæ Curiarum aliud iudicium eſt, vt cõiicere licet ex eo,quod idem Pariſ.ſcribit ad ſi.num.809. vbi ait ſi quandoq; ſecus, quam ipſe ſentiat iudicatum fuerit debere communem errorem hactenus receptum veritati à ſe detectæ cedere ex c.veritate 5. diſt. nec enim exemplis iudicandum eſſe l.nemo 13.C.de ſent.& interloc.omn.iud. nec tã quid Romæ fiat quam quid fieri debeat inſpiciẽdum eſſe.l.ſed licet 12. D. de offic.Præſid.Nec contrarium eſt ijs,quæ diximus, quod diſtingui ſolet à nonnullis, an debitum de cuius ſolutione agitur ſit reiterabile necne, vt ſi non ſit reiterabile procedant ea quæ hactenus diximus, ſi ſit reiterabile ſolui poſſit in moneta vſuali, & vt loquuntur, curribili tempore ſolutionis. Quæ diſtinctio videtur placere Guidoni Papio. q. 493.verſ.Vel poſſet intelligi, vbi exemplum ponit in præſtatione cenſus,vel annuæ penſionis,& rationem reddit, quod in huiuſmodi debitis reiterabilibus tantum damnum non verſetur. Et mouetur ex c. beneficium Extr.de decim.vbi inquit,decima quia reiterationem recipit debet ſolui in monera vſuali,ſeu curribili tempore ſolutionis. Fateor ego,ſi quid annuum debeatur ita tamen vt ex certæ quantitatis,aut rei alterius comparatione eius debiti ſumma contracta nõ ſit,ſufficere, vt id debitum ſoluatur in moneta vſuali,quoniam eo caſu nihil ſit ex quo poſſit dicere creditor fieri ſibi iniuriam ſi veteris monetæ bonitas nõ

ſupplea-

ſuppleatur. Eiuſque rei exemplum conſtitui poteſt in decima, quæ non ſolum in annos ſingulos reiterabilis eſt, ſed & talis eſt, quę non debeatur ex comparatione certæ vllius quantitatis, qua ſemel ſoluta finiatur ſoluendæ decimæ obligatio, at potius ex comparatione fructuum qui in ſingulos annos percipiuntur, & id quidem non æſtimatis certo vllo precio fructibus, ſed tantum in recognitionem, vt ita dicam domi nij illius quod Deo Opt. Max. in nobis boniſque noſtris comperit. Quæ recognitio perinde in moneta vſuali, quamuis deteriorata præſtari poteſt atque in vetere meliore. Idemque in Canone annuo qui pro emphyteuſi pendi ſolet obſeruandum eſt vt ſequenti capite dicemus. At annuæ penſionis longè alia ratio eſt: quæ cum conſtituitur neceſſe eſt rationem aliquam haberi, vel certæ quantitatis principalis, qua ſoluta extinguatur ipſo iure obligatio illa præſtationis annuæ, vel alimẽtorum eius cui ea penſio annua debetur. Ac proinde quemadmodum principalis quantitas cuius veluti fructus, quidam ab initio certa penſionis ratione, & proportione conſtitutus eſt, ſolui non poſſet, vel ſaltem Guidone Papio in moneta deteriore, ita nec annua penſio de moneta deteriore ſolui debet, ne alioqui ab ea fructus æſtimatione, & proportione recedatur, quam ab initio contrahentes ſtabilierint, aut etiã teſtator ſi ponas deberi ex vltima voluntate. Nihil enim hac parte intereſt inter cõtractum, & vltimam voluntatem. Qui enim voluit octo florenos præſtari annuæ penſionis nomine in ſingulos centenos, maiorem vtique conſtituiſſet pentionem ſi de florenis in deteriore moneta ſoluendis cogitaſſet, cùm ipſa principalis obligatio ex monetarum deterioratione incrementum capiat. Quòd ſi non pro fructibus certæ quantitatis, pro ſed alimentis ereditorias ea penſio conſtituta ſit, eadem ratione dicendum eſt ſolui eam debere, vel in moneta antiqua vel ad rationem æſtimationis antiquæ, ne alioqui eueniat facilè vt quæ conſtitutionis tempore alimentis præſtandis ſufficere potuit, poſtea non ſufficiat auctis videlicet propter monetarum deteriorationẽ mercium omnium precijs. Nec verum eſt quod ait Guido Papius in huiuſmodi annuis penſionib. tantũ damnum non verſari quantũ in ijs debitis quæ vnica ſolutione tolluntur. Nõ imò tãtò maius verſat quanto maior fieri poſſit ſumma debita ex multiplicatis multorum annuã penſionibus, vt ſolent huiuſmodi penſiones intercedẽte plęrunq; debitorũ mora ſolui poſt multos annos præteritos: quam etiam ob cauſam ne nimis magno damno afficiantur debitores conſtitui neceſſe fuit Edicto Principis noſtri quod referente me factum eſt vt ampliùs quam quinque annorum pręteritorum penſiones exigi non poſſint. Et verò ſi ſalarium debeatur quamuis ſoleat plærum que in modica quantitatẽ conſiſtere, ſoluendum tamen eſſe in antiqua moneta conſuluit Bald. & rectè conſil. pen. & vlt. lib. 1. licet Pariſien. malè contra putet nu. 809. Neque obſtat gloſ. in cap. quis ignorat 32. quæſt. 4. ſuper verb. noſtro, quia videtur motus Papius. Non enim loquitur, de annua penſione magis quàm de alijs debitis, & obiectio ea eſt potius gloſæ quàm deciſio, vt conſtat ex textibus quos allegat in d. cap. olim. & cap. cum Canonicis. Exar. de cenſib. Quare nec Papius ipſe in hac opinione reſideri, ſed

ſed dubius, ſeque ſine cauſa cruciãs, tentat rurſum an dici poſſit gloſam illã loqui in cõtractu lucratiuo, putà donationis vel legati quaſi poſſit legatum aut donatio ſolui de moneta viliori ex l. ſi quis argent. 35. in princ. iũct. gloſ. ſuper verb. æſtimatione. C. de denat. Ne liberalitatis ſuæ pœnã pati donator videatur, l. ad res donatas 62. de ædil. edict. quòdq; dignus ſit cũ quo mitius agatur. l. Neſennius. 41. D. de re iud. Sed hoc quoque falſum eſt vt apparet ex ijs quæ ſuperiore capite tractauimus, de legata quantitate in aureis aut alia nummorum ſpecie cuius æſtimatio creuerit vel decreuerit. Niſi aliam quoque donationis rationem conſtituere velimus, aliam legati: quod tamen fuerit ridiculum, & ſine lege. Nam in d. l. ſi quis argentum illud tantum traditur eum quicertum argenti pondus in genere donauerit electionem habere, vtrum in maſſa auri velit ſoluere, an in æſtimatione, quod ita accipiendum fateor, vt ſi ſoluetur æſtimatio, ea demùm inſpiciatur quæ ſit ſolutionis tempore, nõ quæ fuerit tempore donationis. Nimirum quia non ſit æſtimatio in obligatione, ſed tantum in ſolutione. Ipſum enim pondus auri hoc eſt maſſa eſt in obligatione, ſicut & cum certum pondus auri legatum eſt l. 2. §. vlti. l. cum certum 9. & l. Titiæ 35. de aur. aur. & argent. legat. At ſi donari eſſent centum aurei poſſet quidem eorum ſolui æſtimatio, & quidem quæ eſſet tempore ſolutionis, ſed ea tamen aureorum bonitas ſpectanda eſſet, quę fuiſſet tempore donationis ſi fortè poſtea aut creuiſſet aut decreuiſſet. Cui diſtinctioni in maſſa auri, quæ in genere & pondere donata ſit ideò locus non eſt, quòd nulla ſit certa bonitas intrinſeca maſſæ, quæ non in ſpecie, ſed in genere debeatur, quomodo certa eſt aureorum. Qui enim aureos dicit ſola aut Italos certam auri maſſam dicit, hoc eſt certa magnitudine, certò que pondere definitam. Reſtius igitur eſt quod tandem ſupradicto loco Papius concludit, generaliter debere ſolutionem fieri in moneta currente tempore contractus ſiue eſſet illo tempore fortior, ſiue debilior: atque ita in Curia Gratianopolitana iudicari ſolitum eſſe teſtatur.

De ſolutione canonis annui debiti in moneta cuius bonitas intrinſeca creuerit, vel decreuerit. Cap. XXIII.

DIgna hæc quæſtio eſt, quæ non prætermittatur, non ſolùm quòd frequentiſſimè incidat, cùm dominis emphyteuſeos quos directos appellamus, debeatur paſſim cenſus annuus quem canonem emphyteuticarium dicimus, (Pariſi. reditum fundiarium appellat num. 809.) iam inde à multo tẽpore in certa nummi quantitate cõſtitutus, ſed etiam ne quod à nobis hactenus dictũ eſt errandi materiã alicui præbeat. Videtur enim ſuperioribus conſequens canonẽ illũ annuum eo tẽpore promiſſum, & conſtitutum quo moneta erat fortior. ſolui debere aut in eadem moneta antiqua, aut ſaltem ad veteris æſtimationem in noua. Cùm intrinſeca bonitas potiſſimũ attendenda ſit,

qua diminuta minus solui videatur, si quod veteri deest in noua minimè suppleatur. Et tamen Senatui nostro, cùm quæstio inciderit inter Capitulum, & Collegium Canonicorum Flumelli, & vniuersitatem loci de Chamonix, post multas disputationes aliter visum est, soluendum videlicet censum, & canonem annuum in moneta noua, siue debilior illa sit, siue fortior, iure prorsus singulari, & quod extra hunc casum vix alio vllo obtineat. Eiusque ratio multiplex afferri potest. Prima illa quam proximo capite attigimus, quòd canonis annui debitum non possit videri constitutum respectu alicuius certè quantitatis aut rei æstimatæ, quæ aliundè debeatur, sed tantum in signum recognitionis, & professionis directi dominij, quam in rem nihil refert vtrum plus aut minus soluatur, cùm vel obolo, & denario vno, perinde ac aureo possit ea res significari. Vnde illud etiam plerunque euenit, vt tam exiguum sit canonis debitum, vt nec exigi mereatur. Secunda est, quòd si ideo contingat damno aliquo adici dominum directum, quia fortè monetæ bonitas decreuerit, compensatur id incommodum cum lucro, & commodo, quod alia ex parte ad eum peruenit, nempe in eo, quod quanto minus annui canonis, & seruitij nomine debebitur, tanto preciosior erit emphyteusis, vt facilius reperiat emptorem, maioriſque precij. Vnde illud etiam fiet vt, & frequentiora, & maiora laudimia dominus directus percepturus sit, quæ res præcipuam directi dominij vtilitatem continet. Ex parte vero emphythentæ ratio illa locum habere debet, quod neque damnum magnum sentire possit ex aucta bonitate tam modicæ summæ, neque iniquo animo ferre si modicum illud commodum dominus consequatur, qui ex contrario si diminuta fuisset monetæ bonitas tantundem damni sensisset. Postrema, & præcipua ratio illa est, quod aliter posito iure obruerentur omnia innumeris difficultatibus, nihilque esset huiusmodi debitis incertius, quæ tamen certa esse publicè expedit, nec minus creditoribus, & dominis quàm possessoribus, ijsdemque debitoribus vtile. Nam cùm in singulos ferè annos his nostris præsertim temporibus mutetur nummorum intrinseca bonitas, necesse esset immutari quoque obligationum quantitates, & eum qui professus sit debere assem, soluere assem cum dimidio, subinde proferi debere tantundem, mox post nouam professionem iterum in plus obligari deteriorata magis moneta, aut si melior cudatur definere debere assem cum dimidio, & incipere debere assem. Denique vel pro vitando quadrante, si ita ferat aut domini aut possessoris obstinatio, examinato melior: quod non sine magnis adeoque inanibus sumptibus fieri posset. Id verò ne eueniat cauere quantum potest bonus iudex debet arg. l. quidam 21. D. de reb. credit. præsertim ob rem modicam vulg. l. scio 4. de in integr. restitut. l. res bona fide empta 54. de contrah. emption. Litium enim materia amputanda est, & earum maximè, quæ in infinitum euasuræ sint, ac singulos ferè, quotquot sunt, fundorum emphyteuticatiorum possessores vexaturæ. Alioqui multi futuri sint qui malint ius suum perdere, & re carere, quam pro eodem debito eo-

que

que perexiguo ſæpius litigare, l. ite n ſi 4. 1. D. de alien. iudic. mut. cauſ. fact. vbi ait Vlpianus verecundam hanc cogitationem eius, qui lites execratur non eſſe vituperandam, ſed dignam potius, cuius ratio aliqua habeatur. Atque ita in Senatu quoque Pariſienſi pronunciatum refert Paponius libro 10. Syntagmat. titul. 5. De payemens §. 5. contra Abbatem Cluniacenſem, idque in terminis, vt loquuntur, longè fortioribus, hoc eſt tametſi eſſet ille in poſſeſſione exigendi dimidio plus quàm ex inſtrumentis deberetur, puta duos aſſes pro vno, quatuor pro duobus, & ſic de cæteris. Vſu enim eſt conſuetudo illa improba, & contra bonam fidem, non ſolum, quod non obſtante monetarum deterioratione eadem nihilominus inſtrumentorum, & obligationum forma manſiſſet, ſed etiam quòd in tam modica quantitate nullius videatur eſſe conſiderationis bonitas intrinſeca, vtpote cum ſi olera aut quid aliud minimi momenti comparare velis aſſe vno, non plus tibi profuturus ſit as vnus ex veteribus melioribus, quàm ſi eſſet ex nouis deterioribus. Nec ad rem pertinet, quod domini directi permultum intereſſe poſſit vtrum in vetere moneta fiat ei ſolutio canonis annui an in noua moneta: cui nimirum à diuerſis poſſeſſoribus egregia fortaſſe quantitas debeatur ſi multiplicatæ præſtationes iungantur. Non enim, vt hac parte conſtituatur ius in fauorem domini directi, coniungendæ ſunt ſummæ, quæ ab omnibus ſimul poſſeſſoribus debentur, ſed ſicut tot ſunt debita quot ſunt fundi arg. l. ſcire debemus 19. de ver. oblig. Ita ſingulæ ſummæ ſeparatim ſpectandæ ſunt, & quantum à ſingulis pro quaque re debeatur. l. ſi idem 11. D. de iurisdict. l. ſancimus 34. §. ſi quis autem C. de donat. Hic autem obſeruandum eſt vulgo noſtros diſtinguere an debeatur quid ex diſpoſitione legis, an ex diſpoſitione hominis, vt quod debetur ex diſpoſitione legis ſoluendum ſit in moneta præſenti, & in eodem numero ſiue fortiori illa ſit, ſiue debilior, vt tradunt Canoniſtæ in cap. quantò Extr. de iurei ur. & in clem. fin. de decim. Specul. in titu. de obligat. & ſolut. §. nunc aliqua in fin. Et vera eſt diſtinctio varijs decretis Senatus noſtri probata. Ratio eſt, quoniam quod ex diſpoſitione legis debetur, non ab eo tempore debetur quo lex condita eſt, ſed ab eo duntaxat quo pronunciatum eſt commiſſum eſſe in legem. A quo tempore ſi is cui ius eſt exigendæ pœnæ fuerit negligentior, imputare ſibi debet damnum, quod ſentiat ex diminutione monetæ quæ poſtea ſuperuenerit. Quod ſi ex contrario intrinſecus, aucta fuerit imputare ſibi debebit is qui condemnatus eſt, quod citius non ſoluerit, nec augebitur pœnæ quantitas diminuta bonitate monetæ, aut minuetur aucta interim bonitate ſi à ſententia appellatum ſit. Nam cum appellatio extinguat iudicatum. l. furti 6. §. 1. D. de his qui not. infam. l. 1. §. vltim. D. ad S. C. Turpill. confirmationis tempus ſpectabitur, à quo etiam tempore deberi ſolent vſuræ iudicati. l. 2. C. de vſur. rei iudicat quamuis non ignorem in vſuris diſtinguendum eſſe, an prorſus fruſtratoria, & calumnioſa fuerit appellatio necne, vt ſi calumnioſa fuerit medij quoque temporis vſuræ præſtentur. l. tutor 41. in princip. D. de vſur. l. vltim. D. de re iudicat. l. negotiorum 24. D. de appellat. quæ diſtinctio

ctio in quæstione. De augmento, & diminutione monetæ, non ad-
hibetur (tametsi alias æquum sit, vt supra diximus, suppleri decre-
mentum, vel deduci incrementum, quod post moram superuenit.)
Ideo fortasse quòd qui appellat vtatur iure communi, & purgandi sui
gratia, quod sanè liberum, & inculpatum cuique esse debet, aut etiam
quod licet condemnatio pecuniaria in criminalibus fieri soleat ex
comparatione, & pro modo delicti, non tamen fiat certa proportio-
ne Arethmetica, sed potius Geometrica, & ad duos potissimum fines,
nimirum ad emendationem delinquentis, & vt cæteri exemplo deter-
reantur. l. aut facta 16. §. vltim. l. si pœna 20. D. de pœn. quod vtrunque
perinde accidit si pœna quæ ex lege debetur propter condemnatio-
nem (vix enim est, vt ex lege mortua quicquam deberi possit, nisi
sequatur sententia iudicis, qui viuæ legis officio fungitur, vt in l. 1. C.
de vsur. fiscal. lib. 10. tit. 8.) soluatur quanta est solutionis tempore, at-
que si solueretur quanta fuit tempore legis conditæ aut admissi delic-
ti. Si tamen de delicto, & persona delinquentis quæratur, placuit non
eam pœnam subire quem debere, quam conditio eius admittit eo tem-
pore, quo sententia de eo fertur, sed eam quam sustineret si eo tempo-
re esset sententiam passus cum deliquisset. l. 1. D. eod. de pœn. Alia de-
nique ratio reddi potest, quod cùm in singulos ferè menses aut annos
mutetur intrinseca, & extrinseca bonitas monetarum, mutari quoque
necesse esset verba legis, vt quæ fortasse de centum libris locuta esset
olim, hodie centum, & viginti libras exprimeret propter deteriorationem
monetarum quibus postea auctis rursus ad libras centum reduce-
retur. Atque ita semper incerta fluctuaret pœnæ quantitas, & post se-
cutam quoque condemnationem incertum adhuc esset, quid præstare
deberet reus quousque explorato eo. Quanto melior aut deterior sit
moneta noua vetere. Quæ omnia etsi vsuuenire necesse est in ijs quæ
debentur ex dispositione hominis, differentiç tamé ratio illa est, quòd
ita fieri interest hominis siue debitoris, siue creditoris, de cuius inuiti
iure nihil potest iudex detrahere: Legis verò nil interest, quæ & sem-
per loquitur. Sed & si ex contractu condemnatus quis sit ad certam
quantitatem eiusque vsuras pro multis annis præteritis, eo iure vtimur
vt solui vsuræ debeant in præsenti moneta nec augmenti aut diminu-
tionis monetarum ratio vlla habeatur, licet vsuræ deductæ sint in sti-
pulatum nec officio tantum iudicis propter moram, sed etiam ex con-
uentione debeantur, credo, quod non possint contrahentes dicere
fuisse eos contracturos in grauioribus aut leuioribus vsuris, si de mo-
netarum augmento, vel diminutione futura cogitassent, esseque id
suarum nimis. Idemque est in cæteris accessionum debitis puta fru-
ctuum adiudicatorum, & æstimatorum aut damnatorum iure eius quod
interest ad certam quantitatem taxatorum aut expensarum litis. Non
enim pro ea quantitate ratio vlla habetur augmenti, vel decrementi
monetarum, sed in præsenti pecunia solutio fieri debet. Sanè si post
factam taxationem condemnatus non soluat, ab eo taxationis tempo-
re augmenti quidem ratio nó habebitur in fauorem moroli debitoris,
sed tamen diminutionis habebitur siue q eo odio dignus videatur qui

saltem

saltem intra tempora iudicato non satisfacit, argum.d.l.2. C.de vsur. rei iudicat. siue quòd post factam taxationem certa sit summa quæ debetur, de qua nihil omnino in perniciem victoris detrahi oporteat, quomodo detraheretur si condemnato liceret post superuentam monetarum deteriorationem in noua, & deteriore moneta soluere. Nec ad rem faciet si quis obijciat, fructus damna expensas litis, interesse, & alia huiusmodi accessione esse principalis debiti tit. D.de vsur.fructib.caus.& omnib. access. vbi Cuiac.in paratitlis, l.frumenti 12. l.eos 26. C.eod.tit. l.Lucius Titius 18. D.qui potior in pignor.hab. Accessionum autem accessiones alias deberi nullas posse.l.vt nullomodo 28. C.ill.tit.de vsur.l.neque eorum 15. D.eod. l.hæres furioſi 51. §.vlt.D. de petit.hæred .l.vlt. D.de magistr. conuen. l.si non sortem 26. §.1. de condict.indeb.l.1. C.de fisc.vsur.lib.10.tit.8.ne ex immodica, & illicita computatione eueniat, vt commodorum commoda incrementum faciant, inquit Vlp.in l.2. §.si indemnitas D.de administr.rer.ad ciuit. pertin. Qua de re scripsimus in Decad.20. Err.1. Nam respondeo id supplementum, quod propter deterioratas monetas præstandum est non accessionis, sed principalis debiti iure censeri, hoc est eius ipsius quantitatis, cuius supplementum est. Præstatur siquidem propter bonitatem intrinsecam ipsius monetæ debitæ quæ bonitas intrinseca nihil aliud est quàm moneta ipsa. Eoq; iure passim Senatus noster vtitur.

Si quod in florenis debetur aut in libris soluendum sit in aureis, quorum pro monetarum varietate alia atque alia sit æstimatio, solutionis tempore quænam debeatur. Cap. XXIIII.

LEnit plerunque præsertim his nostris temporibus, vt eodem tempore alia atque alia sit eiusdem nummi æstimatio pro varietate monetarum inferiorum quibus maior nummus æstimandus sit. Fieri enim facilè potest, vt ex inferioribus monetis aliæ sint alijs deteriores in sua specie, quod cùm accidit, illud quoque sequi necesse est, vt maiore florenorum numero æstimetur aureus qui in deteriore moneta soluitur, quàm qui in meliore. Exemplum erat in manu cum hæc primum scribebamus. Aureus enim solaris apud nos æstimabatur decem florenis in quadrantibus, & dodrantibus assis, quod de eorum bonitate vetere multum decreuisset. In assibus vero quoniam iam inde ab aliquot annis nulli cusi erant, nec proinde tanta ijs deteriorario contigerat nouem duntaxat florenis æstimabatur. Finge igitur eum qui centum florenos debeat obligatum esse, vt eam quantitatem soluat in aureis nullo aureorum expresso numero (si enim certus esset numerus ille ipse præstandus esse, vt diximus capite 3.) quæstio esse potest cùm floreni debeantur aut libræ aut aurei, vtrum in singulos aureos nouem floreni computandi sint, an decem. Et cùm iam supra dixerimus, solui debere eam æstimationem,

quæ frequentiore hominum commercio vſitata ſit, conſe
diſtinguendum eſſe ſi ſoluantur aurei in æſtimatione, an ſo
in aſſibus, an in quadrantibus, vt ſi in aſſibus, æſtimetur au
uem florenis: ſi in quadrantibus, æſtimetur decem. At ſi au
uantur quomodo in propoſita quæſtione ſolui debent ex com
ne, puto verius computari debere in ſingulos aureos, florenos
quoniam, & citra conuentionem ſolui poſſent floreni in quad
bus, vt ſupra ſcripſimus ſuo loco. Ergo, & tanti æſtimandi ſun
rei quanti æſtimantur communiter in quadrantibus, non quanti i
ſibus. Cui conſequens videtur, ſi libræ debeantur, non floreni, &
uendæ ſint in aureis, vt tot aurei ſoluantur, quot confici poſſint ex
bris in aſſes redactis, non quot ex libris in quadrantes conuerſis, q
vt ibidem ſcripſimus, quod in libris debetur, non poteſt ſolui in m
neta, quæ ſit minutior vno aſſe, ſicut nec quod debetur in aureis. Ita
que ſi pro vnaquaque libra ſoluerentur tot duntaxat quaternarij qua
drantum quot aſſes ſufficerent, fieret iniuria creditori qui ex tot qua
drantibus non poſſet tot aſſes conficere, quot requirerentur ad tot li
bras complendas. Proinde non debet ſolutio librarum, quæ ſit in au
reis, referri ad eam æſtimationem aureorum, quæ ſit in quadranti
bus, ſed ad eam quæ in aſſibus. Vt in propoſito ſi quis ſexaginta li
bras Ducales debeat, ſoluendas in aureis non liberetur dando decem
aureos ſolares, eo prætextu, quòd ſex libræ Ducales efficiant decem
florenos, aureus verò decem florenis æſtimetur in quadrantibus, ſed
præterea ſoluendum erit in aureis, quanto minoris æſtimatur aureus
in aſſibus, hoc eſt ſubducendus erit in ſingulos florenos denos flore
nus vnus, & pro ſexaginta libris ſoluendi aurei ſolares vndecim cum
duodecim aſſibus. Cùm tamen ſi centum floreni deberentur, qui ſe
xaginta libris alioqui æquipolleant, decem aurei ſufficerent. At quid
ſi centum florenos mihi debeas, ea lege, vt non poſſis ſoluere in mino
re nummi ſpecie quam ſit as, & velis ſoluere in aureis, an vndecim
aureos cum duodecim aſſibus ſoluere tenearis, quod ea aureorum ſum
ma non niſi centum florenos in aſſibus efficiat, an liberaberis ſoluen
do decem, quod decem aurei efficiant centum florenos in quadranti
bus? Et prima facie dicendum videtur, vndecim aureos cum duode
cim aſſibus ſolui debere, nec decem ſufficere, quia ſicut in quadranti
bus fieri ſolutio non poteſt, ita nec in aureis ad æſtimationem illam,
quæ ſit aureorum in quadrantibus ne aliter ſentientibus videatur po
teſtas fieri debitori ſoluendi in quadrantibus per æquipollens contra
formam conuentionis. Quid enim refert an florenos ſoluas in qua
drantibus, an verò in aureis tanti æſtimatis quanti ſint in quadranti
bus, & pluris quàm ſint in aſſibus? An non eodem res recidit? An non
accepta ſolutione in quadrantibus poſſem ego facilè, & nullo diſpen
dio ex centum florenis decem aureos comparare? Atqui abſurdum fue
rit non prodeſſe mihi conuentionem, de ſolutione in quadrantibus nó
facienda. Et tamen cùm ex facto quæſtio incidiſſet, aliquando Senatus
noſter pronunciauit ſufficere, vt decem aurei ſoluãtur, propterea quod
debitum ipſum in florenis contractum tale eſſet, quod etiam in qua-

drãti-

drantibus ſolui poterat niſi conuentio obſtitiſſet. Conuentio autem non plus operari deberet, quàm ipſius verbis expreſſum eſſet. Porrò illud tantum conuenerat vti ne in minore nummi ſpecie, quàm in aſſe ſolutio fieret, non etiam vt ſi in aureis ſolueretur tanti eſſent aurei, quanti in aſſibus, non quanti in quadrantibus æſtimarentur. Satisfacit itaque conuentioni debitor qui ſoluit debitam quantitatem in aureis, aut alia qualibet nummi ſpecie, quæ non ſit aſſe noſtro minutior. Quanti verò æſtimandi ſint aurei, eſt extra conuentionem, nec de hoc cogitatum videri poteſt inter contrahentes, à quibus nihil dictum eſt argum. l. quicquid adſtringendæ 99. de verb. obligat. Et conſequenter, ceſſante conuentionis poteſtate, quæſtio ex iure communi, & loci conſuetudine diiudicanda eſt l. Imperatores 71. D. de cont. empt. l. ſemper in ſtipulationibus. 34. de reg. iur. Præſertim fauore debitoris, & conductoris, cuius cauſa in dubio fauorabilior cenſetur vulg. l. fauorabiliores 125. eod. l. Arrianus 47. de oblig. & action. cùm in poteſtate fuerit locatoris qui rei ſuæ legem dicebat, eam legem apertius dicere vulg. l. veteribus 39. D. de pact. l. Labeo ſcripſit 21. D. de cont. empt. l. cum in lege 33. eod. Nec ſanè poteſt huiuſmodi pactio magis onerare debitorem quam ſi eſſet obligatus ad ſoluēdum in aureis, quo caſu iam ſupra diximus initio huius capitis, æſtimādos fore aureos quanti vulgo etiā in quadrantibus æſtimentur. Neque idcirco dici poteſt videri inutilem locatori conuentionem, quæ facit, vt vel inuitus conductor aſſes conquirere debeat, aut maiores alias nummorum ſpecies ex quibus ſoluat, cum alioqui in quadrantibus ex natura debiti, quod in florenis conſtitutum erat, ſoluere potuiſſet. Proinde concludendum eſt multum referre an debitum tale ſit, quod ſui natura ſolui non poſſit in minore, quam aſſis ſpecie, an verò quod à conuentione eam legem accipiat. Priore caſu „quod in maiori nummorum ſpecie ſoluitur non niſi aſſibus æſtimatur, poſteriore verò etiam quadrantibus, atque ideo euenit facilè vt plures aurei illo caſu ſoluendi ſint quam illo. Et ex his finitus ſit tractatus hic, ſatis profecto varius, & obſcurus.

COMPENDIOSA TOTIVS TRACTATIONIS REPETITIO.

CONCLVSIO I.

IN nummorum obligationibus ſi de ſolutionis modo dubitetur, id vnum inſpici perpetuò debet, quęnam nummi ſpecies in obligatione ſit. Etſi enim in nummis non tam corpora ipſa cogitanda ſunt, quàm quæ ex ipſis redigitur quantitas. l. ſi is cui 94. in princ. de ſolut. propterea, quòd quatenus nummi ſunt, præbeant vſum dominiumque ex quantitate potius quam ex ſubſtantia. l. 1. de contr. empt. accipit tamē obligatio legem ex qualitate, magnitudine, & pondere materiæ, quæ in obligationem deducta eſt. l. 5, l. quotieſcunque 5. C. de ſuſcep. lib. 10.

tit.70. adeoque ex forma, & figura nummi, ita vt no
creditor in aliam formam, licet in eadem materia sol
cipere si damnum ex eo aliquod passurus sit l. Paulus ali
rem 99.D. de solut. Itaque ea semper quantitas nummiqu
ti debet quæ est in obligatione nõ eius æstimatio, aut alia
cies, etiam quæ possit esse in solutione arg. l. si quis stipu
eod.l.1.de pen.legat.l.1. §. item si ita ad leg.Falcid. Guid. l
358.& 492.in fin.Boer.quæst.327.nu.10. Alioqui confunden
si quis dicat aureis creditis aut promissis videri creditos au
sos ad eandem vsque quantitatem denarios. Nam cum numm
bet suam habeat æstimationem d.l.1.de contr.empt.l.3. de in
3.de eo quod cert. loc. idem in nummis contingit quod in al
omnibus, vt differat rei æstimatio à re ipsa l.si alij 42.§.1. de
planè 34.§.1.de legat.1. Cui consequens est, vt in ea ipsa nũm
quæ in obligationẽ deducta sit solutio fieri stricto iure debeat
nihil dictum sit. Non enim quælibet pecunia recipit functio
quolibet genere pecuniæ, sed in suo duntaxat l.2.§.1.D.de reb.
Proinde si nummus argenteus aut æreus pro aureo soluatur, alii
alio soluitur contra iuris regulas l.in venditionibus 9.§.vlt.de
empt. quamuis non idem esse videatur si argentum pro ære vel a
pro argento offeratur arg.l.quę extrinsecus 65.de verb.obligat.qu
in argento, & argentum in auro tanquam in excellentiori metallo
tem vi, & virtute ipsa continetur, idque præstantiori modo, vt ai
Philosophi, licet de eo extet constitutio in l.vnic.C.de argent. pre

II.

Benigne tamen receptum est generali locorum ferè omnium co
suetudine vt etiam quod in aureis debetur, solui possit in moneta, si
argentea, siue ex argento, & ære permista, vt post Bart. tradunt nost
communiter ad d.l.Paulus, & in l.cùm quid 3.D.de reb.cred. Quę sen
tentia non solum tanquam debitoribus fauorabilior amplectend
est, l.fauorabiliores 15. de reg.iur. sed etiam qđ in potestate creditoris
sit quam velit ab initio legem solutioni dicere. l. veteribus. 39. D. de
pact. Vt in dubio qui aureum vel libram stipulatur, non tã de specifico
nummo, quàm de generico, & numerali sensisse videatur, quem constat
solutionem recipere in quacunque monetæ specie ad eam tamen æsti-
mationem quæ est aurei specifici, aut libræ specificæ. Quod in alijs
nummorum speciebus quibus non vtimur tanquam numeralibus, sed
semper tanquam specificis diuersum esse debet, à putà in capitatis, &
alijs similibus, croisons, tales, augelots, quibus in stipulatum deductis
vix puto recipiendum esse vt liceat eandem quantitatem in æstima-
tione soluere, cùm nulla sit in debiti verbo ambiguitas quæ causam
præbere possit interpretationis pro debitore faciendæ.

III.

Quare non tantùm si ex stipulatione aut emptione, aliove simi-
li contractu aurei debeant aut, libræ, sed etiamsi ex ijs obligationum
causis ex quibus tantundem restituendum est, vt ex causa mutui, d.l.
2.§.1.l.3.de reb.credit.l.1.§.2.de oblig. & action. dotis restituendæ l.

res

res in dotem 42.D.de iur.dot.redemptionis.l.2.l.cum te §. in fin.C.de pact.inter.empt.& vend.Perinde tamen solui potest æstimatio in quauis alia proba moneta,præterquam si ex causa depositi debeatur,vt pactio quæ alioqui excedat notissimos depositi terminos,l. Lucius 24. D. depos.& mutuo quam proximè accedit,l.certi 9.§.vlt.cum l.seq.de reb. cred.minus tamen quam fieri possit aberret à depositi regulis arg. l. die 15.§.1.depo.l vlt.C.de compens.l.si quis pen,C.depos.

IIII.

Si tamen velit debitor aureorum,vel librarum, aut aliorum huiusmodi nummorum qui speciem maiorem constituunt, in minutissima, & quæ asse nostro inferior sit moneta soluere, non audietur: ne quod primùm contra iuris rationem fauore debitorum constitutum est, in nimiam creditorum vertatur perniciem, quibus sanè perquàm incommoda esse soleat in minutissimis istis nummulis facta solutio.

V

Non idem dicendum erit si floreni debeantur, nec dictum sit in qua nummorum specie solui debeant. Nam cùm florenorum species nulla sit,quæ solui possit,nihil est, quod vetet in quadrantibus quoque solutionem fieri. Sufficit enim hoc casu reprobam non esse monetam,quæ soluitur,argum.l.eleganter.24.§.qui reprobos de pignor.act. l. creditor 101.de solution.

VI.

In quibusdam tamen causis præsertim si de fundi redemptione controuertatur, æquissimum erit aliquando temperamentum illud adhiberi, vt precij,quod in aureis totum solutum fuerit, pars tertia in similibus aureis restituatur,tertia in capitatis,tertia in assibus: ne aut creditor,aut debitor nimis oneretur. Idque pro precij quantitate, & personarum qualitate arbitrari Senatus noster solet.

VII.

Quod si à tempore contractæ obligationis immutata sit bonitas intrinseca nummi qui in obligationem deductus fuerat, eius bonitatis ratio habebitur,quæ fuerit tempore contractus. Ad eam enim contrahentes respexisse credibile est,non ad eam quæ sit tunc cùm soluitur.l. Rutilia 69.D.de contrah.emp.l.2.§.1.de hæred.vend.l. si filiusfamilias 78.de verbor. obligat. Cùm namque species nummi quælibet recipiat functionem in suæ speciei genere, fieri non potest, vt species debita vnquam pereat,vel melior fiat,aut deterior in damnum debitoris, aut creditoris; quod in speciebus corporum diuersum est.l.fundum 28. D. de nouat. Nisi debeatur pecunia per modum speciei non per modum generis, puta centum quæ in arca sunt,d.l. planè 34. §. sed hoc ita l. si seruus 108.§.qui quinque in arca de legat.3.l.legati 25. in fin. de liber. legat. Itaque si aucta fuerit bonitas intrinseca, quæ ex sola qualitate, magnitudine, & pondere materiæ constat, debitori licebit augmentum deducere, sin diminuta, supplere debebit decrementum, alioquin non quod debitum esset,sed aut plus,aut minus redderetur, quorsù neutrum permittendum est.

VIII.

Nisi expressa conuentione contrarium actum sit. Seruabimus enim pactio,

pactio, cùm dici soleat cõtractus omnes ex conuentione leg
te l. 1. §. si conuenerit D. depos. it. l. cõtractus 23. de regul. iur.
nus tamẽ ne ex causa quæ traditionẽ, & numerationẽ requi
obligetur quis, quàm acceperit l. si tibi 17. D. de pact. l. mari
solut. matr. l. cùm vltra 9. C. de non num. pecu. l. 2. & d. l. cùm
pact. int. empt. & vendit. quamuis vt minus debeat fieri possit
11. §. si tibi D. de reb. credit. Sicut, & vt quod in deterioribus
acceptum est solui debeat in melioribus dummodo ad eande
quantitatem, adeoque vt quòd acceptum est in moneta Duc
datur in regia. Non enim pertinet hoc ad substantialia contrac
ad naturalia, quę magistris nostris placet pacto immutari posse, l
l. singularia 15. D. eod.

IX.

Nec distinguemus, an idem nummi valor extrinsecus ma
qui erant tempore contractus. Fieri enim non potest vt idem
maneat aucta vel diminuta bonitate aut quantitate materiæ quæ
ris vel minoris æstimari cœperit. Siquidem quotiescunque mu
tur valor extrinsecus, & imposititius nummi, siue mutata quo
sit bonitas intrinseca, siue non (dummodo non ad eandem propo
tionem vtramque mutari contigerit) materiam ipsam necesse est
preciosiorem fieri vel viliorem. Ideòque semper creditoris interes
ne minus, debitoris verò, ne plus vnquam reddatur materiæ quã
debeatur. Alioqui eueniret vt non tantùm plus vel minus in boni
tate intrinseca redderetur, sed etiam in extrinseca, quæ nimirum,
vt diximus, ex materiæ magnitudine, & pondere æstimanda est d. l.
1. de contr. empt. Aristo. 5. Eth. cap. 5. & libr. 1. Polit. cap. 6. Auctis
namque aureis intrinsecus retenta pristina ipsorum æstimatione ex
trinseca fatendum est diminutum esse, proculdubio materiæ valorem
extrinsecum, & ex contrario auctum ipsorum intrinsecus duntaxat, non
etiam extrinsecus diminuto. Atqui vel id ipsum quod debetur, vel
saltem tantundem semper reddendum est, Ergo quod plus est in valo-
re extrinseco aurei propter auctam bonitatem intrinsecam necessariò
deducendum est, & contra supplendum quod minus, propter diminu-
tam bonitatem intrinsecam. Quemadmodum, & si fundi debiti æsti-
matio medio tempore augeatur vel minuatur, non eo minus præstan-
dus est integer fundus, nec eo magis quid aliud præter fundum ipsum.
Si verò, ipsi fundo aliquid per alluuionem accesserit, non venit id in
venditionem d. l. Rutilia, inspecto videlicet venditionis tempore
l. si voluntate 8. C. de rescind. vendit. In legatis autem spectabimus
tempus legati l. vxorem 41. §. testamento pueros de legat. 3. l. si ita 7.
de aur. & argent. legat. Oldrad. cons. 31. In collatione tempus collatio-
nis, quia ab eo tantũ tempore nascitur conferendi obligatio l. 1. & vi.
de coll. bonor. Sanè in debito annui canonis qui pro emphyteusi præ-
statur, inspicimus tempus solutionis iure prorsus singulari, vt scripsi-
mus cap. 23.

X.

At si è contrario idem bonitatis intrinsecæ status manserit, æsti-
matio

matio autem extrinseca vel creuerit, vel decreuerit, id obseruabimus vt illa præstetur æstimatio, quæ fuerit tempore solutionis arg. l in lege. 61. §. vlt. ad leg. Falc. l. 3. §. Diui fratres 5. D. de iur. fisc. quia illam ipsam siue auctam, siue diminutam haberet creditor, si eadem nummi species quæ in obligatione est solueretur d. l. fundum 28. D. de nouat. Æquum autem non sit creditorem in alia non solum forma, sed etiam materia accipientem solutionem damnum sentire d. l. Paulus 99. de solut. Et sanè aliter posito iure fieret etiam, vt plus vel minus debito redderetur, cùm aucto valore extrinseco non aucta quantitate materiæ tantò carior facta sit materia debita, & similiter tantò vilior, si fuerit extrinsecus valor diminutus.

XI.

Neque erit quærendum, an augmenti illius vel diminutionis commodum habuerit debitor, necne, cùm nil creditoris interfit quam in rem expensa fit à debitore pecunia Cic. pro Rabir. l. doli 19. §. vlt. de nouat. l. 1. §. 2. de oblig. & act. l. 102. de solut. à contr. sent. Nisi in casu l. 17. in princ. ad Velleian. l. 3. §. sed si sic accepit de in rem vers. l. 27. §. prædium de minor. Nec rursus an iustè an iniustè ea nummi æstimatio extrinseca creuerit, cùm si iniustè creuerit liberum sit debitori illam ipsam nummi speciem, quam iustè debet soluere. Si tamen ex diuerso iniustè decreuerit non est debitori permittendum, vt æstimationem soluendo minus præstet quàm debeat, proinde vel in specie soluere eum oportebit quod debet, vel quod iustæ æstimationi deest supplere. Semper enim bonitatis intrinsecæ ratio habenda est, extrinsecæ verò numquam, nisi cùm extrinseca ipsa sola est in obligatione, non in solutione duntaxat (tunc enim ea æstimatio debetur quæ fuit tempore contractus non quæ est cùm soluitur d. l. fundum 28. de nouat. l. Titia 62. in fin. de iur dot.) Eiusque iuris duplex ratio asserri. potest. Altera, quòd quæ sunt talis naturæ, vt sæpius in sua initia redigi possint ea materiæ potétia victa nunquam vires eius queant effugere l. quæsitum 78. §. illud de lega. 3. l. item legato 49. §. pe. eo l. seruũ filij 44. §. si pocula de leg. 1. Altera, quòd habeat nummus duplicem vsum, proprium, quo quatenus nũmus est res omnes æstimat l. si ita fideiussore 42. D. de fideiuss. idq; æqualitate quãtitatis potiùs quàm substãtiæ d. l. 1. de cõtr. emp. Improprium, quo in permutationibus faciendis officio mercis fungitur, & cuius respectu, nõ quantitas quæ nũmi charactere significatur, sed sola magnitudine, & qualitas materiæ vt alterius mercis cuiusliber cõsiderat. Huius verò improprij vsus nõ minus q̃ proprij ratio haberi debet, cùm suã quoq; habeat vtilitatẽ etiam quatenus nummus est nũmus, si quis fortè nummos rariores velit cariùs vendere aut permutare quàm sint in communi æstimatione, vt concludit Dydac. Couarr. in tit. de veter. collat. nummisin. num. 4. post S. Thomam lib. 2. de regim. Princip. cap. 14. & Arist. lib. 1. Polit. cap. 6. vbi vtitur accommodata comparatione calcei, cuius vsus proprius est vt tegat pedem, improprius vt vendi possit aut permutari. Sed, & quod magis est, veterum numismatum quorum nulla fit amplius publica æstimatio, vtilitas tamen aliqua esse potest ratione nimirũ solius materiæ, adeoque

non

non inutiliter in ijs quasi vsusfructus constituitur . l. num
38.D.de vsufr.l.Iulianus 9.§. Marcellus ad exhib.l. Quintus
gatum de aur.& argen.lega. propter quam causam si solutio
pecunia reproba , quamuis ea pecunia nullius planè sit æsti
ideoque non liberet debitorem , ipsi tamen reddi debet. d. l.
24.§.qui reprobos de pig.act. quod non esset admittendum si
eam debitoris aliquomodo interesset ar.l.qui tabulas 27.D.de
per igitur intrinseca nummi bonitas spectanda est l.1. & 2. C.
der.& aur.illat.lib. 10.ti.71.Eoque magis,quod valor ille impo
qui pro cuiuslibet legislatoris arbitrio imponitur non potest
gentes afficere quibus imperandi non habet ille potestatem,'ni
nus materia ipsa quæ sola gentibus omnibus communis est, vel
tur,vel minuatur:vt iam olim Bald.docuit ad cap.quanto in fin.,
reiur.Indeque est,quod dicimus,Principem qui Edicto variet,au
merciorum abusu variari patiatur monetarum æstimationem fac
iuriam subditis,quippe quos necesse sit habere commercium cum
gentibus ex quarum vnanimi consensu id pendeat,vt Arist.dispu
prad.locis . Alioqui priuata nummorum authoritas dicenda illa
non publica,qualis tamen esse deber.d.l.1.de contr.empt. Et verò
nummis nihil spectandum esset præter valorem illum impositiuũ,
ex Principis voluntate potius , quàm ex intrinsecæ bonitatis ratio
pendeat , nihil interesset inter nummum aureum,& ferreum cui Pri
ceps aurei æstimationẽ dedisset , aut an tribus an triginta libris aure
nolter æstimaretur,quod tam ridiculum fuerit dicere.Sic Guid. Pap.
493.facit.l.vn.C.de arg.prec.lib.10.tit.6. Sanè verum illud quoque e
non sufficere bonitatem intrinsecam,nisi Principis Edicto statuta quo
que sit aut vsu recepta nummi æstimatio,licèt nummus ipse sit aureu
vel argenteus,sicut & differt massa auri à pecunia numerata aurea. l.1.
§.vlt.l.cum certum 9.l.Titiæ.35.de vsufr lega. tametsi contra nonnulli
senserint,quos refert Boer.d.quæstio 327.num.12. quia non aliter pos-
sit nummus proprium vsum habere, quàm si publicam habeat æstima-
tionem.d.l.1.de contr.empt.is autem cui debẽtur nummi si impropriõ
eorum vsu priuandus non est,vt supra diximus,multo minus priuãdus
sit vsu proprio. Vnde illud quoque fieri arbitror, vt argenti etiam fodi
appellatione nummi argentei non contineantur. l. cum aurum 19.in
princip.de aur.& argen. legat. repugnãte nimirum non tam nummorũ
natura dict.l.quæsitum.§.illud de legat. 3. quàm ipsa loquendi consue-
tudine,quæ induxit,vt non facilè argenti appellatione quisquam num-
mos argenteos computet,l.Quintus 27.§.1.ill.tit.de aur.& argen.lega.
propter vsum illum proprium nummi, qui argento non conuenit , nisi
quatenus in pecuniam numeratam redactum est.

XII.

Hæc ita si non ex partium conuentione certam legem solutionis ne
cessitas acceperit.Si enim id actum sit,vt quod in libris,aut florenis de
betur soluatur in aureis,vel contra, seruanda erit conuentio,ex regula
quæ habet aliud pro alio volenti creditori solui posse.l.manifesti.17.&
penult.C.de solut.

Et

XIII.

Et siquidem aureorum reddendorum numerus expressus sit, ille ipse præcisè præstandus erit, siue aureorum æstimario extrinseca creuerit, siue decreuerit, siue iustè, siue iniustè, siue rariores sint aurei, siue frequentiores dummodo eadem manente intrinseca bonitate. Quasi tanti æstimatis, & venditis libris alijsve nummis in obligatione positis, si modò non plus sit in expresso numero aureorum, quàm erat in obligatione tempore contractus, ne alioqui fraus fiat legitimo modo vsurarum, si quis fortè pro libris trecentis, quæ centum aureos efficiãt stipuletur reddi aureos 150. eo prætextu, quod possit ex post facto aureorum æstimatio decrescere, cùm & perinde possit crescere.

XIIII.

Similiter si totidem aurei æstimari sint tot libris, non curabimus, quænam sit solutionis tempore æstimatio aureorum, sed tot libras reddere oportebit, quot in obligationem deductæ sunt, siue eundem, siue maiorem, aut minorem aureorum numerum efficiant. In eoque non differt debitum nummarium à debito speciei, quæ si tradita sit æstimata videtur vendita, ipsamque æstimationem reddi sufficit si aliud nihil conuenerit. l. plerumque 10. D. de iur. dot. l. quoties 5. l. cum dotem 10. C. eod. l. 1. §. vltim. de æstim. action. Differt tamen in eo, quòd si actum sit vt species æstimata reddatur, ea ipsa reddenda est, non eius æstimatio, nisi vel res perierit, vel deterior facta sit. l. si inter 21. C. eodem. At quãtumuis placuerit aureos certo librarum numero æstimatos reddi in aureis, etiam quorum expressus sit numerus, non censentur aurei in obligatione esse, sed eorum æstimatio, quoniam alioqui nil prodesset fuisse æstimatos, cùm nec perire possint nec deteriores fieri. Loquimur enim de aureis debitis per modum generis, quod perire non potest vul. l. incendium. C. si cert. petat. l. 1. §. & ille quidem in fin. de obligat. & action. Secus si libræ debeantur soluendæ in tot aureis. Tũc enim aurei sunt in obligatione.

XV.

Idemque erit si certa librarum, aut aliorum nummorum quantitate tot aurei sint venditi, puta si dictum sit traditas fuisse ex causa mutui, vel doris, vel emptionis factæ sub pacto de retrouendendo trecentas libras in centum aureis. Nam & tot libras in aureis, siue pluribus, siue paucioribus reddere sufficiet, quandoquidem & in alia qualibet nummi specie, secundum ea quæ supra diximus, solutio fieri posset. Nec æquum est liberari debitorem, qui centum aureos velit reddere, si eo tempore non possint confici ex centum aureis libræ trecentæ, vt malè vulgo creditum est post Bart. in d. l. Paulus, test. Dyda. d. c. 7. §. vn. conclus. vlt. Cùm enim hoc casu aurei sint venditi, vt diximus preciũ omnimodo soluendum est, non res empta inuito venditori reddenda. l. 3. l. non est probabilis 6. cum seq. C. de rescind. vend. Neque simile est quod scribit Iurisc. in d. l. si quis stipulatus 57. de sol. Ibi enim mel in solutione est, ita tamen vt eius æstimatio decem efficiat, acsi scriptũ esset decem soluenda in mille? Hic verò aurei vẽditi nec sunt in obligatione, nec in necessitate soluendi, sed tantum in facultate soluẽdi, vt

alij

alij nummi quilibet citra vllam conuentionem. Et longè aliud eſt trecentas libras accipere in centum aureis, longè aliud trecentas libras debere in centum aureis. Illo caſu debentur libræ duntaxat æque trecentæ, iſto centum aurei. Sicut, & aliud eſt debere trecentas libras, in aureis centum. Aliud debere in aureis ſimpliciter. Illo caſu centum aurei præcisè ſunt in obligatione, iſto tot duntaxat quot trecentas libras efficiant, vt proximo §. diximus.

XVI.

At ſi aureorum in quibus ſolutionem fieri conuenit, numerus expreſſus non ſit, ille debebitur, quem ſolutionis tempore ſumma debita poſſit conficere. Cum hac tamen diſtinctione, vt ſi pluris ſit aureus æſtimatus in quadrantibus quàm in aſſibus, & aurei vel libræ in obligationem deductæ erant, aut aliud nummi genus, quod certam ſpeciem conſtituat, quòdq; in minutiore nummo quàm aſſe ſolui nequeat, æſtimandi ſint aurei in aſſibus non in quadrantibus. Secus verò ſi floreni debeantur, quos iam diximus, cùm certam nummi ſpeciem non conſtituant, in quadrantibus ſolui poſſe. Tunc enim tanti computandi erunt aurei, quanti æſtimantur etiam quadrantibus. Proinde hoc caſu centum floreni debiti ſoluentur in decem aureis ſi aurei ſinguli digni ſint florenis denis, computatis in ſingulos florenos 48. quadrantibus. Sexagintæ verò libræ Ducales, tametſi centum florenis æquipolleant non niſi in vndecim aureis cum duodecim aſſibus, ſolui poterunt ſi ponas aureum in aſſibus æſtimari, vt hodie florenis nouem. Nec aliud erit ſi quod in florenis debebatur conuenerit vt in minore nummo quàm aſſe ſolui non poſſit. Satisfacit enim conuentioni debitor qui ſoluere velit in aureis, licèt aureos computet ad eam æſtimationem quæ eſt in quadrantibus. Neq; enim conuentio pertinere poteſt ad caſum hunc qui omiſſus fuit, debetque creditor imputare ſibi cur legem apertius nõ dixerit d.l. veterib. 39. D. de pact. l. qcquid 99. de verb. obl.

XVII.

Quòd ſi æſtimati ſint aurei, ſiquidem demonſtrationis cauſa, vt in dubio præſumendum eſt ſi æſtimatio ad cauſam obligationis non ad cauſam ſolutionis referatur arg. l. quidã teſtamento 96. in princ. de leg. 1. nihil æſtimatio faciet. Si verò taxandi animo, putà quòd iam alioqui ſatis demonſtratum eſſet de quibus aureis ageretur, diſtinguendũ erit an de numero aliquid dictum ſit necnè. Illo caſu idem ſanè numerus redderetur vt conuentio locum habeat, ſed ne æſtimatio inutiliter facta videatur quod plus erit in bonitate extrinſeca reddet creditor. Quod minus ſupplebit debitor, vtrumque non in aureis, ſed in probanda qualibet nummi ſpecie dummodo non minutiſſima, ſi ita malit is ad quem pertinet quod plus ſit reddere, vel quod minus ſupplere. Iſto verò, pro ratione auctæ vel diminutæ æſtimationis extrinſecæ aut plures aut pauciores reddi aureos oportebit, acſi intrinſeca bonitas aureorum vel aucta fuiſſet, vel diminuta. Æſtimatis enim aureis nihil hac parte intereſſe poteſt inter bonitatem intrinſecam & extrinſecam, niſi quòd immutata intrinſeca habenda quoque ratio neceſſariò eſt augmenti & diminutionis ad ratam, & proportionem initæ æſtimationis,

tionis,quãdoquidem facta æſtimatio ad eam materiæ quantitatem referri debet ac reſtringi quę fuit æſtimata,hoc eſt quæ erat tempore cõtractus,nec materiæ augmentum vel decrementum ſuperueniens recipit,arg.d.l.Rutilia Polla 69. & l.Imperatores 71.de contr.empt. Illud tamen obſeruandum erit,quod iã ſup.monuimus,non poſſe conuenire vt aurei debiti æſtimari reddantur in maiore numero , nec rurſus æſtimari multò pluris quàm ſint in communi æſtimatione,ne fraus fiat legitimis vſuris.

XVIII.

Sed hic rurſum duplex diſtinctio adhibenda eſt , prior illa , an aureorum valor extrinſecus creuerit aut decreuerit ſola voluntate legislatoris abuſuve commerciorum,an propter auctam vel diminutam bonitatem intrinſecam monetarum inferiorum , vt ferè ſemper ſolet accidere,& his noſtris tẽporibus vſuuenit.Priore caſu obtinent ea quę hactenus diximus. Poſteriore verò non tam augeri vel minui videtur aureorum æſtimatio quàm priſtina conſeruari,& retineri , vt Crauetа probat conſ.47.poſt Corneum conſ.181.col.26.lib.2.& conſ.321. col. pen.lib.3.& communiter DD. ad l. cùm quid 3. D. de reb.cred. atque ideò perinde obſeruanda ſunt omnia acſi variatio nulla cõtigiſſet quæ nec re vera vlla contigit.Nec hoc caſu quæſtioni locus eſt , an ea æſtimatio ſpectanda ſit quę fuit contractus tempore , an ea quæ eſt tẽpore ſolutionis,cùm vtraque eadẽ ſit,quod & ipſe cõmerciorum vſus oſtendit.Merciũ namque precia ſi ſoluantur in aureis,aut in alia moneta nõ aucta nec diminuta intrinſecùs , nec augentur nec minuuntur,quæ tamen ſi offerantur in moneta deteriorata augentur neceſſariò, ſi in meliorata,minuuntur:vt & Dydac. Couar. docet dict. cap.7. num.1. poſt Pariſien.quæſt.93.nu.716. quem mirũ ſanè eſt cùm hoc non ignorauerit,in ea tamen fuiſſe perpetua hæreſi,vt crederet nullam bonitatis intrinſecæ habendam rationem,ſed ſolius extrinſecæ : ex quo vno errore factum eſt vt ad oẽs illas quęſtiones quas proponit à 92.vſq. ad 100. peſſimè , & contra manifeſtas iuris regulas , noſtrorumque ſententias reſponderit.At ſi reuera augeretur valor extrinſecus, eodem manente intrinſeco , precia quoq; rerum creſcere oporteret , & contra decreſcere ſi minueretur l.2.C.de vete.nummiſ.pot.li.11.ti.10.

XIX.

Altera diſtinctio eſt,an mora per debitorem vel creditorem contracta ſit , necnè , ſi contracta non ſit ea locum habent quæ ſuprà ſcripſimus . Si contracta ſit æquum eſt nocere eam moratori , ſi nocendi occaſio ſit , prodeſſe verò numquam. Itaq. ſi debitor in mora fuerit ſupplebit quantò minoris erit aureus ſolutionis tempore . Si creditor , deducetur ei quantò pluris tunc fuerit. Sed etſi medio tempore creuerit æſtimatio,vel decreuerit,habenda erit ratio augmenti vel diminutionis in pręiudicium moroſi l.quod te 5. vbi DD. de reb.credit. l.3.§.vlt.l.ſi ſterilis 21.§.cùm per venditorem de action.empt.l.hominẽ 37.D.mandat.Dydac.dict.cap.7.cõcluſ.5.num.4.poſt Bart. & alios in dict.l.Paulus.Canoniſt.in d.cap.quantò de iureiur. Idque ſiue maior moneta debeat quę per minorẽ æſtimatur naturaliter,ſiue minima quã

per

Digitized by Google

per maiorem æstimari necesse sit, vt ibidem Dydac. contrà Bart. disputat ex Anton. Abb. & Imol. in d.c. quanto. Sed hoc ita si ea æstimatio cuius habendam rationem dicimus per aliquod tempus durauerit. Momentanea enim nunquam spectatur. l. precia 63. §. vlt. D. ad leg. Falcid. sicut nec ea, quæ in aliquo vsu est, sed quæ in communi, ibid. & l. si seruus 33. D. ad leg. Aquil.

XX.

Si tamen speciei debitæ bonitas intrinseca post moram creuerit, vel decreuerit, non faciet mora debitoris, quominus incrementũ possit deducere, nec rursus mora creditoris quominus decrementum ei suppleri oporteat. Cùm etsi mora contracta non fuisset, non haberet hodie creditor commodum incrementi, nec debitor commodum decrementi, sed tales aurei soluti fuissent quales erant moræ tempore, id est quales debebantur. arg. d. §. cùm per venditorem à contr. sens. Mora enim non auget obligationem principalem, sed tantum perpetuat. l. si ex legati 23. l. si seruum 91. §. sequitur de verb. oblig. Auget verò vel minuit accessionum præstationes. l. 1. & tot. tit. De vsur. fructib. accessi. & mora.

VXI.

Planè si alia nummi species debeatur, quàm cuius æstimatio extrinseca creuerit, vel decreuerit, puta libræ quæ intrinsecus, & extrinsecus eædem manserint, aut floreni soluendi in moneta, quæ a tempore contractæ obligationis nec melior facta sit, nec deterior, absurdum fuerit dicere plures idcirco, vel pauciores deberi libras, aut florenos, quòd aureorum çstimatio creuerit, vel decreuerit, fortè quod hodie pluribus aut paucioribus libris opus sit ad conficiendam aureorum æstimationem, quàm antea. Non enim de aureis curandum est, cuius sint æstimationis cum non sint illi in obligatione: satisque est quod libræ debitæ eodem numero corporum inferioris monetæ nil immutatæ æstimentur, quo antea. Nec quòd possit inferior moneta superiorem æstimari, vt proximè diximus, facere debet, vt aureorum comparatione diminutæ libræ videantur. Id enim tunc verum est cum per alias monetas inferiores fieri æstimatio non potest: quæ vtique magis propria, & naturalis, & consequenter attendenda, aut cum sit æstimatio monetæ inferioris per monetam superiorẽ eiusdem materiç. Alioqui nihil vetat auri metallum raritate sua fieri carius, & precioſius, argentum verò in eadem manere æstimatione, quod cùm accidit nemo dixerit argentex monetæ æstimationem mutari. Denique sola bonitas intrinseca, speciei debitæ spectãda est, quæ hic non fuit immutata. Quod summopere notandum est, quoniam in eo perniciosè hodie passim erratur.

FINIS.

Digitized by

VALOR DVCATI, ET MONETARVM antiquarum ex ſententia Neuizani.

PRIMO annotandum, quod duodecim denarij vnum conficiunt ſolidum, & viginti ſolidi vnam libram faciunt, verum denarius magis æſtimatur, & valet in vno loco, quã in alio.

Denarius fortis valet pattacium vnum minoris ponderis, & ita ſolidus fortis valet groſſum vnum, & duos quadrantes.

Libra fortis (vel magna) valet florenos duos, & groſſos ſex parui ponderis.

Florenus parui ponderis valet groſſos duodecim, & quatuor quadrantibus pro ſingulo, aut octo pattacijs.

Denarius Imperialis valet quartam partem vnius pattacij, & ita valet octauam partem vnius quadrantis.

Solidus Imperialis ex duodecim denarijs conſtans, valet tres pattacios, & ita quatuor ſolidi Imperiales conficiunt vnum ſolidum fortem (vel magnum.)

Libra Imperialis valet groſſos ſeptem; & duos quadrantes parui ponderis, & ita ex iſtis libris quatuor conſtituunt libram fortem, vel magnam.

Obolus magnus ex binis conſtat quadrantibus.

Obolus magnus vnum groſſum valet.

Groſſus ſimpliciter florenum parui ponderis valet.

Groſſus Turonenſis valet groſſum vnum, & tres quadrantes cum dimidio.

Groſſi quatuor Turonenſes fecerunt libram vnam Imperialem.

Notandum, quod in omni loco, quod grana viginti quatuor vnius denarij ſunt ponderis, & viginti quatuor denarij ſunt vna vncia, & duodecim vnciæ ſiunt vna libra.

Verum varietas granorum conſideranda eſt, quia in vno loco ſunt maioris ponderis, quam in alio, ſecundum varietatem regionum, vt videtur in pondere ducati maioris, qui quamuis in omni regione eodem pondere ponderetur, nihilominus diſtinguendo granũ ad ſecundũ Morem, patacij Pariſij, Turonij, & Taurini, eſt ponderis denariorum duorum, & granorum decem, & octo. Et ſecundum morem Genuę vnum denarium, & grana ſex. Hinc ponderis prouenit diuerſitas, & conſequẽter Marcha.

Quæ quidem eſt põderis ducatorum ſex nempe argenti finiſſimi lige duodecim denariorum. Et quia valor Marche intelligendus eſt ſecundum pœnas in decretis ſtatutas, & literis Ducalibus. Qui valor, iuxta Marchã Genuenſem, qui quamuis ſit vnciarũ nouẽ nihilominus eſt inferior illo Turonij. Viſitatus a Magiſtro Zeche Taurinẽſis, qui tantũ eſt vnciarũ octo quo quidẽ octo vncijs excedũt illas nouẽ Marche Genuenſis. Quã

uis Albertus Brunus Astensis, in suo tractatu, de augmento monetarum in vltima principali conclusione dicat Marcham Turonensem esse vnciarum nouem, & hoc discrimen prouenit, secundum varietatem vsus, sufficiat quod Marcha Turonensis, est ducatorum sex, & quarte partis vnius ducati, & ita vncia marche, est maior pondere vncia, mercatorum, & artificum, quæ in vsu communi est.

Notandum quod aurum, (vt ita dicam) finissimum est viginti quatuor caratorum, eo quia ibi nullum aliud Metallum ingreditur: sed illum auri de quo ducati conficiuntur est viginti quatuor Caratorum, & septem, octauos, & illud octauum, quod deficit, quod non sit finissimum, aufertur propter expensam ad illum conficiendū factam, & illa diminutio est præfecti officinę ai gētariç, tamē ducatus acsi esset finissimus expenditur vnde ex centum nonaginta partibus ducati vna pars est æris.

Ducati septem cum dimidio conficiunt vnam vnciam parui ponderis.

Ducati nonaginta conficiunt vnam libram.

Sed ex vna vncia Marche Turonensis auri finissimi extant ducati octo, & tres quarti, sine expensa artificis, qui ex liga auri suā deprimit vtilitatē

Et ita vncia vna argenti finissimi parui ponderis valet solum quartos tres ducati; & vna libra valet ducatos nouem.

Notandum quod in scriptis meorum maiorum Iuueni, quod anno 1295. ducatus vnus erat valoris denariorum viginti quatuor, & duos quartos, & ita crescendo vsque ad annum 1343. erat valoris denariorum quinquaginta duorum, sed valor denarij mihi non est compertum.

Inde anno 1359. florenus aureus erat valoris grossorum quinque, & duos, quadrantes.

Et ita Paulatim creuit ab anno 1400. vsque ad annum 1609. vt inferius ostensurus sum.

Anno 1400.	erat valoris.	grof.	11.	q.	2
1401		g.	12.	q.	0
1402		g.	12.	q.	1
1404		g.	13.	q.	0
1406		g.			
1408		g.	13.	q.	2
1410		g.	14.	q.	1
1412		g.	14.	q.	2
1414		g.	15.	q.	0
1415		g.	15.	q.	0
1416		g.	16.	q.	0
1418		g.	17.	q.	0
Inde vna pars dicti anni 1518.		g.	19.	q.	0
1419		g.	22.	q.	0
Vna pars anni dicti 1419		g.	23.	q.	0
1420	de mense Maij.	g.	24.	q.	0
1421	de mense Aprilis.	g.	25.	q.	0
Fuit factum proclama a rationem.		g.	16.	q.	0
1422		g.	28.	q.	0
1423	mense Martij.	g.	28	q.	2

Et ab

Et ab eo anno ante Inuenio quod florenus aureus inceptus est vocari ducatus, qui ab aliquibus Ianuinus vocatus erat.

Qui idem erat, vt il scudo del Sole, *cuius quidem valor erat ille.*

1425	—— —— ——	grof.	19.	q.	0
1426	—— —— —— —	g.	19.	q.	1
1427	mense Iulij fuit proclamatum.	g.	19.	q.	0
1430	—— —— ——	g.	20.	q.	0
1436	—— —— ——	g.	20.	q.	1
1437	—— —— ——	g.	20.	q.	2
1439	—— —— ——	g.	20.	q.	3
1440	—— —— ——	g.	21.	q.	0
1447	—— —— ——	g.	21.	q.	2
1448	& 1451 —— ——	g.	22.	q.	2
1452	—— —— ——	g.	23.	q.	0
1455	—— —— —— —	g.	24.	q.	0
1457	—— —— ——	g.	25.	q.	0
1458	—— —— —— —	g.	26.	q.	0
1459	— —— —— ——	g.	26.	q.	2
1460	—— —— ——	g.	27.	q.	0
1463	—— —— ——	g.	27.	q.	0
1464	vsque ad annum 1470.	g.	28.	q.	0
1470	vsque ad annum 1474 publico.	g.	30.	q.	0
1474	—— —— ——	g.	32.	q.	0
1475	—— —— ——	g.	33.	q.	0
1476	factum fuit proclama.	g.	30.	q.	0
1477	—— —— ——	g.	31.	q.	1
1478	79. 80. 81. —— ——	g.	32.	q.	0
1482	—— —— ——	g.	32.	q.	1
1483	—— —— ——	g.	33.	q.	1
1484	—— —— ——	g.	34.	q.	0
1485	—— —— ——	g.	35.	q.	0
Et in vna parte anni 1485	——	g.	36.	q.	1
Et eodem etiam anno	—— ——	g.	37.	q.	0
1486	—— —— ——	g.	37.	q.	2
1487 ad finē Februarij, fuit proclamatū		g.	38.	q.	0
Eiusdem anni parte. 8. 7. 88. 89.	——	g.	39.	q.	0
1490 mense Octobris.	—— —	g.	40.	q.	0
1491 mense Iunij.	—— ——	g.	41.	q.	0
1492 mense Ianuarij fuit proclamatum		g.	38.	q.	0
1493	—— —— ——	g.	39.	q.	0
1494	—— —— ——	g.	40.	q.	0
Pars eiusdem anni	—— ——	g.	40.	q.	0
Pars anni 1495	—— ——	g.	41.	q.	0

Digitized by Google

Vſque ad finem anni. 1504. 1505. ——	g.	44.	q.	●
1506. 1507. —— ——	g.	45.	q.	●
1508. 1509. —— —— —	g.	46.	q.	o
1510 fuit proclamatum. ——	g.	38.	q.	o
1511 —— —— —— —	g.	48.	q.	o
1513. 13. 14. —— ——	g.	50.	q.	o
1515 16. 17. —— ——	g.	52.	q.	o
1518 —— —— ——	g.	55.	q.	o
1519 —— —— ——	g.	56.	q.	o
1520 —— —— ——	g.	58.	q.	o
1521 —— —— ——	g.	61.	q.	o
1522 —— —— ——	g.	63.	q.	o
1527 Aprili, Maij, & Iunij. ——	g.	64.	q.	o
1527 Iulio, Auguſto, Septembri, Octobri, Nouëbri, & Decemb.	g.	65.	q.	o
1528 —— —— ——	g.	68.	q.	o
1529 —— —— ——	g.	28.	q.	o
1529 Nouembris fuit proclamatum.	g.	66.	q.	o

Valor ſiue eſtimatio aurei vulgariter dicti dal Sole, *& Itali ab anno 1530. vſque ad annum 1586.*

Ab anno 1530. vſque ad finem menſis				
Maij aureus a Sole. —— ——	florenos	5.	gr.	6
Et in anni reſiduo. —— ——	flor.	6.	g.	o
1531 ad finem Maij. —— ——	flor.	6.	g.	4
1531 menſe Iunij. ——	flor.	6.	g.	5
1531 menſe Iulij. —— ——	flor.	6.	g.	6
1531 menſe Auguſti. ——	flor.	6.	g.	7
Et inde. —— —— ——	flor.	6.	g.	8
1533 ad finem Iulij. ——	flor.	6.	g.	8
Et inde. —— —— ——	flor.	6.	g.	9
1534 menſe Aprilis, & Maij	flor.	6.	g.	10
Iunio, & Iulio. —— ——	flor.	6.	g.	11
Et a menſe Iulio aurea. —— ——	flor.	7.	g.	2
1535 —— —— ——	flor.	7.	g.	2
1536 vſque ad finem Auguſti.	flor.	7.	g.	2
1537 per totum menſem Martij & a menſe Martij antea.	flor.	7.	g.	4
1538 menſe Ianuarij. ——	flor.	7.	g.	6
Pars Februarij, & indè p totum annum.	flor.	8.	g.	o
1539 vſque ad finem Maij.	flor.	8.	g.	o
Eodem menſe fuit proclamatum ad.	flor.	7.	g.	6
1540 vſque ad finem Maij, Iunij,	flor.	7.	g.	7
Et inde per totum annum	flor.	8.	g.	o
1541 —— —— ——	flor.	8.	g.	o

1542

Digitized by Google

1542 a primo Ianuarij, proclamatum fuit.	flor.	7.	g.	6	
1543 1544 —— —— —	flor.	7.	g.	6	
1545 die 24. Februarij, proclamarum fuit	flor.	8.	g.	0	
1546 vsque ad annum 1555.	flor.	8.	g.	0	
Aureus Italus grossos duos minus.					
Aureus a sole per totum Aprilem.	flor.	8.	g.	6	
Præterito Aprili. —— ——	flor.	8.	g.	8	
1557 —— —— ——	flor.	8.	g.	9	
1558 —— —— ——	flor.	8.	g.	9	

Decem, Vndecim, Secundum, necessitatem mentium.

1559 1560 —— —— ——	flor.	9.	g.	0	
1561 —— —— ——	flor.	9.	g.	0	
Aureus Italus. —— ——	flor.	8.	g.	10	
Pariter. — —— ——	flor.	8.	g.	11	
1562 aureus a Sole. —	flor.	8.	g.	8	
Aureus Italus. —— —— ——	flor.	10.	g.	0	
Ducatus optimus. —— ——	flor.	10.	g.	0	
1563 a fine Aprilis, aurea aureus a Sole.	flor.	9.	g.	4	
Aureus Italus. —— ——	flor.	9.	g.	0	
1564 65. 66. 67. 68. 69. aurei fuere eiusdē valoris, vt in anno 1563.					
1563 vsq; ad annum 1566. ducatus.	flor.	10.	g.	3	
1570 aureus a Sole, ——	flor.	9.	g.	4	
Et alij secundum necessitatem. ——	flor.	9.	g.	3	
Et ducatus. —— —— ——	flor.	10.	g.	0	
1571 aureus a Sole per totū Aprilis.	flor.	9.	g.	6	
Et a mense Aprilis aurea. —— —	flor.	9.	g.	8	
Aureus Italus. —— —— —	flor.	9.	g.	9.	q. 2
1572 aureus a Sole. —— ——	flor.	9.	g.	0	
Pariter. —— —— ——	flor.	9.	g.	9	
Et etiam. —— —— ——	flor.	9.	g.	10	
Aureus Italus. —— —— —	flor.	9.	g.	4	etiam. 5
Pariter. —— —— ——	flor.	9.	g.	6	
Sed communiter. —— ——	flor.	9.	g.	6	
1573 aureus a Sole communiter.	flor.	9.	g.	8	
Aliqui etiam. —— ——	flor.	9.	g.	9	
Aureus Italus communiter. ——	flor.	9.	g.	4	
Aliqui etiam. —— —— ——	flor.	9.	g.	5	
1574 aureus a Sole. —— ——	flor.	9.	g.	8	
Pariter. —— —— ——	flor.	9.	g.	9.	q. 2
Aureus Italus. —— —— —	flor.	9.	g.	5. & 7.	8
1575 ad finem Maij, aureus a Sole.	flor.	9.	g.	10	

Digitized by Google

Pariter. —— toto anno.	flor.	10.	g.	0
Aureus Italus ad finem Auguſti.	flor.	9.	g.	10
Et ad finem anni. —— ——	flor.	10.	g.	0
1576 aureus a Sole. ——	flor.	10.	g.	8
Aureus Italus. —— ——	flor.	10.	g.	4
1577 aureus a Sole. —— ——	flor.	11.	g.	4
Pariter. —— —— ——	flor.	11.	g.	6
Aureus Italus. —— ——	flor.	11.	g.	0
Pariter. —— —— ——	flor.	11.	g.	2
1578 communiter aureus a Sole.	flor.	11.	g.	0
Die ſexta Maij proclamatum.	flor.	10.	g.	6
1579 aureus a Sole. ——	flor.	11.	g.	0
Aureus Italus. —— ——	flor.	10.	g.	8
1580 aureus a Sole. ——	flor.	11.	g.	1
Pariter. —— —— ——	flor.	11.	g.	2
Aureus Italus. —— ——	flor.	10.	g.	9
1581 aureus a Sole communiter.	flor.	11.	g.	2
Aureus Italus communiter. ——	flor.	10.	g.	9
Aureus Hiſpanus. —— ——	flor.	10.	g.	10
1582 vtide anno præcedenti.				
1583 aureus Italus. —— ——	flor.	10.	g.	10
Aureus a Sole. —— —— ——	flor.	11.	g.	4
Aureus Hiſpanus. —— ——	flor.	11.	g.	0
1585 aureus Italus. —— ——	flor.	11.	g.	2
Aureus a Sole. —— ——	flor.	11.	g.	6
Aureus Hiſpanus. —— ——	flor.	11.	g.	4

Valor currens duplarum Hiſpanarum, aurei Itali, zechini, ducatoni & aliarum monetarum argenti ab anno 1586. vſque ad annum hunc. 1609.

De anno 1586. aureus valebat	flor.	11.	g.	4
Dupla Hiſpana. —— ——	flor.	23.	g.	6
1587 aureus iuxta nouam Reformatio-				
nem valebat. —— ——	flor.	10.	g.	6
Deinde auctus fuit. —— ——	flor.	11.	g.	8
Dupla Hiſpana. —— —— ——	flor.	24.	g.	2
Menſe Iunij aucta fuit. —— ——	flor.	24.	g.	4
Quarta pars aurei Galli. ——	flor.	2.	g.	10. q. 3
Die 23. Iuni fuit proclamatum Libra Ducalis Sabaudiæ. ——	flor.	3.	g.	10
Aureus decreuit. —— ——	flor.	10.	g.	6
Hiſpana Dupla decreuit. —— ——	flor.	21.	g.	6
Pariter, & ducatonus. —— ——	flor.	9.	g.	6
Croſonus decreuit. —— ——	flor.	21.	g.	6
1588 ordo per totũ hunc annũ durauit.				

Annũ

Digitized by Google

Anno 1589. aureus a Sole.	flor.	11.	g. 3
Ad finem dicti anni.	flor.	11.	g. 6
Ducatonus valebat.	flor.	10.	g. 0
Menſe Iunij valebat.	flor.	10.	g. 4
Et ad finem anni.	flor.	10.	g. 6
Croſonus principio valebat.	flor.	8.	g. 2
Et ab anni medietate.	flor.	8.	g. 4
Quarta pars aurei Sabaudiæ & Galliæ.	flor.	2.	g. 9
Dupla Hiſpana per totum Iunij dicti anni	flor.	24.	g. 0
Et ad finem anni inde.	flor.	25.	g. 0
1590 aureus.	flor.	12.	g. 6
Menſe Iunij, valebat aureus.	flor.	12.	g. 9
Ad anni finem.	flor.	13.	g. 0
Dupla Hiſpana per totum Iunij.	flor.	26.	g. 6
Et inde ad anni finem.	flor.	27.	g. 0
Ducatonus.	flor.	11.	g. 2
Inde ad anni finem.	flor.	11.	g. 4
Croſonus eodem anno valebat.	flor.	9.	g. 3
Teſtonus Sabaudiæ, & Galliæ.	flor.	3.	g. 0
Libra Ducalis Sabaudiæ.	flor.	4.	g. 1
1591 aureus numus.	flor.	13.	g. 3
Aureus a Sole, & Hiſpanus.	flor.	13.	g. 6
Dupla Hiſpana.	flor.	27.	g. 0
Et in hoc pretio, vſque ad finem anni permanſit.			
Ducatonus, ad permutationem.	flor.	11.	g. 3
In commercijs.	flor.	11.	g. 6
1593 Croſonus.	flor.	9.	g. 3
Teſtonus Sabaudiæ, & Galliæ.	flor.	3.	g. 0
Libra Ducalis Sabaudiæ.	flor.	3.	g. 11
1594 Dupla Hiſpana.	flor.	27.	g. 6
Aureus.	flor.	13.	g. 3
Aureus a Sole.	flor.	13.	g. 6
Et Hiſpanus.			
Ducatonus.	flor.	11.	g. 6
Croſonus.	flor.	9.	g. 3
Teſtonus Sabaudiæ, & Galliæ.	flor.	3.	g. 0
Libra Ducalis Sabaudiæ, dicto anno.	flor.	4.	g. 1
1595 dupla Hiſpana.	flor.	27.	g. 6
Menſe Maij factum fuit proclama.	flor.	27.	g. 9
Sed parum durauit.			
Aureus a Sole, & Hiſpanus.	flor.	13.	g. 6
Aureus Italiæ.	flor.	13.	g. 3
Ducatonus.	flor.	11.	g. 6
Croſonus.	flor.	9.	g. 3
Teſtonus Galliæ, & Sabaudiæ.	flor.	3.	g. 0
Libra Ducalis Sabaudiæ.	flor.	4.	g. 1

Digitized by Google

Ab anno 1596. vſque ad annum 1602. in eodem pretio facit, vt in anno. 1595.				
1601 1602 Vngarus Sabaudiæ fuit. Proclamatus. ——	flor.	14.	g.	11
Nihilominus expendebatur. ——	flor.	16.	g.	0
Ab anno 1604. in eodem fuit pretio, vt in anno. 1594. vſque nunc.				
1605 dupla Hiſpana habuit diuerſa pretia, ſed multoties hunc habuit.	flor.	18.	g.	3
Itala. —— —— ——	flor.	17.	g.	0
Zechinus Venetus. —— ——	flor.	17.	g.	0
Vngarus. —— —— ——	flor.	16.	g.	0
Aureus a Sole. —— —— —	flor.	13.	g.	6
Hiſpanus. —— —— —	flor.	13.	g.	6
Italus. —— —— ——	flor.	13.	g.	3
Ducatonus. —— —— —	flor.	11.	g.	6
Croſonus. —— —— —	flor.	9.	g.	4
Libra Ducalis Sabaudiæ. —— —	flor.	3.	g.	1
Teſtonus Sabaudiæ, & Galliæ.	flor.	3.	g.	0
1606 dupla Hiſpana varia. Habuit pretia, ſed maiori parte.	flor.	29.	g.	6
Itala. —— —— ——	flor.	28.	g.	6
Aureus a Sole. —— ——	flor.	14.	g.	0
Hiſpanus. —— —— ——	flor.	14.	g.	0
Ducatonus ——	flor.	11.	g.	4
Croſonus. —— —— —	flor.	9.	g.	6
Libra Ducalis. —— ——	flor.	4.	g.	1
Teſtonus —— —— —	flor.	3.	g.	0
Zechinus. —— —— —	flor.	17.	g.	6
Vngarus. —— —— ——	flor.	16.	g.	0
Anno 1607. Dupla Hiſpana menſibus Ianuario, Februa. Martio, Aprili, Maio.	flor.	30.	g.	0
Itala. —— —— —	flor.	29.	g.	0
Zechinus. —— —— —	flor.	17.	g.	3
Vngarus. —— ——	flor.	16.	g.	0
Aureus Italus. —— ——	flor.	14.	g.	0
Ducatonus. —— ——	flor.	11.	g.	8
Croſonus. —— —— ——	flor.	9.	g.	6
Teſtonus. —— ——	flor.	3.	g.	0
Libra Sabaudiæ. —— —	flor.	4.	g.	1
Croſazzus Genuenſis. ——	flor.	14.	g.	6
Menſe Iunio, & Auguſto. Dupla Hiſpana. —— ——	flor.	30.	g.	0
Itala. —— —— ——	flor.	29.	g.	0
Zechinus. —— ——	flor.	17.	g.	7
Vngarus. —— —— ——	flor.	16.	g.	3
Aureus Italus. —— ——	flor.	14.	g.	0

Duca-

Digitized by Google

Ducatonus.	flor.	11.	g. 9
Crosonus.	flor.	9.	g. 6. inde. 10
Testonus.	flor.	3.	g. 0
Libra Sabaudiæ.	flor.	4.	g. 1
Crosazzus.	flor.	15.	g. 0
Mense Septembri, & Octobri. Dupla Hispana.	flor.	31.	g. 0
Itala.	flor.	30.	g. 0
Zechinus.	flor.	17.	g. 6
Vngarus.	flor.	16.	g. 6
Ducatonus.	flor.	11.	g. 0
Crosonus.	flor.	10.	g. 0
Testonus.	flor.	3.	g. 0
Libra Sabaudiæ.	flor.	4.	g. 1
Crosazzus.	flor.	15.	g. 0
Mense Nouembris Dupla Hispana.	flor.	32.	g. 0
Itala	flor.	31.	g. 0
Mense Decembris Dupla Itala.	flor.	31.	g. 6
Hispana.	flor.	32.	g. 0
Anno 1608. mense Ianuario, Februario, Martio, fuit proclamatũ Dupla Hispana.	flor.	28.	g. 0
Itala.	flor.	27.	g. 0
Aureus Italus.	flor.	13.	g. 3
Zechinus.	flor.	16.	g. 6
Vngarus.	flor.	15.	g. 0
Ducatonus.	flor.	11.	g. 6
Crosonus.	flor.	9.	g. 4
Testonus	flor.	3.	g. 0
Libra Sabaudiæ.	flor.	4.	g. 1
Crosazzus.	flor.	13.	g. 8
Mense Aprili, Maio, & Iunio, Dupla Hispana.	flor.	32.	g. 0
Itala.	flor.	31.	g. 0
Aureus Italus.	flor.	15.	g. 4
Zechinus.	flor.	18.	g. 0
Vngarus.	flor.	17.	g. 0
Ducatonus.	flor.	12.	g. 6
Crosonus.	flor.	10.	g. 0
Testonus.	flor.	3.	g. 0
Libra Sabaudiæ.	flor.	4.	g 1
Crosazzus.	flor.	15.	g. 6
Iulio, Augusto, Septembri, Octobri. Duplę eundem habuere pretium.			
Zechinus.	flor.	18.	g. 0
Vngarus.	flor.	17.	g. 0
Mense Nouembri, & Decembri Eundem habuere pretium.			

Aureus

Digitized by Google

Aureus Italus.	flor.	15.	g.	8
Ducatonus.	flor.	11.	g.	6

Anno 1609. Menſe Ianuario, Februario, Martio Aprili Maio, & Iulio. Dupla Hiſpana.

Italus.	flor.	31.	g.	0
Zechinus.	flor.	18.	g.	0
Vngarus.	flor.	17.	g.	0
Ducatonus.	flor.	11.	g.	9
Croſonus.	flor.	10.	g.	0
Aureus Italus	flor.	15.	g.	6
Teſtonus.	flor.	3.	g.	0
Libra Sabaudiæ.	flor.	4.	g.	1
Croſazzus	flor.	15.	g.	9

FINIS.

A 41
145151

Digitized by Google

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google